PETRI PHILIPPI CORNEI PERVSINI IN PRIMAM CODICIS PARTEM

Commentarius elegans iuxta ac doctus, nunc omnium primùm in lucem editus, & luculentis Adnotationibus magnifici D. Scipionis à Trigona, I. V. D. eminentiss. atque iam Legum Professoris in celebri Valentina Academia, illustratus.

Accesserunt & his Summaria, & in totum corpus Index copiosissimus.

LVGDVNI.
Apud hæredes Iacobi Iuntæ.
1553
Cum priuilegio.

PAr grace & priuilege du Roy, eſt permis aux heritiers de feu Iaques Ionte Marchãt libraire de Lyon, & à Guillaume Regnauld marchant bourgeois dudit lieu, d'imprimer, vendre & diſtribuer *Omnes lecturas in iure ciuili D. Petri Philippi Cornei, Peruſini*, qui ne furent iamais parci deuant imprimees. Et defendu à tous Marchants Libraires & autres quelconques de imprimer, vendre ou diſtribuer leſdites Lectures ſans le congé & permiſsion deſdits heritiers, & dudit Regnauld, ſur peine de confiſcation deſditz Liures & d'amende arbitraire : & ce, iuſque au temps & terme de dix ans, à comter du iour & datte, qu'vn chacun Liure ſera acheué d'imprimer: comme plus aplein eſt contenu és lettres patentes dudit Seigneur ſur ce depeſchees à Fonteinebleau le dernier iour d'Aouſt, Mil cinq cens cinquante vn.

Par le Roy à voſtre relation Signé

Bobier.

Bibliopola ingenuo Lectori.

CUm ſuperioribus annis habuiſſes à nobis, ingenue Lector, Petrum Philippum Corneum, Peruſinum, Iuris vtriuſq; & Doctorem & interpretem clariſsimum, nihil antiquius duximus, quàm tantum Autorem, aliòqui mancum, & multis corporis ſui partibus laborantem, integrum & abſolutum aliquando tibi reddere: opera pretium nos facturos exiſtimantes, ſi diligentia noſtra, ſtudio, induſtria, & quantumuis graui rei familiaris diſpendio, eum ipſum, vel temporum iniuria, vel certè hominum neglectu iniuriá ve, iampridem puluere ſitúque obductum, in lucem vindicaremus. In quo nec Dij ipſi conatus noſtros liberales, nec noſtrã opinionem fefellerunt, nec tuis ſtudijs tam perſpicuum Iuris vtriuſque lumen inuiderunt. Hac igitur poſtrema editione hæc præſtitimus: Primùm, vt inſignes illos Cornei Commentarios in Primam Codicis Partem, item & in Secundam Digeſti Veteris, iam haberes, qui quidem hactenus deſiderabantur. Proximè, vt quæ ſcripſerat in Secundam Codicis Partem, tibi iam integra adeſſent, quæ anteà manca, & penè mutila paſsim circumferebantur. Omnia certè ſumma fide exactáque diligentia, elimata, atque illuſtrata doctiß. Adnotationibus Magnifici D. Scipionis à Trigona I. V. D. celeberrimi, & iam Legum profeſſoris eminentiß. in nobiliſsima Valentina Academia. Nec tamen eò quicquam obmiſſum eſt eorum, quæ inſignes illi Iureconſ. Lancelotus Decius, & Henricus Ferrendat in Secundam Codicis Partem iampridem erant commentati. Poſtremò omnia fideliter & exactè curauimus excudenda: Summaria his adijcientes, & Indicem locupletiſsimum. Tuarum igitur, ingenue Lector, iam partium erit, hos noſtros conatus boni conſulere, & hoc beneficio tantiſper frui, dum maiora in dies in tuam vnius cauſam cogitamus, atque adeò dum molimur editionem eiuſdem Autoris in Primam Digeſti Veteris, & in totum Infortiati corpus. Quod quidem, Dijs iuuantibus, propediem accipies. Bene Vale.

Incipiunt Commentaria Domini Petri Philippi Cornei, Perusini, super prima parte Codicis. Et primo super Rubric.

De edendo.

SVMMARIVM.

1 Continuatio huiuscemodi rubrice fundata in hoc quod editio est preparatoria iudiciorum, & tandem salvatur glossa in hac continuatione.
2 Quot modis conficitur editio.
3 Quare de edendo.
4 An gerundium importet necessitatem.
5 Quo ordine procedatur in casu, proposite accusationis, hoc ordine Titius insultavit Caium vulnerando.
6 De criminali ad civile pervenitur.
7 Varie allegationes nature gerundii.
8 Alia ratio ponitur, quare de edendo dixit seu magis declaratio rubrice.

In gloss. prima ibi, quod 1 † est preparatorium hoc iudiciorum. inquantum iste tit. tractat de editione actionis & libelli, que vere est preparatoria iudicii: nam fit ante alios actus iudiciales, vt in auth. offeratur. ʃ. de litis con. & in. c. i. & ii. de libelli obla. & ʃ. eod. l. edita vbi dicetur. Sed inquantum tractat de editione rationum & instrumentorum, de quibus in seq. particula gl. nostre, non procederet ista continuatio: quia iste non fiunt regulariter ad parationem iudicii, sed ad merita cause, nisi forte de his instrumentis, sive rationibus actor fecisset mentionem in libello. quia tunc tenetur actor eas edere reo. ad deliberandum, & se preparandum, vt. l. i. §. edenda. ff. eo. & tangam in. d. l. edita. tamen non inconvenit postquam de preparatoriis tractat etiam de probatoriis dicere cum ambo sub generali vocabulo, editionis comprehendantur. & ita latius fit. ff. eod. In 2 eadem ibi. no. quod triplex † potes addere quartum. s. actorum. vt dicit gl. in rub. ff. eo. in fi. de qua in. l. ii. ʃ. eo. que editio interdum fit ad preparandum, & interdum ad 3 instruendum iudicium. vt dicetur. In eadem ibi, † quare dixit de edendo. hec remittit se ad gl. in rub. ff. eod. vbi dicit quod ideo dixit de edendo, & sic per gerundium, & non de editione, & sic per ablativum verbalem, vt ostenderet quandam necessitatem imponi edenti, que non imponitur pacisci volenti. & hoc tenet etiam Odofr. hic, & ibi. sed Pet. Cy. Bar. Raph. & Ang. reprobant gloss. quia imo vt dicit Cy. sibi fuisse responsum a grammaticis, non est de natura gerundii importare necessitatem quod etiam patet in tit. de postul. & de in ius vocan. iuncta. l. vnica. ʃ. vt nemo invitus. & vt volunt Bar. istud quod dicit glo. nihil est dicere. & propterea assignat ipse aliam rationem, dicens quod Imperator in hoc tit. prius intendit determinare de actu edendi: non de effectu editionis. ideo posuit istud nomen gerundium, edendo: quia significat per modum agendi & patiendi. & sic est significatum istius actus, de quo intendit tractare: & ita transeunt communiter doctores. Petrus autem de bella pertica expedit se vno verbo dicens rationem esse, quia sic placuit conditori. & ita reperio tenuisse Bald. hic in quibusdam reportationibus scriptis manu Angeli eius fratris. ita etiam tenuit Fulgo. in rubr. ff. eodem. & fuit de intentione Specu. qui eandem materiam tractans posuit tit. de instrumentorum editione, & non de edendo. a Bal. vero hic in lect. dicit posse salvari gl. quia gerundium habet activum & passivum significatum & inquantum habet activum, non inducit necessitatem, vt in titul. de in ius vo. sed inquantum habet passivum bene inducit, vt hic Ang. tenet hic. vt ʃ. sed in. l. si in ex parte. ff. de 4 acqui. hered. dicit quod † quando gerundio preponitur prepositio, de interdum importat necessitatem, vt hic. & in tit. de libe. & posth. here. instit. interdum non importat, vt in. d. tit. de in ius voc. & de postu. & ita refert & sequitur Imo. in. d. l. si in ex parte. Tu adde, quod si loquitur negative semper necessitatem importat, vt in ti. de rebus eccl. non alie. & in auth. de non eligē. secundo nub. cum simi. Item adde pro Bal. quia verum est quod gerundium in passiva significatione semper importat necessitatem. & ita dicunt grammatici, vt patet per Donatum in eunucho, dum dicit faciundum fuit subdit ipse Donatus legendum scribendum faciendum totum. hoc semper necessitati adiungitur. vnde Vergilius lib. Aenei. l. xi. aut pacem Troiano &c. hoc etiam probatur alibi in bucolicis Eclog. viii. frigidus in pratis cantando &c. id est dum cantatur, ita potest dici pro Bald. sed non fuit ista intentio gloss. in fine. vbi subintelligit accusativum post gerundium, & sic sentit quod hic ponatur in activa significatione. Ut autem ex istis grammaticalibus percipiatur vtilitas conclude, quod communis intelligentia est tenenda: quia vere gerundium instruit quid agendum, & sic denotat actum in fieri. non proprie in facto esse neque per modum separatum ab ipso actu, 5 sed in ipso actu. vnde Bar. consulendo dixit, quod † incepta est inquisitio continens, quod Titius insultavit Caium percutiendo ipsum cum ense: quia cum insultus fuerit ante percussionem expletus & perfectus. est enim insultus, in alium saltus. vt habetur in. l. i. §. cum arietes. ff. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. superveniens percussio non modificat, neque qualificat, aut declarat insultum: vt est de natura gerundii, modificare, qualificare, & declarare actum. ad hoc. l. si quis maior. ʃ. de transact. & l. i. ʃ. de his, qui latro. occul. & ff. de vi. & vi arm. l. vim facit. & in. c. in nostra. extra de probat. sed Tancredus in quadam sua compendiosa in quarto. c. q. ii. concludit dictam inquisitionem tenere, ne delicta remaneant impunita, & etiam quia solent improprietari ad sustentationem libelli. ad hoc. l. sed & si possessori. §. item si. ff. de iureiur. vnde postquam insultus, & percussio est probata, delinquens veniet puniendus de vtroque. & ita videtur velle Io. de plat. insti. de act. in rub. & Paul. de cast. in rubr. ff. eod. in vltimis verbis, licet in prin. dicat, quod si gerundium iungitur verbo quod de se nihil importat ponitur declarative, puta si accusanti te: quia deliquisti. & sic in genere generalissimo, vt ita dicam subiungendo gerundium, puta deliquisti occidendo Titium, vel receptando bannitos videor accusare Titium de homicidio, vel de receptatione. sed si verbum de se importaret, vt si accuso te quod me insultasti vulnerando non videor accusare de vulnere: sed de solo insultu. quia verbum, insultasti, de se satis importat. vulneratio autem est actus ab ipso insultu separatus, & sic delinquens non veniet puniendus ex eo processu de vulnere, vt ibi videtur velle ipse Paulus de castro. contra eius opinio facit text. in dicta. l. i. de his qui latro. & in dicto capitulo, in nostra. Sed potest sustentari intelligendo, quod dictus accusatus non veniat puniendus vigore accusationis: sed quod veniat puniendus per officium iudicis ex predicta prima ra6 tione Tancredi. etiam ex eadem instantia. sicut † de criminali pervenitur ad civile. ex eadem instantia officio iudicis, vt. l. interdum fur. §. qui furem. ff. de furtis. & ibi per Bartol. & Bald. in. l. quod exstandi. ʃ. de condictione ob turpem causam. & sic tenenda erit ista media via circa predictam questionem. non improbando aliter quod supradictum est de gerundio, iuncto verbo de se significanti actum perfectum, & determinatum De 7 natura † autem gerundii plene habetur per Andre. de pisis in quodam suo tractatu de gerundio. & per Ioan. And. in capitulo primo, de postu. prelat. in novella. & per eundem in titulo, de libelli conce. §. nunc videndum circa princip. & per Bartol. in. l. i. de condi

Circa istam rubri. numquid ex preparatoriis inferatur necessario, ad preparatum concludo, quod sic quando essentialiter necessario implicant: alias secus: et ideo intrepide, concludendum est puellarum matronarum ac bonarum gallie consuetudinum favore. coniungem ob osculum luxuriosum non esse dote privandam vt hic, & in rub. de iudi. bene concludunt novissimi, & concludatis quod gerundiorum propria natura non necessitas sed actus executio denotatur, vt hic concludit Mo. & in rub. ff. eo & si proponatur accusatio quod Titius insultavit Caium vulnerando de insultu, & de vulnere, dicto intelligitur est communis opi. vt dicit hic Mo. & bene. S. T.

Sup ista rub. vos do. bene et copiosissime, vltra alios loquentes videatis, do. Rimi. & do. meum do. Marcum de mantua. S. T.

Circa hic rubri. de edendo, videatis do. mei, Ang. in cons. cccv. do. Panor. consi. xiii. in principio in. i. vol. Ang. consil. x. do. Lud. ro. consi. cclii. col. ii. & consi. cccxviii. do. Fran. Aret. consi. cxx. do. Ale. consil. lvii. in. i. volu. dom. Alexan. in consi. iii. in ii. vol. do. Ias in l. i. col. xvi. solu. matri. do. Felin. in. c. i. in. v. col. extra, de probatio. vltra novissimos hic. S. T.

tionibus & demonstrationibus. ff. & per Bald. in l. falsus. & in l. ij. de non numerata pecunia. & in. l. id quod pauper. in secunda columna. C. de episcopis & clericis. ¶ In eadem. in fine dic, quod facit causa breuitatis. nam de edendo semper intelligitur de quibuscunque rebus edendis, vt. l. si pluribus. ff. de lega. ij. & l. si necessarias. §. si annua. de pignoratitia actione. sed apponendo † actum de vna re, puta de edendo actiones, non comprehendisset rationes & instrumenta, & sic fuisset diminutus. apponendo autem accusatiuum, omniũ edendorum fuisset nimis longus. ideo simpliciter dixit de edendo.

SVMMARIVM.

1 ¶ Reus non tenetur edere actori ad eius intentionem fundandam, nisi interdum ex causa per officium iudicis.
2 Lex ista habet duos intellectus.
3 Volens agere debet venire instructus & suis probationibus prouisus aliter incaute facit.
4 Quando subest legitima causa editio fit per officium iudicis nobile.
5 Due sunt cause propter quas reus tenetur edere.
6 Cause vltra gl. propter quas reus tenetur edere rationes actori.
7 Qualitas adiuncta verbo, designat secundum tempus verbi.
8 Notarius compellitur edere instrumentum illi, a quo fuit rogatus iudicis officio.
9 Ex editione que probatio resultat, & cuius sit effectus hic eleganter remissiue.

¶ Super hac l. prima. videatis Angel. consilio cclxxi. & consil. ccxcij. do. Ludo. ro. consil. lxxxviij. Bal. in rub. C. de constit. pecu. do. Fra. areti. in c. 1. de probationi. in col. finali. do. Soci. cõsi. cclxij. Ro. cõsi. cccxcviij. do. Panor. cõs. xliij. in. j. vol. do. Lu. ro. consi. ccxxvi. Bertachi. i tra. de gabellis. 1. iij. parte. col. iij. vltra Moder. hic. S. T.

LEx Prima. h. d.

Reus † non tenetur edere actori, ad fundandam intentionem ipsius; nisi interdum ex causa per officium iudicis. hoc dicit. Et habet † duos intellectus principaliter, vnus est vt loquatur de editione rationum. alius vt loquatur de editione instrumentorum. Primus intellectus applaudet litere: ibi, rationes. sed huic obstat, quia non solent cogi edere rationes, nisi persone que ad eas scribendas & conficiendas, tenebantur ratione publici officij. aut ex notario. vt. j. patebit. femina autem de qua loquitur ista text. ibi, aduersaria tua non est capax huiusmodi officij. l. femine. ff. eodem. & propter mandatum teneretur actione mandati. vt. l. quedam. ff. eodem. non officio iudicis nobili. de quo hic: ergo non debet intelligi de editione rationum. solue quod non scripserat ipsa istas rationes, sed habebat eas: quia successerat argentario siue nummulario qui scripserat hoc, vult dicere gloss. in verbo, causa, ibi respondeo hic, successit &c. que solutio vera est in se. vt dicta. l. quedam. §. nihil. ff. eodem. sed est diuinatiua, ideo datur alia solutio, quod ista mulier scripserat ipsa, & non vt argentaria & publica, sed vt priuata persona, licet regulariter non soleat cogi edere: tamen ex causa cogitur per officium iudicis. causa autem potest esse multiplex, vt infra patebit. vel dic quod ista mulier, nec scripserat, vt mandataria: nec subcesserat mandatario, sed scripserat vt priuata, & non cogitur edere, quia non viget aliqua ratio per quam reus solet cogi ad edendum propter offic. iudicis. istud est quod voluit dicere Imperator, & est intellectus planus, licet docto. non dicant hoc modo, sed sentiant in precedenti solu. alius intellectus de editione instrumentorum, recepit etiam oppositiones maxime per. l. qui accusare. infra, eodem. vbi reus non cogitur edere actori instrumenta. sed responde illud verum ad fundandam intentionem, sed bene cogitur ad fundandam replicationem, puta si contra te excipientem de pacto, de non petendo. replico quod postea fecisti pactum de petendo: & id volo probare per instrumentum quod habes. ad quod edendum, possum te cogere secundum istum intellectum, & hoc vult dicere gloss. ibi, alij qui intelligunt &c. & ratio sit, quia erat fundata intentio actoris, licet esset elisa per exceptionem rei. argumento eorum, que habentur in. l. si vnus. §. pactus. ff. de pactis. & secundum istum intellectum oportet exponere text. ibi, rationes, id est instrumenta de quo tamen dicetur in. l. fin. infra, eodem. & ibi de reo qui interdum cogitur edere actori non ad fundandam, sed ad iuuandam, & adminiculandam eius intentionem iam fundatam, puta quia probauerat reus promisisse sibi centum aureos. sed contentio erat nunquid, essent Veneti vel de cambera, vnde actor petebat editionem fieri ad probandum quod erant Veneti. ¶ No. quod † volens agere, debet venire instructus & prouisus cum probationibus suis, alias incaute facit, imputet ergo sibi quare incepit ad hoc dicta. l. qui accusare. infra, eodem. & secunda questione septima. capitulo, quia plerique, vbi plerique patiuntur & tacent: quia deserunt publicis documentis. ¶ Item nota, quod reus non tenetur edere rationes suas ad fundandam intentionem actoris, regulariter ex causa tamen bene cogitur edere. ¶ Item nota quod † quando subest legitima causa, per quam reus edat actori, talis editio fit per officium iudicis nobile. ¶ In gloss. in verbo, quemadmodum. prima expositio conuenit titulo, qui vt diximus in rubrica, principaliter loquitur de editione fienda ante litem contestatam. Secunda vero expositio magis conuenit litere, que preponit debitum ex causa depositi, vt ibi deposuisse, & quia dictio quemadmodum magis apte determinat verbũ, probes, quam verbum, deberi. ¶ In eadem, in fin. nota. tres diuersas species probationum. de quibus & alijs per Bartol. & doctores in. l. admonendi. ff. de iureiurando. & dixi in rubrica. infra, de probationibus. ¶ In glossa, in verbo, causa. not. in principio † duas causas propter quas reus cogitur edere vnam, si actore aut eius procuratore mandante, scripte sunt: aliã si semel edite sunt, & casu fortuito perdite, quo ad primam causam aduerte. quia licet sit vera, in se tamen non congruit litere que loquitur de coacto edere per officium iudicis nobile. iste autem mandatarius cogetur edere actione mandati, vt. l. quedam. in princip. ff. eodem. ergo nisi dicas contrarium in his, qui tenebantur scribere ex necessitate officij, vt in nummularijs & fancellis deputatis ex publico, quia contra eos non daretur actio mandati que oritur ex contractu voluntario. ff. mandati. l. j. sed tales coguntur edere potius ratione officij quod principaliter inspicitur, quam mandati quod venit in consequentiam, dummodo tamen petentis intersit. l. Pretor ait. & l. argen. circa princip. ff. eodem. de hoc voluit dicere glossa nostra ibi, item quo modo &c. ¶ Quo ad secundam causam, doctores communiter transeunt cum glossa nostra, quia vera est in se: sed intellige de personis que alias poterant cogi ad personam editionem, puta ex conuentione tacita vel expressa tempore contractus vel ratione officij, non de illis que non poterant cogi, nam tales si semel ex gratia ediderint, nõ deberent postea cogi ad iteratam editionem, quia satis est quod in paucis amico consulatur. l. tutori. de negotijs gestis. & si semel ediderit per errorem non debet eis nocere. argumento eorum, que habentur in. l. si certis annis. infra, de pactis. & in. l. j. infra, de fideicommissis. ¶ Tertia causa propter quam reus cogitur edere rationes, colligitur tacite ex hac gl. ibi, respõdeo, hic successit arg. videlicet, quia sicut poterat cogi autor: puta quia erat argentarius, vt supra, ita possit cogi successor, quamuis argentarius non sit. ¶ Vltra † gloss. sunt, & alie cause propter quas cogitur reus edere rationes actori, vna est & sic. ¶ Quarta si semel visus fuit pro se in iudicio, puta allegando rationes vel instrumenta. l. j. §. edenda sunt. ff. eodem. de quo tamen dicetur in. l. edita. infra eodem. vbi per Bald. ¶ Quinta causa est ex priuilegio persone agentis, & sic petentis editionem, puta ratione officij ex priuilegio fisci in causa ciuili. vt. l. nec quisquam. ff. eodem. de quo. j. in. l. seq. & Bartol. in. l. ij. §. diuus. ff. de iure fisci. idem in ecclesia. vt per Anton. de butr. & per Abbatem sicu. & doc. in capitulo primo, de in integrum restitutione. vbi etiã dicunt idem in hospitali ratione predicta. ¶ Sexta causa fauore pie cause & priuilegiate, puta matrimonij aut dotis secundum Joan. Andr. in capitulo primo, de probationibus, & in addit. Specu. in titul. de instrumen. editis. §. videndum ver. ex premissis. & ita tenet ibi Anto. de butr. quia non deberetur minor fauor

doti

doti quam fisco. vt. l. ij. de priuile. fisci. ¶ Septima causa esset, vbi magna equitas subesset, vt colligitur ex dictis Inno. in dicto capitul. primo, puta quia actor perdidit instrumentum & notarius protocollum, ita quod nõ possit haberi veritas, nisi reus edat instrumentũ qd notarius sibi prius extraxerat, quia tunc tenetur edere ne veritas pereat. argumẽ. l. sequentis. ita exemplificat Anto. de butr. in. d. c. i. & vide per dominos de Rota in decisione ducentesimaoctaua. idem si alia magna equitas suadet: vt quia negotium de sui natura non posset aliter probari, quam per instrumenta, rationes rei conuenti, quia forte factum est in loco secreto, & inter solos domesticos, vt videtur de mente Iaco. butri. hic, in fin. & Bald. in. l. dissolute. ff. de condictione ex. l. ¶ Octaua causa est quando editio ordinatur ad dictã rationem liberationis. vt est text. in. d. l. dissolute. secundum vnam lecturam Bald. a qua non discrepat Bartol. licet per alia verba dicens, quod ille actor habetur loco rei. secus si esset actor simpliciter. ¶ Nona causa est odio persone, vt vsurarij vt in clemen. i. §. ceterum. de vsuris. sed ad hoc nõ datur officiũ nobile, quia datur condictio ex illa clemen. secundum do. cardina. Zaba. ibi, quod intellige quando editio petitur ab aduersario, si enim peteretur a iudice inquirente, certe hec fieret per offic. nobile. vt alias dixit Ang. in. l. si vacantia. de bonis vacan. de quo per dominum meum. ff. in. l. si. & intellige etiam dictum vsurarium teneri ad editionem, non solum ordinarij libri: sed etiam cuiuscunq; scripture facte tempore quo fecit vsuras, vel etiam postea ante restitutionem vsurarum, secus de factis post restitutionem: per ea que habentur per Bal. in rubrica. ff. de vsuris. in secunda questione, & maxime post triennium elapsum a tempore restitutionis. per text. no. in authen. de mo. §. illud. ¶ Item intellige vsurarium teneri. vt. s. etiam si non possit dici manifestus, secundum ea que habentur in. l. siue manifestus. ff. de furtis. ¶ Item etiam si non habet consuetudinem scribendi. ¶ Item etiam si non habet mandatum de scribendo expressum vel tacitum: imo etiam si non haberet mandatum de non scribendo tenetur edere quod scripsit secundum domi. cardina. Floren. in dicta clementi. prima. & hoc propter odium predicte persone vsurarij, propter quod odium videtur idem posse dici in personis similibus vsurario, vt in auth. caupo. stabu. & publi. quorum est improbum genus, quia eadem est ratio dande editionis secundum Bar. in. d. l. dissolute. sed de publicanis videtur melior ratio, quia ipsi sunt officiales ex publico, & ideo dicuntur publicani quorum scripturis, datur fides sicut hodie fancellis deputatis ex publico ad colligendum gabellas vel collectas, & introitus communis qui tenẽtur edere scripturas eorum adinstar argen. & notariorum. vt. l. quedam. §. numularios. ff. eodem. & in gloss. secundum dominum meum hic, qui etiam dicit idem in emptoribus gabellarũ qui dicebantur procuratores fisci. ff. de noui oper. nun. l. in prouinciali. §. i. per Bar. sed attenta hac ratione officij publici non tenẽtur publicani & gabellarij edere alias scripturas quaz librum ordi- 7 narium confectum tempore officij, quia † qualitas adiuncta verbo, designat secundũ tempus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. de nora. quod nõ fuit de intentione Bal. in. d. l. dissolute. ¶ Decima causa est, vbi de periculo anime tractaretur, vt per Imol. in. c. i. in. iij. col. de probatio. que ratio periculi & fauoris anime, habet locum etiam in vsurario secundum Imol. ibi. veruntamen vbi hec sola ratio attenditur, nõ compellitur quis edere nisi per denuntiationem euangelicam secundum terminos. c. nouit. de iudic. ¶ Vndecima causa est, vbicunque quis exercet aliquam artem, & habet de consuetudine scribere librum rationum, nam qui cum eo contrahit, videtur tacite dare quod rationes scribat more solito. argu. l. vel vniuerso ff. de pign. act. & l. Titianus. ff. quod cum eo. secundum Iacob. butr. hic, in lectu. noua exemplificantem text. nostrum ibi, ex causa, vt puta quia reus exercebat aliquam artem, vel erat mercator, & eius artis occasione confecit librum rationum suarũ. nam tunc dicit ipsum compellendum edere rationes predictas quasi factas aduersario mandante, & ex necessitate officij per consuetudinez quod satis placet Bar. hic, & in. l. quedam. & l. argen. ff. eo. & Ange. Sal. Paul. de cast. in effectu. & do. m. hic. & Guil. de cuno. in. l. edita. ff. eodem. quem videtur sequi Bald. ibi, non obstãte quod videatur speciale in argentarijs & vsurarijs, vt teneantur edere ad fundandam actionem, vt si quis ex arg. ff. eodem. & d. c. i. & sic videatur in alijs dicendum contrarium. propter quam rationem specialitatis Iacob. de bell. in. d. l. si quis ex arge. §. pertinere. determinauit contrarium, in alijs dicens quod semper fuit de consuetudine conficere tales libros, & tamen lex speciale esse in predictis personis, vt teneantur ad editionez, non sic de alijs personis, mercatoribus conficientibus predictos libros, & hoc etiam credit verum Bal. hic, & placet Imol. in. d. c. i. que rationes, & iura non obstant predicte opinio. Butr. & Barto. & sequac. quia edictum pretoris loquens de argen. extenditur etiaz ad similes personas. vt in. §. numularios. & in. l. argen. in princip. ff. eodem. & sic ad mercatores & campsores qui hodie similes sunt ex consuetudine secundum domi. meum. Item cap. i. de vsuris. in verb. ceterum. inducit plura specialia circa istam editionem faciendaz ab vsurarijs que non habet in argen. & similibus. vt tetigi. s. in nona causa. Concludo predictos mercatores & artifices qui habent de consuetudine scribere data & accepta, tantũ ad editionem predictam maxime ex equitate, quaz considerauit in. l. pretor. §. huius edicti. ff. eod. & intellige de libris quos retinent in aperto tanquam publicos: non de bastardellis & similibus scripturis. vt in dicta cle. circa fin. ¶ Item intellige quod liber edendus sit in ea parte, vbi est scripta ratio pertinens ad petentem edi non alibi. vt. l. argen. §. edi. ff. eod. ¶ Item intellige si consuetudo ita scribendi erat generalis similium artificum & mercatorum, prout requiritur ad consuetudinem in. l. de quibus. ff. de legibus. & in. l. i. que sit longa consuetudo. secus si erat consuetudo tantum eius a quo petitur editio, vt hic per dominum meum. in quo tamen vltimo cogita, quia etiam si esset cõsuetudo ipsius tantum videtur subesse dicta ratio editionis faciende, videlicet propter tacitum mandatum. ¶ Item intellige nisi appareat de contrario mãdato prius facto per eum qui nunc petit editionẽ, videlicet quia prius mandauerat quod non scriberet, nam tunc non posset petere editionem a predicto mercatore vel campsore vel simi. vigore presumpti vel expressi mandati cum probatur contrarium, & idem si dictus mercator vel simi. dixit se nolle scribere arg. l. qui ad certuz. ff. loca. ¶ In gloss. fin. similem gloss. habes in. l. i. de tute. & rationibus distra. sed tu conclude cum queritur quo remedio compellatur quis ad editionem, aut ratione dominij & proprietatis, & tunc actione ad exhibendum. vt. l. iij. §. penul. ff. ad exhiben. per gloss. in. l. quedam in princ. ff. aut ratione communis hereditatis, & tunc iudicio fam. ercis. & l. si que sunt cau. ff fami. ercis. aut ratione alicuius vltime voluntatis, & tunc sunt prodita remedia in titu. de tabul. exhiben. & quemadmodum testa aperia. aut ratione societatis, & tunc actio pro so. vt. d. l. quedã. ver. sed cum dolo. ff. eodem. aut ratione alterius simplicis communionis, & tunc communi diuidun. vt habetur in. d. l. quedam. in princip. & per Barto. & Imol. in l. non solum. §. sciendum. de noui oper. nuntia. De tessera & taliola quam quis cogitur edere aduersario qui perdidit partem & medietatem, quia communis erat vtraq; vtriusque & sic de similibus. vbi aliquis contractus precessit, vel quasi de cuius natura sit, vt quis administret & conficiat librum rationum, quia vt in tutelis & simi. quia agitur act. descendente ex eo contractu, vel quasi. l. i. §. officio. de tute. & ratio. distra. & dicta. l. quedam. & l. seruus. de conditionibus & demonstrationibus. & l. qui filium. de manu. testa. & l. fin. infra, arbitrium tutele. cum similibus. aut sumus extra dictos casus, quia non petitur editio ratione proprietatis, non ratione vltime voluntatis, nec alterius communionis, nec precessit aliquis contractus, vel non precessit talis, cui administratio insit, vt est depositum secunduz Bal. & tunc aut interuenit mandatum, vt scriberet expressum aut tacitum aut nullum. Primo casu aut mandatum de scribendo fuerat factum illis qui ex necessitate omnino tenebantur ad hoc ratione officij. vt in argen. & numulario vel fancellis deputatis ex publico vel illis qui emerãt gabellas a communi, & omnes isti com-

pelluntur edere ex hoc edicto per officium nobile, ⁊ nõ mandati act. ex quo non habent illud exequi gratis. vt l.1.ff.manda. similiter si est mandatum factum mercatoribus artem exercentibus, ⁊ consuetudine scribendi, vt s. aut est mandatum aliis personis, que de necessitate non tenebantur exequi, ⁊ tunc datur actio mandati. dicta. l. i. ⁊ dictum est. Secundo casu quando mandatum fuit tacitum in omnibus superioribus casibus, in quibus dictum fuit de personis, que non tenentur ratione officii sui, vel consuetudinis, ⁊ tunc tenẽtur ex hoc edicto officio iudicis nobili, nam videtur tacite mandatum per illos quorum interest. vt s. secundum communem opinionem doctorũ, quanquam aliqui, vt Azo in summa, ⁊ Roffred. in libellis, ⁊ Odof. ⁊ Raph. in dicto. §. ex hoc edicto. dicant quod pro hac editione facienda a similibus personis, detur actio in factum descendens ex hoc edicto quod non est verum, vt patet ex hac. l. in fin. ibi solet. quod verbũ solet, ostendit quod ita erat de iure digestorum, sed bene datur dicta actio in factum ad interesse si postea non edatur secundum predictam communem opinionem Bartol. Bald. ⁊ 8 aliorum doctorũ. Et hinc est quod † notarius compellitur edere instrumentũ illi, a quo fuit rogatus per officium iudicis. vt per glo. in. l. argen. ff. eodem. vbi tamen dominus meus, ⁊ in. l. quedam. dixit posse etiam dari vtilem actionem ex locato, que concurrit cum dicto officio iudicis, cum vtrunque remedium sit subsidiarium iuxta gl. in. l. cum filius. ff. si certum petatur. ⁊ in. l. de pecoribus. infra, ad legem aquiliam. hec tamen actio vtilis ex locato non dabitur contra notarium alteri, quam illi qui notarium rogauerat, licet officium nobile bene detur. Tertio secundum consuetudinem que est hic, dummodo interfit: vt voluit Ange. in. l. Pretor. §. 1. ff eodem. In aliis autem personis que non tenentur ex officio, vel ex consuetudine scribere, si non est mandatum expressum, non intelligitur tacitum: ex quo artem non exercent, neque ex consuetudine scribunt, ideo nullo iure compellitur ad edendum. Quarto casu quando nullum est mandatum expressum, nec etiam tacitum. quod mandatum tacitum solet esse in predictis superioribus personis: certe non est causa quare teneatur quis edere, vt hic in princip. ⁊ l. qui accusare. infra, eodem. ⁊ multominus si mandatum esset in contrariũ, per supradicta, verum est tamen quod habens potestatem edendi, potest compelli ad editionem faciendam cuicunque pretendenti interesse, ⁊ non habenti commoditatem aliunde per denuntiationem euangelicam iuxta capitulũ, nouit. de iudiciis. ⁊ tetigi supra, ⁊ vidi seruari. Scias autem quod petens editionem semper potest expelli si sua non interest. vt. l. si quis. §. ex hoc edicto. ⁊ l. si autem. §. 1. de rei vendicatione. Que autem † probatio resultet ex huiusmodi editione, ⁊ cuius sit effectus, vide per Bald. hic, in ver. vltimo quero. ⁊ per eundem in. l. i. quarta columna. infra, de confessis. ⁊ in rubrica. i. de fide instrumentorum. in duodecima ⁊ decimatertia columna. ⁊ vide que habentur in. l. quedam. §. nummularios. ff. eodem. ⁊ per Bartolum in. l. nuda. ff. de donationibus. ⁊ canonistas in clementi. litteris. de probationibus.

a ¶ Circa hãc. l. is apud quẽ. videatis vltra do. philip. dec. do. Curtium iuniorem. ⁊ Purpu. Rimi nal. ⁊ do. Iacobinũ. videatis An cha. cõ. ccxvi. do. Alex. cõs. l. cvii. in i. vol. do. Barto. Veronensem in cap. co. Roma. cõ st. c. do. Fely in. c. cũ sic. in. v. col. de foro cõpe. ⁊ vtrũ acta facta in vno iudicio p̃bent in alio. vel facta inter aliquos p̃bẽt inter alios, vltra nouissimos hic videatis do. Anto. de but. in cõs. xxxvi. do. Pan. in. c. pisanis. i vl9 ti. col. de re. spo lia. ⁊ late. ⁊ bene do. Fely. in. c. causa que il primo. extra de testi. S.T.

SVMMARIVM.

1 ☞ Acta publica tam ciuilia, quam criminalia iudicis officio sunt edenda.
2 Ad euitandas oppositiones, que possent fieri, hec lex quinque modis legitur.
3 Iudex appellationis non potest iudicare ex primis actis tantum, nisi cuncta producantur, ⁊ si in visis actis iudicando procederet peruerteret ordinem iudicii, ⁊ litem suam faceret.
4 Ritus iudicii appellationis tam in primum iudicem, quam in partem post Bartol. hic, per do. Corne. egregie descriptus.
5 Cautela do. Cornel. post Baldum de petente cassari bannum quod non reperitur, quia tunc cum actualiter cassari non potest, cassum ⁊ vanum bannum pronuncietur.
6 Appellans debet probare congruo loco, ⁊ tempore se appellasse. ⁊ circa hoc do. Cornel. subnectit post alios, pulchras ⁊ vtiles declarationes.
7 Si processus extradandus est sibi terminus ad accipiendum copiam post reuersionem, ⁊ si fuerit contumax sumptus reficere debet.
8 Compellendus est notarius denegans dare copiam, vt probat hic eleganti ratione do. Corne. post Bartol. Bal. ⁊ do. Ando. roma.
9 Quando pars litigat debet sibi dari terminus ad recipiendum copiam actorum, ⁊ hoc vt dicit do. Cornel. a contrario sensu probatur.
10 Si litigatorum vnus dissigillauit, rapuit, ⁊ perlegit acta apud aliquem sequestrata per iudicem dupliciter punietur.
11 Acta indistincte fisco eduntur.
12 Acta inter duos litigantes confecta non habent locũ, inter alios. fallit casibus adductis, ⁊ eleganter declaratis per do. Cornel.
13 Facta in vna instantia habent effectum in alia inter easdem personas, ⁊ fidem faciunt: sed in diuersa instantia distinguitur.
14 Nunquid acta probatoria facta in vna causa, in qua instantia non perii. sed fuit iudicialiter terminata, faciant fidem in alia inter easdem personas egregie do. Corne. hic distinguit.

a 1 HIS, apud quem. a Acta † publica tam ciuilia, quam criminalia iudicis officio sunt edenda. 2 Et legitur quinque modis in glo. † ad euitandas oppositiones que fieri possent contra hanc legem, nam videbatur quod dicta editio nõ deberet fieri, quia frustra petitur fieri illud quod factum non releuat. vt. l. hec stipulatio. §. diuus. ff. de le. no. ca. sed ⁊ iudici ⁊ parti debebant esse nota acta in iudicio facta. vt notatur in capitulo, quoniam contra. de probatio. ergo ⁊c. Vno modo glossa nostra dicit quod lex ista loquitur in iudice appellationis qui iubet quod acta prioris cause exhibeantur sibi a priore iudice vel 3 ab appellato. ¶ Ex quo nota quod † iudex appellationis non potest iudicare ex primis actis nisi producantur, ⁊ si iudicando non visis actis perverteret ordinem iudicii non recte faceret, vt per Innocen. in. c. cum Bertholdus. de re iudicata. secundum Bald. hic, de 4 quo tamen tertia lectu. ¶ Item nota quod iudex † appellationis, iubet primo iudici, vel etiam parti contra quam appellatur, vt faciat sibi copiam actorum: sed quid si appellatus negat se habere dicta acta, vel partem ipsorum pnta factum, dicit Barto. quod iudex debet interrogare partem: vtrũ habeat illud instrumentũ sententie, vel aliud de quo agitur, ⁊ si dixerit se non habere, vel noluerit exhibere, pronuntiet quod si quo tempore instrumentum illud reperiatur non adhibeatur ei fides, sed sit cassum ⁊ vanum. ad hoc allegat Innocen. in capitulo, cum perpetuus. de fide instrument. allegat etiam simile de termino statuto per iudicẽ ipsi actori ad agendum, quo elapso iudex pronuntiat quod de cetero non audiatur. vt. l. Titia. ff. de accusationib. ⁊ l. si ea. infra. qui accusare non possunt. facit etiã quod dixit Bald. in. l. nostram. infra, de testamen. de eo qui 5 petit cassari bannum quod non reperitur, quia † cautela erit quod cum non potest cassari actualiter, pronuntietur bannum cassum ⁊ vanum: sed re vera Innocen. non dicit id, ad quod per Bartol. refertur: sed bene dicit quod quando appellatus, non negat solum se habere sententiam penes se, vt sunt termini Bartol. sed negat sententiam pro se latam, ⁊ acta sic esse facta habet locũ dicta practica. ita dicit Innocen. ⁊ ita eum refert ⁊ sequitur Rapha. Angel. ⁊ Paulus de castro hic, ⁊ Antonius de butrio, ⁊ Imol. in effectu, ⁊ dominus Nicolaus in dicto capitulo, qui perpetuus. ⁊ Zapus in allegatione decima, vbi tamen refert Federic. de senis in consilio ducentesimo, tenuisse contrarium, quia cum non constet ipsi iudici, ad quem se esse iudicem in illa causa, nisi producatur sententia, non potest interloqui. vt supra allegat. notata per Innocen. in capitulo, pastoralis. §. i. de officio delega. in gloss. suspenditur. pro quo Fede. contra dictã practicam faciunt notata per Bartol. in. l. hi, qui ad ciuilia ⁊ in. l. eos. ⁊ in. l.

6 ⁊ in.l.litigatoris.infra,de appellationibus.vbi † appellans debet probare se appellasse congruo loco, ⁊ tempore,⁊ debet etiam ipse producere sententiam. vt notatur in capitulo, Romana.§.si vero.de appellationibus, libro sexto.Sed tu aduerte pro dicta practica,que semper allegatur ,⁊ est vtilis , quando appellans non potuisset habere copiam sententie. vt infra, dicam. quia aut appellatus ita interrogatus , ⁊ negat sententiam pro se latam:verum dicit,⁊ tunc non habet causaȝ conquerendi de dicta pronuntia iudicis, cum sibi non noceat in aliquo.aut mentitur:quia imo fuerat lata, ⁊ tūc similiter non potest iuste conqueri , si iudex secutus est suam confessionem.⁊ pronuntiauit,vt supra. vt capitu. fin.de confess.vel si sua cōfessio fuit publicata ⁊ authenticata.quo casu etiam nocet sibi in perpetuum ⁊ in alio iudicio,vt infra,de liberali causa.Lixbenus. ⁊ secunda questione prima. canone , multi. ⁊ quod notatur in capitulo, Albericus. ⁊ in capitulo, significauit. de testib. ⁊ hoc nisi probabiliter deceptus falsum dixerit , cum tunc succurratur eidem , satisfacto tamen prius aduersario de suo interesse. ff. de interrogatorijs actionibus. l. de etate.§.ex causa.si poterit probare contrarium per ostensionem sentētie vel alio modo:nam hoc casu probatio preualebit confessioni erronee , cum probato errore stetur vtilitati. C.de iuris ⁊ facti ignorantia.l.error.secundum do.Innocen.tenenda est igitur predicta practica Innocen. si appellatus neget sententiam pro se latā. vt sunt termini sui : quia standum est sue dolose confessioni.imo ⁊ sicut sunt termini Bartol.fateatur latam , sed mentiendo dicat illam apud se non esse idem dicendum , quando appellans aliter habere non possit.vt voluit Imol.in dicto capitul. qui perpe. ¶ Non obst. quod iudex appellationis fundet suam iurisdictionem ex sententia primi iudicis, vt dicebat Fede.in dicto consilio , quia imo iudex sicut in principali , ita ⁊ in hoc preparatorio potest exercere suam iurisdictionem, prout in simili in.l.ad rem mobilem.⁊.l.ad legatum.ff. de procuratoribus.⁊ in capitulo, prudentia. de officio delegati.facit optime quod habetur in capitulo,dispendia.⁊ capitulo,statutum.§.cum vero.de rescri. in vi.vbi iudex pronuntiat se iudicem incompetentem , ⁊ tamen condemnat partem in expensis.¶ Item non ob. quod notatur in dicta.l.hi,qui ad ciuilia. ⁊ in dicto capitulo, Romana.§.si vero.quia loquuntur quando appellans habet . vel de facili potest habere copiam sententie , a iudice.hic vero quando non potest aliter habere copiā, ⁊ sic in subsidium.quo casu appellatus eam habens cogitur exhibere. ipse tamen ita coactus exhibere,potest petere compelli appellantem ad refundendum parteȝ expensarum factarum in recolligendo sententiam a notario,secundum Bald.⁊ Paul.de cast. ⁊ si appellatus neget habere sententiam , vel pro se fuisse latam iudex pronuntiauit, vt. s. vel coget appellatum renuntiare sententie. facit.l.non alienuȝ. de interrogatorijs actionibus. sed si appellatus dicto casu non negat sententiam pro se latam fuisse , sed dicit ⁊ iurat quod non recordatur qualiter lata fuit , ⁊ de eius tenore vel effectu non videtur equum quod imponatur sibi silentium.argumen.l.fin. infra, de fide instrumentorum. vnde dicit dominus meus, quod hoc casu residebit in arbitrio iudicis,in considerando implicitatem facti , vel qualitatem persone:prout ei videbitur ⁊ habebit illum pro negante si ita arbitrabitur quod dolo responderit, secundum ea que notantur in. l. non fatetur . ff. de confess. ⁊ similiter si appellatus dicat se nescire , sed si dictis casibus iudex arbitretur non dolum , tunc non habebitur pro negante, nec erit locus practice Innocen. puto tamen quod possit subuenire appellanti interloquendo fatalia non currere. ⁊ ita sentiunt quidam Moder. legentes Senis. Si autem appellatus nō vult respondere,vel non debito modo respondet, tunc iudex habebit eum pro negante.vt.l.de etate.§.qui tacuit.de interrogatorijs actionibus. ⁊ facit gloss. in.l.quamdiu.de actio. here.⁊ sic habebunt locum dicta,supra,de negante. Si vero appellatus fatetur sententiam, ita latam satis erit appellanti,vt possit procedere ad impugnandum,sicut si producta fuisset propter dictam confessionem , cum sit standum.vt.l.prima.de confess.⁊ per Bald.in.l.hoc genus.supra, de episcopis ⁊ clericis. secundum dominum meum. Et hec quo ad primum intellectum gloss. Secundus intellectus est,quod editio fiat parti non iudici : vt puta, quia actor diu absuerat , vnde processus fuerat factus eo contumace. petit ergo sibi fieri copiam que debet fieri. vt.l.properandum. §.⁊ si quid.§.de iudicijs.

7 ¶ Not. igitur quod † si processus est agitatus contra absenteȝ dandus est sibi terminus ad accipiendum copiam post reuersionem : debet tamen reficere sumptus , si fuit contumax secundum Bald. ad hoc. l.

8 sancimus.infra,de iudicijs.⁊ si notarius denegat † sibi dare copiam potest cogi. vt.l.secunda. supra,vt lite pendente. nam si productio iurium fuit facta per alteram partem,quorum fuit petita copia ⁊ non decreta.seu tradita , non valet ad finem probationis, in preiudicium partis aduerse , cui non fuit data copia eorum:ad hoc bonus text. tertia questione nona,canone , tante. ⁊ ita determinat Barto. in extrauagan. ad reprimendā. super verbo, de plano. ⁊ Bald.in.l.si quando. infra, qui accusare non possunt. ⁊ dominus Ludouicus in consilio centesimoquinquagesimoquinto,⁊ trecētesimodecimooctauo.

9 ¶ Item no. a contrario sensu,quod † quando presens litigat , non debet sibi dari terminus ad recipiendum copiam actorum , scilicet ex internallo: quia tota die debet accipere copiam , secundum quod fiunt acta. dicunt Bartol. ⁊ Bald. hic. sed domino Rapha. videtur durum quod presenti denegetur copia, ⁊ detur absenti contra. l.non solum. ff. de nouatib. ⁊ capitulo , contingit. de dolo ⁊ con. vnde videtur dicendum quod si contra illum qui fuit presens imminet suspitio,ne faciat causa dilatandi : puta quia petit dilationem , ad accipiendum copiam in calculo ferende sententie , ⁊ tunc procedat sine dubio dictum Bartol. sed si cessaret suspitio non esset sibi deneganda copia ⁊ dilatio ad ipsam recipiendā. posito quod fuisset negligens in accipiendo prius, secundum Paul. de castr. Tertio modo legitur hec lex,quod loquatur in successore illius iudicis , coram quo acta fuerunt facta. ¶ Ex quo no. quod mutato iudice oportet acta denuo produci,etiam si ille iudex sit successor primi iudicis in eodem tribunali. ad hoc not.in.l.quoties.§.finali. ff.de probationibus.sed quero quid si nō producuntur. dicit Bar. hic. quod pronuntio facta per iudicem , nisi ipse haberet nota acta,non valet etiam si pronuntio esset bona ⁊ recta secundum acta lata. vt. ff ex quibus causis hypo. co. l.hoc autem. §.i.facit.de acquirenda hereditate. l.⁊ si de sua.in principio. quod intelligit verum Bal. quando iudex non vidisset acta per que substantiatur iudicium:puta non viso libello, ⁊ non visa litis contestatione.secus si non vidisset probationem, ⁊ alia per que iudicium non substantiatur, ad hoc gloss. in capitulo, ecclesia sancte Marie. de constitutionibus. ⁊ quod dicetur in. l. i. de errore calculi. quod ⁊ forte fuit de mente Bartol. qui subdit , quod quando reuocatur iudex de consilio est quod fiat productio omnium actorum celebratorum coram precedente iudice , vt hic dicit esse casum secundum istam lecturā. Unde cum dicat hoc esse de consilio, sentit non esse de necessitate quod producitur omnia acta de nouo : sed quod sufficiat producere substātialia iudicij , imo nec est necessaria noua productio, aut reassumptio status cause de nouo: cuȝ sit idē tribunal. vt.l.proponebatur. ff.de iudicijs. ⁊ dicetur in l. prima. infra, de postulando. licet nouus iudex bene debeat iterum citare partem, non obst. quod fuerit citata a precessore,⁊ quod terminus statutus in illa citatione ceciderit in tempus successoris. secundum Bald. in.l.consen. infra,quo.⁊ quando iudex. ⁊ per Angel.in l.edictum. ff. de iudicijs. Debet etiam supradicta acta facta coram precessore , videre absque alia productione verbali, que solet fieri de instrumentis ⁊ alijs scripturis secundum Paulum de castro. ad hoc.l. properan. §.⁊ si quid. infra, de iudicijs. ibi dum dicit acta coram se ⁊c.⁊ ideo seruatur in practica quod in sententia premittatur visis videndis. Quarto modo legitur in administratore qui acta debet videre secundum formam authentice, ad hoc.infra,de iudicijs.vbi secundum communem intelligentiam. si ordinarius delegauit audientiam cause, reseruata sibi sententia, tenetur ipse audire in princip.in medio ⁊ in fine,si ergo seruatis seruandis vult dare sententiam , faciat sibi exhiberi acta gesta co-

ram illo commissario, quibus non visis non posset eaꝫ dare, ⁊ hoc vult dicere gloss.ibi, quarto in administratore, ⁊ procedit clare secundum Paul.de castr. Quinto modo legitur quod loquatur de attestationibus receptis, qui debēt teneri secrete per notariuꝫ, antequam iudex ipsa publicet, vt colligitur ex isto textu ibi, videbit. sed postquam pronuntiauit esse publicandas ⁊ publicari deberi, notarius tenetur dare copiam parti, vt possit opponere quicquid vult, ⁊ ita seruatur in practica. ⁊ hoc voluit dicere glossa in vltima lectura ibi, quinto. de qua lectu. per Bartol. in.l.gesta.ff.de re iudicata. sed quero quid si notarius rogatus de dictis testium, pendat siue manifestet ea parti ante supradictam pronuntiaꝫ iudicis, dic quod tenetur pena falsi. vt.l.prima. in princip. ibi, inspiciendum. ⁊ in.§.is qui deposita. ff. de falsis. ⁊ in.l.si quis aliquid ff.de penis. ⁊ sensit Bal. in.l.fin. in nona columna. infra, eodem. ⁊ idem si panderet parti intentionem iudicis, qui contulerat secrete cum notario de sententia ferenda: tenetur etiam actus iniuriarum secundum Oldra. in.l. item apud Labeonem.§.idem ait eum qui.ff.de iniurijs. per dictū.§.instrumenta. Sed pone, quod iudex alterius territorij, cui fuit commissa examinatio, secundum ea que habentur in.l.generaliter.§.is, de presentibus.ff.de rebus creditis. consignauit parti adtestationes clausas ⁊ sigillatas (vt modus est) referendas ad iudicem cōmittentē, pars autem illas aperuit ⁊ dissigillauit an vitietur. do. Lud.pon. in.l.i.ff.de officio assessoris. dicit quod non. sed quod pars que aperuit in hoc punitur, quia vbi alias potuisset opponere contra personas, ⁊ dicta illorum testium amodo non poterit. vt.c.cum olim magister R.⁊ ibi notatur de officio delegati. poterit etiaꝫ puniri de falso, vt ibi notatur, ⁊ si vna pars subtraxit librum penes aliquem sequestratuꝫ punitur in hoc, quia non est danda fides libro, in his que faciunt pro subtrahente, ad hoc tex.in.l.si de possessione. infra, de probationibus. ⁊.l.prima.§.ille autem.de lati.liber.tollen.

10 infra, ⁊ si vnus ex † litigatoribus dissigillauit ⁊ aperuit ⁊ perlegit acta apud aliquem sequestrata, per iudicem punitur dupliciter. primo arbitrio iudicis, secundo quia postea non auditur, si quid postea allegare velit contra ipsa acta probatoria, seu cause instructoria que pro ipso faciunt. vt in dicto capitulo, cum olim. ⁊ vide de his per dominum Ludouicum, in capitulo ducentesimotrigesimosexto. ⁊ in dicta.l.prima. de officio assessoris. vbi etiam dicit quod si dictus iudex cui erat commissa examinatio in alio territorio remisit attestationes apertas ⁊ non sigillatas non propterea vitiantur. allegat ad hoc singul. dictum Guilielmi de cuno in dicta.l.prima. ¶ In glossa secunda ibi, officio suo, scilicet ⁊ non superioris: quod officium superioris imploratur, quando iudex principaliter aditus negat facere copiam actorum. vt.l.secunda. supra, vt lite pendente. que sic intellecta non obstant secundum Bartolum hic in principio. ⁊ quod dicit dari officium iudicis, hec vera ⁊ declara eam secundum dicta supra, in.l.prima. ⁊ adde quod cum pro tali editione detur officium iudicis, non erit necessarius pro ea libellus ad hoc glo. in rubrica.ff.de interrogatorijs actionibus. ⁊ facit glo. in.l.in cause.ff.de procuratoribus, ⁊ quod dixit Bal. in dicta.l.ij. ¶ In eadem ibi, secundum diuersas positiones, scilicet casuum: nam in istis tribus exhibitio fit iudici: in alijs tribus fit parti. ¶ In eadem ibi.§.diuus bene soluit, inquantum dicit hic de actis, sed non perfecte ideo conclude maxime secundum dominum meū, quod aut loquimur de actis, aut de instrumentis.

11 ¶ Primo casu † indistincte eduntur fisco, ⁊ etiam priuato, vt hic in text. ⁊ cuicunque petenti ⁊ iuranti sua interesse, secundum Paul.de castr. Quod facit vt inquisito debeat dari copia inquisitionis ⁊ omniuꝫ actorum, ⁊ etiam iudiciorum ex quibus processit ad inquirendum, ⁊ per que vult venire ad torturam, vt sic possit pars ea purgare, ⁊ qui denegant copiam malefaciunt, secundum Paul. de castr. hec tamen copia iudiciorum, danda est reo post negationem ⁊ excusationem, vt sensit Bartol. in.l. fin. infra, de constitutionibus. de quo per Angelum plene in repetitione.l.si vacantia. de bonis vacantibus, libro x. ¶ Secundo casu, aut in ciuili aut in criminali, si in ciuili indistincte eduntur fisco. vt.l.ne quisque. ff.eodem. alioquin si non eduntur presumitur furto subtracta. dicto.§.diuus. si in criminali, ⁊ tunc aut petit fiscus sibi edi a tertio, ⁊ dominum edi. vt in.§.diuus. allegato in gloss. in fin. aut ab ipso aduersario ad intentionem fisci fundandam. ⁊ tunc non tenetur edere. vt.l.nimis graue. infra, de testibus. nisi forte in his casibus in quibus seruus torquetur contra dominum. vt.l.i. infra, de questionibus. ⁊.l.interrogaui. secundum Bartol.hic. ¶ In eadem ibi, ⁊ nota, dicit Bald. quod hinc sumitur argumentū ad multa. ¶ Et primo, quod si testis deposuit pro vna parte, ⁊ pro alia dixit, nolo respondere non debeat ei fides adhiberi, ⁊ hoc etiam sensit ista glossa. ¶ Secundo, quod iudex ex officio possit inducere testes in causa criminali, ⁊ ita inducit Bartol. ad questionem, quam disputauit Pisis, sed Bal. intelligit illud verum, si causa est talis in qua posset procedere per inquisitionem. infra, de abolitionibus.l.secunda.ff. de questionibus.l.vnius.§.cogniturum. alias vero non posset testes inducere: sed bene posset inductos a parte ⁊ iuratos recipere ⁊ examinare. vt infra, de testibus.l.si quando. in verbo, iudices ⁊c. qui est text. ad hoc notabilis secundum Bald. ibi. ¶ In eadem ibi, item quod minor iuret. ad hoc vide que habentur in.l.qui iurasse. in princip.ff.de iureiuran. vbi dixi. ¶ In eadem ibi, item an ex his actis pro declaratione materie, ex dictis gl. hic, ⁊ docto. ⁊ in.l.ij.ff.res inter alios acta. ⁊ in.l. si vt proponis.ff.quomodo ⁊ quando. ⁊ per Bart. in.l. cum lite mortua.ff.iudicatuꝫ solui. ⁊ per Inno. ⁊ Cano. in.c. causam que. de testib. ⁊ per docto. in varijs locis

12 consideranda sunt principaliter tria. Primo, an † acta facta inter duos litigantes habeant effectum quo ad alias personas. Secundo, an acta facta in vna instantia habeant effectum in alia, inter easdem personas. Tertio, an acta facta in vna causa in qua instantia non perit, sed est iudicialiter terminata faciant fidem, ⁊ effectum habeāt in alia causa separata inter easdem personas. Circa primum dic, quod regulariter non habēt effectum. vt.ff.res inter alios. ⁊.l.ij. quibus res iudi. ⁊.l. sed ⁊ si possessori.§.si.ff.de iureiuran. ⁊ in.c.inter dilectos. de fide instrumen. cum simi. ¶ Fallit in casibus in quibus sententia lata inter duos faceret ius quo ad omnes. de quibus in.l.ingenuum.ff.de statu hominuꝫ. ⁊ in.l.si duo patroni. in princ de iureiuran.ff. ⁊ in.l.Iulianus ne.de.ff.de condictione indeb. ⁊ in.l.sepe. de re. iudi. ⁊ in.c.quamuis. eod.titu. nam in illis casibus. sicut nocet sententia, ita nocerēt acta ⁊ econtra. vt.d.l. sed ⁊ si possessori. ⁊.l.antepen. de manumiss. ⁊ in.d.c.inter dilectos. ⁊ per Inno. in.d.c.causam. ⁊ per Dy. ⁊ Bart. in.l.ij. de except. rei iudi. ⁊ hic per eundem. ⁊ Bald. in.l. cum lite mortua. iudica. solui. ¶ Fallit secundo, quo ad qualemqualem presumptionem, vt per gloss. hic, ⁊ plenius. in.d.l. si duo patroni. que presuppositio operatur saltem quando cetere probationes essent hinc inde pares, vt per gloss. in.d.l.si duo patroni. quia tunc adiuuat illum, pro quo dicta presuppositio facit ad victoriam obtinendam contra aduersarium, qui equo plene probauit secundum do.m.ibi, ⁊ hic facit prima. q.iij.§. si testes omnes. ¶ Fallit tertio, quia dictum testis in vna causa conuincitur, ⁊ impugnatur ex contrario dicto eiusdem testis. c.in alia. ⁊ inter diuersas personas: vt habetur in.c.cum in tuam. ⁊.c.veniā. de testib. ⁊ per Fede. de senis. in consi.xxv. iuxta theoricam Bal. communiter approbatā hic contra Bart. in.l.eos.ff.de fal. ¶ Fallit quarto, qn̄ querimus tantū de eo quod est facti, puta an verum sit quod acta fuerint facta inter aliquos, qꝛ quod facta fuerint ꝓbatur per ipsa acta, sicut per publica instrumēta. vt.l.gesta.ff.de re iu. ⁊ in.c.quoniaꝫ contra. de probat. ⁊ hic per Bar. ⁊ in.d.l.cū lite. ⁊ habetur in.l.cū reo.ff.de proba. ⁊ per Cy. in.l.desideriū.ff.depositi. vbi dicit quod cōtractus factus inter Titiuꝫ ⁊ Seium, puta venditionis probat titulū cōtra Martinuꝫ, qui alias nunquā vel raro ꝓbaretur secundū Bal. hic, in.v.col. ⁊ sic nunquam vel raro quis posset obtinere in publiciana cōtra Titiū, nisi qꝛ titulus in publi. potest ꝓbari inter diuersas personas ex ratione predicta secundū Bal. in ru.ff.de fide instru. hinc etiā dicit Bal. hic, quod per ꝓcessuꝫ excussionis agitatā cōtra principaleꝫ ꝓbatur excussio ipsius principalis cōtra fideius.

vt in

vtin auth.de fideiuss.§.j.⁊.§.sed neq;.j.ad Treb.l.pen.
in fi.⁊.l.j.de aduocatis diuersorum iudiciorum.⁊ in.l.
in cognitione.ff.ad Sillenia.⁊ sic talis processus aperit
viam contra fideiuss.puta tamen quod volens oppone
re ⁊ dicere excussionem non legitime factaꝫ debeat ad-
mitti si ad eam faciendam non fuerat citatus: quia in
hoc quantum ad me non tractatur de facto sed de effe-
ctu facti, ⁊ de iure resultante ex ipso facto in quo non
debet mihi preiudicari per acta inter alios gesta secun-
dum regulã.ff.dictã.vnde ⁊ acta furti facta cõtra depo-
sitariũ nõ probant cõtra furẽ:vt.j.de furt.l.manifestissi-
mi.§.fin autẽ.secundum Bal.hic.in.vi.col.concludentẽ
hũc effectũ per pulcherrima verba quod vbicunq; mu-
tatur causa ⁊ persona retro facta non probant id ad qđ
facta sunt sed probant se,id est, quod facta sint patet in
ff.dictis exemplis,⁊ in exemplo Bart.⁊ Bal.hic quo-
rum alter videlicet Bartol.dicit quod si testator legas-
set mihi centum sub condictione si Titius obtinuerit in
curia Romana illa sentẽtia lata pderit mihi: q; quo ad
me queritur de facto autem videlicet cum dicit quod si
Titius promisit mihi omne illud in quo tu mihi tene-
baris non specificando quantitatem, ⁊ tu postea fueris
mihi condemnatus ad centum,scilicet ex prima obliga
tione non sufficit producere contra Titium dictam sen
tentiã vel attestationes factas ⁊ publicatas cõtra te ple
nam probationem si Titius non fuit citatus tempore
quo agebam contra te nisi quando sententia faceret ius
contra casus,vt supra,nam promittens quod alius mi-
hi debet, non nocet neque restringit se ad simplex fa-
ctum sed etiam ad effectum qui resultat ex facto quod
nota ad iura dicentia quod sententia facit de indebito
debitum,vt.l.prima infra,de condictione indebiti. nam
illud erit quo ad easdem personas. ¶ Circa secundum,
13 an acta † facta in vna instantia faciant fidem ⁊ produ-
cant effectum inter easdem personas in eadem instan-
tia ⁊ inter easdem personas non est dubium quod sic,
vt.l.nostra. In alia ergo instantia conclude maxime ex
dictis Bartol.hic ⁊ in.l.properandum.§.fina.infra,de
iudic.⁊.j.de fruct.⁊ litis ex.l.secunda.⁊ in dicta.l.cum li-
te mortua.ff.iudi.solui.vbi secũdũ Rapha. ipse Bart.
clarius ⁊ melius distinguit.dic ergo secundum eum, ⁊
vltra, quod aut est eadem causa aut diuersa: si eadem,
vt quia sit eadem res ⁊ eadem causa inter easdem perso
nas,vel que pro eisdem habeantur iuxta.l.cum queri-
tur.⁊.l.si quis totum ff.de excep.rei iudica. Et tunc aut
loquimur de actis preparatoriis,aut de mediis,aut de
ipsa sententia:si de preparatoriis,⁊ tunc aut querimus,
de effectibus concernentibus totam ipsam instantiam,
vt de fideiussore de iudicio sisti,vel simili ⁊ tunc perem-
pta instantia perimit acta ⁊ sic opus erit nouo libello
noua litis cõtestatione,noua datione fideiussoris,de iu-
dicio sisti erit sublatum omne ius preuentionis text.est
in terminis in.l.vbi ceptum.ff.de iudic. ⁊ colligitur ex
dictis Angel.in.l.hos accusare.§.beneficium. de accu-
sat.⁊ in.l.si quis repet.ff.ad Turpil.⁊ de nouo poterit
opponi dilatorie ⁊ declinatorie,vt in dicto. §.beneficio.
que alias amplius opponi non potuissent: vt.l.fina. j.
de exception.⁊.l. Pomponius.§.rati,de procurat. Et
aduerte quod dixi de petitione instantie: quia aliud si
proprie non perisset, sed sententia fuisset nulla ,vt per
Bartol.in.l.cum querebatur.ff.de re iudic. Aut sunt
effectus extra instantiaꝫ ⁊ respiciunt potius casum quã
instantiaꝫ,vt quod actio perpetuet quod res fiat litigio
sa,quod possessor fit male fidei, quod prescriptio inter-
rumpatur ⁊ isti effectus remanent licet sit perempta in-
stantia:vt.l.properan.§.illo.in verbo,iudiciis.j.de iudic.
⁊ not. in.d.l.secunda.de fruct. ⁊ lit. expen.⁊ intellige
vt dixi inter easdem personas:quia ad alias se non ex-
tendunt isti effectus:vt.l.cum notissimi.infra,de presc.
xxx.annorum.⁊.l.prima.infra, de prescrip.long.temp.
¶ Iteꝫ intellige si instantia periit:vt supra, secus si for
te fuisset discessum aliter de partium conuentione:vt.l.
cum mota.infra,de transact.quia tunc videtur quod ta
lis discessus reponat rem in pristinum statum , ⁊ tollat
dictum effectum causatũ ex ipsa lite:vt.l.postquam liti.
infra de pact.secundum Angel.in dicta.l.secunda.in-
fra,de fruct.⁊ lit. expẽ. De mediis autem , vt sunt at-
testationes,confessiones,instrumenta,que tendunt ad
veritatis indaginem dic quod si queritur de confessio-
ne,vel instrumentis in quibus non potest variari certe
ista durant ⁊ faciunt fidem:vt.l.penult.infra,de arbitr.
Intellige de vera cõfessione non de ficta ex cõtumacia:
quia illa periret,perempta instantia, vt dicit Bald.in
dicto.§.diuus.de attestationibus vero dicendum est q;
aut non sunt publicate ⁊ iste non pereunt non tamen
faciunt fidem in alia instantia que non sub eodem pri
me:vt.l.gesta.infra,de re iudicata,secundum Jacob.de
are.in dicta.l.secunda.⁊ per Bartol.hic ⁊ in dicta.l.ge
sta.⁊ in his autem casibus in quibus si essent publicate
facerent fidem poterit peti,vt iudicentur per iudicem
alterius instantie dicit Bartol.⁊ ad hoc not.in capitu-
lo, constitutus.de testib.⁊ in capitulo,Albericus.⁊ per
Antonium.de but.Imol.⁊ dominuꝫ Nicol.in capitu-
lo causam que.de testibus.⁊ per Baldum, hic debent
iterum produci testes ⁊ examinari sine repeti nisi forte
essent mortui secundum terminos.l.fina.infra, de testi-
bus.vel nisi fuissent precepti tanquam senes, vel tanq̃
valitudinarii:vt in capitulo, quoniam frequenter : vt
lite non contest.quia dicta illorum publicantur sine no-
ua depositione aliorum verborum, secundum ipsum
Bald.⁊ Anton.de butr.quorum opin. procedit maxi-
me quando alia iusta causa impedit publicationem,an-
te repetitionem , vt dicto capitulo constitutus.vbi iure
esset casus ⁊ certe si testes examinati a iudice non face-
rent fidem in alia instantia⁊ non possent publicari ne-
que recipi nimium restringeretur facultas probandi,
quod esse non debet,vt.l.quoniam.in fi.C.de hereticis.
⁊.l.generaliter.in princip.infra,de rebus. Aut attesta-
tiones sunt publicate ⁊ dicit Bar.in.d.l.secunda.quod
habent duplicem effectum: vnum quod eis stetur , aliũ
quod plures non recipiãtur. Primus effectus porrigi
tur etiam ad aliam instantiam:vt dicta.l.gesta. ⁊ hic in
gloss.non attenta aliter distinctione dicta.l.fina.de test.
que habet locum in arbitris ⁊ non trahatur ad iudices
secundum communem opin.ad hoc bonus tex.in capi-
tulo,pututa.de testibus.ibi expirasse ⁊c.licet gloss.dicat
contrarium in dicta.l.properandum.in fi.⁊ hec in causa
ciuili.de criminali vero dic,vt per Bart.plene in dicta
l.secunda.§.primo.vi bonorum raptor.⁊ hic per Bald,
qui cõcludit quod si est processum inquisitionis proba-
tur damnum ⁊ interesse partis que nõ fuit presens pro
cessui. argu.l.medium.§.qui furem.ff.de fur.secundus
effectus procedit maxime si causa tendit ad eundem fi-
nem ⁊ effectum secundum Bartol.sed eadem in aliũ
dependentẽ , puta:quia prima instantia fuit de matri-
monio.secunda de legitimitate filiorum natoruꝫ ex illo
matrimonio,secundum dominum Nicol.in dicto cap.
causam que.⁊ in capitulo,veniens.vide Barto.in dicta
l.secunda.§.primo.vi bonorum raptorum.si vero que-
rimus de sententia ⁊ tunc inter easdeꝫ personas si trãsi-
uit in rem iudicatam facit fidem ⁊ nocet alias non no-
cet secundum quod facit ad causam que de nouo agitur
vt.l.Iulianus,de cond.inde.⁊ in.l.duobus. §.colonus.
ff.de iureiur.⁊ in.l.heredi.§.ex diuerso.ff.sol.matr.⁊ col
ligitur ex.j.dicendis.si vero non transit in rem iud.ha-
bent locum nulli,de appel. ¶ Circa tertiuꝫ,quod erat
14 an † acta probatoria facta in vna causa in qua instãtia
non periit sed fuit iudicialiter terminata faciant fidem
in alia inter easdem personas doct.communiter conclu
dunt in locis preallegatis quod si loquimur,de attesta-
tionibus receptis ⁊ publicatis coram arbitro habeat lo
cum distinctio de qua in.d.l.fi.si vero de receptis ⁊ pu-
blicatis coraꝫ iudice ⁊ similiter communis conclusio est
quod si causa agitatur inter easdem personas ⁊ ad eun-
dem finem ⁊ effectum vel ad alium dependentem a pri
mo vt in exemplo.ff.prox.dicto faciant fidem:vt in.l.cũ
antea.j.de arb.⁊.l.iubemus.de lib.cau.⁊ in.d.c.causam
que si vero tendit ad aliuꝫ finẽ diuersuꝫ quamuis vtra-
que.causa sit ciuilis fuerunt varie opi.doc.hic ⁊ in.d.c.
causaꝫ que.⁊ in.d.c.veniens.ex cuius intellectu maxime
dependet decisio predicte dubitationis:vt per Bart.
in.l.admonendi.ff.de iureiu.in col.xv. versi.quero quid
sit.⁊ in extraua.ad repri.super verbo,summarie ⁊ in.d.
l.Iulianus ⁊ per Bald.in.l.nam postea.§.si minor.ff.
de iureiur.tamen potes pro nunc ita breuiter ⁊ cõpen-
diose concludere maxime fm.d.m.quod aut illa prima
⁊ hec secunda sunt eiusdeꝫ nature,⁊ qualitatis:q; ambe
sunt summarie eadẽ specie summarietatis. Sunt enim

diuerſe ſpecies ſummarietatum per Bartol.in.l.naturaliter.§.nihil commune.de acqui.poſſ.⁊ habetur in.l.iudices.ſ.de iudic.vel ambe ſunt ordinarie, ⁊ plene etiam ſi prima fuiſſet plena ⁊ hec ſecunda ſummaria, ⁊ tunc faciunt fidem inter eaſdem perſonas.arg.de exceptionibus.ff.de re iudic.l.ſi quis cum totum.§.plane.tu adde quod hoc procedit niſi in prima cauſa probatum eſſet tale quid,quod mutatur curſu temporis ita:vt probatū in preterito non ſequatur neceſſario neque preſumptiue verum eſſe in preſenti.l.ſpadonem.§.qui ſolutus.ff.de excu.tuto.vnde abſolutus olim ab vna tutela eo,quia probatus ſit ipſum habere quinque filios,ſi hodie conueniatur in alia tutela non excuſabitur p ſuperiorē probationē.⁊ iſta ſolutio non placet:quia non ſequitur quod hodie habeat etiam quinque filios: vt per.d.m.in.d.iuribus.⁊ per Ange.in.l.ſi vt ponis.ſ.quomodo,⁊ quando iudex.Si vero prima fuit ſummaria illa ſummarietate probationis qua prima ⁊ tunc non faciunt finem: vt in gloſſ.l.j.ſ.quor.bonorum.

SVMMARIVM.

1. ¶ Libellus continet qualitatem future litis.
2. Poteſt emendari,vel mutari libellus,ſi iudex hoc iudicabit.
3. Succeſſiue iſta vtilis materia habet poſt modū duas partes.⁊ tertia additur per gloſſ.vt dicit.d.Cor.
4. Definitio libelli.
5. Ethymologia.
6. Qualiter concipiatur libellus in ciuili ⁊ in criminali.
7. Libellus in ſcriptis eſt neceſſarius,⁊ de ſubſtantia,tamen fallit.
8. In cauſis in quibus non requiritur libellus requiritur qualis qualis petitio ad iudicis inſtructionem.
9. Et ſi copia fuit tranſmiſſa diſtinguitur an iterum tradi oporteat.
10. Et ſuper his omnibus bona cautela.
11. In libello debet contineri quis petat,a quo petatur, et coram quo,⁊ quid petatur,⁊ quare.
12. Qualiter ſit exprimenda res petita hic declaratur.
13. In quatuor caſibus incertus, ⁊ generalis libellus admittitur.
14. Qualiter debeat inferi cauſa,in reali,perſonali,aut mixto iudicio.
15. An hodie requiratur actio expreſſa.
16. Clauſula petens ius ⁊ iuſticiam que praticatur.
17. Clauſula frequens,omni meliori modo ⁊c.
18. Sufficit ſi dicam,conqueror de tali,qui me de poſſeſſione deiecit.
19. Coram Papa libellus ſine cōcluſione procedit ⁊ quid in alio.
20. An libellus poſſit declarari per ipſum libellantem.
21. Quid ſit emendare ⁊ tres caſus circa hoc ſunt principaliter conſiderandi.
22. Bona declaratio in caſu, quo emendatio non poteſt fieri.
23. Virtus clauſule,ſaluo iure addendi,⁊ minuendi.
24. Quomodo intelligitur quando, peto fundū Tuſculanum qui ad manus tuas,quando tutelam meā geſſiſti, peruenit.
25. Quid iuris eſt quando aduerſarius non retulit ſe ad ius ſed ad arbitrium.
26. An libellus ⁊ quo pacto mutatio conficitur.
27. Ante litem conteſtatam non dicitur quis agere ſed agere velle.
28. Nunquid poſſit pati mutatio prius agētis actione non infamatatoria,⁊ poſtmodum vellet agere actione infamatoria.
29. In quibus caſibus non conceditur mutatio.
30. Quid eſt cumulatio.
31. Ex quibus conſtet dicta cumulatio cū fallentijs poſtmodum ſituatis.
32. In libello cumulationis per emendationem vel mutationem vel cumulationem noua dilatio dari debet,cum diſtinctione tamen.
33. Actio quid ſit ⁊ quo pacto in.l.noſtra capiatur.
34. Dictio,ſicut:⁊ dictio,ſecundum quomodo intelligatur.
35. Dictio,perpetuum quomodo intelligatur.
36. Ad textum noſtrum declaratio.
37. Longe maior eſt culpa in faciendo, quam in non faciendo.
38. Quid ſit cumulatio.
39. Quibus componitur.
40. Ad quid fuit inducta cumulatio.
41. Quot ſunt genera cumulationum.
42. Debet fieri cumulatio in eodē libello non in diuerſis.
43. Quando ſit opponenda exceptio contra cumulationē diſtinguendum eſt,vt hic per do.Cor.
44. Vtrum aliquid operentur iſta verba,iudicium admitto,ſi ⁊ in quantum de iure teneor ⁊ non aliter.
45. Plures ſunt cumulationis effectus hic egregie per dominum Cor.enumerati.
46. Vnitas concluſionis eſt illa, que facit vnitatem petitionis.
47. Vtrū tot ſint libelli quot ſunt capitula ⁊ quot res particulares eleganter diſtinguitur in ciuilibus.poſita etiā forma de qua per dominum Cor.poſt Paul.de caſt. ⁊ in criminalibus.
48. Quid ſi in eadem accuſatione, aut inquiſitione contineātur plura maleficia quorum pena ſingulariter conſiderāta non excedit centum, ſed cumulando excedit, ⁊ ſtatutum dicat quod bannitus in centum,poſſit impune occidi, an bannitus in centum vnica condemnatione, pro dictis pluribus maleficijs poterit impune offendi,diſtinguendum eſt.
49. Condemnatus in binis quinquaginta in odiū ipſius condemnati non dicitur condemnatus in centum.
50. Et de ſtatuto,hic expreſſo remiſſiue.

a ¶ Hanc.l.elegāter repetit dom. Anto.de alexandris.do.Philibinus ⁊ do.Jacobinus:⁊ vltra eos ⁊ vltra mo. poſt do. Corn. et do. Purpu. hic videatis excellētiſſimum preceptorē meū ⁊ vti patrē obſeruatiſſi. do. Marcū de mantua,⁊ do Hiero. cagnolum, egregie et copioſiſſime nouiſſime, loquētes hic. S. T.

EDicta.hoc dicit.

[a] Libellus † [1] continet qualitatē future litis.hoc.d.prima pars.quaſi dicat,⁊ propterea eſt edendus a principio: vt per hoc inſtruatur reus an velit cedere vel contendere ad hoc. l.prima. ff.eodem.in principio. ¶ Item libellus † [2] poteſt emendari vel mutari,ſi iudex arbitrabitur equum,ſecundum pretoris edictum.hoc dicit, ſecunda pars.quaſi dicat ſi libellus fuit minus bene conceptus,poteſt emendari vel mutari ſine preiudicio tamen ipſius rei tam in deliberando quam in recuperando expenſas quas fecit, ⁊ nō feciſſet ſi editio libelli fuiſſet apte facta,quod iudicis arbitrio relinquitur qui debet ad hoc ſequi mentē edicti pretoris facti ſuper hac materia.⁊ habetur ratio etiā perſonarum in hac mutatione,vel emendatione ſicut in editione non facta.l.prima. in fine.ff.eod.iſtud eſt quod hic dicitur in effectu, ⁊ iſta famoſa vtilis ⁊ not.l.cuius † [3] materia in tex.eſt duplex, vt de ſe patet.vna de editione libelli.alia de mutatione,vel emendatione.tertia additur per gl.de cumulatione.pro declaratione prime materie.gloſ.hic poſita in verbo,ſpeciem.⁊ remittit ſe ad gloſſ.in.l.prima.ff.eo.in principio.pro declaratione autem ſecunde,gloſſ.hic magna in verbo,emendari.ponit multas queſtiones quas nos etiam recolligemus in ipſa ſecunda parte ⁊ ſimiliter dum interſerit tertiā materiam de cumulatione. Capio igitur primam de editione libelli pro cuius expeditione multa eſſent videnda de quibus per Speculatorē in titulo, de liber.li.concep.⁊ per docto.in authentica,offer.ſ.de litis conteſta.⁊ per Bartolum in.l.is quis reus.de public. iudic. ⁊ hic ⁊ in.l.prima.ff.eodem.⁊ ibi per Moder.⁊ per Cano.in rubrica,⁊ in capitulo primo,de libelli obla.ſed nos breuitatis cauſa tantum magis neceſſaria, perſtringemus ad materiam pertinentia,conſiderando primo quid ſit libellus:ſecundo an eius editio ſit neceſſaria.tertio an oporteat dare iterum copiam cum ſemel fuerit tranſmiſſa in citatorio.quarto cui debeat offerri quinto,cuius expenſis debeat offerri. ⁊ in omnibus his parum inſiſtemus.ſexto, quid debeat continere libellus licet habeat alias ſignificationes non pertinentes ad materiā tamen quantum ad propoſitum noſtrum, eſt ſcriptura † [4] in qua continetur res que petitur ⁊ cauſa petendi, et nomen actoris ⁊ rei dicit glo.in dicto capitulo primo, de libelli oblat.ſed Cynus in authentica, offeratur ei. quem refert ⁊ ſequitur dominus Nicolaus,in dicto capitulo primo, dicit quod libellus eſt breuis ſcriptura, continens claram intentionem actoris ſeu accuſatoris ⁊ dicit

5 ꝛ dicitur † a libro, sicut codicillus a. C. vt per Specul. in dicto titulo, de libell. concept. §. primo. circa principiũ.

6 Qualiter † autem concipiatur longum esset referre vide per gloss. in authen. de exhibendis ꝛ introducendis reis. in verbo, libellum inciuilibus. sed in criminalibus, vide aliam gloss. in. l. in causis. infra, de accusationibus. ꝛ in. l. libellorum. ff. eodẽ. Est autem libellus ꝛ eius oblatio regulariter necessaria, ꝛ de substantia: vt in dicta authent. offer. ꝛ in dicto capitulo primo secundum cõmunem opin. etiam si pars aduersa non petat, vt in dicto capitulo primo, imo etiam si renunciet solennitati libelli. vt tenent communiter doct. videlicet Innoc. Vincentius, Bernardus, Anto. de butr. Joan. cald. Jmol. ꝛ dominus Nico. in dicto capitulo primo, ꝛ Joan. and. ꝛ Paul. de leaz. in clemen. sepe. de verborum significatione. licet in dicto capitulo primo Joan. Andr. aliter dicat, non tamen se firmando, ꝛ Jmol. ꝛ dominus Flor. in dicta clementina, sepe. hoc etiam videtur placere Bartol. ꝛ Bald. in dicta authentic. offer. vbi tamen videntur concludere cum Jacob. de Are. quod partes possunt renuntiare editioni libelli, sed non possunt renuntiare quod non fiat aliqualis petitio ꝛ sic communi-

7 ter tenent, quod † libellus in scriptis sit necessarius, ꝛ de substantia. que opinio procedit regulariter. sed fallit quasi in infinitis casibus quos ponunt Modern. in dicto capitulo primo. Et aduerte: quia vbi non requi-

8 ritur libellus. vt in summariis † ꝛ in breuioribus casibus vt in clementina, sepe. ꝛ in authentic. nisi breuior. infra, de sententiis ex breuiculo recitandis, tamen requiritur qualis qualis petitio non per viaz libelli sed ad iudicis instructionem. vt sic possit fundare sententiam: vt ple-

9 nius per Bald. in dicta authen. offer. sed † si copia fuit semel transmissa in citatoriã an oporteat iterum tradere de quo. §. tertio loco querebatur. Bar. in dicta auth. offe. sentit quod non. qđ puto verum, si fuit plene transmissa, vt communiter fit quando quis citatur coram iudice delegato: vt in capitulo, preterea. de dilati. ꝛ in capitulo cum in iure peritus. de officio delegati. secus si cum sola aliquali etiam expressione ad finem: vt appareat reo super qua causa citatur. tunc enim oportet iterum dare copiam reo ad finez, vt instruatur ꝛ quod detur ei alia dilatio ad opponendũ si habuerit tertiũ cõpetentem vt not. in clemen. fin. vt lite pendente. sed bene debet iterum offerri reo, vel iudici ad finem contestãdi litem si citatus veniat ꝛ petat copiam: vt per Joann. Andr. in addi. Speculator. in titulo, de libelli conc. §. nũc videamus ad fi. ꝛ per Bartoluz. in dicta authentica, offer. dicentem. tamen serua consuetudinem curie in qua es. nam in ciuitate ista in criminalibus mittitur libellus cũ citatoria nõ in ciuilibus, sed in ciuitate Pisarum mittitur libellus cũ citatorio etiã in ciuilibus, secũdum ipsum Barto. cui autem debeat offerri de quo supra, quarto loco querebam. Bar. in dicta authentica offe. ponit triplicem practicam dicens quamlibet bonam

10 sed certe cautiũ est q̃ offeratur iudici, ꝛ per iudicem reo, vt voluit Speculator in titulo, de libel. conce. §. restat. licet possit offerri etiam parti iudice presente, vel possit transmitti copia in citatorio: vt supra, vt plenius per Bartolum in dicta authentica, offe. ꝛ per Anto. de but. Jmo. ꝛ dominum Nicol. in dicto capitulo primo. de libelli obla. hec autem copia si petatur a reo erit sibi danda sumptibus suis, vt voluit gloss. in cle. §. de appell. ꝛ Angel. §. in. l. j. licet ipse libellus dari debeat iudici, vel reo sumptibus actoris, vt per glo. in cle. causam. de electio. ꝛ in cle. sepe. de ver. sig. Et hoc est quod quinto loco querebam sexta questio erat quid in libello debeat cõtineri. respondeo quod hoc posset deprehẽdi ex. §. dicta sui diffinitione. sed tamen expressius declarando dicas quod licet debeat continere multa tamen de consuetu-

11 dine approbata sufficit quod contineat † quis petat ꝛ a quo petatur ꝛ coram quo, vt. l. si procuratorẽ. ff. de procura. ꝛ per Joan. and. in. d. c. i. ¶ Item quid petatur, vt in. c. ij. eo. tit. ꝛ quare petatur: vt in. d. authẽ. offer. ꝛ in. c. ii. de libelli obl. sed circa ista duo vltima aduerte aliqua

12 multum vtilia ꝛ pertinentia ad tex. ¶ Et primo † qualiter sit exprimẽda res petita. nam refert aut agitur singulari iudicio, aut generali, aut vniuersali primo casu quando agitur iudicio sing. siue particulari quod competit ad singulas res, vel iura, ꝛ tunc siue agatur reali siue personali debet exprimi res certa: vt. l. si in rez agat. de rei vendicat. ꝛ in capitulo secundo. de libelli obl. hec autem certitudo habetur siue per expressionem proprij nominis ꝛ cognominis aut nominis tantum, vt in notorijs iuxta ea que habentur in. l. hac con. infra, qui testamenta facere possunt. siue per confines: vt dicto capitulo secundo, saltem duos: vt. l. forma. de cẽsi. vel alias demonstrationes ꝛ circunstantias: vt. l. demonstratio. de conditionibus, ꝛ demonstrationibus. ꝛ. l. certum. ff. si certum petat. ꝛ. l. prima. §. si quis argentum. ff. depositi. per Bartolum. ꝛ habetur in capitulo, certificari. de sepul. cuz simi. vt sic aduersarius reddatur certus quid, quale, quantum petatur: vt dicta. l. si in rem. ꝛ similiter iudex cum alias non possit ferre sententiam certam, vt debet, vt instit. de actio. §. curare. ꝛ alias libellus non de-

13 bet admitti ꝛ hoc verum regulariter. ¶ Fallit in quatuor casibus, ꝛ primo quando cõtra ipsum libellum incertum ꝛ generalem non opponitur, nec per reum peteretur declarari: quia tunc admittetur talis libellus, et procedet: vt. l. fina. de annali excep. ꝛ dicto capitulo secundo. ¶ Fallit secundo, quãdo ipse res petite per actorem probabiliter certificari non possunt cuz ꝛ tunc admittatur libellus incertus non facta alia specificatione vt. l. prima. §. fina. ff. si pars hereditatis petatur. ꝛ. l. prima. §. quod autem. ff. quorum legatorum. ꝛ capitulo, constitutus. de in integrum restitutione. ꝛ maxime quando incertitudo proueniret ex facto rei: vt not. in dictis iuribus, ꝛ maxime per Inno. ꝛ Joan. and. in dicto capitulo, constitutus. ꝛ habetur in. l. si quando. j. vnde vi. ¶ Fallit tertio, quando ipse res que petuntur sunt incerte ex se: vt quia sit debitor ipse reus in genere, vel alternatiue cum tũc sufficiat quod generaliter, vel alternatiue exprimatur. ff. de verborum obligationibus. vbi autem. ꝛ not. per Bart. in dicta. l. si in rem. ¶ Fallit quarto, quando ipse res accessorie veniunt, naz procedit iste libellus peto mihi restitui talez fundum cum fructibus perceptis prout no. per ipsum Inno. in dicto cap. certificari. de donationibus. ꝛ per Cyn. in. l. certam. j. de rei vendi. ꝛ per eundem ꝛ Bald. in. l. cum proprius. j. si quis alteri, vel sibi. ꝛ in. l. iij. j. depositi. ꝛ per gl. in. l. fundi. de except. rei iudica. ꝛ per Bartol. in. l. prima. circa princi. ff. eod. ꝛ ita communiter seruatur de consuetudine licet Bar. in. l. ex diuerso. de rei vendicatione. quod si petantur fructus percepti ante litem contestã. debet expressio fieri. secus si postea: vt. l. ediles etiam. §. item sciendum. de edili. edict. vbi de hoc. sed potest dici quod non petãtur accessorie, sed principaliter: vt per Inn. in. d. c. certificari. ꝛ per Jmol. in. d. c. ij. ꝛ habetur in. d. l. iij. licet autẽ in predictis casibus admittitur libellus incertus: debet tamen res petita certificari in processu si potest, vt sic possit ferri sententia certa, vt debet: vt per Bald. in d. l. cum proprius. ꝛ per Ang. in. l. cum filius. §. fi. de ver. obligat. ꝛ per gl. in. l. si bene. quemadmo. test. aperiun. ꝛ habetur in. d. §. si quis argentum. ꝛ per Innoc. in. d. c. certificari. nisi forte possit imputari culpa reo. qui non petijt in processu specificari: vt per Bal. in. l. j. j. de sent. que sine cer. qua. vel nisi quantum ad expensas factas in litez; qꝛ procedit practica ista si iudex dicit condemno te ad expensas factas in litẽ quarum taxationez mihi reseruo: vt per Bal. in. l. terminato. de fruc. ꝛ litis exp. vbi dixi. ꝛ per Hosti. in. c. audito. de proc. ꝛ per doct. in. c. finem litibus. de dolo ꝛ contu. Et hec de particulari, vel sing. iudicio. In generali vero iudicio, vt tutele. ne. gest. pro socio, ꝛ si. sufficit generaliter petere nec requiritur expressio aliquarũ rerum, vel capitulorũ: vt. l. licet. j. de iudic. ꝛ. l. age. ꝛ. l. si decreta. ꝛ. l. sub pretextu. j. de transa. sed bene sunt exprimẽde res. vel capitula in processu prout Vincen. in. d. c. ij. ꝛ Hosti. in. c. ij. qꝛ sententia postea generaliter lata debet extendi solũ ad prosecuta ꝛ in alijs non preiudicat, vt. d. iuribus ꝛ in. c. j. de transf. nisi obmissa fuerit dolose: quia tunc licet possint peti tamen petens incidit in penam compromissi cum stare promisit: vt lege, de rebus. ff. arbitrium tutele. vbi casus singu. secundum dominum Anton. ꝛ Jmol. in dicto capitulo secũdo. ꝛ Bar. in. d. l. licet In vniuersali autem iudicio quod est illud quod sui nature, ꝛ significatione est actuz comprehendere in se multa vniuersaliter siue sit vniuersitas iuris: vt hereditatis, vel simil. siue facti, vt qui rer prout voluit Bartol. in. l. j.. ff.

eodem ⁊.d. Nico.in dicto cap.ii.⁊ ibi per Bal.qui etiã dicit quod iudicium vniuersale dici potest vbicunque subiectum iudicij est tale, quod eius significatum sumitur ex diuerso,vt de verb.signi.l.licet nihil aliud.ad hec no. in cap.conquerente.de offi.ord. ¶ In huiusmodi ergo iudicijs vniuersalibus dicendum est quod non solum procedit libellus vniuersalis non expressis rebus in ipso contentis sed iudicium ⁊ processus ⁊ sententia: ita vt nec in libello nec in processu nec in sententia requirat expressio sed sufficit quod tempore executionis fiat declaratio,vt per Bart.in.d.l.i.⁊ per Innoc.in.d.c.conquerente.⁊ per.d.Anto.in.d.c.ij.datur enim ad declarandum ius actoris vnde in petitione heredi.erit propria forma libelli,vt actor narret se heredem ex tali testamento vel ab intestato secundum contingentiã facti ⁊ narret quomodo reus possidet res heredi. ⁊ petat se declarari heredem ⁊ per officium iudicis cogi reum ad restituendum res heredi.sicut dicitur in reali.vt.l.officium.⁊.l qui restituere.ff.de rei vend.⁊ voluit Bart.in d.l.i.⁊ Imol.⁊.d. Nico.in.d.c.ij ⁊ hec de re que petitur qualiter debeat exprimi in libello, aut non oporteat exprimi, secundo diximus esse videndum qualiter in libello debeat inseri causa petitionis: ⁊ circa hoc dicam quod causa debet esse talis quod de sui natura inferat iustum esse quod petitur,vt per Innoc in.c.si.de libelli obla.⁊ per gloss.in.d.l.i.ff.eo.aliter tamen † exprimenda est causa in reali propria, ⁊ aliter in personali, 14 vel mixta.nam in reali sufficit exprimere contractũ remotũ,vt dico rem pertinere ad me iure dominij. vt.l. mater.§.eadem.⁊.l.an eadem.§.actiones.de except.rei iu.di.nec est necesse exprimere causam proximi vel quod dicam ex qua causa sim dñs puta dicendo: quia emi secundum communem opin.vt in.c.abbate.de re iudica. lib.vi.que communis opinio, procedit nisi forte in terminis statuti nostri de compromiss. per quod disponitur,quod petens compromissum debeat deducere ⁊ declarare tempus ⁊ causam omniũ cõtentorum in libello ne reus sub generalitate libelli damnificetur:qr tunc debet exprimi causa etiam remota:vt sic statutum aliquid addat iuri communi secundum quod videtur hic concludere.do.m.licet dicat de hoc fuisse sepe in palatijs dubitatum.item nisi ius commune resistat ipsi agenti, vel nisi ipse petat rem que iure communi possideri non potest :qr tunc oportet exprimere causam proximã,vt si vendicetur liber homo,vel filius.ad hoc not.in. c.literas.de resti.spol.⁊ in.c.ex transmissa.eo.titu.⁊ in.c.porro.de diuor.⁊ in.l.i.§.per hanc.de rei vend.⁊ per Inn. in.d.c.conquerente.⁊ ratio quare non sit regulariter necesse exprimere causam proximam in reali est; qr in eo videtur actor deducere omne per quod potuit acquirere dominium:vt l.si.de annuli excep.⁊ per Bar.in.l. ⁊ an eadem.§.actiones.ff.de except.rei iudi.⁊ dominiũ non potest haberi nisi ex vna causa cum semel dominus non possit amplius effici dominus.l.sequitur.§.lana.ff. de vsucapi.⁊ per doc.in.l.ij.§.ex plurimis.ff.de acquirend.poss.⁊ in.c.inter delectos.in si.de fide instru.ergo ex pluralitate earum non cadit variatio cum non possit esse nisi vna ⁊ illa intelligatur esse deducta ad illum limitatum finem ⁊ plenum ius ipsius rei petite quod est dominium vt.l.si qui in.§.differentia.de acquir.poss.⁊ l.naturaliter.§.nihil commune.non sic in personali,vel mixta:vt.j.dicetur.licet autem,vt dixi,non sit necesse in reali exprimere dictam causam proximam tamen certo respectu tutius esset exprimere videlicet: qr agẽti postea ex alia causa,ex qua primo egerat non obstaret exceptio rei iudicate:vt per Bar.in.d.§.actiones.⁊ est casus in.d.c.abbate.de re iudic.lib.vi.vbi dixi ⁊ ibi, quod certo alio respectu tutius est non exprimere:quoniam non exprimens poterit in iudicio prosequi omnem causam etiam superuenientem:vt vide latius in.d.c.abbate.⁊ per Bar.in.d.§.actiones.⁊ per Bal.j.de alie.iudi.l.i. Et hec de reali propria. In personali autem aut mixta:vt est hypothecaria petitio ⁊ hereditatis ⁊ confessoria in quibus diuerse sunt cause, requiritur non solum causa immediata ⁊ proxima sed etiam remota: quia si peto decem,debeo dicere non solũ mihi debita sed etiã ex qua causa sint debita puta quia mutuum,vel quia locaui tibi domum:vt dicto capitulo si.de libelli obla.⁊ dicta.l.i.§.si quis arg.⁊ dicto.§.actiones.⁊ dicto capitulo, abbate.⁊ hec nisi fuisset admissus libellus generalis absque alia expressione cause: quia reus non opposuerit ⁊ non petierit declarari:vt potuit petere si nõ admittebatur exceptio imo non tenebatur respondere, ⁊ vlterius procedere:vt dicto capitu.si.si ergo processit super ipso generali libello imputet sibi:vt dicta.l.si.nam iudex non potuisset rejicere sine iniuria vtriusque partis dicit Innoc.in dicto.c.significantibus.de libelli obla. secundum Bal.in conclusionibus suis super Innoc.in rubrica,de libelli obla.vbi etiam refert singu.conclusionem Jacob.butri.hic dicentis,quod libellus generalis concludit iudici,⁊ non parti quod est clarum factis postea probationibus.nam tunc poterit sequi sententia condemnatoria vel absolu.quasi generalitas illa per processum ⁊ probationes reducta fuerit ad certitudinem ⁊ aptitudinẽ.difficile tamen erit quod actor possit obtinere sententiam, aut effectum sententie sic informis super ipso generali libello: quia nec in processu videtur quod commode poterit specialis causa debiti declarari,⁊ si non fuerit declarata non poterit commode ferri sententia pro actore ⁊ produci ad effectũ:quia nec confessio debiti indiscreta ⁊ sine causa sufficit vt per gloss.in. l.cum de indebi.de probat.nec depositio testium etiam de causa non interrogatorum:vt.l.solam.j.de probatio.nec iudex qui alias potest supplere in sententia causam que non erat expressa in libello vt per Inno.in.c.cum Vintonensis. de elec.habebit vbi se fundet volendo supplere si non fuit expressa causa in processu possibili tamen videtur quod actor obtineat ex confessione rei etiam sine causa facta in iudicio, vt videtur post multa velle dominus meus faciens predictã considerationẽ in.d.l.i.ff.eo.tit. tu adde quod poterit etiam obtinere si causa subintelligatur in depositionib⁹ testium quamuis non fuerint interrogati vt quando deposuerunt de eo quod erat perceptibile sensu corporeo.per ea que habentur in.l.quod meo.de acquir.poss.⁊ in.l.solam. ⁊ testium.j.de testi.sed hoc difficile erit:quia raro euenit.reus autem bene obtinebit contra talem actorẽ:quia si opponat de ineptitudine libelli, certe aliter non aptetur libellus, tunc potest fieri : vt dicetur in sequen.materia huius.l.pronunciabitur libellus ineptus, ⁊ sic absoluetur reus ab actione proposita non ab proponenda : vt.l.Bebius. de pact.dota. Et hec de libello informi ⁊ sine causa quãdo autẽ libellus esset non solum informis sed etiã deformis.i. precise ⁊ apparẽter ineptus cõtinens errorẽ iuris,vel secũdũ Host.in.c.i.de offic.vicarij.⁊ esset notarie contrarius veritati tunc debet prouidere rejici.⁊ re,⁊ facto lacerari:vt.l.prima.⁊ per glo.ff.de offic.asse.⁊ in l.fina.infra,de ordine cognitionum.⁊ in.l.qui cum maior.§.si patris.de bonis liber.fac.l.tertia.§.de paganis. quoniam non cõcludit iudici nec parti.vt per Bald.in cõclu.supradictis ⁊ hec de re, ⁊ causa apponenda in libello:vt procedat,⁊ non reddatur ineptus ex ipsorum 15 defectu.restat videndum † an hodie requiratur actio expressa ad hoc breuiter dic quod olim, de iure ciuili erat magna dubitatio:vt per gloss.⁊ docto.in dicta.l.prima.ff.eod.sed hodie de iure ca.est expeditum ⁊ clarum quod non requiritur,vt in capitulo,dilecti.de iudic. ⁊ illud est seruandum etiam in terris imperij ex quo de iure ciuili erat dubium per ea que habentur in capitulo,licet.de foro competenti,⁊ in capitulo,per venerabilem,qui filij sint leg.⁊ in.l.priuilegia.⁊.l.placet.de sacr. sanct.eccle.subijcit enim quod causa sit acta:vt.s.in tantum,quod si causa est acta ⁊ actio inepta libellus procedit ⁊ non vitiatur secundum Innocentium, in capitulo,examinata.de iudi. ⁊ facit glo.in lege,vinum.ff.si certum petatur.econtra autem si causa esset inepta ,⁊ actio esset acta non valeret libellus secundum Innocentium in dicto capitulo,examinata.de quo plene,per Joannẽ andr.in addi.Speculator.in titulo, de actionibus ⁊ petit.§.sequitur. versi.hoc quoque vbi assignat: quia inutilis ⁊ inepta actio potest separari a causa vtili ⁊ acta ergo non debet vtile per inutile vitiari vt regula iuris, vtile.de regu.iur.lib.vi.⁊ vide in dicto capitulo.abbate. Vlterius requiritur in libello in causa ciuili nã cõclusio declarat libellum.l.Aurelius.§.Stichum.de liberatione legata.⁊ hic per Bald.in decimaquarta columna. vbi etiam dicit quod modus agendi substantialis stat in conclusione in. ij.quest.sexta.cap.hec quippe.requi

ritur ergo, quod actor non solum narret factum: vt capitulo, dudum. de elec. sed etiam petat a iudice qui iudex nihil petenti nihil impartitur. l. ad peremptorii. de iudiciis. & in capitulo, solet. de sententia excommunicationis. libro sexto. tamen sufficit generaliter petere sibi iustitiam fieri. vel pro se sententiam ferri: vt in. l. petens. infra, de pactis. & prima questione quarta. presulatus. & per Innocentium, & Hosti. in capitulo secundo. de ordine cognitionum. vnde ad hoc inuenta fuit illa practica:

16 vt in fine libelli ponatur illa † clausula petens sibi ius & iustitiam. &c. vt sic si precedens conclusio non sufficiebat sufficiat ista. nam sufficit quando ex narratis elicitur iustitia pro agente aliao nõ iuuant aliquid illa verba secundum Antonium de butr. in cap. i. de iudiciis. & de hac clausula vide per Innocentium. in capitulo cũ dilectus. de ordine cognitionum. & per Baldum in. l. ius pluribus. de iustitia & iure. & in capitulo, cõstitutus. de in integrum restitutione. & in dicto capitulo, abbate &

17 ibi, de illa † clausula, omni meliori modo &c. de qua etiã in capitulo primo. de rebus eccles. non alie. & tetigi. in capitulo primo. de postu. prela. libro sexto. & habetur in. l. cum pater. §. filius matrẽ. de legat. secundo. & cautum esset addere etiam ista verba, petens in predictis non solum, vt narrantur, sed vt petuntur & non solum, vt petuntur, sed vt rei veritas est, vel vt ex probationibus apparebit fauorabiliter sibi iustitiam ministrari. plus etiã dico quod interdum sine alia conclusione, & petitione sufficiunt verba narratiua pregnantia, vt ita dicam: & de se includentia quandam tacitam petitionem: vt

18 † si dico conqueror, de tali qui me de possessione deiecit. dixit Bald. in. l. si de proprietate. ff. si a non compe. iudi. imo dicit Bald. in predictis conclusionibus super

19 dicto titulo, de libelli obla. quod † libellus etiam sine cõclusione procedit coram Papa, & etiam forte coram alio si conclusio sit vniformis & ex verbis colligi possit argum. de autoritate tutorum. l. penulti. & not. in dicto capitu. presulatus. prima questione quarta. secus si possent diuerse conclusiones elici. Et hec in causa ciuili. in criminali autem non requiritur alia conclusio: quia. l. concludit ad penam: vt. l. prima. in fine ff. ad Turpil. & in capitulo, licet Heli. de simonia. Cautũ tamen videtur apponere generalem conclusionem puta dicendo peto talem condemnari secundum formam iuris, & statutorũ scilicet. si non petatur eligi, & declarari alia. l. infra, de accusatio. l. senatus. in quo libello, secundum Baldum, in dictis conclusionibus dic quod aut per statutum derogatur iuri communi: vt quia dicat quod non possit nisi pena statuti imponi, & tunc solum statutum videtur intentatum & videtur ea via electa que possibilis est: vt l. tertia. ff. de re milit. aut non derogatur & tunc tale statutum cumulat penam, & vtraque via videtur electa. l. qui sepulc. de sepul. vio. secundum Baldum, vt ibi. vide plenius per ipsum & hec de conclusione que requiritur in libello. de scriptura autem an & quomodo requiratur, tetigi. S. in proxima questione principali, & quomodo in ordinariis requiratur vide in auth. offe. de litis con. & in. l. prima. ff. de sentẽt. ex bre. rec. vbi dixi. & per Bar. in. l. in sacris. de proxi. sac. scri. libro decimo. In summariis autem quomodo non requiratur, vel non ita requiratur: vt dixi in authent. nisi breui. de senten. ex breui. & habetur in cle. sepe. de verbo. signifi. & in cle. dispendiosam. de iudiciis. & quid de inscriptione & subscriptione habetur in dictis iuribus. & in authen. de exig. & intro. reis. §. sancimus. & in. d. c. i. de libell. obla. ibi, nostris manibus &c. an autem sit necesse apponere locum, & tempus in libello in ciuili conclude quod non nisi allegatur dolus: vt per Bar. in. l. i. §. hoc interdictum. ff. vti poss. vel nisi oporteat distinguere locum & tempus: vt not. in. l. cum actum. ff. de nego. gest. & in. l. matrem. ff. de probat. & per Bal. in. d. c. i. de libell. obla. in criminali vero necesse est apponere locum & tempus: vt not. in. l. libellorum. ff. de accusa. canonizata. §. q. viii. & in. l. si. de accus. & in. c. tue. de procura. nisi procedatur per inquisitionem generalem secundum gloss. sing. institu. de public. iudi. in prin. non tamen est necesse quod apponatur dies secundum doct. in dictis iuribus verum si apponeretur est necesse quod probetur: vt voluit gloss. singu. in. l. prima. ff. qui accusare non poss. secundum Bart. in. l. is qui reus. de public. iudic. & aliqualiter per Bald. in. d. c. i. et

hec sufficiant quo ad primam partem. l. nostre. de editione libelli. pro expeditione autem secunde partis que erat de mutatione & emendatione libelli capio glo. magnam in verbo, emendari. que diuiditur principaliter in duas partes in prima tractatur. de emendatione vsque ibi subiacet. in secunda de mutatione vsque in fin. item prima subdiuiditur in. v. quia primo ponit qualiter fiat emendatio: secundo vsque ad quantum tempus siue ad quem actum iudicii: tertio ibi, sed quare. ponit vnam questionem: quarto ibi, Si autem. redeundo ad id quod dixerat de tempore emendationis opponit. et soluit: quinto ibi, nec obstat iterum opponit, & soluit In secunda parte principali gloss. etiam plura facit: quia primo dicit qualiter fiat mutatio secundo vsque ad quãtum tempus siue quem actum tertio per viam oppositionis tangit de cumulatione ponens regulam & dicens quod, cumulatio potest fieri post contestationem litis. quarto ponit duas fallē. adicta regula. quinto oppo. & soluit quod dixerat de tempore mutationis secundo ibi, sed vnde quid vsque. in fi. ponit tres quest. & ad quãlibet respondet. secunda questio est ibi, Item nunquid. tertia ibi, item an in noua: sed pro maiori & pleniori declaratione gloss. & materie consideranda sunt plura mõ

20 bia. primum est an ipse † libellus possit declarari per ipsum libellantem, & dic quod libellans sic declarando nihil de nouo inducet. ff. de testa. l. heredes palã §. sed si notam poterit declarare vsque ad sententiam. ff. de iudiciis. l. si quis intentione ambigua. quod est verum nisi prius fuisset oppositum: vt in dicta. l. fina. de annali except. & capitulo penultimo, & fina. de libelli oblatio. imo etiam post sententiam: vt in executione poterit declarari in iudiciis vniuersalibus & generalibus si in processu non fuit facta specificatio vel restrictio ad certam speciem secundum dominum Anto. in dicto capitulo penultimo. per id quod habetur in. l. miles ita. §. primo. de re iudic. & talis declaratio fienda est per ipsum libellantem nec potest fieri per alium etiam si esset heres: vt est gloss. sing. ff. de rei vendi. l. Pomponius scribit si frumentum. in fi. & per Bartolum in. l. inter stipu. §. Stichum. de verborum obligationibus. nec per procuratorem secundum Angel. ibi. nisi forte habeat mandatum ad donandum licet in hoc dominus meus hic teneat contrarium cuius opin. potest procedere quantum ad vim declarationis sed quantum ad effectum: vt dominus teneatur stare declarationi predicti procuratoris videtur vera opin. Ange. cum procurator ad donandum potuerit domino preiudicare poterit etiam fieri declaratio libelli ambigui per successorem in officio secundum Bar. in. l. ab executore. de appellat. quia hoc ius interpretandi competit sibi: vt iudici. non vt priuato. hec autẽ declaratio casu quo fieri possit non admittitur nisi semel. ff. de verb. obli. l. quicquid astrin. vbi dixi & isti non sunt termini. l. nostre. est illud de quo principaliter hic in tex. videlicet an libellus possit emẽdari quod, vt dicit glos. nostra fit quando ipsi libello aliquid addatur vel detrahitur non ex toto corrigitur: vt in tota l. i. de emendatione insti. C. & in questione prima. §. qui-

21 bus. per que iura Bar. & Raph. dicunt quod † emendare est corrigere superflua resecare mutare verba substãtia remanente addere detrahere & obscura declarare. Et circa istud tres casus sunt principaliter considerandi namque & primo casu actor vult ipsum libellum emendare ante litem contest. & potest secundum gl. hic. & in. d. c. penul. siue reus adhuc non sit citatus nec habuerit copiam: vt per Bar. in. l. certum. §. si quis absentem. ff. de conf. & ita seruatur de consuetudine secundum. d. m. hic de quibus duobus casibus non loquitur. l. nostra. que loquitur, de emẽdatione post editionem libelli siue etiam reus sit citatus & habuerit copiam libelli: vt hic quod est verum regulariter sed fallit in tribus casibus. Et primo quando lapsus temporis impediret agi cum tunc pariformiter impediat libellum emẽdari ad hoc. l. bonorum. & l. si. ff. rem rat. hab. & l. accusaturus. ff. de adul. puta si statuto caueatur quod potestas non possit cognoscere de delictis retro commissis per duos menses ante prin. sui officii: quia tunc si tempus sit elapsum emendatio fieri non poterit secundum. d. Nico. in. d. capitulo pen. ¶ Fallit secundo quãdo semel possit iterũ emendari argumento dicte. l. quicquid adstringen. & tu vide

l.si quis iusiurandum. infra, de rebus credi. ¶ Fallit
tertio, quando emendatio quereretur fieri post addi-
tionem noue cause ⁊ noue rei nõ incluse sub prima actio
ne vel per actionem noue rei non tamen cause noue nu
mero sed forte specie, vel genere ita vt sit identitas cau-
se in genere ⁊ diuersitas in specie: vt. l. scire debemus. ff.
de verbo. obliga. ⁊ l. cum eiusdem. de edilit. edicto. quia
tunc non sumus in terminis emendationis, sed cumu-
lationis de qua. j. dicetur. Secundo casu actor vult emẽ
dare libellum post litem contestat. ⁊ tunc: quia non
posset sequi sententia super eo super quo lis non est cõ-
22 testata † emendatio fieri non poterit secundum gloss.
hic. ad hoc. l. non potest videri. de iudi. ⁊ tenet Inno. et
communiter canoniste in dicto capitulo penult. Intel-
lige etiam si in libello protestetur: vt faciunt communi
23 ter aduocati dicendo † saluo iure addendi ⁊ minuendi
cum hec clausula parum, vel nihil operetur, secundum
Bartol. in. l. non solum. §. morte. ff. de noui oper. nunc.
⁊ dom. Anto. in. c. cum. m. de constit. de qua protestatio
ne latius. j. dicetur. sed licet regulariter sit verũ: vt post
litem contesta. non admittatur emendatio libelli: vt. s.
¶ Fallit tamen in tribus aut quatuor casibus in qui-
bus admittitur reseruato tamẽ dãno aduersario ipsius
emendantis dato: vt. j. dicetur. de cumulatione. Et pri-
mo qñ vellet emendare detrahendo aliquid de ipsa re
petita ⁊ quo ad id liti renuntiare possit vsq; ad senten-
tiam nam sicut potest in totum detrahere ⁊ liti renun-
tiare; vt. j. de pactis. l. post quam liti. ⁊ in parte. ad hoc
quod not. in cap. cum pridem. de pact. ⁊ per dom. Ant.
⁊ Imol. in dicto. c. pe. ¶ Fallit secundo quando emen-
datio fieret circa accessoria ⁊ occurrentia pendente lite
cum in his fieri possit etiam post litem contestat. ff. de
edili. edicto. l. ediles etiam. §. item sciendum. ⁊ infra, de
iudic. l. prima. vbi si non adderetur per partem veniret
officium iudicis mercenarium implorandum. ¶ Fal-
lit tertio quando emendatio que non habet immutare
substantiam actionis ⁊ facti nec formaz suam sed solum
diuersificare executionem suam ⁊ augere, vel minuere
condemnationem ex virtute ipsius actionis proposite
cum tunc fieri possit talis emendatio vsque ad senten-
tiam. ff. de noxal. l. in delictis. §. si detracta. secundum
Bartol. hic. ⁊ Imol. in dicto capitulo penul. ⁊ in. l. i. §.
j. ff. de publica. ⁊ ita communiter tenetur. multum tamẽ
videtur obstare quod habetur in. l. quod in heredem. §.
eligere. de tribu. vbi ex sola electione vnius qualitatis ex
pluribus adiacentibus eidem actioni quis preiudicat
sibi: ergo videtur quod non possit emendari. glos. in di-
cto. §. si detracta. dicit quod illa mutatio non nocet ad-
uersario. Imol. in dicta. l. j. §. j. de publi. soluit pluribus
modis. finaliter videtur residere quod ibi, facit preiudi-
cium sibi, scilicet si non mutat illam qualitatez ante sen
tentiam ⁊ hanc so. dicit voluisse Cyn. in sexta questione
tamen dicit Imol. cogitandum esse ibi, tu aduerte: quia
s. dicta conclusio Bar. recte intellecta bene procedit et
eadem sentit Bald. in sua margarita super Innoc. vbi
ponit bona verba pro intelligentia. d. §. si detracta. di-
cens, nostri doctor. dicunt quod quando qualitas adij-
citur in libello aut super ea fundatur intentio actoris et
est de substantia ⁊ tunc post litem conte. non potest de-
trahi: quia alia via electa est exemplum in. l. j. §. diuus.
ff. de sicar. ⁊ de instito. l. habebat ⁊ l. si mulier. in fi. quod
metus causa. In ratione sui aut ex ea pendet beneficiuz
conuenti non obligatio agentis ⁊ tunc potest addi, ⁊ de
trahi: vt in. §. si detracta. quia obligatio principalis nõ
retractatur. quod tene menti secundum Bald. ibi, ⁊ vi-
de pro intelligentia dicti. §. si detracta. ⁊ dicti. §. elige-
re. per plene per Bald. hic ⁊ per Ioan. and. in. c. ab eo
de elect. in sexto, ⁊ in addi. Spec. in ti. de accu. In quar
ta parte quando autem fit quod per mutationem qua-
litatis minuatur vel augeatur condemnatio vel resultet
mutatio actionis aut substantia facti vide per Bartol.
in. l. denuntiasse. §. quid. ff. de adulter. ⁊ in consilio quod
incipit, Tudertinus quidã. ⁊ colligitur ex his que habẽ
tur in. l. per hanc. de stipula. appel. in tertia columna.
¶ Fallit quarto, vel dicamus in iudicijs vniuersalibus
cum in eis possit fieri emendatio etiam addendo post li
tem contestatam, vsque ad sententiam: vt vult gloss. hic
in princ. ⁊ in. l. licet. j. de iudici. ⁊ instit. de actio. §. si mi-
nus. ⁊. ff. de petit. heredi. l. iij. ⁊ l. si quo tempore. ⁊ Inn.

¶ Ad faciendũ
quod libell⁹ mu-
tari non possit.
vos dñi videatis
do. Bart. Vero.
cau. sua crix. et
cau. clxxiij. ⁊ ca.
ccxi. Item an da
tus in causa prin
cipali libellus in
causa appellatio
nis mutari va-
leat, vltra Ro.
hic videatis do.
Lu. ro. consi. ccc-
lxxxj. ⁊ circa ma-
teriã emẽdationis
declarationis et
libelli additionis
videatis do. Fe-
ly. in. c. ij. in. ij.
charta. extra. de
li. oblatio. S. T.

in dicto capitulo penult. quod procedit non soluz si cõ-
clusio fuisset generalis seu vniuersalis vt quia petijsset
se declarari heredem ⁊ condemnari reum ad restituen-
dum quicquid possidet ex hereditate. in quo ⁊ gloss. hic
⁊ in dicta. l. prima. ff. eodem. ⁊ casus concordant sed etiã
si fuisset specialis: quia petijsset se declarari heredem
⁊ reum condemnari ad restituendum certam rem cum
⁊ tũc possit aliam addere post litem contestat. quia per
talem additionem rei fit potius declaratio eius, quod
sub illo vniuersali includebatur ⁊ etiam per talem ad-
ditionem non mutatur substantia eius, quod princi-
paliter petitur quod est declarari se heredem sed solum
additur id quod etiam in executione ⁊ post latam sen-
tentiam veniret omnino accessione officio iudicis ad
principale petitum quod erat quid incorporale. l. here-
ditas. de petit. heredit. ⁊ potius iuris quam facti, licet
Bar. in hoc aliud voluerit. bene tamen est verum quod
si petijssem dimidiam partem hereditatis ⁊ post litem
contestat. vellẽ addere aliam dimidiam non possem: qr
additio fieret ad rem petitam: ⁊ sic esset idem, quod
in particularibus. ⁊ ita concludit hic Paul. de cas. di-
cens hanc esse veritatem, sed quod in generali iudicio
gloss. hic dicit idem quod in vniuersali. sed gloss. in. l. li-
cet. infra, de iudic. dicit per petitionem vnius rei alias
24 non venire. vnde si dico, quod † gessisti tutelam meaz
⁊ ad manus tuas peruenit fundus Tusculanus, qui
meus est: quare peto te condemnari ad restitutionem
dicti fundi, non veniet in cõdemnatione fundus Sem-
pro qui ad manus tuas peruenit. de quo Rapha. se re-
mittit ad no. per eum in dicta. l. licet. vbi tamen de hoc
nihil dicit sed secundum illam gloss. infertur quod emẽ
datio non potest fieri ⁊ ita tenet dominus Nico. in. d. c.
tulo penultimo, licet Imol. ibi, aliud voluerit. Tertio ca
su ipse actor vult emendare post sententiam, ⁊ in casu
appellationis ⁊ non poterit cum non possit detrahi vel
addi: quia nihil extraneum ibi peti potest, secundum
Vincen. in dicto capitulo penultimo, ⁊ Ioan. Andreã.
in capitulo primo. de mutuis petit. quod intellige ve-
rum quando emendatio post sententiam quereretur fie
ri in illis casibus in quibus non potest fieri post litem
contestatam: quia per appellationem non rescinditur
litis contestatio facta in principali: vt. l. ita demum. in-
fra, de procurat. secundum Imol. in dicto capitulo pe-
nultimo. sed quero quid in hac materia operetur clau-
sula ⁊ protestatio que quotidie solet in libellis apponi
dicendo, saluo iure addendi ⁊ minuendi. de qua supra
tetigi. Bartol. hic in penul. col. dicit quod nihil opere-
tur: vt in capitulo, inter dilectos. de fide instrumento. ⁊
idem tenet Petr. in cap. examinata. de iudic. ⁊ ratio est
quia in his que dependent a potestate iuris non a vo-
luntate protestantis vt est ipsa libelli emendatio in ca-
su aut tempore non permisso protestatio non releuat:
vt. l. alimenta. infra, de nego. gest. ⁊ per Barto. in. l. non
solum. §. morte. vers. circa quintum. de noui oper. nun-
ciatione. si tamen nõ dixit saluo mihi iure, vt supra: sed
25 dixit saluo mihi arbitrio ⁊ sic † non retulit se ad ius sed
ad arbitrium aduersario consentiente operabitur: quia
aduersarius potuit sibi ipsi preiudicare consentiendo:
vt videtur velle Bal. hic in. xxxv. col. argumen. l. si fide-
iussor. in princip. ff. qui satisdare cogan. Tertium mem
26 brum est † an libellus possit mutari quod proprie fit
quando receditur a prima actione ⁊ eius loco alia pro-
ponitur: vt infra, de mutat. nominis. per totum ⁊ in. l.
mutari. ff. de procurat. de quo tractat etiam principali-
ter. l. nostra. ⁊ glo. in secunda parte ibi, subiecit. ⁊ in hoc
varie sunt opin. ⁊ maxime per tex. in auth. qui semel. in
fra, quo. ⁊ quando. vbi videtur casus quod post quam
actio est edita reo non possit actor eam inuito reo muta
re sed cogitur in illa perseuerare vsque ad sententiam.
gloss. nostra cum qua transit Azo, ⁊ Petr. de bell. pert.
⁊ Cyn. hic, ⁊ Rofre. in suis libellis in rubrica, vtrum li-
bellus possit mutari ⁊ Spec. in tit. de libell. cõcep. ⁊ plu
res alij dicunt. l. nostram esse correctam per illaz auth.
Odoffre. dicit illam loqui de actore volente supersedere
⁊ procrastinare ⁊ ita tenet etiam Iaco. de rauen. dicens
quod mutatio potest fieri vsque ad litem contestatam,
non postea per. l. properan. §. si autem. infra. de iudic.
quoniam per illam authẽ. non tolluntur beneficia prio-
rum. ll. que volunt quod actio possit variari dummo-
do pre

do persistatur in eadẽ re, & in eadem causa petendi: maxime tum 27 † ante litem contestatam, non dicatur quis agere, sed agere velle. sed pro veritate considera tres casus: quia interdum quis vult mutare non desistendo a prima actio. vel instantia, sed supersedendo & aliam intentando, & non potest aduersario contradicente. vt dicta authentica, qui semel. infra, quomodo & quando iudex. licet gloss. nostra intelligat, quod per illam authenticam, corrigatur. l. nostra. Interdum quis vult mutare desistendo a prima instantia & eidem renuntiando salua remanente actione & similiter non potest, vt dicta authentica, qui semel. nisi instantia essent male inchoata ita, quod iudex videret absolutoriam sequi propter ineptitudinem cum tunc possit ab instantia desistere, & actio. actorem proponere, vt capital. examinata. de iudicijs. secundum Bartolum hic, & dominum Antonium in dicto capitulo penultimo. vbi tamen dicit, quod tunc opus est nouo libello. Interdum actor vult mutare, desistendo in totum a prima instantia, & actione saluo remanente iure in causa ex qua causa vult agere alia actio. vt quia est talis causa ex qua oriuntur plures actiones, & poterit, secundum Odoffredum, & Bartolum hic, licet gloss. & Petr. aliter teneant, vt supra, & non bene. vt probatur per textum dicte authentice, qui dicit, quod quis cogitur exercere litem super illa actione vsque ad finem, sed quando quis renuntiat actioni imponit finem: ergo vlterius prosequi non tenetur, secundum Bartolum, sed facto libello potest mutare primum, quod procedat, secundum communem opinionem nisi equitas aliud suadeat, que equitas etiam in. l. nostra attenditur. vt ibi 28 ius dicentis equitas. tunc enim iudex non debet † pati mutationem fieri puta si actor primo intentauerat actionem que non infamabat, vt est certi condictio generalis, sed secunda quam de nouo vult intentare infamat non potest, secundum Bartolum hic, & in. l. naturaliter. §. nihil. ff. de acquirenda possessione. & dominus Antonius in 29 dicto capitulo penultimo. Item nisi † mutatio prohiberetur propter aliquam vtilitatem: vt quia reus assumpsisset onus probandi de iure suo: vt. l. circa. ff. de probationibus. nam tunc cogitur persistere in primo. Item nisi sint tales quod electione vnius alia tollatur. l. quod cum in herede. §. eligere. ff. de tribut. secundum glo. hic, & in dicto capitulo penultimo. Et per hec habes expeditum articulum mutationis. sequitur de cumulatione de qua plurics tangit gloss. nostra in hac secunda parte. sed Bartolus, Baldus, & doctores latissime examinant per plures chartas, & nos poterimus prosequi diebus 30 festis: nunc autem breuius concludendo dicas, quod † cumulatio que est, secundum Bartolum vnius actio. ad aliam coadunatio, id est, coaceruatio, vt dicit Baldus ad hoc. l. si idem cum eodem. ff. de iurisdictione omnium iudicum. & in. l. ita vt omnes summas. ff. mandati. & in illis versibus Hesiodi Poete clarissime, paruula si tentes superadiecisse pusillis, idque frequens facias grandis 31 dis cumulatur aceruus. Et † constat ex pluribus in vnum esse non transeuntium, vel est, secundum Baldum plurium per se stantium simul, vel successiue proportio regulariter fieri potest, secundum glossam hic, & in dicto capitulo penultimo, & fin. Fallit & primo, quando possibile est sententiam absolutor. latam in prima, parere exceptionem rei iudicate in secunda. ff. de exceptione rei iudicate. l. si mater. §. eandem. & l. cum queritur. & l. funditur. & l. fundi. quia tunc non potest nisi proponatur vna principaliter, & altera accessorie: vt in fundo & fructibus, secundum Bartolum. & in personali, & hypothecaria, secundum Baldum, vt in authentico, de fideiussor. §. sed neque, quem tamen. §. Bartolus, & communiter docto. aliter intelligunt, id est, assignando de illa cumulatione aliam rationem, vt hic vide plenius per eos. Fallit secundo, quando alia tollatur, vt dict. §. eligere. & ratio est quia tunc vna electa altera extinguatur ad hoc bonus tex. in. l. fina. infra, de codicillis. Fallit tertio, quando sunt plures actiones contrarie in origine, vt voluit Odoffred. hic. ad hoc. l. prima. ff. de furtis. & per Dynum in dicta regula, nullus pluribus. Fallit quarto, quando due actiones sic se habent quod vna proposita. & condemnatione secuta, & executione facta contingit liberatio in alia, vt est tex. in. l. prima. in fi. ff. si familia furtum fecisse dicatur. & ratio est quia per executionẽ prime plenarie satisfiat agenti: ergo frustra iterum ageretur, & ita summat Bartolus illum tex. ibi: quamuis Baldus hic aliter videatur intelligere. Fallit quinto, quãdo plures actiones sic se habent, quod vna ratione maioritatis non admittit alias. ff. de iudicijs. l. per maiorem. & infra, de ordine cognitionum. l. fina. tunc enim non admittitur cumulatio nisi forte quis velit intentare minorem principaliter pura criminalem & maiorem accessorie. vel per officium iudicis incidenter: vt. l. qui crimine. infra, qui accusare. & l. interdum. §. qui accusare. ff. de furtis. Fallit sexto, quando plures actiones sic se habent, quod vna ex ordine debet aliam precedere. infra, de rei vendicatione. l. ordinarij. ff. de inofficioso testamento. l. qui inofficioso. & l. incerti. infra, de interdictis. Sed quero an 32 cum predictus libellus † alteratur siue per mutationem, siue per emendationem. vel cumulationem, debeat dari noua dilatio? dic, quod sic: si sit talis, quod non potuit deliberare in primo iudicio aliter secus: vt in capitulo, literis. de dilatio. & per glossam in dicto capitulo penultimo. & hic per glossam nostram in fine. Sed an actor veniat condemnandus in expensis? dic, quod sic, vt etiam vult nostra gloss. & glo. in dicto capitulo penultimo. quia alteratio debet fieri sine preiudicio aduersarij si ergo affert preiudicium & damnum reo: quia expense quas fecerat forte propter dictam alterationem redduntur inutiles condemnabitur in ipsis actor alterans quatenus preiudicium adfert, vt per doctores in dictis locis: & dicam in gloss. in verbo perpetui nec tenebitur iterum soluere sportulas ipse actor, secundum do. Rapha. Expeditus de materia. l. & per consequens. de dicta gloss. posita in verbo emendari venio ad alias gloss. & capio primam glossellam obmissam in verbo, edita actio. que ex- 33 ponit dicta verba, id est, editio † actionis quasi sentiat cum actio sit quiddam ius incorporale, & inuisibile: vt instit. de rebus corporalibus, & incorporalibus. & instit. de actio. in principio. non posset demonstrare speciem future litis, vt supra, sed per verbalem editionem, que demonstrat actum edendi, & demonstrandi non tamen eodem modo quoad gerundium, vt supra, in rubrica demonstratur dicta species, & qualitas litis. aduerte: quia hec expositio non est necessaria: nam licet actio de se sit quiddam incorporale, vt supra, tamen verbum, edita. quod denotat actum perfectum cum sit preteriti temporis ostendit, quod Imperator loquitur de actione, prout est in facto esse non prout in fieri. vnde expone edita actio. id est, tenor petitionis, vt exponit hic Paulus de castro. ¶ In glossa in verbo, prout. no. de ista dictione, que est restrictiua eius cui adiungitur, vt patet hic, quia non licet emendare & mutare libellum indifferenter, sed prout &c. quod est vtile pro intelligentia statuti, & rescripti in quibus esset apposita ista dictio, prout est etiam relatiua apta referre tempus, & qualitatem, secundum gloss. si tamen refert illud, quod non reperiretur vitiatur relatio nisi in referente apponatur tenor relati: vt per glossam in capitulo, si Romanorum. decimanona distinct. & habetur in authentico. de testibus. §. quoniam. & in. l. apud Labeonem. §. ait pretor. de iniurijs. & in. l. quoniam. §. Imperator. vt leg. nomine caue. & in. l. admonendi. de iureiurand. & per Bartolum in extrauag. ad reprim. in verbo, prout. & per Baldum hic in repetitione Padoana in pe. colum. & in. l. ij. §. j. de erro. aduoc. & in. l. tertia infra, de nupt. & in. l. rescriptum. in principio. de muneribus & honoribus. per textum & gloss. in capitulo: abbate. de verborum significatione. in sexto. & in capitulo, prout nobis. de dolo, & contu. & tangetur in 34 authentica, si quis in aliquo. infra eodem. & de † dictione sicut & de dictione, secundum, vide per dominum meum in. l. si testamentum. infra, de institutionibus, & substitutionibus. de eo qui promisit dare quolibet anno alicui vnum par caponum. secundum quod ante successores sui fecerunt: quia tenetur: licet non reperiatur, quod antecesso. sui dederint, secundum ipsum. ¶ In gl. 35 in verbo, perpetui. ista † dictio habet plures significatus. & intelligitur, secũdum subiectam materiam: vt. l. prima. ff. pro soc. in gl. & habetur in canone, si quis ex episcopis. vigesimanona dist. de excõmunicato in perpetuum: quia intelligitur, id est, donec penituerit. ¶ In ea. ibi: cuius mentẽ habes. in. l. j. ff. eo. quasi dicat verba quidem illius edicti de se hoc nõ important quod possit fieri emẽdatio, vel

mutatio. ⁊ quod iudex habeat eam temperare arbitrio suo: sed hoc colligitur ex mente illius edicti, quia cum dicat editionem libelli fieri debere reo: vt sic possit esse instructus, ⁊ deliberare, an velit cedere vel contendere: vt d.l.certe. sequitur, quod si mutatio vel emendatio posset fieri indifferẽter, scilicet, post traditam copiam: vt intelligitur tex. noster. tex. vt.s. reus inueniret se deceptum, ⁊ non posset esse instructus: prout requirit edictum, quo permittit Imperator, quod emendatio fieri possit: ita tamen quod reus non decipiatur: sed habeat nouam dilationem ad deliberandum, nisi illud, quod additur, sit leue ⁊ modicum: vt.c.litere. de dilationibus. secundum 36 Bart. hic, circa finem. ⁊ ita adapta text. ibi, edicti perpetui ⁊c. de qua in dicta l.j. ⁊ inquantum postea subditur, vel ius dicẽtis decernit equitas. intellige, quia equitas iudicis debet prouidere, ne si hanc emendationem, vel mutationez permittit: oporteat reum de nouo subire expensas culpa ipsius actoris, male a prin. libellantis. debet ergo vel non concedere dictam mutationem vel emendationem: vel si concedit, debet prouidere indemnitati ipsius rei per officium iudicis: vt.l. terminato. J. de fruct. ⁊ lit. expen. secundum Barto. ⁊ non, vt dicit gloss. ista, per actionem in factum, per.l. si quis ex argentariis. §. ex hoc edicto. ff. eod. que.l. loquitur in aliis terminis. nam quando quis non tenetur, quod ad preceptum iudicis non edidit: hic vero, quando male libellum composuit. ¶ In eadez ibi: nisi ratio persone: imo ratio non excusat a refectione huiusmodi expensarum ⁊ interesse, ⁊ similiter condemnabitur ipsa, si minor condemnabitur administrator: qr temere litigauit, ⁊ in eum fiet executio: vt.l. non est ignotum. de administratione tutorum. ⁊ per Bartol. plenius in.l. qui solidum. §. etiã. ff. de legatis secundo. ⁊ hic non obst. d.l. fina. §. fina. quia illa loquitur, quando predicte persone fuerũt negligentes in edendo ⁊ parendo iudici, ⁊ sic delinquerunt in nõ faciendo hic, quando male ediderunt, ⁊ postea querunt mutare vel emendare: ⁊ sic commiserunt culpam in fa- 37 ciendo, que est † longe maior est culpa in non faciendo: vt per gloss. in.l. mora. ff. solu. matrimonio. ⁊ in.l. diuus. ff. ad Silleianum. Et preterea videtur, quod ibi nõ tractetur mere de damno euitando, sicut vt hic. Et per hec est expedita.l. edita. si quis autem cupit de hac materia cumulationis pleniorem habere tractatum, potest eam altius repetendo examinare ⁊ considerare, principaliter. vj. quest. quas collegi ex dictis Dyn. in regula, nullus pluribus, de regu. iuris. ⁊ Cyn. in.l. prima. J. de fur. ⁊ Barto. ⁊ Bald. hic, ⁊ in.l. in prouinciali. de noui ope. nuntia. ⁊ in.l. naturaliter. §. nihil commune. de acquirẽ. possess. ⁊ in.l. quod in heredem. §. eligere. de tribu. ⁊ Canonistarum in.c. penult. de libel. obiat. Prima questio erit, quid sit cumulatio. Secunda, ad quid fuit inuenta. Tertia questio, quot sint genera cumulationuz. ⁊ hanc questionem expediemus per quinque regulas. Quarta questio erit, quando opponenda sit except. contra cumulationem prohibitam. Quinta erit de cumulationis 38 effectu. redeundo ad primam quero, † quid sit cumulatio: Barto. hic dicit, quod est vnius actionis cum alia coadiuuatio, vt quia intentaui prius vnam actionem, nunc intento aliam, quaz simul prosequi intendo. Bal. autem in repetitione Paduana, dicit, quod cumulatio est idem, quod coaceruatio: vt.l. si idem cum eodem. ff. de iurisdictione omnium iudicum. ⁊.l. si plures. ff. de pactis. ⁊ est bonus text. in.l. ita vt omnes. J. manda. ⁊ patet ex illis versibus Hesiodi poete paruula ⁊c. Et con- 39 stat † ex pluribus in vnum esse non transeuntibus. naz si ex pluribus resultaret vnum vniuoce, vt ex materia forma vel quasi vnum: vt ex substantia ⁊ qualitate ista non dicitur cumulatio, similiter si vnum corrumpitur ⁊ aliud generatur. ista etiam additur cumulatio: sed mutatio est igitur cumulatio, secundum Bald. plurium per se stantium, ⁊ simul vel successiue propositio, vel aliter secundum eundem hic, in lect. in ver. nunc de cumulatione. Cumulatio est plurium actionum, vel causarum propositio in iudicio facta: vt. d.l. si idem cum eodem. Ex quibus diffinitionibus infertur, quod quando vnuz est factum, ⁊ vnus titulus cause, ⁊ vna agendi forma, libelli autem sunt plures: puta debes mihi centum ex mutuo, de quibus in vno libello petiĩ quinquaginta, ⁊ in alio alia quinquaginta non erit cumulatio, sed integratio petitionis, que debuit a principio fieri: vt insti. tit. de actionibus. §. si minus. ⁊ in. l. quidam existimauerunt. ff. si certum petatur. Item si primo petiĩ integra centum, ⁊ nunc iterato pendente eodem iudicio. peto eadem centum ex eadem causa, ista etiam non est cumulatio, sed geminatio petitionum, que fieri non potest: argumento.l. ampliorem. §. in refutatoriis. infra, de appellationibus. secundum Baldum hic, qui pro declaratione predicte diffinitionis ponit plura alia exempla, 40 de quibus hic plenius per eum. Secundo quero, † ad quid fuit inducta cumulatio: Doc. Cyn. ⁊ Barto. hic dicunt, quod fuit inducta, eo quia dubium est aliquando vtrum quis possit act. mutare. ⁊ ideo actor non admittitur ad desistendũ a prima act. vel aliquando actor est dubius, vtrum possit obtinere ex act. intentata. ⁊ ideo ad cautelam vellet nouam actionem adducere, ⁊ adiungere prime: ideo cumulatio fuit inducta, secunduz ipsos. 41 Tertio quero, † quot sint genera cumulationum: respondeo tria. Prima est cumulatio plurium actionum. ⁊ de hac principaliter est materia nostra. Secunda cumulatio plurium personarum. Tertia est cumulatio plurium rerum. ⁊ ista duo vltima genera sepe inferuntur in primo. nam interdum cumulantur, seu proponuntur diuerse actiones ex diuersis causis orientes ad diuersas res, ita vt concurrant dicte tres diuersitates, videlicet, causarum, actionũ ⁊ rerum. exemplum, debes mihi decem ex testamento, ⁊ Stichum ex venditione, ago ad decem ex testamento, ⁊ volo cumulare ⁊ petere Stichum ex vendito. Interdum cumulantur plures diuerse actiones habentes ortum ex eadem causa, ⁊ ad idem, seu eãdem rem, exemplum in.l. duobus. §. colonus. ff. de iureiuran. vbi quando contra colonum ex eadem causa successionis arborum ageretur ex locato, ⁊ queritur accumulari actio. l. Aquili. secundum Cyn. Sed hoc exemplum non placet Bald. hic: quia causa delicti non est eadem cum causa contractus: vnde Bal. ponit exemplum per. l. primam. §. in tutela. ff. de tutela, ⁊ rationibus distrahendis. potest etiam poni exemplum actione ex empto intentata ad rem emptam, ⁊ certi condictione ad eandem rem competentem: iuxta ea que habentur in.l. certi condictio. in principio. ff. si certum petatur. Interdum cumulantur plures actiones ex eadem causa orientes ad diuersas res, vt actio furti, ⁊ condictio furtiua: vt dict. l. duobus. §. item Pomponius. Interdum cumulantur plures actiones habentes ortum ex diuersis causis ad eandem rem, exempluz egi act. depositi ad librum, volo cumulare act. commo. secundum Cynum, ⁊ Bald. qui ponunt predictas quatuor considerationes circa cumulationem actionum. Interdum cumulantur plures actiones per eundem contra diuersos, secundum Bartol. qui addit hanc quintam considerationem, ⁊ ponit exemplum, quando vnus agit contra plures reos debendi contra vnumquenquẽ insolidum. Redeundo nunc ad illam cumulationem, que fit de diuersis act. ex diuersis causis orientibus ad res diuersas, dic, secundum Dynum, Petrum, ⁊ Cynum, in locis preallegatis, quod talis cumulatio est permissa, intellige si se inuicem non contingant, ita quod altera ab altera dependeat, ⁊ quod vtraque sit eque principalis, ⁊ vna non sit maior altera, seu preiudicialis ad alteram, vel etiam vna ciuilis, alia criminalis, vel ratione ordinis impeditiue alterius: vt infra dicemus. Aduerte tamen, quia si lis erat contestata, in prima requiritur nouus libellus, vnde erunt diuersa iudicia, ⁊ diuerse contestationes. ⁊ ita debet intelligi gloss. hic in ver. sed cumulatio. secundum Paulum de castr. Si vero lis non erat contestata, tunc si sunt similes actiones: vt puta plures actiones familie erci- 42 scunde super diuersis hereditatibus, ⁊ † debet fieri cumulatio in eodem libello, ⁊ non in diuersis: ita vt vnum sit iudicium, ⁊ non diuersa: vt. l. heredes. §. de pluribus. ⁊. §. sequen. ff. familie erciscunde. ⁊. l. bonorum. eodem titu. ⁊ vtrobique per gloss. ⁊ docto. ⁊ idem in pluribus actionibus pro so. pro pluribus societatibus: vt.l. cum duobus. §. si inter fratres. ⁊. §. si plures. ff. pro so. ⁊ probatur in.l. non est nouum. ff. de actio. empt. Concludc ergo, quod quãdo sunt due vel plures actiones eiusdem generis, seu qualitatis cõpetentes eidem ad diuersa possunt, ⁊ debẽt in eodẽ libello ante li. cõt. cumulari. si

actor

actor ante litem contestatam, vult cumulare: vt est text. in dicta. l. non est nouum. et hoc est inductum causa dirimendarum litiu3: vt ibi. per gloss. ⁊ Bartol. qui vlterius dicit de hoc casu censetur vnus libellus ⁊ vnum iudicium: vt patet illo text. ibi, ⁊ materia quod scilicet in veritate due sint actiones. Ex quo infertur secundu3 Paul. de cast. quod vna gabella veniat soluenda ⁊ non plures si statutum dicit, quod pro quolibet libello soluatur gabella. verum est tamen quod quando actiones essent dissimiles tunc etiam in diuersis libellis potest fieri cumulatio, ⁊ dicentur diuersi libelli, ⁊ diuerse gabelle venient soluēde. Possum ergo cumulare actiones non solum in diuersis libellis sed etiam in eodem ⁊ non vniformes, ⁊ eiusdem generis, sed etiam difformes ⁊ ad diuersa: vt est text. in. l. si idem cum eo. ff. de iurisdictione omnium iudic. quod verum regulariter. ¶ Sed fallit, quando prima, seu vna actio sic se habet ad aliam ꝙ possibile est absolutoriā latam in prima parere exceptio. rei iudi. in alia, vt dicta. l. si mater. §. eadem. ⁊ l. cum queritur. de exceptione rei iudicate. et dicta. l. duobus. §. colonus. ⁊ l. fundi. ⁊ l. fundum. ff. de exceptio. ⁊ per gloss. hic. ⁊ per Innocen. in dicto cap. j. de libel. ob. ⁊ in regula, nullus. de regulis iuris. lib. o. vj. per Dyn. Ex quo infertur secundum Bartolum, quod quando sunt duo iudicia inuicem dependentia: quia vnum est super principali puta dominio rei ⁊ aliud super seruitute debita, vel super fructibus ia3 perceptis: si primo intentatum est principale, videlicet super dominio non potest intentari dependens vel accesso. quousque primum sit finitum. dicta. l. fundi. ⁊ dicta. l. fundum. ⁊ hoc propter dictam rationem: quia absolutoria lata in principali parit exceptionē rei iudicate in secūdo, ⁊ etiam quia condemnatoria que ferretur, in secundo faceret preiudicium reo in principali, ⁊ sic per minorem preiudicaretur maiori quod esse non debet: vt. l. pro minore. ff. de iudica. ⁊ si postea sequeretur absolu. in prima detegeretur iniquitas sententie late in secunda ideo ne inducatur perplexitas debet expectari quod prima finiatur. ¶ Secondo fallit, quādo plures actiones sic se habent quod electione vnius alia tollitur: vt supra dixi per. l. quod in herede. §. eligere. de tribu. ad hoc cap. vt quis duas. de electio. in sexto. ¶ Tertio fallit, quando plures actiones sunt contrarie in origine: quia tunc etiam electione tollontur. l. j. §. de furt. secundum Bald. hic. ¶ Quarto fallit, qñ due actiones, sic se habēt, ꝙ vna proposita, ⁊ condemnatione secuta ⁊ executione facta contingit liberatio ab alia: quia si per executionem prime plenarie satisfit agenti, frustra iterum agitur secundum Bartolum, qui dicit de hoc esse casum singol. in. l. prima. in fine. si serui. fur. fe. dica. Sed Bald. hic. in repetitione Padoana, in. xxvj. colom. dicit aduertendum esse: quia in dicta. l. j. erat vnum factum, id est, vnum furtum, quod obījciebatur domino ex persona vnius serui tanquam a familia factum vnde licet actor velit ibi deinde agere, dicit ipse Bald. quod hoc non est cumulare, sed idē factum geminare: quia geminatio persone non immutat factum secundum ipsum. Sed tamen hic in repetitione Perusina sequitur Bartol. cum quo transit Fulg. ⁊ Paulus de cast. hic ⁊ Angel. in. l. naturaliter. §. nihil commune. de acqoirenda posses. Quinimo Bald. dicit illud fuisse dictum Oldra. ⁊ ita communiter tenetur: licet Angel. in. l. cum querebatur. ff. iudica. solui. dicat ibi, esse casum contra Bartolum, ⁊ vide Bald. in. l. ordinariſ. infra, de rei vendi. ⁊ Paulom de cast. in dicta. l. cum querebatur. vbi ponit bona verba. ¶ Quinto fallit, ratione maioritatis, vnde si plures actiones sic se habent quod vna est maior altera. ⁊ per consequens vna non admittit secum aliam actionē minorem: tunc ratione maioritatis non admittitur cumulatio: vt dicta. l. per minorem. ⁊ l. finali. infra, de ordi. iudicio. ⁊ ideo ciuilis ⁊ criminalis non possunt cumulari: vt. l. prima. infra, quando ciuilis actio cri. preiudi. ⁊ per Specu. in titu. de furt. versic. sed nonquid ex eodem ⁊ sequenti. et est bonus text. in. l. pretor ait. ff. vi bonorum rap. ⁊ in. l. interdum. de publicis iudi. ⁊ l. finali. ff. de furt. vbi Bartol. limitat, si modo quis simul ⁊ semel velit principaliter intentare ciuilem ⁊ criminalem: secus si vellet intentare accusationem criminalem principaliter, ⁊ petere restitutionem rei incidenter per officium iudicis: quia tunc posset: vt. l. qui crimen. infra, qui accusare non possunt. ⁊ l. interdum. §. qui furem. ff. de furt. ⁊ ibi. etiam per Bartol. quicquid dicat Bald. in. l. data opera. §. qui accusare non possunt. in. iiij. colum. ⁊ vide per Bartol. in dicta. l. ij. §. j. vi bonorū rap. ¶ Sexto fallit, ratione ordinis: quia quando plures actiones sic se habent, quod vna ex ordine debet precedere aliam non admittitur cumulatio dicta. l. ordinariſ. infra, de rei vendi. ⁊ l. incerti. infra, de interdictis. ⁊ l. si de inofficio. ff. de inofficioso testamento. ⁊ potest poni exemplum, si intentatur petitorium ⁊ possessorium retinende: vt. l. exitus. ff. de acquirenda possessione. quia tunc non possunt cumulari sed ordo est, vt causa possessoriū precedat: vt ibi secundum Paul. de cast. ⁊ doctor. de quo vide in dicto §. nihil commune. Et sic habes vnam regulam principalem permissiuam cumulationis plurium actionum diuersarom ex diuersis causis orientium ad diuersas res, cum. vi. fallentijs. ⁊ sic cum sex regulis prohibitiuis cumulationis. ⁊ hoc de primo genere cumulationis. In secundo genere cumulationis videlicet plurium actionum habentium ortum, ex eadem causa, ⁊ ad idem seu ad eandem rem, non admittitur cumolatio: vt. l. ij. an eadem. ⁊ l. singulis. ff. de excep. rei iudi. quod tamen Bartol. limitat nisi actor esset dubius propter factum aduersariſ: vt. l. prima. §. quod autem. ff. quorum lega. et notatur in. d. l. quod in heredem. §. eligere. secundum Bartolum, cum quo transeunt communiter doctores, licet fortiter faciat in contrarium text. in authen. de fideiossoribus. §. sed neq;. vbi potest cumulari ⁊ intentari simul ⁊ semel personalis ⁊ hypothecaria vt per gloss. in. l. nemo ex his. ff. de regulis iuris. de qoo hic vide plenius per Bartolum, et doctores. In tertio genere cumulatioois plurium actio. ex eadem causa competentium ad diuersa: vt actio furti, ⁊ condictio fur. et actio vi bonorum rap. ⁊ actio. furti etiam non admittitur cumulatio: quia possibile est sic ferre sententiam in prima, quod obstaret exceptio rei iudi. in secunda, ad hoc. l. j. ⁊ ij. ff. vi bonorum rap. ⁊ in dicta. l. duobus. §. si quis iurauerit. ff. de iureiuran. ⁊ in. l. interdum. ff. de publi. iudi. Unde videtur dicendom quod nullitas ⁊ iniustitia, vel nullitas, ⁊ lesio, seu in integrum restitutio non possint simul cumolari, ⁊ idem de alijs rebus que videntur adinuicem repugnare, vt fors ⁊ pena. et rei persecutio, ⁊ pena habetur in. l. j. de actio. empti. ⁊ in. l. stipulatio non diui. de verborum oblig. et in. l. si pacto quo penam. infra, de pact. ⁊ per Bald. hic, in. vj. quest. vbi etia3 ponit, an possit cumulari nullitas ⁊ appellatio, ⁊ concludit quod sic agendo simul ⁊ disiunctiue non copulatiue, ⁊ ita seruatur in practica, et in. vj. quest. dicit idem de petente restitutionem in integrum, ⁊ dicente de nullitate: quia possunt simul intētari cōditionaliter, ⁊ disiunctiue non copulatiue secundū ipsum. ad hoc in cap. constitutus. de restitutio. in integ. quod procedit quando incertum est an competat tale remedium nullitatis: vt erat in dicto cap. constitutus. cum esset possibile, quod talis nullitas ibi non competeret: imo erat probabile dubium, an competeret ei propter defectum etatis qui forte fuerat tempore contractus, vnde propter tale dubium admissus fuit talis libellus, ⁊ talis cumulatio ipsius remediſ nullitatis cum remedio restitutionis in integrum. ad hoc quod notatur in cap. cum illo. de sentētia excommunicationis. Si vero esset certum remedium nullitatis cōpeteret, et tunc cessaret remedium restitutio. extraordinarium, ex quo subest ordinarium: vt. l. in cause. ff. de minoribus. Sed posset dubitari quid de iudice, vtrum possit cumolare plures inquisitiones contra eundem Bald. hic determinat quod sic in. xxvij. col. contra quest. cum quid. vide etiam Ang. in repetitione. l. si vacantia. de bonis vacan. lib. x. Sed vtrum iudex super eodem maleficio possit cumolare accusationem inquisitioni admittēdo accusatore3 super eodem maleficio de quo formauit inquisitionem. dominus meus dicit quod non: quia accusatio tollit inquisitionem. quod verum est secundum Cy. nisi inquisitio esset liqoidata ante superuenientem accusationem: vt ipse notat in. l. fine contra. ff. de liberis agnoscendis. in. §. si. in additione post Dinum. Item quia ista iudicia secundum. d. m. sic se habent quod absolutoria

lata in vno &c. facit quod notatur in cap. finali. extra, de purgatione cano. per Innocen. ad quod vide quod latius dixi in cap. de his. de accusatio. quod tamen Bal. limitando dominus meus dicit, verum quando accusator prosequitur suam, vel suorum iniuriam: quia tunc tollitur inquisitio. Sed si publicam duntaxat vtilitatem prosequitur ipse actor esset tunc preferendus iudex tanquam magis idoneus, non obstante quod inquisitio sit remedium extraordinarium: quia est in titulo ductum fauore publico: vt notatur in. l. i. ff. de rei vendi. Item, quia accusatio que non tangit rem, vel personam accusatoris potest similiter dici, remedium extraordinarium cum regulariter ad agendum non soleant admitti nisi illi quorum interest. ff. de appellatio. recipiendis. l. i. in princip. & de accusationibus. cap. super his. & ibi per Innocen. secundum Bald. hic, in versiculo, decimo quero. Et vide tu hanc materiam an, et quando per superuenientiam accusationis tollatur, vel suspendatur iudicium: que notantur per doctores in cap. qualiter. in secūdo de accusatio. & ibi per Bal. in predicta questione. & versicu. qui vlterius querit, in. ix. questione. in versicu. qui incipit, vndecimo queritur. vtrum exceptio possit cumulari petitioni puta si reus conuentus ex instrumento opponit exceptionem solutionis & cum in processu videat se non habere paratos testes de proximo agit, petens reddi sibi instrumentum cancellatum dicit Bald. cumulationem istam non procedere per rationem. l. fundum. ff. de exceptio. vt hec plenius, vide per eum qui ponit exempla pulchra & quotidiana ad materiam pertinentia, et hec de quarta specie. Quinta species cumulationis que supra additur per Bartol. videlicet quando plures actiones cumulantur per eundem contra diuersos prolixum exigeret tractatum. vnde de hoc articulo, an plures possint eodem libello conueniri, siue omnes representent vnam, siue quis representet seipsum, vide per doctor. in rubrica. & in cap. primo. de libelli oblatione. et per Bald. & Cyn. in. l. eo quod a multis. infra, si certum petatur. & ibi per Salice. & per Bald. in authentica. hoc ita infra, de duobus reis. & in. l. si pluribus. ff. de legatis. ii. & in. l. iii. §. finali. ff. de duobus reis. & per Modernos in. l. de pupillo. §. si pluribus. ff. de noui operis nunciatione. & per Bald. in additio Specu. in titulo, de sententiis. versicu. vno & eodem. Quid autem in criminali, vide in. l. cum rationibus. infra, qui accusare non possunt. & in. l. qui accusare. §. primo. ff. de accusationibus. & per Bartol. in. l. inter liberos. §. maritus. & in. l. qui pupillum. ff. de adulteriis. & per doctor. in. l. prima. i. si reus. vel accusator mortuus fuerit. & Specul. in titu. de accusatore. §. primo. versicu. item quod non potest. in quibus locis plene examinatur vtrum vnus possit accusare plures de eodem delicto, siue diuersis in eodem libello, & ibi quid econtra: vtrum plures possint accusare vnum seu plures in eodem libello, & quid in ciuilibus, an in eodem libello possit quis suo & alieno nomine experiri, dic vt per doctor. in cap. primo. de libelli obla. & in. l. plane. ff. familie erciscunde. vbi concluditur quod sic: vt patet etiam per illum textum. & per hec determinatur secundum genus principale cumulationis, videlicet plurium personarum de quo tactum fuit supra, et etiam tertium de cumulatione plurium rerum, licet volendo singula considerare essent adhuc plura capita consideranda. & vtrum sors & pena possint simul cumulari, vide in. l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. de verborum oblig. & in. l. predia. de actionibus empti. & per Bald. in. l. non ob re. infra, vnde vi. & tangitur in. l. si pacto quo penam. infra, de pactis. ¶ Quarta

43 questio principalis fuit quando sit opponenda exceptio contra cumulationem: dicas, quod aut exceptio est dilatoria cumulationis, aut peremptoria. primo casu. aut cumulatio precessit litis contestationem in primo libello, & debet opponi ante litem contestatam; vt l. finali. de exceptionibus. infra, & ff. de euictionibus. l. si mancipium. §. primo. & quod notatur per gloss. in. l. penultima. infra, communi diui. Aut litis contestatio precessit cumulationem: quia post litem contestatam fuit porrectus secundus libellus. Et tūc potest opponi post litem contestatam in primo libello, & etiam indistincte, vsque ad litem contestatam in secundo iudicio. non autē postea: vt. l. sed & si susceperit. ff. de iudiciis. & l. si accusationibus. j. de accusationibus. Si vero est exceptio peremptoria cumulationis, et actionis secundo loco proposite potest opponi, vsque ad sententiam: secundum Bald. hic, in versic. Secundo quero qualiter exceptio. & quid si exceptio non opponatur an libellus ipse procedat & videtur quod sic: quia debet excipi & probari dependentia prime litis. ff. de exceptionibus. l. generaliter. solue aut cumulatio non potest fieri ratione suspensionis, & debet excipi de litis pendentia. facit. ff. de excusatio. tutorum. l. decimus. aut ratione sublationis actionis, et non videtur exceptio necessaria, cum iudici notorium sit actionem secundo loco intentatam non competere actori. arg. notatorum in. l. vbi pactum. j. de transactionibus. & per Innocen. in cap. penultimo. de officio vicarii. nec obstat si diceretur non sufficere quod reus habeat ius excipiendi si de illo non opponit: vt institu. de exceptio. §. i. & per gloss. in. l. si vnus. §. pactus. ff. de pactis. quia illud est verum si exceptio est talis, que possit replicatione excludi puta per aliud pactum de petēdo, vel quid simile. Sed in casu nostro non recipit contrarium, nec vlla replicatione cumulatio potest esse permissa. Et ideo quamuis pars non opponat: tamen iudex ex officio supplet secundum Bald. hic in versicu. sed hic, queritur nunquid. quod est notandum ad ea que dicentur in. l. i. infra, vt que desunt. Sed Bartol. hanc quest. latius examinat & declarat hic, in versicu. quero, si non est oppositum. vbi dicit hanc questionem esse subtilem & circa eam distinguit quod quandoque cumulatio impeditur solum ratione ordinis & tunc non opposita exceptione procedit iudicium, & valet sententia: vt. l. i. C. de appellationibus. & facit quod notatur in. l. ii. infra, communi diui. & in. l. si mancipium. §. i. ff. de euictio. Quandoque cumulatio impeditur; quia absolutoria lata in vna, scilicet, in prima parit exceptionem rei iudicate in alia, videlicet in secunda. & tunc idem debet opponi exceptio & si non opponatur procedit iudicium. quod patet: quia. l. dicit secundam actionem per viam exceptionis: vt dicta. l. sed mancipium. §. ii. & l. fundi. ff. de exceptio. & idem putat Bartol. si sententia impediatur cumulari. ex eo quia executio facta in prima tollat secundam & idem dicit si impediatur ratione maioritatis: quia ll. de hoc loquentes semper videntur se referre ad remedium exceptionis. facit quod habetur in. l. reum. j. de procura. Quandoque vero cumulatio impeditur: quia actiones sic se habent quod tolluntur electione. & hoc casu dicit Bartol. aduertendum esse: quia interdum cumulantur a principio plures actiones, que tolluntur electione, & tunc si pars non opponit procedit iudicium: vt. l. i. §. qui. ff. quorum legatorum. sicut enim propter contumaciam partis admittitur concursus dictarū actionum: ita & eodem modo ex consensu partium tacito, vel expresso: vt. l. finali. & quod ibi notatur. infra, de annali exceptio. Interdum vero vna proposita de his que electione tolluntur, alia deinde fuit cumulata, & tunc nō est necessaria exceptio contra cumulationem. quod intellige verum de exceptione iuris non facti, & est ratio, quia per propositionem & electionem prime alia est ipso iure sublata: vt. l. i. infra, de furtis. & l. quod in heredem. §. eligere. ff. de tributoria. est tamen necessarium quod in secundo iudicio super actione cumulata fiat fides de processu habito super primo: vt dicta. l. generaliter. ff. de exceptionibus. secundum vnam lectu. positam ibi, in gloss. Interdum vero cumulatio impeditur propter cōtrarietatem actionum, & tunc an sit necesse quod opponatur exceptio. Bar. hic, remittit se ad notata in. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. possess. vbi

44 plenius per eum. sed posset dubitari vtrum † aliquid operentur illa verba iudicium admitto, si & inquantum de iure teneor & aliter non. Bald. hic, in antepenultima charta. in versic. item dubitatur dicit quod videtur quod iudex per hoc sit interlocutus sub conditione, allegat notata per gloss. in cap. cum contingat. de officio delegati. & per doctor. in. l. si quando. de lega. i. Sed tamen concludit ipse Bald. quod dicta verba non habēt vim interlocutorie hominis sed legis, vt & per Bartol. in dicta. l. si quando. quia non emanauerūt causa cognita. tu adde notata in simili in. l. ambitiosa. ff. de decretis ab ordine faciendis. et per Bald. in rubr. infra,

qui

qui admitti. ⁊ in cap. non solum. de appellationibus. libro sexto. de iudice qui quando appellatur dicit defero si debeo alias non: quia tunc iudex a quo perseuerat in iurisdictione, si appellationi deferri non debuit, secundum ipsum Bald. hic, de quo plenius per Imol. in dicto cap. cum contingat. super gloss. que incipit nota. quod vbi generaliter ponit quod operentur dicta verba iudicum qui siue producuntur articuli, siue positiones, siue exceptiones, siue instrumenta, siue alie scripture semper apponunt illam clausulam admitto, si et inquantum de iure teneor ⁊ aliter non. et hec sufficiant quo ad quartam questionem principalem. ¶ Quinta questio principalis erat de effectu cumulationis, et potes dicere quod sunt † plures. primus est: quia super actione cumulationis debent dari noue dilationes, secundum gloss. nostram. quod est verum nisi ex dilatione data ad primam ⁊ ex deliberatione facta in illa reus possit esse instructus in secunda: vt in exemplo posito hic, per gloss. videlicet, quando aliquis conuenitur vi bonorum raptorum, ⁊ postea ex eadem causa conuenitur furti, nam tunc nō dabuntur noue dilationes: quia ex deliberatione facta in prima potuit esse instructus in secunda, secundum hanc gloss. quam tamen Bartol. dicit quo ad hoc exemplum non procedere: quia possibile est quod absolutoria lata in prima pariat exceptionem rei iudica. in secunda: ergo frustra queritur de cumulatione ⁊ per consequens de dilatione. Et aduerte: quia hec procedunt quando cumulatio fieret diuersis temporibus, sed si eodem libello, ⁊ eodem tempore fieret cumulatio tunc questio non procederet propter dilationem vniformiter datam ad respondendum libello. Secundus effectus est respectu iuramenti calumnie, quia super actione cumulata debet iurari de calumnia, secundum Azo. sed Ugoli. tenet contrarium eo quia iuratum est super facto secundum gloss. hic, que concludit oportere de nouo iurari. Bartol. vero distinguit quod quandoque non mutatur actio, neque variatur instantia: sed est vna, ⁊ eadem: licet actio cumuletur. ⁊ tunc dicit ipse non debet iurari de calumnia ex quo semel iuratum fuit: quia illud iuramentum est vniuersale ad omne id quod emergit in illa instantia, vt in authentica, in isto. infra, de iuramento calumnie. Quandoque actio cumulatur ex noua instantia quod quando sit apparet ex dictis superioribus, ⁊ tunc debet iterum iurari de calumnia et ita procedat opinio gloss. Tertius effectus est pronuntiationis: quia super omnibus actionibus cumulatis pronuntiandum est: vt. l. de qua re. ff. de iudiciis. secundum Bartolum, hic licet quidam dicunt secundum quod refert hec glo. non esse necessarium, quod pronuntietur, super cumulatis si absolutoria lata in prima pareret exceptionem rei iudica. in secunda: quod tamen reprobat gloss. quia illo casu non admittitur cumulatio. Sed tu aduerte: quia imo dicta opinio posset procedere quando pars non opponeret contra cumulationem: vt dictum est supra, in questione precedenti. Item aduerte: quia licet sententia sit lata super prima, ⁊ non super actione cumulata vel econtra non propter ea vitiatur. argu. l. etiam. ff. de minoribus. ⁊ l. non idcirco. ff. de iudiciis. ⁊ l. de vnoquoque. ff. de re iudicata. secundum Bartolum hic. Quartus effectus est: quia si cumulatio est facta in diuersis libellis plures dicuntur libelli: vt de se patet. Si vero est facta in vno, et eodem libello tunc magna est dubitatio. Bart. hic distinguit dicens quod quandoque cumulantur actiones diuerse numero et specie: vt actio depositi, commodati, locati ⁊ similium, et tunc casus est clarus: quia cumulatio debet fieri in diuersis libellis: ideo dicuntur plures libelli. ⁊ plures cōclusiones sunt necessarie quando sunt plures actiones differentes numero sed non specie: vt puta si tecum habeo plures hereditates. vel rationes aut societates cōmunes aut plura deposita vel similia, ⁊ hoc casu de omnibus hereditatibus poterit agi familie erciscunde in eodem libello. et sic de similibus. Unde tunc erit vna conclusio ⁊ vnum iudicium: vt probatur in. l. heredes. §. de pluribus. ⁊ l. sequenti. ff. familie erciscunde. ⁊ l. bona. infra, eodem titulo. §. ⁊ l. Papinianus. §. si inter duos. ⁊ §. si plures. ff. pro socio. ⁊ l. non est nouum. ff. de actione empti. ⁊ idem videtur sentire Baldus, in l. ordinarii in fine. infra, de rei vendi. vbi dicit quod circa eandem actionem libellus dicitur vnus a conclusione, nam † vnitas conclusionis est illa, que facit vnitatem petitionis. ⁊ quod in diuersis actionibus, tunc dicitur vnus libellus, quando conclusio est communis vtrique actioni: vt dicta. l. non est nouum. ⁊ dicta. l. heredes. §. de pluribus. ¶ Ex quo sequitur quod stante statuto quod de quolibet libello debeat solui gabella quamuis † in eodem libello per actionem familie erciscunde. sint petite due, vel plures hereditates communes, aut actum sit actione pro socio ad duas vel plures societates communes cum eodem, ⁊ sic de singulis non debebit solui nisi vna gabella secundum Paul. de castro hic. in contrarium tamen faciunt que dicuntur in l. scire debemus. de verborum obligatione. vbi tot dicuntur libelli quot sunt capitula, ⁊ quot res particulares seu species criminum in eo specificantur, ad hoc etiam que notantur in. l. etiam. §. ex causa. ff. de minoribus. ⁊ in cap. appellatione. §. 1. iuncta glos. ii. quest. iii. vbi dicitur, quot tot sunt sententie, quot articuli in eis continentur, ⁊ quot sunt capitula: licet vna pronuntiatione fuerint comprehensa: ergo ⁊ tot dicantur libelli cum quelibet sententia debeat esse conformis suo libello. l. vt fundus. ff. communi diuidundo. ⁊ sic videtur quod plures gabelle sint soluende, sed quidam Moderniores aliter considerant dicentes, quod cum queritur an tot sint libelli, ⁊ sententie quot sunt capitula, siue articuli siue res, quando vna conceptione libellus producitur, quod aut sunt plures actiones diuerse numero et specie, ⁊ dicuntur plures libelli: vt dixit Bartol. non quidem quod plures libelli tunc fuerint necessarii, sed ex propria natura ipsarum actionum ⁊ rerum, quia ex quo sunt dissimiles ⁊ plures numero plures etiam dicuntur libelli. Aut plures actiones sunt diuerse numero sed non specie, et tunc potest dici, quod si est fauor, quod dicatur vnus libellus pro vno libello accipietur. Si vero versaretur fauor in pluralitate accipietur ipsa pluralitas argumento capituli, odia, cum sua materia de regulis iuris in sexto. ¶ Ex quo infertur quod quantum ad solutionem gabelle iudicabitur vnus libellus, quoniam impositio huiusmodi gabelle est odiosa, vt de pace iuramento firma. in. §. illicitas. in. x. collu. ⁊ habetur in capit. super quibusdam. §. preterea. de verborum significatione. ⁊ in. l. ii. C. de cursu publico. libro decimo. vel dicas quod si statutum notat libellum puta dicendo de quolibet libello soluatur gabella, quod tunc vna veniet soluenda si est vnitas instantie, ⁊ processus: vt videtur fuisse de intentione statuti: secus si iudicia et instantie sint plures. posset etiam dubitari quid † si in eadem accusatione, aut inquisitione continerentur plura maleficia quorum pena singulariter considerando non excedat centum sed cumulando excedit et statutum dicat quod bannitus in centum possit impune offendi an bannitus in centum vnica condemnatione pro dictis pluribus maleficiis poterit impune offendi. domi. Nellus de sancto Geminiano in quodam suo tractatu de bannito in prima parte secundi thematis dicit quod sic videtur sibi dicendum, quod aut maleficia sunt separata ⁊ diuersis temporibus perpetrata, et tunc cum fiat cumulatio respectu diuersorum, et ad diuersos effectus, scilicet, vt pro vno quoque fiat solutio tot dicentur libelli, condemnationes ⁊ banna quot sunt percussiones ⁊ delicta: vt dicta. l. scire debemus. ⁊ l. falsa. in fine. de conditionibus ⁊ demonstrationibus. maxime quando in inquisitione est apposita illa clausula, super quibus omnibus ⁊ singulis ⁊c. de qua per docto. in capitulo, qualiter ⁊ quando. el secundo. de accusationibus. que tamen ad voluntatem agentis possent vnite considerari, vt notatur in. l. ⁊ si imo. ⁊ in. l. in commodati. §. duobus. ff. commodati. poterit offendens talem bannitum ad sui beneficium et excusationem allegare vnitatem sententie, vel vnicum dicatur bannum, vt ibi. Si vero delicta sunt perpetrata eodem tempore, tunc sine dubio vnica videtur condemnatio: vt. l. quoniam multa. infra, ad legem Iuliam de vi. ⁊ l. denuntiasse. §. quid tamen. ff. de adulteriis. ⁊ ibi notatur. et per Bartol. in. l. hos accusare. §. lege Iulia. ff. de accu

¶ In hac notabili practica b. et repet.l.vltra notata p docto. maxime Do. post gl.ad plura capita.summarie procedẽdo. addatis Bar.3si.cccxiij. Ang.in 3s.cccci. Ange. cõs.cclix. Rom.3si.cv.do. Alex.cõs.clxxv. in.iij. col.in.§. vol. ⁊ in quarta. col.in fi.do.Alexã.3s.cxxvi.in.ij. col.i.iij.vo.alex. 3s.vi.in.iij. vol.⁊ videatis bonas decisiões preser tim in practica, do. Jo. de anania.i 3s.xi.Ang. 3si.cxxvi.do. lu. Rom.3si.cxci. et 3si.ccclxi.⁊. cxl. ij.col.⁊ 3si.cclv. do.Anto.do.panor. in.c.ij.⁊ do. maria.soci. in.c. dilecti arti. xxix. de libe. oblatio. quest. vij.⁊. viij. Bertachi. i tra. de gabellis.in.v. parte principali in fine, Pau. de ca.3s.cclx.⁊ bal. in 3s.clxix.i fine. in.ij.vol.do.Frã. Aret.3s.cij. do. Alex.3s.cxiij. in j.volu. S. T.

¶ Super. l. qui accusare presenti. videatis Fede.de senis in 3s. cxiij.⁊ huius.l.regulam actore nõ probãte,ampliate, vt p do.Lu. roma.3si.clxvi.domini.de rota. decisione.ccxi.⁊.cxix. de re iudica.⁊ de cl.cxxiij.in nouis actore ⁊ deci. xv. si ex causa.in nouis,Pau. de ca. 3s.iij.in.j.vol.do. maria.soci.in 3s. clv.inci.prestantissime doct. do. Alex. in.l. neq;. de iureiuran. et ista clausula habet locũ etiaz in matrimonijs vt plene p do.Phi li.deci. in consil. cxxiij. inci.viso processu. in principio.§. col.et omnino videatis do.Raphaelẽ.cuma.i 3s.cxv.post principium inci.

fationibus,⁊ hoc voluit Angel.in.l.si idem cum eodem. ff.de iurisdictione omnium iudicum. ea ratione: quia quando quis est condemnatus ex causa plurium delictorum originem habentium ex eodem fonte habetur respectus ad iudicium quod est vnum non ad ea que, ex accidenti veniunt:vt.l.si quis separatum.ff.de appellationibus.secundum ipsum dominum Neslum. facit: quia ad vnitatem forme debet correspondere, vnitas substantie:vt.l.cum questio.infra, de legatis. ⁊ notatur in cap.quia circa.de priuilegijs. quod procedit quantum ad finem excusandi dictum offendentem a pena. Sed quantum ad alios effectus, puta quod bannitus in centum non debeat audiri videretur contrarium esse dicendum ex rationibus,supra dictis. faciunt que. notantur per Bartol.in.l.vbi fideiussor. ff.de solutionibus. ⁊ in.l.secunda.§.primo.ff.de conditio. institutio. et per Imol. in.l. quoties in stipulatio. ff. de verborum obligatio.⁊ per Angel.⁊ doctores in dicta.l.si idem cum 49 eodem.in quibus iuribus habetur quod † condemnatus in bannis quinquaginta non dicitur condemnatus in centum in odium ipsius condemnati. Et sic de simili 50 libus,puta † si statutum disponit quod pro quolibet libello non probato vel actione,aut accusatione non probata debeat quis in tantum condemnari,aut quod pro quolibet libello debeat solui decimum quid per actorem:vt vide per Bald. in dicta.l.ordinarij.infra,de rei vendicatione.⁊ vide etiam per eundem in.l.cum rationibus.infra,qui accusare nõ possunt.Et per hec est expedita quinta questio principalis, et per consequens materia cumulationis circa quam multa plura potuissent dici, sed pro hoc anno hec dicta sufficiant. Sequitur lex,qui accusare.

SVMMARIVM.

1 ☞ Reus non tenetur edere actori ad ipsius intentionem fundandam ⁊ actore non probante absq; alia probatione reus absoluitur.

2 Volens agere debet venire instructus cum probationibus suis aliter temere agit.

3 Non tenetur quis dare contra se arma ⁊ aduersarium suum instruere, et hoc de equitate, ⁊ iuris rigore procedit.

4 Quomodo intelligatur furtum committi,occultando instrumentum.

5 Verbum accusatio adaptatur pecuniarie ⁊ ciuili petitioni ⁊ econtra actio adaptatur criminali accusationi et petitioni:vt tenet hic do.Corn.do.Alexan. ⁊ do. Iaso. post gloss.⁊ Salic.

6 Si Titius accusat Sempronium de delicto in dubio, petendo eum puniri, semper intelligitur criminaliter.

7 Plurimi enumerantur casus,in quibus non absoluitur reus aliter, quam per iuramentum: ⁊ quid iuris quando fuit datus,⁊ quid quando non ⁊ quid si vterq; aut actor tantum erit contumax videatis hic dom. Cor. vsque ad.l.non est nouum.sequentem.

Qui accusare [1] Reus † non tenetur edere actori ad ipsius intentionem fundandã, imo absq; alia probatione absoluitur actore non probante. hoc dicit. ¶ Not. quod † volens agere debet venire instructus cum probationibus suis alias temere agit: concordat.l. prima.supra eodez. ¶ Item not. quod † non tenetur quis prestare arma contra se, et instruere aduersarium suum.concordat.l. minus.infra,de testi.cum simil. idque procedit non solum de rigore iuris sed etiam de equitate: vt probatur per hũc text.ibi.nec iuris,nec equitatis ratio ⁊c. ¶ Itẽ procedit etiam si actor careat probationibus: vt.l.prima.infra,de questi.⁊.§.quest.vij.quia plerisque.quãuis aliqui dicunt in cap.primo.de testi.quod vbi actor non potest aliquo modo probare tunc ne veritas pereat reus cogitur edere sua instrumenta actori per officium iudicis in equitate fundatum allegant nota.per Hostien.in cap.i.de testi.cogen.⁊ per Joan.and.in additio. Spec. in titu.de teste.§.i.versic.quid autem,in additio,que incipit,non immerito.et nota.per Inno.in dicto cap.i.de probationibus. quorum dictum forte posset procedere in allegante negatiuã omnino improbabilẽ iuxta nota. in cap.super his.de probationibus. vbi Innocen. cum quo transit Bald.hic in fin.tenet quod non incumbat onus probandi ipsi neganti, etiam dicto casu, sed isti termini nõ cadũt hic, ideo non oportet insistere,⁊ vide que dixi in.l.nulla.⁊.l.hoc iure.de verborum obligatio. ¶ Item not.text.ibi alienorũ. id est, ipsius aduersarij 4 qui † non tenetur proprium instrumentum edere, sed potest illud occultum retinere nec occultando dicitur committere furtum , aut falsitatem. sicut committeret quis occultando aliena vel communia cum eo, cui celaret:vt.l.qui tabulas.⁊.l.quidam.ff.de furtis. vel notarius autem occultando protocollum: vt.l.eum qui.§. de falsis.⁊.l. Paulus.ff.eodez.tunc diceretur committi falsitas.aut furtum nisi precessisset diuturnitas temporis ⁊ notarius esset bone fame,secundum Ioan. andr. in additio. Specul. in titul.de instrument. edi.§. instrumentum.in princip. Proprium autem instrumentum appello hoc casu etiam illud quod continet commune negotium si sit redemptum a notario, proprijs sumptibus occultantis: vt tenet Innocen.in cap.i.de probationibus.⁊ Specu.de instrument. edit. §.videndum.versicu.ex premissis.⁊ docto.in.l.prima.§.editiones.ff.eodem.⁊ supra eodem.in.l.prima.⁊ gloss.in.l.dissolute.infra,de cõdictione sine causa.que vult quod extractum de protocollo notarij ⁊ traditum parti est illius qui extrahi fecit licet protocollum sit ipsius notarij,intellige respectu proprietatis ⁊ dominij, non respectu commoditatis est partium: vt ibi per gloss.⁊ Bald. et hic per Pau. de cast. ¶ Itez no.in fi.quod actore non probante reus absoluitur ita semper allegatur ista.l.cũ qua concordat.cap.fina.de iureiuran.⁊ notatur in cap. i.vt eccle.beneficia. Idem quando actor ⁊ reus omnino sunt in contrarijs probationibus eiusdem indiuidui pares,ita quod nec qualitas,nec numerus testium nec verisimilitudo,nec presumptio adsistat magis vni quam alteri.⁊ ratio est: quia tunc probationes actoris confunduntur cũ probationibus rei,ita quod pro parte actoris remanet non probatum , ⁊ sic sequitur dispositio.l. nostre. quod actore non probante ⁊c. nam ex non iure agentis excluditur ipse actor etiam si reus nullum ius habeat:vt habetur in.l.finali.infra. de rei vendica.vbi per Bald.⁊ in dicto cap.i.vt eccle.benefic.⁊ ibi, an hoc procedat in beneficijs, putat tamen dominus meus quod hoc casu possit habere locuz.l.manifeste.ff. de iureiurã. ⁊ ibi adde quod quando termini paterentur iudex debet ferre sentẽtiã pro vtraq; parte puta in possessorio; dicẽdo vti possidetis,ita possideatis:vt per Archi.iij. quest.ij.si testes.⁊ vide Bald. in.l.preses. in princip.§. de sententijs.vbi allegat glo.in.c.licet causam.in ver.vt turbatur.de probatio. ¶ In glo.in verbo accusare posset etiam intelligi de propria accusatione, quam intendebat facere iste actor contra reum propter occultationem instrumenti:vt in dicta.l.eum qui.de fal.cum simi. tamen secundum expositionem glos.quam ipsa facit:vt conformet se cum text.ibi.actore enim intelligitur et in 5 ciuili. ¶ Not.† quod verbum accusatio adaptatur pecuniarie ⁊ ciuili petitioni,⁊ econtra actio adaptatur criminali accusationi ⁊ petitioni:vt per gloss.in authen.de sanc.episco.§.si quis autem.⁊ tenuit Lud. in.l.viro atq; vxori.ff. soluto matrimonio.per gloss.in verbo, accusationibus.quod no.pro instrumentis pro iore in quibus quis esset datus ad agendum,vel accusandum.aduerte tamen ne specialitas mandati requisita ad faciendum dominuz incidere in penam.aliud inducat.dicit etiam Lapus in allegatione septuagesima quod procurator cõstitutus ad accusationes criminales intelligitur de cri 6 minaliter intentatis ⁊ non ciuiliter ⁊ in dubio si † Titius accusat Sempro.de delicto ⁊ simpliciter petit eum puniri intelligitur criminaliter.secundum Bal.in.d.l. viro.licet pro delicto detur actio ciuilis ad interesse,vel ad penam applicandam parti,⁊ criminalis ad penam corporalem, vel pecuniariã applicandam fisco secundũ terminos.l agrariã.de termino mo.ad hoc.l.nec quisq;. ff.pro soc. ¶ In gl.in verbo probante ibi.l.in bone fidei bene

bene soluit, nam sibi erat semiplene probatum contra reum ideo nō absoluitur sed deuenitur ad iuramentum in defectu probationis si qualitas persone puta: quia bone fame, non infidelis, aut vsurarius: ⁊ quātitas debiti puta: quia parua, aut alia presuppositio non obstat: vt dixi in dicta. l. in bone fidei. ⁊ habetur in. l. admonendi. de iureiurando. ⁊ hic aliter per Bal. Interdum etiam non absoluitur reus: sed indicitur ei iuramentum purgationis ⁊ antequam iuret non absoluitur: vt. l. presenti. §. sic vbi. supra, de his qui ad ecclesias confug. ⁊ in authen. sed nouo iure. infra, de pena iudi. qui ma. iudi. Interdum defertur iuramentum actori nihil probanti: vt est quando tractatur de nullo, aut de modico preiudicio rei: vt. ff. de re mili. l. non omnis. §. a barbaris. ⁊. ff. de ferijs. l. oratione. vel quando actor iurauerat de calumnia: vt. l. delata. infra, de iureiurando. ⁊ sic † his casibus non absoluitur reus actore non probante aliter quam per iuramentum imo eo per iuramentum probante cōdemnatur: vt dictis iuribus. similiter, ⁊ quando concurrunt dolus rei, et difficultas probationum: vt per gloss. in. l. si quando. infra, vnde vi. ⁊ per Innocen. in cap. super eo. quod metus causa. et ita consultus, hoc modo respondi contra quendam, qui vendiderat vegētem vini. ⁊ postquam emptor extraxerat certam quantitatem de illo vino, venditor per dolum effudit, vnde non poterat probari quid remansisset in vegēte, vnde dixi quod de quātitate stabitur iuramēto actoris, ⁊ nō absoluetur reus effundēs, similiter si reus suscepisset in se onus probandi volens releuare actorem: vt. l. circa eum. ff. de probationibus. similiter et quādo. l. imponit onus vtriq; parti. l. fallaciter. de abo li. ⁊ vide hic plenius per Bald. in gloss. in verbo, obtineat, id est, absoluetur: benedicit. absoluetur, enim reus, vel diffinitiue si datus fuit terminus ad probandum, vel ab instantia, ⁊ sic ab obseruatione iudicij quādo terminus non fuerat datus: vt plenius in dicta. l. admonendi. ⁊. l. propera. §. ⁊ si quidem. infra, de iudic. et per gloss. magnam in fin. in authen. qui semel. infra, quo et quando iu. ⁊ si actor, vel vterque fuit contumax circumducetur edictum: vt. l. ⁊ post edictum. in princip. ⁊. §. circunductus. ff. de iudicijs. ⁊ per Imol. in cap. prout nobis. de dolo ⁊ cōtumacia. vbi etiã dixi quod in primis duobus casibus citandus erit actor ad audiendum sententiam, in vltimo non.

SVMMARIVM.

1 ¶ Actor etiam si sit fiscus tenetur edere reo ad fundandam suam intentionem, aut exceptionem, ⁊ in fisco est alia ratio quam in priuato.

2 Omnes, qui non reperiuntur inter soluētes presumuntur non soluisse.

3 Inductio egregia ⁊ declarata per domi. Cor. post dom. Ludo. roma. de hac. l. iustum.

a 1 NOn est nouum. [a] Actor † etiam si sit fiscus tenetur edere reo ad fundandam suam exceptionem. hoc dicit: cum. l. iustum. de quo plenius dicetur in. l. finali. in fisco tamen habente edere suo debitori rationes scriptas a suo officiali, vt loquitur. l. iustum. est alia ratio, quam in priuato: nam tales rationes scripte a publico officiali presumuntur scripte manibus omnibus quorum interest iuxta dicta supra, in. l. prima. ⁊ ideo statur eis, tam pro fisco quam contra fiscum: vt. l. prima. infra, de apochis publicis. libro decimo. ⁊ omnes † qui nō reperiuntur inter soluentes presumuntur nō soluisse: vt. l. prima. infra, de exacto. tri. libro decimo. ⁊ habetur in. l. finali. infra, de rebus creditis. ⁊ hic aliter per Bald. et hanc 3 l. iustum. inducebat † dominus meus ad scholares post multos labores ⁊ post adeptam scientiam petentes insignia ⁊ ornamenta doctoratus dicens quod iustum est desiderium eorum. illorum autem qui postpositis gradibus per ardua querunt ascensum, vt dicit gloss. in. l. que vtiliter. de negotijs gestis non esset desiderium iustum. ¶ In gloss. in verbo, solutum ibi. l. in fraudem. §.

neque. de iure fisci. dic quod illa loquitur de priuatis instrumentis non edendis ad petitionem litigantis cũ alio: vt ibi vide plenius per Bartol. l. si procurator.

SVMMARIVM.

1 ¶ Iudex debet cogere, eum penes quem, tanquam penes digniorem, posita sunt instrumenta communia ⁊ de his alteri parti copiam facere: ⁊ si expedit etiã originale exhibere.

2 Instrumenta communia debent esse apud digniorem consortem: ⁊ de qua dignitate intelligendum est.

3 Et si ex superueniēti casu augeatur, vel extinguatur dignitas, aut diminuatur: datur hic per domi. Corn. concordia inter dictum Gulielmi, ⁊ do. Salic.

4 Et si originale, erit videndum ⁊ nō poterit ex archiuo extrahi. quid faciendum.

5 Cautela prorogatione notariorum non geminanda.

6 Imperator habet duplex patrimoniũ ⁊ duplices procuratores iure merito distincti.

b 1 PRocurator. [b] Iudex † debet cogere eum penes quem tanquam penes digniorem posita sunt instrumenta communia de his facere copiam consorti, et si expedit exhibere etiam originale. hoc dicit. Erant enim instrumenta ista apud fiscum tanquam apud digniorem quamuis essent communia inter fiscum ⁊ priuatum secundum commu2 nem intellectum gloss. ⁊ doctor. ¶ Ex quo not. † quod instrumenta communia debent esse apud digniorem consortem. simile notatur in. l. finali. ff. de fide instrumē. ⁊ in. l. si que sunt cautiones. ff. familie erciscunde. ⁊ intellige de dignitate perpetua non temporali, quia illa temporalis non est in consideratione in terminis nostris: vt. l. maiorem. ff. de pactis. in gloss. ⁊ per Petr. de anchar. in cap. primo. de constitu. xiij. questio. principali. vbi refert consilium Bald. de constitutione dicente quod aliquid debeat esse penes maiorē domus qualiter consideretur ista maioritas in consilio. ccc. consil. v. idem de priuilegijs antiquis, ⁊ de sigillo, ⁊ de clauibus custodie. l. cum pater. §. pater pluribus. de legatis. ij. vbi dicitur quod claues custodie debent esse penes seniorem si autem ille, qui erat dignior est effectus vilior forte propter delictum dicit Gulie. de cugno quod auferuntur sibi, ⁊ deponuntur apud campsorem secundum Baldum, argu. l. cum quis. de solutio. ⁊ faci. l. si cum Corneus. eodem titu. ⁊. l. in confirmando. de confir. tutore. ⁊. l. liberto. §. largius. de annuis legatis. ⁊. l. in bemus. infra, de probationibus. econtra autem si consors illius dignioris efficiatur dignior; vt quia aliquis dignior, puta fiscus, ei successit non auferentur illi: vt tradantur fisco secundum Gulicl. quia fiscus vtetur iure priuati: vt. l. fiscus. de iure fisci. ⁊. l. cum quidam. §. 3 fiscus. de vsuris. secundum Bartolum. ⁊ in his que erãt iam ordinata superueniens dignitas nihil operatur: vt. l. finali. infra, de nuptijs. ⁊. ff. de decurio. l. decurio. et de re milit. l. milites agrum. secundum ipsum Gulicl. cum quo transit Bartol. ⁊ Bald. hic, ⁊ communiter doctor. licet Salic. teneat contrarium in hoc, quia depositio ⁊ instrumentorum retentio habeat tractum successiuum ⁊ ppterea attendenda sit successio, ⁊ variatio temporum ⁊ persone: vt. l. cum quidam §. si debitor. ff. de vsuris. ⁊. l. Titia. §. vsuras. de legatis. ij. Sed opin. precedens potest habere locum in depositione facta ex cōuentione partium que momento absoluitur ⁊ adsumũt effectum, ⁊ ita sunt proprij termini ipsius Guil. ista vero opinio Salic. non inconuenit, quod habeat locum in depositione facta digniori autoritate iuris quod ius cōsiderat futurum euentum, ⁊ secundum tempora variat effectum: vt. l. cum hi. de transactionibus. iuncta. l. si Stichum §. stipulatio. de verborum oblig. cum simi. ¶ Itē 4 no. quod vbi † necessitas exigit debet tradi nō solum copia sed etiam originale. ad hoc. l. certe. in fine. ff. famil. erciscun. ⁊ si propter statutum non posset extrahi de loco deputato puta de archiuio publico, ⁊ simplex copia nō faceret fidem qualiter prouideatur vide per Bart. in. l.

domina Catherina. ⁊ plimitatiōe huius regule habetis gl. plenissimã. in. c. vnico. in ver. pbãte. extra, de ecclesia. bene. S. T.

¶ Et super hac l. qui accusare. vltra Mo. videatis do. Alex. in cõs. cclxxvij. i principio. do. Iaso. in l. si. in vi. col. ff. de ferijs. ⁊ circa fallentias huius regule fundate in l. nostra q actore nō pbante, reus absoluitur, videatis specu. in titu. de pbatio. versi. sed licet reus, ⁊ Inno. in. c. i. de eccle. beneficia. ⁊ Bal. hic. ⁊ qñ qs cogatur edere instrumenta aut librũ rationum, videatis do. Car. Zaba. in cõs. cxix. Roma. cõs. cccxcviij. do. de rota. deci. cccccccij. et q solo iuramento pbet interesse petentis edic. pe hoc dolo. vltra do Alex. hic. in fine. ⁊ Mo. videatis do. Ludo. roma. in cõsil. lxx. S. T.

¶ Super hac. l. nō est nouũ. ⁊. S. l. iustũ. vltra mo. hic videatis do. Riminal. iũ bene loquentem. S. T.

¶ In hac. l. procurator. vltra mo. hic videatis do. Riml. do. Iacobi. ⁊ do. Purpuratum hic. ⁊ do. Iaso. in l. cũ quid in vlt. col. in. ij. lectura. ff. si certũ peta. S. T.

a ¶ Super hac autbētica.si quis in aliquo.vltra do. 5 Corn.& do. Rōminal. videatis Anch.cōs.cccij. Roma.cōs. ccc-xxx vi. Rom. cōs. cciij.do. Alex.cōs.cvi.col.ij.l.v. vol.do.Alex.cōs. 6 cx.l.ij.vol. Bal. & Ang.hic.& do. Car.Zaba.in cōs.lxxij in.ij. col. lapū alleg.xxvi. do. Fran.Areti. consil.xxxvj.do. Bar.soci.in cōs. cxxiij.inci.subtiliter & eleganter. eundem in consi. cxxxvij. inci. in controuersia que vertit.do. de rota.deci.x.& xi. in nouis.& deci. cxij.& ccx. in antiquis.& omnino videatis Calde. cōs.ij. de fide instr. do.Alex.in cōs. vi.in.iiij. vol. in ij.col.do.Alex. in cōs.lxxx.col.iij. in fine.in.iij.vol. do. Fely. et do. an.ū do. augustini be.in.c.cū ordinē in.vij.col. de rescriptis.

S. 1.

¶ Ad limitationē istius autbēticē.si quis in aliquo. videatis Pau. de ca.in.l.a imo nōdū.ff.de in. iurā.& ibi do. Frā. cur.in re.col.xv. circa finem. & de materia istius autbētice vltra mo. videatis do.Fely.in.c.ij.col.iiij. de rescri.& ibi ēt. do.augus.berod. bononiēsem preceptorem meū in iure canon.bononie, do. Prepo. Alexā.in.c.si romanorū in vltima col.xix.distinctio.do.Philip. deci.cōs lxxij.cū [a] dē cōs xxxvj.col. [1] i.& ij.do.Barto. vero. cau. cxeij. do.Fely.in.c.Albericus.de testi. & do.Frā.Aret. in cōs.xxvi. S. T.

¶ Circa autbenticā si quis in aliquo. videatis ēt Bal.in cōs.lij. in

pretor.versic.hs etiam.ff.eodem.& habetur in cap.accepimus.de fide instrumen.et aduerte ad text. istum ibi apud alium iudicem pro practica & consuetudine † que est quod notarij cause sint rogati de mandatis procurationum:vt non sit necesse facere aliam expensam extractionis in articulo. ¶ Vltimo no.quod exemplum nō facit fidem:vt pbat iste text.ibi ad fidem petitionis &c. de quo tamen dicetur in autben.sequen.& ibi etiam de exemplo exempli. ¶ In gloss.in verbo,priuate rei declara melius hunc text.secundum Cyn. quia Imperator † habet duplex patrimonium: vnum quod consequitur per electionem & illud dicitur patrimonium fisci id est imperij:vt.l.i.§.de fundis patri. lib.xi. Item habet patrimonium priuatum deputatum ad gubernationem familie Imperatoris,secundum Paul.de cast.nō quia sit Imperator:sed Federicus.vel Ricus: vt.l.j.de fundis rei priua.lib.xj.& illud dicitur patrimoniū Cesaris.id est Rici,vel Federici, qui est Cesar. respectu ergo priuni patrimonij habet vnum procuratorem,qui dicitur pcurator fisci. respectu vero alterius patrimonij habet alium procuratorem,qui dicitur procurator Cesaris:alibi appellatur procurator priuate rationis, vt hic:alibi rationalis.l.ij.&.de modo mulcta.& iste cognoscit de causis que vertuntur inter priuatum & fiscū non inter priuatum & priuatum:nisi forte mandaretur: vt dixi in.l.cum eorum.§.de sententijs & interlocut. ille vero primus cognoscit de causis que vertuntur inter Cesarem & priuatum,& quidam addunt vna cum eo presidem.ad hoc glos. in.l.ad fiscum.infra,vbi causa fisca. qui preses erat iudex in prouincijs,vbi non erat procurator Cesaris:vt.l.si quando.l.ij. infra, de bon.vacan.lib.x. vbi Barto.dicit quod per predicta declarantur infinite.ll.& aliqualiter dixi de his procuratoribus in.l.si debitum.infra, quando fiscus vel priua. & in.l.cum eorum. infra,de sententijs.& habetur in.l.cum vendite.vbi causa fisca.& in.l.ij. infra.si aduersus fisc. & predicta specialis deputatio iudicum fuit multum necessaria: quia Imperator non recognoscebat superiorem.

SVMMARIVM.

1 ☞ Duo summaria ad authenticam secundum duas lecturas,& summariorum declarationes.

2 Quo pacto exemplum sine copia faciat fidem.

3 Si periti testes afferant se vidisse instrumentum certi tenoris manu talis notarij publicatum, bene probant, vt dicunt hic domi.Cor.& Moder.

4 Notarij non possunt esse rogati nisi de confessis in sui presentia.

5 Quando autem autoritas iudicis interueniret sit extractio citata parte & cum aliquali cause cognitione: et hoc regulariter,fallit casibus hic,per do.Cor.citatis.

6 Qualis debet esse notarij subscriptio.

7 Quid iuris de cancellatione si sint in loco substantiali:& quo pacto mentio est conficienda.

8 Instrumenta extracta a partibus (per vim compulsoriam) in curia non valent,si pars non fuit vocata. vocanda tamen est.

9 Quando instrumentum refert aliud nō probat nisi relatum exhibeatur,pulchre hic per do.Cor.cum declarationibus & fallentijs.

AVthen. Si quis in aliquo.

[a] Instrumentum faciens † mentionem de alio instrumento non probat, id quod refert in alio contineri nisi illud aliud exhibeatur.aut aliter cōprobetur.hoc dicit. ¶ Vel sic exemplum nō facit fidem.sed debet fides fieri per originale de quo fit mentio in primo exemplo, aut per testes legitime producendos:hoc dicit, secundum aliam lecturam,que est magis conformis ad.l.procurator.§. eod.super qua ista autben.fuit posita, vbi fit mentio de ipsa fide exempli.& ista videtur intelligentia Odo.glos. & Bald.secundum quam intelligentiam expone tex.ibi, si quis in aliquo documēto,scilicet, priuatim exemplato alterius documenti,scilicet publici & authentici,& originalis faciat mentionem,scilicet.transcribēdo illud de verbo ad verbum,nihil addito vel mutato &c. Vel secundū aliā intelligētiā ad quā adaptatur primū summariū dic in aliquo documento.scilicet,publico & authen. alterius documenti faciat mentionem,scilicet non describēdo totum sed ponendo effectum puta:quis dicat aliquē constitutum procuratorem a Titio:vt apparet per instrumentum confectum manu talis notarij:quia ista mentio non probat illum esse procuratorem constitutū:nisi producitur instrumentum procurie, vel aliter probetur sicut nec simplex copia instrumenti:de qua in.l.C. & ita potes hanc intelligentiam adaptare.habet ergo hec autbentica,vt in predictis patet,duas materias principales,Vna est verū exemplum probet de quo,vt dixi tangitur in.l.centum.Alia est verum instrumentū faciens mentionem de alio probet illud in eo in quo refert.Circa primum glo.prima posita in verbo,documento.& opponit & videtur quod imo exemplum † & copia probet arg.in authē. vt fratrum filij. §.i.& ff. de admini. l.chirographis.gloss.quam Bartol.sequitur solum, quod in contrarijs exemplum fuit sumptum autoritate iudicis, ideo facit fidem ad hoc.cap.fin.de fide instru.alias non faceret fidem etiam si esset publicum:quia in originali posset esse rasura,vel cancellatio aliqua.& sic posset fieri fraus si non interueniret autoritas iudicis.ad hoc glos. in.l.ij.ff.de fide instru.etiam si esset exemplatū per tres aut quatuor notarios afferentes se vidisse instrumentum non abolitum,non rasum,nec cancellatum & se cognouisse literam notarij,& sic videatur cessare dicta suspitio fraudis adhuc dicta copia sic extracta non faceret fidem secundum Spec.in.v.§.extensio. sed quomodo est quod † testes periti afferentes se vidisse instrumentum certi tenoris publicatum manu talis notarij probant:vt in cap.cum olim.de priuileg. Responde: quia hoc casu testes faciunt eorum officium si examinati a iudice & iurati deponunt,vt testes:secus in casu precedenti:quia † notarij nō possunt esse rogati.nisi de eo quod rogantes faciunt.Vnde si ego rogarem notarium quod Titius occidit vnum hominem, vel quod Titius me percussit non staretur huic instrumento:vt.l.iij §.idem diuus.de testi.ibi non testimonijs &c.sed quod illud instrumentum sit publicum,& non vitiosum, & confectum manu talis tabellionis, hoc non fit a partibus rogantibus:ideo notarij non possunt de hoc esse rogati merito tale instrumentum sic extractum non probat.quando † autem autoritas iudicis interueniret sit extractio regulariter citata parte & cum aliquali cause cognitione secūdum Cyn.hic,& Guil.de cugno in.l.nam ita diuus. ff.de adoptio:& Spec.in.v.§.obstendo.de instru. editio. & Inn.in.c.penul.& si.de fide instru. & in.c.Albericus. de testi. quem sequitur Bartol.& Bal.hic.& tenent domini de Rota in decisione.ix.que incipit, fuit dubitatū verum instrumentum,& sic non cadit suspitio fraudis dicto casu. Dixi autem regulariter requirī citationem ad dictam transcriptionem & extractionem, que fieret cum iudicis autoritate: quia Fallit in pluribus casibus,& Primo quando extractio & publicatio fieret per notarium qui fecit primū instrumentū secundum Bar. hic,arg.l.si quis ex arg.§.prohibet.ff.eod.quod et tenet Bald.Salic.& Ang.hic.licet Bartol.videatur velle cōtrarium in.l.i.§.si quis duobus.ff.de bono.possess.secundum tabu.dicens quod si notarius diceret,hec est copia cuiusdam instrumenti confecti manu mei notarij cuius tenor.§.sequitur.de verbo ad verbum non staretur tali copie.& hoc sequitur hic Paul.de cast.ex supra dicta ratione:quia originale posset esse vitiosum.& non staretur verbis notarij,dicentis non vitiosum,sed prima opin. videtur verior: quia illud extractum per originale notarij dicitur originale non copia, etiam si mille instrumenta sic extraxisset sine iudicis autoritate: vt.l. Sempronius Proculo de lega.ij.& per Bal.in.l.in.ij. ff.de testi.dum dicit no.ex ista.l.quod si notarius dicit, hoc est exemplum sumptum de meo originali et opponatur quod non faciat fidem eo quia notarius dixerit hoc est exemplum.nihilominus facit fidem: quia est originale cum sit confectum manu eiusdem notarij, et ista dictio,exemplum exponitur,id est,exemplar:non obstat d.§.si quis duobus:quia loquitur de contractu celebra

to in

to in scriptis, vel dicas quod ibi notarius qui extraxit non habuit illam copiam pro authen. ¶ Fallit secundo, quando statutum vel consuetudo hoc disponeret secundum Bald. ¶ Fallit tertio, si pars post extractionē citata non contradixit, sed illud inquantum pro se facit produxerit: vt per dominos de Rota in dicta decisione. ¶ Quarto fallit, si de tui volontate data fuit mihi copia alicuius instrumenti per te producti: quia si talis copia continet aliquid in preiudicium tuum faceret fidem contra te, etiam si amplius non produceres originale instrumentum per. l. in fraudem. §. neque. de iure fisci. sit ergo cautus, vt dicit Paul. de cast. hic ille, qui recipit copiā: vt apponi faciat quod de voluntate partis, & mādato iudicis facta fuit. ¶ Quinto fallit, quādo instrumenti illud erat in casu perditiōis ppter vetustatē, vel aliā iustā causam, & adeo periculū imminebat qd illi quorū interest, & qui sunt absentes commode vocari, vel expectari non possunt, tunc enim potest statim trāscribi, extrahi & publicari. etiam nō precedente citatione, secundum Innocen. in dicto cap. finali. saluo tamen iure absentium: vt sic possint obijcere, contra hanc secūdam scripturam sicut poterant cōtra primam. arg. cap. quoniam frequenter: vt lite non contest. secundum Jo. andr. in dicto cap. finali. ¶ Sexto fallit, quando instrumentum quod est extractum aliū nō tangit: vt est priuilegium. vel indulgentia: quia tunc non requiritur specialis citatio. sed sufficit & requiritur generalis per edictum: vt voluit Guil. in. d. §. obtēso. quod est verum nisi fieret per illum qui concessit priuilegium: vt not. in. d. c. Albericus. Ulterius videtur posse dici atque colligi etiam ex fallentijs supra dictis, quod si extractio fieret extraiudicialiter, & sine iudicis autoritate, de concordia vtriusque partis: quia partes possunt tollere solennitatem extractionis, & ei renuntiare secundum Imol. in dicto cap. finali. stetur ergo dicte copie, & ita videtur de mente Bald. hic in princi. dicentis, quod semper exemplum facit fidem contradicentem, vel consentientem: licet Inno. in teste, teneat contrarium in dicto cap. fina. & Specu. in dicto. §. obtenso. quos etiam sequitur Bar. hic si modo partes simpliciter consenserunt extractioni nō aliter confirmando, secus si de nouo confirmassent, quia tunc faceret fidem quo ad ipsas partes: vt. l. optimam. de contrahen. & commit. stipul. Tu aduerte: quia aut querimus, an tale exemplum, & copia sit authentica & tanquam authentica & publica faciat fidē & certe non: quia non est in potestate partium hoc facere: vt. l. priuatorum. de iurisdictione omnium iudic. & l. non est singulis. & l. non ex pretorio. ff. de regu. iuris. & cap. significantibus. de officio delega. & ita procedat dictum Specu. & Innocen. & pro parte Bartol. aut querimus, an partes teneantur stare, ita quod nō possint venire contra: & dicendum est quod teneantur stare & non contrauenire, et hoc non vigore publice autoritatis, sed vigore pacti argu. eius quod habetur in. l. si conuenit. ff. de re iudi. & in l. fin. J. de tempo. appel. & in cap. de causis. de officio delega. & ita procedat opin. Bald. Imo. & pro parte Bar. etiam videtur velle Jaco. de are. Ex quo infertur, quod tale exemplum productum in iudicio faciat fidem. sed non habebit executionem paratam, sicut habent instrumenta guarentigiata saltem ex forma statuti: quia statutum loquitur de huiusmodi scriptura. facit gloss. in. l. probatorias. in verbo, authenticis. J. de diuersis offic. lib. x. vbi statutum loquens de instrumento notarij de cōtractu rogati non habet locum in extracto cum iudicis autoritate. facit etiam fidem scriptura facta per vnum notarium de commissione notarij de facto rogati. & ex iusta causa scribere impediti sese illi scripture subscripsit dictus notarius rogatus: vt. l. finali. §. sin autem dubius. J. de iure deliberan. sibi scribere impeditus. Poterit ergo delegare scripturam: licet non possit delegare subscriptionem & signum. in quibus consistit publicatio instrumenti: vt in authen. de tabel. §. nos autem. & ita seruat consuetudo secundum Bald. hic, & vide per eundem in. l. i. §. ne autem. de caducis tollen. dicta † autem subscriptio notarij rogati debet esse specialis dicens. et ego talis predictis gestis inter talem. & talem interfui, secundum Barto. in. l. diuus Claudius. §. item senatus. ff. de falsis. vbi etiā dicit quod non sufficeret subscriptio generalis, quod non placet Bal. hic, quia imo sufficiunt

6

verba vniuersalia dicentia predictis omnibus interfui &c. nisi forte quando scriptura precedens esset prohibita secundū ipsum, qui ex hoc infert, quod † si in instrumento cancellationes sint prohibite de iure: vt in loco substātiali: & tunc oportet quod notarius de ipsis faciat mentionem specialem: sed si non in loco substātiali si non sint prohibite de iure sufficit mentio generalis dicendo predictas cancellationes feci ego. &c. vt. l. prima. ff. de his, que in te. dele. dabitur etiā fides scripture extracte per notarium, cui data esset potestas transcribendi puta instrumenta paterna ex forma statuti, sicut concessum est hic officialibus archiui publici & armarij, secundum Bald. & Ange. hic, & in rubrica, de fide instrumento. quod est verum inter personas subditas, vel in illo loco, aut cōfederato pleno iure, vel quo ad id de quo agitur: vt. l. non dubito. ff. de cap secundum Bald. in dicta rubrica. Ad hoc nota. per Joan. and. in dicto cap. cum per tabellio. de fide instrumen. in predictis igitur casibus quando scriptura est extracta cum iudicis autoritate modo supra dicto, & quando sine iudicis autoritate de consensu tamen partium, & quando notarius se subscripsit, & quando transcripsit autoritate statuti, aut iudicis communis dicta scriptura facit fidem, vt supra. alias non facit fidem nisi in Fallen. supra dictis, et nisi quo ad aliqualem presuppositionem: vt per gl in dicta l. ij. de fide instru. & hic per Bartol. in summa: vt colligitur ex predictis ad predictam extractionem fiendam regulariter requiritur citatio & autoritas iudicis & mandatum de redigendo copiam de publico solenniter extractam in publicam formam, & sic facit fidem. aduerte tamen ad vnū quod est maioris effectus videlicet quod † instrumēta extracta a partibus per vim cōpulsorie facte, in curia nō valēt: si pars nō fuit vocata, vocari autē debet per ordinarium: quia compulsoria non fuit facta, ad hoc nec poterat fieri per auditorem: vt volunt domini de Rota in decisione nona. Et hec de copia sumpta ex originali. sed quid dices de copia copie, & de exēplo exempli, puta originale fuit solenniter extractum, nunquid ex ipso exemplo possit sumi aliud authenticum ibi quod faciat fidem: vt primum exemplū: Riccia. malu. prout refert & sequitur Cynus in. l. ij. supra, de diuersis rescriptis. in additio. tenuit quod non quia scriptura suppleta non recipit suppletionem, sicut nec tempus suppletum recipit supplementum. l. nec. §. si quis sepius. ex quibus causis ma. quod putat verum Bartol. hic, si primum fuit sumptum absente parte, vel ea contradicente: secus si ea presente & consentiente, vel contradicente & non obstante contradictione, iudice autore: quia tunc instrumentum sic extractum censetur originale, nec multum discrepat Bald. in dicta. l. ij. dicens, quod si illud exemplum primum est sumptū partibus consentientibus, potest ex eo aliud sumi. quod & videtur tenere, ibi Paulus de cast. licet quando pars contradixisset velit contrarium non obstante quod cū autoritate iudicis facta sit extractio. quo casu simpliciter sequitur ipsum Riccia. Si igitur prima extractio fuit facta absente parte & sine cause cognitione, puta in eius contumacia: quamuis cum iudicis autoritate non poterit ex ea fieri secunda propter dictam rationem, et cui in hoc nullus contradicit facit rationem: quia naturale omnia satis in peius ruere & retro sublapsa referri dicit Uirgilius primo georg. & sic exemplū presumitur deterius extracto. Si vero fuit effectum hoc cum autoritate iudicis, parte tamen contradicente hoc casu remanet dubitatio propter dicta Paul. de cast. tamen quia non presumitur deterius quod est cum cause cognitione discussum: vt in. l. secunda. supra, de veteri iure enucleando. puto in hoc transeundum cum Bartol. et sic quod valeat. Et hec de prima materia dicta sufficiūt. per que satis sunt declarate etiam glosse authentice nostre ¶ Circa secundā materiam dum dicit authentica nostra secundum alium intellectū, quod quando vnum instrumentum refert aliud non probat id quod instrumentum referens dicit contineri in relato: nisi illud relatum exhibeatur puta: quia referens dicat, talis procurator Titij prout constat per publicum instrumentum manu talis notarij &c. fecit tale quid &c. Aduerte quia contra hoc facit. l. optimam. de contrahen. & committen. stipulatio. vbi statur huiusmodi relationi in pre-

7

8

v. vol. & cōsi. x. in ij. vol. do. Car. Za. in consi. lxxij. Barto. cōsi. clvi. do. ma. soci. i ru. de dila. & notāter do. And. ro. cōsi. lxij. do. Barba. cōsi. xxxviij. in. j. dubio. l. iij. vol. & do. cacialupus in re. l. admonendi. in. ij. char. ff. de iu. iurā. Pau. de ca. consi. clij. & cō. cccxvj. cuma. consi. vi. & consi. cxxvij. do. Alex. in cō. cxcvi. in. ij. col. in. ij. volu. S. T.

¶ In eadem ibi, secundo obstat in eo ⁊c. dic clarius quod ibi in. §. ait pretor. non fuit propria renuntiatio, vel repudiatio. sed neque pactum. sed quidam permissus heredis instanti qui non nocet sibi ante aditam hereditatem: ideo permittens non perdit illud interdictum. ¶ In eadem ibi, ideo obstat bene soluit. ibi enim tractatur de successione viuentis, hic de successione iam mortui: nam per fideicommissarium iniunctum inter fratres, non succedit frater fratri, sed succedit defuncto, vt vult ista gloss. quam nota ad hoc ⁊ gloss. in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulgari ⁊ pupillari. de quo latius dicemus infra eodem. l. finali. ¶ In eadem ibi, quarto nonne ⁊c. gloss. soluit in effectu quod istud pactum non est contra l. sed preter. l. quia defunctus, non prohibuit remitti. Bartol. dicit quod idem si prohibuisset defunctus, cum hoc sit inductum fauore fideicommissariorũ, ergo possit fideicommissarius huic suo fauori renuntiare. l. penultima. infra eodem. ⁊ ita seruamus quotidie: quia illi quorum causa alienatio est prohibita consentiunt alienationi. ad hoc. l. quoties. infra, de fideicommissis ¶ In eadem ibi. quinto hoc pactum bene soluit ⁊ dic vt supra. in princip. huius glo. ¶ In eadem ibi. sexto nonne soluit gloss. quod hic non fuit pactum de re dubia. scilicet. ea dubietate que requiritur in trãsactione: vt est dubietas facti. aut iuris propter quam dubitationem timeatur de lite: vt. l. secunda. infra. titulo primo. sed bene erat hic dubietas de euẽtu conditionis. ¶ In ead. ibi. item an possit agi. ratio dubitandi erat: quia videbatur conuentio innominata, scilicet. da tibi sextantem, vt fideicommissum tibi sine nobis inuicem a

patre nostro iniunctum non petas: sed ex conventionibus innominatis non potest agere ille qui non implevit contractum ex parte sua: vt in.l.naturalis. §.primo. ff.de prescriptis verbis. ⁊.l.ex placito. infra. de rerum permutatio. Iste autem Licinius qui promisit non petere non dicitur impleuisse, nam illud negotium habet tractatum successiuum, ⁊ tempus infinitum: quia si non peto hodie petam cras, ⁊ sic promittens nunquam dicitur impleuisse, ergo nunquam habebit actio. ¶ Glos. soluit sive respondet quod hic fuit conventio affirmatiua de remittendo fideicommissum, ⁊ ista statum potuit impleri ⁊ fuit impleta, ex parte remittentis merito agat. Si autem fuisset negatiua de non petendo et ista non posset implere ex supra dicta ratione, nec satisfieret per acceptilationem ⁊ Aquilianam stipulationem vt dicebat Azo, quia posset petere secundum Paul.de cast. nec per cautionem Mutianam que habet locu in vltimis voluntatibus non in contractibus: vt.l.ita stipulatus. de verborum obliga. secundum Baldum, qui text. tamen parum facit secundum Rapha. qui ad hoc allegat text. singu. institu. de verborum obliga. §. si quis 8 ita. vbi probatur hoc, scilicet, qd † cautio Mutiana nō habet locum in contractibus. cuius contrarium tenuit gloss. in.l.fina: apud acta. infra, titulo primo, ⁊ Guliel. de cuno in.l. dedi. ff. de condictione ob causam. que opinio, potest procedere in cautione onerati, non in cautione honorati secundum Baldum, qui ita intelligit.l. insulam. §. finali. ff. locati. sepe enim reus cogitur ad cauendum: vt in.l. in omnibus. ff. de iudicijs. ⁊.l. si creditores. de priuilegijs creditorum. ⁊.l. statuliber. de statuliberis. Item potest habere locum, vbi tacite actum esset, quod prius detur quam fiat, puta si conductor domus promisit dare decem, vt in mea domo aptaretur camera, vel promisisti totum fundū Titianum, vt dem tibi dimidiam partem illius fundi: nam tacite videtur actum, vt prius des illa decem quam faciam cameram, vel dem dimidiam partem fundi. debes ergo prius dare tu: sed ego debeo cauere tibi secundum Rapha. ita intelligit dicta.l. insulam. et hoc modo videtur declaranda ista gloss. quam omnes approbant in pacto nudo. sed si interuenisset stipulatio que est contractus nominatus, ⁊ parit actionem sine alio implemento: vt.l. ex placito, supra allegata, potest iste Licinius petere sextantem sibi promissum; quia in contractibus nominatis sufficit impletio, quam patitur natura rei secundum Bal. hic, quem sequitur Raph. ad hoc.l. corruptione. j. de vsufruc. ⁊ fuit de mēte Bal. ⁊ Raph. p quo Paulus de cast. dicit esse casum. in.l. cum proponas. in secunda, infra eodem. ibi si tibi ex stipulatione non prosperisti a contrario sensu, ⁊ de hac materia dicentur aliqua, in.l. apud acta. infra, titul. primo. Sequitur.l. post venditionem.

a ¶ Super hac.l. post venditionē, vltra Moder. videatis do. Barba. in cōsi. xx. col. xx. in fin. in.ij. volu. ⁊ contra Cy. ⁊ sequaciū cōmunē opin. q donatio facta absenti valeat absq nūtio, vel epistola, dummodo aliqualiter certificet, disputanter videatis do. Fede. de se. in consil. cclxxij. do. Ludo. ro. cōsi. ccxv. Et an pactum de non petendo qui potest fieri tacite ⁊ expsse, trāseat ad heredes ⁊ fideiussores per dom. Alex. egregie in cōsil. cxlvij. in.ij. col. in.v. volumi. S. T.

b ¶ Super hac.l. seruus. videatis vltra alios dom. Io. de imol. in.l. iudex posteaq. in ix. col. ff. de re iudicata. S. T.

SVMMARIVM.

1 ¶ Summarium, ⁊ in eo difficultates.
2 An ista lex habeat locum quo casu emptor sit, aut non soluendo reperiatur.

Post venditionem.

a Si † creditores hereditarij conueniāt emptorem hereditatis, ⁊ ille sponte suscipiat censetur factum pactum de non petendo heredi. hoc dicit, secundū Paul. de cast. Et habet aliquas difficultates. ¶ Prima est: quia iste venditor hereditatis videtur liberatus ipso iure ita: vt nō egeret exceptione, scilicet, cōtra creditores intelligēdo, quod venditor nunc a creditoribus molestabatur. ¶ Secunda difficultas est contra: quia imo videbatur quod non esset aliquo modo liberatus etiam ope exceptionis sed teneret ipsis creditoribus hereditatis sicut ante factam venditionem. licet exactus ab ipsis haberet regressum contra emptorem: vt.l. secunda. infra. de heredi. vel actio. venditio. ⁊ per gloss. hic in verbo, spontanea in principio. Primam probo per.l. solutionem. ff. de solutio. sed solue quod ibi suscepit iudicium animo

nouandi, hic secus. hoc voluit gloss. in verbo, tacite ibi, sed dic esse factum ⁊c. ita sequitur Bartol. hic, quod autem iste emptor suscipiens iudicium in se non fecerit animo nouandi deprehenditur ex eo: quia cum sua interesset dictum iudiciū suscipere presumitur suscepisse tanquam procurator in rem suam, secundum Baldū, ad hoc.l. liberto. §. finali. de negotijs gestis. ⁊.l. prima. infra vbi in rem actio. ⁊.l. sed ⁊ si. §. ⁊ si rem distraxerit. de petitione hereditatis. ⁊.l. rescriptum. §. finali. cum.l. sequen. ff. eodem. ¶ Ex quo nota quod procurator in rem suam, conuentus a creditore principalis liberat principalem, ex emptione taciti pacti. ¶ Itē not. quod ex pacto emptoris hereditatis causatur exceptio venditoris. ¶ Item nota, quod etiam ex parte rei constituitur interdum procurator in rem suam: vt alias dixi in.l. finali. §. Titius. de condictione indebiti. Secundam quod talis venditor hereditatis per conuentionem factam de empto rem a creditoribus hereditarijs non debeat liberari etiam ope exceptionis. probatur, primo quia requiritur consensus: vt infra, de donatio.l. si ignorans. ⁊.l. prima. ff. eodem. ⁊ notatur in.l. illud. supra, de sacrosanctis ecclesijs. Sed iste venditor fuit absens ergo non potuit consentire. solutio, illud verum in pacto expresso, sed hic loquitur in tacito per.l. inducto. secundum Iaco. butrig. Cyn. ⁊ Bartol. ⁊ ita intelligitur glos. in verbo, tacite. in princip. ¶ Ex quo singulariter not. quod licet pactum expressum requirat partium presentiam veram, vel representatam per nuntium, vel epistolam: vt.l. prima. in fin. de contrahen. emptio. tamen pactum tacitum resultans ex actu gesto inter creditores ⁊ emptores hereditatis ex consequentia suscepti, non requirit aliquam presentiam ambarum partium, secundum Angel. qui ad hoc allegat dicta.l. si creditores. Secūdo opponitur: quia res inter alios acta, vt infra, res inter alios acta per totum. solutio, illud verum directo, sed hic ex quadam necessaria consequentia: vt supra. facit.l. post rem. §. primo. ff. de transactionibus. 2 Sed quero † an ista.l. habeat locum, quo casu emptor sit vel reperiatur non soluendo. Paulus de castr. dicit quod sic. Riccia. de sali. tenet contrarium. quando creditor ignorauit. argu.l. manifestissimi. §. primo. infra, de fur. ⁊.l. si ipse a quo. §. finali. ff. vt in possessio. lega. et hec videtur verior opinio. per text. in.l. si ex parte. ff. de interrogator. actio. secundum vnum intellectum, qui placet quibusdam Moder. ⁊ tu assigna de hoc rationem: quia vbi est error non potest resultare tacitus consensus: vt.l. si per errorem. ff. de iurisdictione omnium iudicum. In gloss. in verbo taciti ibi, item nunquid. benedicit ⁊ Bald. assignat rationem: quia materia istius taciti pacti est his mota: sicut ergo ista materia est imitata ad se ipsam ita tacitum pactum eā imitatur. Sequitur l. seruus. hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 ¶ Seruus per pactum domino prodesse, non autem preiudicare potest. et habentur plures considerationes, an ⁊ quando domino seruus potest preiudicium afferre.

Seruus

b Seruus † per pactum domino prodesse potest: non autem preiudicare in iure sibi quesito. hoc dicit. ¶ In gloss. ij. not. bonam gl. ponentem an, ⁊ quando seruus possit domino preiudicare, ⁊ considerantem quid in acquirendis ⁊ quid in acquisitis ⁊ si in acquisitis vtrum delinquendo, vel contrahendo, ⁊ si cōtrahendo vtrum quo ad proprias res domini, vel quo ad peculiares, ⁊ quid de contractu serui, qui contractus certo respectu sit vtilis, et certo alio sit inutilis: dicas quod dominus non potest pro parte acceptare ⁊ pro parte retinere: vt.l. Caius. de manumissio. ⁊.l. qui Rome. §. Callimachus. de verborum oblig. ⁊ est ratio: quia idem factum, ⁊ eadem res non debet diuerso iure censeri.l. cum qui edes. de vsucapi. ⁊.l. cum debere columnam. de seruitu. vrbano. predio. ¶ Quod not. contra volentes, habere ratum pro parte vnum, ⁊ idem

& idem factum de quo per Angel. in. l. apud Celsum. §. in hac. ff. de except.

SVMMARIVM.

1 ☞ Differentie inter causam & litem, ad plurima notatu digna porrecte.
2 Renuntians in expensis est condemnandus. fallit tamen.
3 Exceptio renuntiationis impedit litis contestationem: & per consequens compromissum.
4 Ante litis contestationem non valet renuntiatio, nisi pacto conficiatur: & qualiter intelligatur.
5 Quod alteri prodest & sibi non nocet est faciendum.
6 Si pars non consentiat non valet renuntiatio instantie reseruato iure & illationes subijciunt:
7 Clausula, non obstante aliquo iure in cõtrarium faciente non tollit ius speciale: vt minoris etatis.

POstquam liti. hoc. d.

a 1 Liti mote renuntians non potest eam reincohare. hoc dicit. ¶ Not. quod † licet aliud sit causa, aliud lis, vt. l. causas. infra, de transactionibus. & lis videatur comprehendere solam instantiam: vt infra, de iudic. l. properandum. de prescrip. long. tempo. l. prima. Causa autem comprehendit non solum instantiam, sed etiam casum, materiã & originem totius negotij: vt in cap. forum. de ver. sing. tamen renuntians liti mote videtur renuntiare liti et cause: vt dicit iste text. & sic per talem renuntiationem intelligitur remissum etiam ius actionis: vt intelligit glo. i. hanc. l. & sic licet alias renuntiatio, vel pactum factum super vno nõ soleat extendi ad aliud: vt. l. si vnus. §. ante omnia. ff. eodem. tamen in casu nostro extenditur. Bartol. assignat rationem, quia non poterat quis hoc tempore renuntiare soli instantie post litem contestatam, si non renuntiabat etiam cause: vt. l. edita. supra, de edendo. sequitur ergo ex quadam necessaria consequentia quod ad validitatem renuntiationis facte instãtie subintelligatur facta renuntiatio, etiã cause, que causa est preambulum ipsius instantie. qui enim renuntiat vni videtur renuntiare alteri sine quo renuntiatio prima non valet: vt. l. illud. de acquiren. heredi. Bald. Rapha. Ange. & Paul. de cast. reprehendunt Barto. quia facit malum fundamentum, dum dicit quod isto iure actor non poterit post litem contestatam renuntiare soli instantie. Nam hoc est falsum cum possit differre, negligere, prosequi & permittere instantiam finire, nec poterat compelli per reum ad prosequendum, nec contrahebatur eremodicium, vt possit deueniri ad diffinitiuã. dicit Paul. de cast. ad hoc. l. & post edictum. §. 1. ff. de iudic. Et ideo facta fuit authen. qui semel. infra, quomodo & quando. nec aliquid faciunt nota. in. l. edita. supra, tit. ij. quia ibi nolebat renuntiare instantie sed mutare, vel emendare libellum & prosequi super eo quod an et quando possit fieri vidisti ibi. sed permittere instantiam perire, & per consequens renuntiare etiam inuito reo poterat olim hodie non per illam authenticam qui semel. ergo renuntiatio iuris non est necessarium preambulum ad renuntiationem instantie. Preterea negare non potest Bartol. quin reo consentiente etiam hodie renuntiari possit soli instantie: vt dicetur infra, circa finem. ad hoc gloss. & ibi nota. in. l. prima. de prescriptione longi temporis. non obstat. l. illud. allegata per Bartolum, quia loquitur quando nullo modo poterat renuntiari vni, quinetiam renuntiaretur alteri iuri: merito dictum fundamentum Bartoli, non procedit. Considera ergo in hac materia plura vocabula: vt iudiciũ, instantiam, ius, siue causam, litem, & processum, siue acta. Iudicium complectitur totum et incipit a citatione: vt notatur supra titulo proximo, in rubrica. & potest ei renuntiari. Instãtia importat solum exercitium, & incipit a contestatione litis: vt infra, de iudicijs. l. properandum. & non potest ei soli renuntiari nisi de consensu partis aduerse: vt in dicta authen. qui semel. & per gloss. in dicta. l. prima. de prescrip. long. temp. Ius seu causa in iudicium deducta etiam incipit a contestatione & ante litem contestatam, non dicitur proprie deducta in iudicium: vt not. gloss. in. l. finali. §. illud. infra, de tempo. appellatio. & in. l. causas. infra, titulo primo. Lis comprehendit tam instantiam quam causam, et finalem exitum controuersie & similiter incipit, a contestatione. vt in cap. ex parte. el secundo. de verborum significa. Imo & quo ad certos effectus incipit, a citatione taliter facta quod reus reddatur instructus. quid esset, quod ab eo peteretur: vt in clemen. fin. vt lite pendente. & tetigi supra titulo. in rubrica. merito renuntiatio litis comprehendit tam instantiam quam ius, vel causam secundum Paul. de cast. quod est verum si simpliciter renuntiauit liti, sed si renuntiauit non simpliciter, sed cum quadam speciali demonstratione. puta dicendo huic liti &c. nisi sumus in causis beneficialibus: quia in his renuntiando liti videtur renuntiari soli instantie, iuri enim renuntiari non potest, nisi in manibus superioris sui: vt in. c. admonet. de renuntiatione, & ita tenent domini de Rota in decisione. ccci. que incipit, item si actor. prout refert & sequitur Iasol. in cap. veniens. de renuntiatione. Bald. in quibusdam reportationibus hic dicit quod non videtur renuntiasse iuri: sed liti zio secundum quosdam. quod dictum si est verum procedit eo modo quo renuntiatio facta soli instantie, hoc est de consensu partis non aliter, vt supra. Acta cõprehendunt instantiam, vnde renuntians actis videtur renuntiare instantie. argumen. l. acta. & l. actorum verba. ff. de re iudica. secundum Angel. qui idem dicit de eo qui renuntiauit processui. argumento, cap. quoniam. de probationibus. per huiusmodi autem renuntiationes, non intelligitur quis propterea fateri aduersarium habere ius: vt est singulariter in. l. si re. ff. de ingenuis & manu. Et scias quod in casibus in quibus 2 admittitur predicta renuntiatio erit † condemnandus renuntians in expensis. per ea que habentur in dicta. l. properandum. &. §. & si quidem. & l. cum mota. infra, titu. primo. & l. ij. infra, de sumptibus & litis expen. quod Bal. hic circa finem dicit esse verum: nisi causa, quare renuntiauit, superuenerit postea, & antea non erat. Nota tex. no. in. l. destitisse. ff. de iudicijs. ¶ In tex. ibi, 3 instaurari non posse. nota quod † exceptio renuntiationis ibi impedit litis contestationem, & per consequens compromissum secundum theoricam Bald. in. l. patris. infra eodem. & domini mei in. l. eleganter. §. si quis post. de condictione indebiti. vbi vide plurimas exceptiones impedientes compromissum, vltra expresse permissas a statuto, & vide etiam per Bald. hic, et per doctores in cap. primo. de litis contestatio. libro sexto. vbi plenissime dixi. ¶ In gloss. in verbo, renuntiasti. ibi lite tantum mota nec & mota primo contestata, vult 4 ergo gloss. quod † ante litis contestatio. non valeat renuntiatio nisi fiat per pactum. quod Petrus de bella pertica, dicit esse verum: vt non valeat dicta renuntiatio ante litem contestatam, si fiat extra iudicium. Si autem fiat in iudicio bene valet, iuxta notata supra, eo. Sed Bartol. tenet quod ea ratione qua valebat olim renuntiatio post litẽ contestatam, valeat etiã ante dummodo post actionem propositam & citationem de parte factam quo tempore non potest actor a lite desistere, sicut nec post litem contestatam: vt in dicta authen. qui semel. Bald. vero dicit quod imo & ante litem contestatam valet non quidem quo ad hoc vt instantias tollat. non enim potest tollere quod non erat: sed vt eam impediat de futuro sicut alias dicitur in. l. finali. infra, ex quibus cau. maio. & in. l. Titio vsusfructus. de conditio. & demonstratio. & sic dicta renuntiatio non resoluit, sed impedit inchoari secundum Baldum, cuius verba parum placent Paulo de cast. quia secundum ipsum non respondet ad fundamentum Nicol. butri. quod si non valet renuntiatio quo ad id quod est de presenti quod quidem nihil est non potest valere, quo ad id, quod est de futuro. Unde intelligit ipse hanc. l. vt loquatur non de proprie renũtiatione cõsistente in volũtate vnius tantum, sed de illa que hз vim facti & sic magis conueniret titu. nostro in quo est situata. videtur ergo cõcludere in effectu quod aut interest ipsius rei: vt procedatur ad sententiã & non desistatur a lite & tunc reo nõ consentiente nõ

a ¶ Super hac. l. postquam liti. quot modis capiatur lis, videatis do. Alex. in cõs. xvij. col. 1. in fine. in 2. vol. & an renuntians beneficium amittat possessionem, videatis in titu. de renũcia. do. Cal. in cõs. iij. do. de Rota, in titu. de renũ. Decium. ccc. 1. in nouissimis de renũtiatione faciẽda in manu superioris. & allegato titulo. do. Ioã. cal. in consil. ij. & nouissimos hic post Cuneum & domi. Iac. but. S. T.

a ¶ Circa banc.l. creditori. vltra do.Anto.de ale. hic, do.Cor.& do. Rimi.& do. Par purati, videatis Bal.con. xxv.in ij.col. in.ij. vol. Bal. cõsil.cclxij. in.iiij.vol. Ang. consi.lxxvij. Roma.consi.cvj.do. de Rota, decisio. cliij. i antiquis. & an pacto de nõ petendo requiratur insinuatio videatis plurimas concordantias p do.Alex.relatas in.l.si mulier. de condi.ob causa. S. T.

b ¶ Super hac.l. pacta. q̃ cõtra.videatis Bal.hic, & Bald. in.l.pactũ, quod dotali. in.xix. q.j.de cola.qñ pacta contra bonos mores esse dicantur & videatis etiam do.Anto.de bu. Imo.do Felin.& nouissimos in.c. cũ contingat. de iureiurã.& videatis exertissimũ do.And.alciatũ l.probum. & in.l. approbã. de verbo.signi.& inquãtũ Mo. post do. Iaso. firmãt do nationẽ inter cõiuges iureiurando firmari: vltra cõsilia Paul.de cast.do.Panor. do.Alexã. & do. Frãc.aret. addatis Ang.cõsi.clxxvij.Bal.cõsi.ccclxxxiij.in.iiij.vol. Oldra.cõsi.xcv. & an donatio inter patrẽ & filiũ iuramẽto valeat videatis Bal.de bartolinis in rubri.de verb.obli. do.Alex.in cõsi. viij.& cõsil.clxxviij.l pen.& vlti. col.in.ij.vol. do. Ias.hic,& in.l.frater a fratre. in vtraqꝫ re.de cõd. indebi. S. T.
¶ De materia huius.l.videatis do.Lu.roma cõs. cccxxx.& do.alex. in consi.cxxviij. S. T.

valet renuntiatio, aut non interest & tunc quantum ad hoc: vt actor non compellatur prosequi si non vult, valet etiam reo absente vel consentiente ipso vel alio pro eo.argu.l.si reus paratus.ff.de procuratorib. vbi reus non compellitur litigare si vult soluere, ergo eodẽ modo actor non debet cogi prosequi, si vult renuntiare et reus ex hoc nullũ damnum patitur. debet enim quis 5 facere quod † alteri prodest & sibi non nocet: vt.l.j.ff. soluto matrimonio. Quantum vero ad hoc, vt ipsi reo queratur exceptio & ius propter quod possit compellere actorem nolentem facere litem requiritur voluntas ipsius rei, sine qua non potest sibi acquiri: ergo requiritur presentia ipsius, vel alterius recipientis pro eo.vt.l.centum.§.si quis absente. de confess. &.l.finali. de interroga.actio.vel nuntius, vel epistola: vt.l.consensus.de actio.& obl.& dicta.l.j.de contrahen. emptio. & hoc modo valebit renuntiatio tanquam pactum siue ante litem contestatam, siue post, alias non ita in effectu intelligit Paul. hanc.l. que intelligentia videtur multum equa & rationalis: esto quod alij aliter dicant vt supra. ¶ In eadem ibi, nolo amplius venire ad causam, not. alium modum renuntiandi, quam sit ille de quo in text.& glos.j.inquantum gloss.dicat quod satis est quocunqꝫ modo posse ostendi, intellige dummodo renuntiatio aliter fiat: vt comprehendat litem & causam, secus si comprehenderet instantiam tantũ, puta dicendo renuntio instantie reseruato mihi iure 6 cause: quia † tunc si pars non consentiret non valeret: vt dicit Bartol.hic, argumen.l.si quis vi. §.differentia.de acquiren.possessio.in tantum quod per talem renuntiationem non purgatur vitium litigiosi: dicit Bartol.in dicta.l.j.de long.temp. prescrip. sicut nec si instantia per lapsum triennij perijsset: vt ibi habetur, & hic per gloss. ¶ In gloss.final. in princip. pos7 set induci ista gloss.pro clausula † non obstante aliquo iure in contrarium faciente nõ tollit ius speciale: vt minoris etatis.de hac tamen clausula vide per Bal.in.l. prescriptiones.C.si contra ius vel vtil.publicam.

SVMMARIVM.

☞ Ab vna & eadem obligatione potest debitor liberari, partim solutione, & sic ipso iure, partim pacto de non petendo, & sic ope exceptionis, & si per errorem soluisset repetit.
2 Aduocato potest pro patrocinio remitti debitum.
3 Exceptio pacti est de iure pretorio & de eius equitate. non iuris ciuilis rigore.& ideo pactum de non petendo tollit naturalem obligationem: propter consensum, non autem ciuilem omnino, fallit tamen.
4 Exceptio pacti de non petendo impedit litis ingressum.
5 In quibus pactis causa consideratur.

C Reditori. ᵃ Ab vna † et eadem obligatione põt debitor liberari partim solutione, & sic ipso iure: partiꝫ pacto de non petendo & sic ope exceptionis, & si per errorem soluisset repetit. 2 hoc dicit. ¶ Nota quod † aduocato potest remitti de3 bitum pro patrocinio. ¶ Item not. quod † exceptio pacti est de iure pretorio & eius equitate, non de rigore iuris ciuilis, & ideo pactum de non petendo tollit naturalem ob. propter consensum: vt.l.Stichum. §.naturalis.ff.de solutionibus. non autem ciuilem omnino: vt hic, &.l.si vnus.§.pactus.ff.eodem. nisi per viam acceptilationis & Aquiliane stipulationis de qua in.l.cum Aquiliana.ff.de transactionibus. tribuit etiam reo exceptionem pacti vel doli de equitate pretoris qui mandat, quod pacta custodiantur & seruentur: vt.l.prima. &.l.iurisgentium. §.ait pretor.ff.eodem. ¶ Item not. text.ibi, exceptione repelli: quia videtur probare quod 4 † exceptio pacti de non petendo impediat litis ingressum.& ad hoc inducit Fulgo.hanc.l.iuncta. l.amplius non peti.ff.rem ratam haberi.de quo tamen per Bartol.in dicta.l.iurisgentium.§.pactus. in sexta colum.& per Innocen.in capit.primo, de litis contest.& dixi ibi, & in.l.eleganter.§.si quis post.de condictione indebiti. ¶ Item not.in fin.quod tutus per exceptio. pacti de non petendo, si per errorem soluit repetit solutum, et idem si tutus erat exceptio.doli, propter pactum, et hoc siue quia talis exceptio doli propter pactum est fauorabilis sicut & ipsa exceptio pacti in cuius locum successit. argum.l.si eum.§.qui iniuriarum.si quis cau. siue quia ius illud quod non fuerat sublatum diminuerat ciuilem obligationem debilem & elisam: vt in dicto.§.pactus.& sic non erat potens ad retinendum: vt videtur sentire Paulus de cast. alioquin non daretur repetitio soluti per errorem iuris: vt.l.prima.&.l.qui exceptio.ff.de condictione indebiti. ¶ In gloss.in verbo, 5 causas. quod † in pactis consideretur causa non colligitur ex isto text. qui ad alium finem facit intentionem de causa, nec etiam est verum in pactis liberatorijs. de quibus hic. ad hoc. l.tale pactum. §.finali. ff. eodem. ideo gloss. non bene loquitur. ¶ Et not. quod dicit gloss.in fin. quod cui damus actionem.l.pacta que.

SVMMARIVM.

1 ☞ Pacta contra leges & bonos mores nullam vim habent & quicquid inhonestum est: contra bonos mores iuris ciuilis est.
2 Quando pactum dicatur contra.l.preter.l.& secundũ l.& quando pactũ dicatur contra constitutiones, & quando contra bonos mores.
3 Pactum, an & quando inducat & pariat obligationem, & actionem.
4 Vna iussio habet vim clausule ex certa scientia, et geminata verba, tutu, cognosces, operantur vt videatur electa industria persone adeo quod non poterit subdelegare.
5 Casus in quibus pactum nudum parit actionem de iure ciuili, non canonico.
6 Quid iuris erit de pacto liberatorio.
7 Non verum est actionem bone fidei fieri stricti iuris.

b 1 P Acta, que. ᵇ Pactum † cõtra leges & bonos mores nullaꝫ vim habet. hoc dicit. ¶ Not. qualiter. ll. constitutiones & boni mores obseruentur. tamen quicquid, est inhonestum est contra bonos mores inhonestum, & cõtra bonos mores iuris ciuilis: vt dixi in.c.ij.de pact.in.vj.& in.l.stipulatio hoc modo.de verb.oblig.& dicam in.l.fi.j.eo. ¶ In glo. j.& in gloss.ij.& in gloss.in verbo bonos mores. Not. ex ll. allegatis in istis gloss. exempla ad text. nostrum quan2 do † dicatur pactum contra. ll. quando contra constitutiones, & quando contra bonos mores. Sed quid dicit glos.de pacto super futuram successionem: intellige, vt dicetur in dicta.l.final. Item inquantum gloss. posuit de triplici specie pactorum, videlicet contra. l. preter.l.& secundum legem. ¶ Not.eam et declara: quia contra.l.est illud cui.l.resistit. Secundum.l.est illud, cui lex adsistit. Preter.l.est illud.cui.l.non adsistit nec resistit, sed illud relinquit in suis naturalibus non aliter se impediendo: vt dicta.l.stipulatio ista.§.alteri.de verborum obligation. Et pone etiam exemplum in pacto nudo et non habente aliquod vestimentum iuris quod pactum nudum non parit actionem, neque ob.ciuilem, quia ad actionis generationem requiritur naturalis tanquam mater: & ciuilis, tanquam pater. vt.l.licet.§.ea ob.de procurato.& dicit Bartol. in.l.iurisgentium.§.igitur nuda.ff.eodem.& tangetur in.l.legem.infra eodem. cum ergo.l.ei non adsistat, & sic deficiat causa potentior, videlicet, pater non parit ciuilem, sed naturalem tantum ex consensu cui.l.non resistit: vt.l.Stichum §.naturalis.de solutio. Inquantum autem gloss. nostra dicit quod si pactum est secundum.l.valet principale & accessorium, dum tamen altero sit contentus vult dicere gloss. quod non potest haberi illud quod venit in conuentione principali & pacto vt habetur plene de hoc in.l.rescriptum.§.si pacto.ff.eodem.et ibi de eo quod

quod dicit gloss. hic, nisi contrarium ageretur. ¶ Item inquantum dicit quod si pactum est preter. l. non valet principale, sed valet accessorium. hoc ideo est: quia pactum super accessorio fuit rite ⁊ solenniter conceptum vnde non eodem vitio laborat. ad hoc. l. si ita stipulatus. §. Crisogonus. de verborum obligationibus. ¶ In gloss. in verbo, nullam vim not. gloss. de quatuor viribus pactorum vtilium, ⁊ que non sunt contra. ll. quia pariant, scilicet actionem nouam ⁊ obligationem perimunt, scilicet naturalem informant, scilicet veterem que oritur ex contractu iuxta quem adponitur: pactum elidunt, scilicet ciuilem actionem. 3 † ¶ Circa primam vim, an ⁊ quando pactum inducat ⁊ pariat obligat. ⁊ actionem aduerte: quia aut loquimur de pacto efficaci secundum. ll. ⁊ sic vestito. Aut de nudo preter. l. primo casu aut est obligatorium aut liberatorium, certe istud parit obligationem naturalem ⁊ actionem propter adsistentiam. l. vt dicta. l. licet. §. eadem. obligatio parit etiam exceptionem, compensationis: vt. l. fina. infra, de compensationibus. ⁊ replicationem, vt pactum de petendo, ⁊ post pactum de non petendo: vt. l. si vnus. §. pactus. ff. eodem. Si liberatorium parit naturalem obligationem ad non petendum: vt infra eodem. in. l. cum postea. ⁊ infra, de transactio. l. vbi pactum. ⁊ notatur in. l. prima. ff. eodem. ⁊ in. l. si vnus. §. pactus. eodem titulo secundum Angelum hic. ⁊ tactum est in. l. precedenti. vel dic quod non obligat promittentem naturaliter ad non petendum quod esset preter intentionem contrahentium quod esse non debet argu. l. non omnis. ff. si certum petatur. sed bene dicit except. aduersario ex quadam equitate dicit Bartol. in dicto. §. pactus. Unde si post pactum de non petendo sit pactum de petendo, tale pactum de petendo tollit naturalem obligationem, si quo erat inducta per pactum de non petendo, sed non tollit illam inductam ex equitate, videlicet exceptionis. Secundo casu quando loquimur de pacto nudo ⁊ sic preter. l. quia. l. ei non fauet, ⁊ tunc, vt in vestito considera, quod aliquod est obligatorium aliquod liberatorium: obligatorium parit naturalem ex consensu ex quo. l. ei non resistit. vt dicta. l. Stichum. §. naturalis. non autem parit ciuilem, de iure ciuili: vt supra, vt. l. iurisgentium. §. igitur nuda. ff. eodem. nisi forte interuenerint duo pacta de eodem ⁊ inter eosdem ⁊ diuerso tempore: vt in titulo, de constituta pecunia, secundum Angelum. in. l. si certis annis. infra eodem: quod dictum, ⁊ limitatio Angeli procedit si secundum pactum fuit factum in forma constituti referendo primum pactum siue debitum ex primo pacto: vt. l. prima. §. debitum. ff. de constituta pecunia. alias quando secundum fuit separatum a primo non referendo primum ⁊ sic non in forma constituti dominus meus dicit, quod non videtur quod debuit coniungi ad hunc effectum producendum ⁊ ex quo vtrumque est nudum, ⁊ debile videtur quod vnus non possit vestire aliud. argum. in. l. si tibi. infra, locati. tamen dicit esse cogitandum. Tu pro hac opin. domini mei adducas. l. si pacto. quo penam. infra eodem, secundum intellectum communem quod ibi, fuerint tria pacta, ⁊ illa duo prima fuerunt nuda: non producunt actionem ibi, sed actum fuit de facto, secundum communem opin. pro Angel. tamen facit quod alias dicitur in. l. cum sumus. de agric. ⁊ censi. libro decimo in glo. ⁊ quod habetur in. l. fina. de non numerata pecunia. ⁊ per Baldum in. l. prima. infra, si rector prouincie. ⁊ per gloss. in authentica, itaque. infra, communia. de successi. ⁊ per Baldum in. l. nec damnosa. supra, de preci. imper. offe. vbi dixit quod † bina iussio habet virtutem clausule ex certa scientia. ⁊ alibi verba geminata, tutu per te cognoscas, operantur, vt videatur electa industria persone. ita quod non poterit subdelegare dicit singulariter Bald. in capitulo fina. de officio delegat. vt ibi, refert dominus Nicol. ¶ Ista ergo sit prima Fallentia, in qua pactum nudum parit ciuilem actionem secundum Angelum. ¶ Secundam fal- 5 le. ponit etiam Angel. in dicta. l. si certis † annis. dicens quod pactum nudum si non seruatur ⁊ ex tali non seruatione remaneat altera pars in damno. non ex eo quod venit in pacto, sed quia forte propter illud pactum aliquid non fecit, quod fecisset: vel fecit quod non fecisset, tamen datur actio de dolo. intellige non quod ex pacto, sed propter factum ex materia presistente vnde nascatur ipsa actio de dolo. ad hoc. l. eleganter. §. seruus pactionis. ff. de dolo. cum simi. ¶ Tertiam falle. ⁊ limitationem forte posses addere tu quando pactum nudum esset adpositum super tali facto super quo, daretur officium iudicis, si pactum non fuisset interpositum, vt in terminis. l. prime. infra, de suffra. tunc videtur quod si pactum interponatur producat actionem, esto quod sit nudum vt ibi: hoc pro nunc. non affirmo. Et hoc de iure ciuili. De iure autem canonico communis conclusio est quod pacta nuda producunt actionem. per capitul. primum, de pactis ibi, pacta custodiantur, pacta seruentur. cum enim illa decretalis ita velit custodiri ⁊ seruari intelligitur etiam de remedio prouidere per text. no in. l. statuas. de acquirendo rerum dominio. licet Salice aliter intellexerit dictam decretalem, dicens pacta custodiantur, pacta seruentur, scilicet nuda in sua nuditate ⁊ sine virtute producendi actionem ⁊ vestita in suo vestimento. vt supra. dicit enim fieri distinctio sicut ⁊ de iure ciuili, quamuis pretor dicat, pacta seruabo: vt in. l. iurisgentium. §. pretor ait. ff. eodem secundum ipsum Salic. tamen communis opin. est: vt supra. nec mirum, quia illa geminatio verborum, de iure Cano. ibi custodiantur et seruentur debet aliquid operari: vt supra. poterit ergo agi ex ipso pacto nudo obligatorio secundum communem opin. ⁊ hoc siue per actionem prescriptis verbis, ⁊ generalem ortam ex ipso pacto, vt. l. quoties deficit actio. vel. ff. de prescrip. verb. quia materia ad quam verba diriguntur est impinguata ⁊ effecta apta ad pariendum actionem per ius Canonic. secundum Bal. in. l. petens. infra eodem. Siue conditione ex canone illo, propter pactum non ex pacto secundum Angelum in dicta. l. si certis annis. infra eodem. Et hec vera nisi dictum pactum nudum fuisset dolo vel metu extortum, quia tunc ius Canon. propter defectum consensus non adsisteret. argumento capituli, quamuis. de pactis. ⁊ capituli, licet mulieres. de iureiuran. in sexto. l. ⁊. si mulier. §. si dos. ff. quod metus causa, vt hic latius per dominum meum. Et sic dicta pacta pariunt actionem, ⁊ multo magis exceptio. compensationis: vt. l. fina. infra, de compensat. ⁊ replicationem, si forte post pactum, de non petendo, fuit pactum nudum de petendo: vt dicto. §. pactus. ⁊ hec 6 de obligatorio pacto nudo. Liberatorium autem † non cadit, quod producat actionem: quia sit pro reo non pro actore, sed bene puto quod vigore talis pacti poterit reus de iure Canon. compellere actorem ad faciendum sibi fieri instrumentum de dicto pacto, per ea que habentur in. l. instrumenta. infra, de fideicommis. per Baldum ⁊ in. l. labeo. ff. eodem. ⁊ in. l. prima. ff. soluto matrimonio. ⁊ capitulo primo, de renuntiatione. in sexto. ⁊ in. l. prima, de suscepto. libro vndecimo. ⁊ si termini caderent tale pactum produceret remedium ad agendum: vt supra. Exceptionem autem sine dubio parit: vt. d. §. pactus. ⁊ forte naturalem obligationem ad non petendum: vt dicta. l. cum postea. infra eodem. prout diximus supra, de pacto liberatorio vestito. Et hec de predicta prima vi pacti. ¶ Circa secundam vim pacti, que fuit an pactum perimat reassume, vt supra, quod aliqua sunt vestita, aliqua nuda: ⁊ vestitorum aliqua sunt obligatoria aliquo liberatoria. Obligatoria periment, scilicet, per nouationem tollendo ciuilem ⁊ naturalem obligat. ⁊ actionem, vt in. l. prima. ⁊ in tituto, de nouatio. ⁊ hic in gloss. aliter non cadit quod perimant: sed bene cadit quod producant aliam, videlicet quod informent, ⁊ id quod faciunt predicta pacta: quia informant contractum cui adherent, ita vt detur actio ex illo contractu ad illud quod deuenit in pacto vestito iuxta illum contractum apposito secundum communem intellectum l. fundi partem. ff. de condictio. empti. ⁊ dicetur in. l. in bone fidei. §. eodem titulo nostro. producerent etiam quartam vim, scilicet elisionis si caderent termini, sed non video quod cadant. Liberatoria autem vestita facto de non petendo, an periment precedentem obligationem ⁊ actionem aduerte: quia aut fuerunt facta per viam Aquiliane stipulationis ⁊ acceptilationis ⁊ tollunt naturalem, ⁊ ciuilem obligationem: vt institut. quibus modis tollitur obligatio. §. item per acceptilationem, ⁊ dicetur infra titulo primo, in lege, actione. Aut per viam sti-

pulationis, siue pacti de non petendo absque alia acceptilatione & tollitur naturalis propter consensum, sed non ciuilis ipso iure: quia ius ciuile de quo erat inducta stipulatio, non potuit de facili tollere obligationem inductam de iure gentium. & sic illam que non erat de gremio suo. & tunc sicut ad eam inducendam requirebatur ministerium. l. ita & ad eam perimendam. istud autem ministerium ad tollendum ciuilem actionem. l. induxit per alium modum quam per stipulationem, aut pactum de non petendo: quia inuenit Aquilianam stipulationem & acceptilationem, vt supra. inuenit etiam siue approbauit alium modum. scilicet per solutionem: vt institut. quibus modis tollitur obligatio. in princip. ergo non sufficit dictum pactum, aut stipulatio simplex de non petendo, ad dictam ciuilem perimendam, licet sufficiat ad perimendam naturalem: vt dicta. l. Stichū. §. naturalis. & l. nihil tam naturale. de re. iuris. & si dicas quod imo nec naturalem tollant cum non videantur interposita super obligatione, sed tantum super petitione & actione ad hoc. l. si vnus. §. in summa. ff. eodem. respōdeo quod quādo interponuntur super eo, ad quod ordinatur obligatio videtur tacite interponi super ipsa obligatione. argumen. ff. de acquirenda hereditate. l. illud secundum Baldum hic. De pacto autem nudo, an perimatur conclude quod aut loquimur in obligatorio, aut liberatorio. Obligatorium, vt est pactum de petendo tollit ipso iure obligationem naturalem precedentis pacti de non petendo, per. l. nihil tam naturale. & per dictū. §. pactus. sed non tollit ipso iure except. ortam ex priori pacto, de non petendo. sed tunc demum cum venitur ad effectum quod videtur mirabile quod tollat ipso iure naturalem obliga. & non exceptionem, sed dicas rationem secundum Bartolum in dicto. §. pactus. quia exceptio non oritur ex naturali oblig. quia si oriretur tolleretur vna cum ea. sed oritur ex equitate. l. secunda. ff. de exceptione doli. vel secundum dominum meum quia exceptio non habet suum esse formatum, nisi postquam opponitur & appositio est quid facti merito non cadit quod tollatur antequam fiat. Liberatorium autem pactum nudum de non petendo tollit ipso iure naturalem obligat. vt dicta. l. nihil tam naturale. Sed ciuilem non tollit ipso iure ex rationibus dictis, supra proxime, de pacto vestito. An autem pacta de se aliter nuda informent contractum iuxta se positum siue sint obligatoria siue liberatoria, & sic an producant dictam tertiam vim de qua in gloss. dicetur infra eodem. l. petens. & in. l. in bone fidei. & hec de secunda & tertia vi pactorum. ¶ Circa quartam vim de electione, dicas quod in obligatoriis vestitis siue de se nudis non facile cadunt termini quod elidant: quia non reperiunt materiam debilem. nisi forte loquendo de pacto nudo intelligeres quod precesserit stipulatio de non petendo, & postea sequatur pactum nudum, de petendo: & sic obligatorium tunc poterit elidere illam ciuilem ortam ex stipulatione de non petendo quando venitur ad conflictum: quia replicabitur de pacto de petendo secundum dominum meum qui etiam subdit posse dici quod tale pactum obligatorium de petendo ita elidit illam elisionem quam fecerat precedens pactum, de non petendo per quod fuerat elisa ciuilis primi contractus: vt dicto. §. pactus. ibi prius pactum, scilicet de non petendo per posterius elidetur, scilicet per actum de petendo. Liberatorium autem pactum vestitum & formatum per aliquā stipulationem & acceptilationem non cadit quod elidat: quia imo tollit & perimit ipso iure, vt supra. sed simplex pactum aut simplex stipulatio, de non petendo cum tollat naturalem elidit etiam ciuilem que remansit debilis sublata naturali de qua supra. & idem dicendum de pacto nudo liberatorio: quia sublata illa naturali ciuilem remanentem elidit: vt dicto. §. pactus. que ciuilis non fuerat per dictum simplex pactum medium sublata, de non petendo, forte etiam de iure Cano. vt dicetur in. l. petens. infra eodem. licet Bald. ibi contrarium dicat. Et hec de istis iuribus cuiuslibet pacti, que pro nunc dicta sufficiant. ¶ In eadem ibi, item & propter aliud &c. idem tenuit glo. in. l. iurisgentium. §. quinimo. ff. eodem. sed non est † verum quod actio que erat bone fidei fiat stricti iuris. in contrarium enim est casus in. l.

¶ Super hac. l. debitori. vltra Do. hic, videatis Bartol. in. l. Vranius. ff. de fideiusso. Cuma. consil. xxxvii. do. Bene. ca. in cōsi. lxiii. in. §. dubio. Paul. de cast. in cōsi. cxii. Ange. Imo. & Pau. de cast. in. l. generaliter. de fideiusso. do. Lu. roma. cōsi. cclvi. & eundem do. Ludo. roma. multa de materia huius. l. egregie cōcludentem in consil. cclxxv. inci. visis dubiis. S. T.

secunda. infra, de pactis inter emptorem, & venditorem. iuncta. l. videamus. §. si actionem. ff. de vsuris. secundum Bartolum hic. faciunt que dixi in. l. si quis cum aliter. de verbo. obliga.

SVMMARIVM.

1. ¶ Si creditor successit debitori obligatio extinguitur sed si postea hereditatem alteri cedat, & stipuletur: vt sibi certisque creditoribus ipse cessionarius satisfaciat, ex stipulatu contra cessionarium actionem habet.
2. Actio actiua, & passiua non possunt stare in eodem subiecto.
3. Beneficium inuentarii separat bona defuncti a bonis heredis.
4. Debitum licet per aditionem hereditatis extinguitur: tamen per confectionem inuentarii conseruatur, quantum ad effectus.
5. Quando diuisio pro traditione habetur.
6. Contra furem omnis degenerat actio.

DEbitori. ᵃSi creditor † successit debitori extinguitur obligatio, sed si postea hereditatem alteri cedat & stipuletur, vt sibi & certis creditoribus ipse cessionarius satisfaciat, habet contra cessionarius actionem ex stipulatu. hoc dicit hec lex.

¶ Not. primo quod dictum est in summario, & ita allegatur cum concordantiis allegatis in gloss. & idem ecōtra si debitor successit creditori: quia † actio actiua & passiua non possunt stare in eodem subiecto per ea que habentur in. l. senatus. de fruc. earum rerum, que vsu cōsum. & in. l. frater a fratre. de condictione indebit. & in. l. si seruus communis ipse sibi. de stipulatione seruorum, & in. l. Vranius. de fideiusso. ¶ Item not. quod quamuis per successionem actio confundatur, vt supra: tamē potest heres vel antea creditor hereditatem cedendo sibi prouidere per pactum, vel stipulationem per quam non reperiatur prima actio confusa, sed noua creatur, vt ibi. ex stipulatu. de quo tamen infra, in gloss. ¶ In gloss. secunda ibi, sed ibi propter inuentarium quod fecit non extinguitur actio quin deducat. bene dicit & si opponeretur propter confectionem inuentarii, non cessat predicta ratio concursus actionis actiue & passiue in eodem subiecto. Respondeo quod imo cessat: quia † beneficium inuentarii separat bona defuncti a bonis heredis & facit illam hereditatem per se censeri ac si iaceret. vnde non est obligatus heres sibi ipsi sed hereditas est obligata heredi. faciunt que habentur in. l. si socer. in princip. & in. l. que dotis. soluto matrimonio. & forte non sine ratione gloss. nostra subiunxit illa verba ibi, quin deducat: quasi velit dicere quod † licet per aditionē hereditatis debitum extinguatur tamen per confessionem inuētarii conseruatur quantum ad effectus: vt heres possit de dicta hereditate deducere debitum, vel vt dicit Barto. extinguitur sed durat effectus sicut, & quando restituit hereditatem. l. coher. §. cum filio. de vulgari & pupillari. & hic per Baldum. & quando heres vendit hereditatem, vt in toto titulo debet heredi, vel action. vendit. & quando hereditas transit de vno in alium: vt in terminis authē. hoc amplius. infra, de fideicommiss. vel per priuationem testatoris: vt per Bartolum in. l. vxorem. §. heres. de legat. tertiu. & in terminis. l. peritissimi. de heredibus instituend. ¶ In eadem ibi, & distingue. signa totam hanc gloss. & distinctionem suam considera post Bald. & Paulum de castr. tres rationes in decisionibus huius gloss. prima est ratio incompassibilitatis: vt supra in terminis huius. l. secunda est ratio equalitatis: vt in terminis glo. ibi reus reo. tertia est ratio principalitatis, vt in terminis glos. ibi aut fideiussor reo. ¶ In gloss. in verbo, ex stipulatu vsque in fine. optime loquitur quasi tota. sed tu ex dictis ipsius & Barto. & doctor. & vltra latius recolligendo distingue cum queritur quod remedium detur heredi, contra illum cui tradidit, vel dimisit hereditatem, si non vult soluere debitum a defuncto sibi vel aliis creditoribus: quia aut interuenit stipulatio de soluendo aut non interuenit stipulat

pulatio, neque pactum. primo casu aut heres intendit agere pro eo quod a defuncto debebatur sibi aut pro eo quod debebatur alijs creditoribus: quod quidem potuit stipulari non obstante. l. stipulatio ista. §. alteri. de verborum obligationibus. ex quo sua intererat si pro debito sibi agit certi condictione quando illud debitum est certum ⁊ quando incertum agit ex stipulatu: vt. l. certi condictione. in princip. si certum petatur. sed pro debito alijs creditoribus non aget certi condictione. sed aget sola actione ex stipulatu: quia quantum ad hoc dicta stipulatio non dicitur continere dationem, sed pactum quod est incertum: vt. l. liber homo. §. fina. de verborum obligationibus. nam quod alteri potest me a non interesse ⁊ plus aut minus interesse. Secundo casu, si interuenit traditio ⁊ sic illud pactum, quamuis de se nudum, fuit vestitum rei traditione agit prescript. vt. l. legem. infra eodem. Si vero non interuenit traditio, sed simplex dimissio hereditatis non tanquam pertinentis ad
5 remittentem tunc enim dimissio † habetur pro traditione secundum Baldum hic. ad hoc institu. de rerum diuisione. §. venditor. ⁊ ff. de actionibus hereditarijs. l. qua actione. §. interdum. ⁊ dicetur in. l. si pro fundo. infra titulo primo. sed tanquam pertinentis ad eum cui remisit vel ad alium ⁊ sic remansit illud pactum nudum, tunc si quod sententia fuerat lata pro isto qui dimisit aget ex sententia ⁊ si ille opponet de demissione ⁊ eius pacto heres replicabit quod non seruatur sibi pactum in dimissione appositum ⁊ quod ille cui hereditas fuit dimissa dolo versatur non satisfaciendo dimittenti, aut alijs creditoribus. argu. l. cum proponas, infra eodem. ⁊ eorum que habentur in dicta. l. pro fundo. Si vero non fuerat lata aget petitione hereditatis ⁊ contra excipientem de dimissione replicabitur: vt supra ⁊ hoc modo succurretur huic heredi dimittenti cum non possit subueniri per actionem descendentem ex pacto, ex quo fuit nudum: nisi forte de iure Canon. per. d. dicta. in. l. precedenti. nec per primeuam actionem que fuit aditione: vt hic. nisi forte heres dimittens fecerit inuentarium: quia tunc primeua actio saltem quantum ad hunc effectum, non extinguitur, vt colligitur ex predictis, ⁊ ex principio gloss. nostre. Tertio casu, quando nulla interuenit conuentio de soluendo ipsi dimittenti, vel tradenti hereditatem non curo, vel alijs creditoribus hereditatis, certe cum hereditas proprie sit vniuersitas iuris et comprehendens commoda ⁊ incommoda intelligitur tacite actum quod recipiens satisfaciat omnibus creditoribus, ideo vt satisfiat sibi habent locum omnia que nunc proxime dicta sunt, de pacto nudo: excepto quod non cadit consideratio de vestimento traditionis cum non sit quid corroboretur ita videtur posse dici licet docto. non dicant hoc vltimum, vt autem satisfiat alijs creditoribus, dicit gloss. nostra ibi, iure cesso. cum qua transeunt Bart. Bald. ⁊ Ange. quod aget actione sibi cessa. quod tamen videtur absurdum: quia cum non ille possessor hereditatis, sed dictus heres effectus fuerit debitor creditorum dicetur cedi sibi actio contra seipsum ⁊ sic efficeretur actor ⁊ reus ⁊ debitor ⁊ creditor, sed responde quod opin. gloss. ⁊ sequa. de facili procedit quando hereditas fuisset dimissa illi tanquam pertinens ad eum, cui dimittitur. tunc enim ex quo asseruerat se heredem non potest opponere de inualiditate cessionis, vt videtur velle Bald. hic in fine. faciunt que habentur in. l. si. ff. vsuf.
6 quemadmod. caueat. in illa materia quod omnis actio degenerat contra furem, quia non potest se dicere non dominum ex quo voluit effici dominus iniuste secundum vnam rationem assignatam ibi, per doct. quando non hereditas fuisset dimissa vel tradita tanquam dimittentis, vel tradentis non videtur quod possit procedere opin. glos. de cessione, vt patet ex dictis supra, in l. secunda. dic ergo quod si fuit dimissa, vel tradita per viam venditionis, agitur actione ex vendito. argumen. l. secunde. infra, de hereditate, vel actione vendita. si per viam donationis agitur actio. prescript. verb. vt est notabilis tex. secundum Paul. de castr. in. l. hereditatem. ff. de donatio. licet doct. aliter dicant ⁊ adde quod ideo forte glo. que dixit aget iure cesso ⁊ non dixit aget actione cessa, cautius loquitur quam Bart. sequitur lex, Si pascenda pecora.

SVMMARIVM.

1 ¶ Pactum inter dominum, ⁊ pastorem super diuidendis fetibus est seruandum ⁊ qua actione agatur.
2 Actione pro socio agitur, quando ob non communicata animalia contractus societatis non apparet.
3 Contractus innominatus presumitur, quando pecora tradita, sunt communicata, quo ad dominum, ⁊ non remanserunt in dominio tradentis.
4 Si bos estimatus fuerit datus rustico, periculum erit commune dicti bouis tradentis ⁊ recipientis.
5 Societas non debet esse leonina.
6 Estimatio quandoque non censetur facta ad finem, vt sciatur valor rei.

a 1 SI pascenda. a Pactum † inter dominum, ⁊ pastorem, super diuidendis fetibus pecorum, est seruandum. hoc dicit. ¶ In gloss. compellitur not. quod † si traduntur anima-
2 lia rustico ad pascendum, ita vt fetus postea diuidantur inter dominum, vel tradentem ⁊ rusticum recipientem potest ex tali traditione, ⁊ pacto resultare contractus societatis ⁊ tunc agetur actione pro socio: vt. l. vt sit. pro socio. ⁊. l. cum duobus. §. si in coeunda. ff. pro so. ⁊ potest resultare alius contractus, scilicet innominatus, do, vt facias, ⁊ tunc agitur prescript. verb. vt. l. tibi artem. ⁊. l. naturalem. de prescript. verbis. sed quero quis a contractus resultabit. in dubio Petr. quem sequitur
3 Bald. dicit quod † si ipsa pecora tradita sunt communicata intellige quo ad dominium est societas: si vero remanserunt in dominio tradentis presumitur contractus innominatus forte facio vt facias ⁊ non do, vt facias pro vt intelligit gloss. ex quo dominium non transferre-
4 tur in recipientem. sed vlterius quero quod † si non appareat an fuerint communicata nec ne: ideo attendun tur alie circunstantie ⁊ maxime vtrum sit aliqua consuetudo, vel vtrum fuerint tradita estimata, quia tunc estimatio facit transire dominium dictorum animalium in recipientem pro parte ex natura societatis: vt in. l. prima. ff. pro soc. non in totum, vt. l. estimatio. ff. soluto ma-
5 trimonio. vnde si bos † fuit datus rustico estimatus, periculum dicti bouis erit commune tradentis ⁊ recipientis, vt dicta. §. damna. ⁊ sic rusticus tenetur reficere medietatem estimationis: secus si tradens sibi dominium reseruasset: quia tunc totum periculum esset suum, per ea que habentur in. l. quod te. ff. si certum petatur. ⁊ in. l. que fortuitis. infra, de pignor. actio. ⁊ hoc nisi culpa ipsius rustici, faciat ipsum aliter teneri: vt in. l. qui domum. ff. locati. ⁊ vt notatur in dicto. §. damna. ⁊ per Bal. in. l. prima. infra, pro so. ⁊ per dominum Petrum patruum meum in suo solenni tractatu, de duobus fratribus. credo in octaua parte principali ⁊ ibi, quomodo toleratur consuetudo quod animalia dentur in societatem estimata ⁊ nihilominus in diuisione societatis remaneat tradentis saluum capitale, ⁊ quod est in fructu diuidatur ⁊ si nihil reperitur in fructu omnino capitale pro ipso tradente detrahatur ⁊ totum periculum perditionis operarum pertinebit ad rusticum. que consignatio videtur contra conscientiam nisi dicas quod toleratur: quia rusticus non tam dicitur perdidisse operas suas quam fructum operarum suarum, sicut ⁊ ciuis perdidit fructum animalium suorum. que comparatio ⁊ equiparatio est discreta satis ⁊ proportionabilis, maxime si ciuis fecit rustico commoditatem de pascuis ⁊ domibus suis: vt considerat hic dominus meus. Illud autem quod ciuis detrahat in diuisione societatis totum capitale si periculum fuerat commune videtur intolerabile ⁊ contra omnem conscientiam, sed tu considera quod hoc casu non omne periculum erit commu-
6 ne: quia dicta † estimatio tunc non censebitur facta ad finem vt sciatur valor rei ⁊ animalis: si forte periret culpa ipsius rustici. quod presumitur arg. l. fina. de custodia reorum. ⁊. l. si cui legetur. §. species. de leg secundo. vt dicas quod dominium erat translatum sub quadam intrinseca conditione quod in diuidenda societate transferretur. ⁊ sic non erit intolerabile ⁊ contra conscien-

a ¶ Super hac. l. si pascenda pecora. vltra Mo vi- dentis do. Salic. in. l. mutuus. in vlti. col. ff. p socio. Paul. de cast. in consi. ccclij. in nouis. in. ij. volu. do. Petrum de Vbaldis in trac. de societate. i. vij. parte. in. xij. q. principali in fine, do. Corn. egregie in consi. cxxxvi. in. i. col. ⁊ consi. cxiij. in i. vol. do. Alex. in consi. clxiij. in. ij. volu. do. Iaso. et Mod. in. l. quod te. si certum pet. S. T.

¶ Repet. istius l. ⁊ authentice, sacramenta puberum, bona consideratione est situata post titu. de litis contesta. infra. S. T.

tiā quod capitale remaneat ſalvū, ⁊ fructus diuidatur, imo intolerabilius eſſet ꝙ diuideretur ipſum capitale ſi practicam conſiderabis. pone enim quod vacca in ſocietatem data tempore traditionis valet octo florenis tempore diuidende ſocietatis puta inde ad tres annos valebit eorum quindecim, aut ſexdecim: certe ſi ⁊ fructus, ⁊ capitale diuiderentur, ruſticus perciperet lucrum de octo florenis, aut circa. ciuis autem habebit damnum, aut omnino nullum lucrum quod eſt penitus contra naturam ſocietatis que non debet eſſe leonina: vt. l. ſi non fuerint. §. fin. ff. pro ſo. non ergo mirum ſi non diuiditur capitale, ita pro nunc occurrit. tamen remitto me ad no. per doctores. in dictis iuribus ⁊ quo ad conſcientiam ad dominos Theologos. Sequitur. l. cum poſtea.

SVMMARIVM.

1 ☞ Aduerſarij dolo remittens ius quod habet ex ſententia non perdit ius queſitum ex ſententia.
2 Dolus dans cauſam huic pacto de non mouendo controuerſiam, vel pacto de non petendo non reddit ipſo iure nullam promiſſionem.
3 Pacta nuda non ſunt bone fidei. ſed ſtricti iuris.
4 Pactum nudum liberatorium producit naturalē obligationem ad non petendum.

C Vm poſtea. [a] Inductus † 1 dolo aduerſarij ad cauendū nullam ſe controuerſiam moturum, debet per iudicem liberari. hoc dicit. intellige oppoſita exceptione doli per promiſſorem: vt intelligit Bart. Ange. ⁊ Paul. de caſt. hunc text. ex quo infertur quod dolus † 2 dans cauſam huic pacto, de non mouendo controuerſiam, vel pacto de non petendo non reddit promiſſionem nullam ipſo iure. ex quo etiam infertur vlterius quod huiuſmodi † 3 pacta nuda non ſunt bone fidei. ſed ſtricti iuris: nam, vt hic apparet, quamuis fuerint per dolum inita producunt exceptionem ⁊ opus eſt replicatione. ¶ Not. ex 4 predicto text. ibi liberabit quod pactum nudum liberatorium producit naturalem obligationem ad non petendum alioquin non eſſet opus liberatione. nec dicas quod iſta iure fuit inducta non ſolū ad ſimpliciter promittendum, ſed etiam ad cauendum a qua cautione volebat liberari ita adde ad dicta. ſupra in. l. pacta, que contra. ⁊ ita oportet intelligere hunc tex. alioquin non caderent termini quod aduerſarius iſtius mulieris ageret et pacto liberatorio, ſed quod conuentus exciperet ⁊ ſic contra Ang. vt tetigi in dicta. l. pacta, que contra. Sequitur. l. legem.

a ¶ Iſtam. l. cum poſtea. poteritis exēplificare ſecūdum. l. cū a te. et l. antepen. ff. de dolo. cum magis exemplis vebamur ꝙ rebus, neres exemplis careat, vt dicit tex. in. l. i. de pre. verbis. ⁊ ad materiā iſtius. l. vltra do. Coin. do. Rimi. claudiū. do. Iacobi. ⁊ do. Purpu. videatis Anch. butriū. do. Card. Zaba. Imo. ⁊ do. Panor. in. c. penul. quod metus cauſa. S. T.

SVMMARIVM.

1 ☞ Pactum de ſe nudum appoſitum iuxta rei traditionem ab ea veſtitur, ⁊ actionem producit.
2 Contractus dotis ſiue ſtipulationis, dicitur innominatus: tamen in eo non habet locum penitencia, fauore dotis.
3 Traditio non veſtit pactum nudum ⁊ quare.
4 Quid ſit pactum nudum, quot ſunt pactorum veſtimēta ⁊ quando nuda pactio pariat actionem.
5 Iuriſgentium veſtimenta quatuor, ⁊ conſenſus, ſcilicet in emptione, venditione, ſocietate, ⁊ mandato.
6 Veſtimentum rei interuentu, non differt a veſtimento rei tradite.
7 Iuris ciuilis veſtimenta, quinque, ⁊ ſecundum aliquos ſex. ⁊ que.

L Egem. hoc dicit. [b] Pactum de ſe 1 nudum appoſitum iuxta rei traditionez veſtit ab ea ⁊ producit actionē. h. d. ¶ Et not. quod contractus † 2 dotis ſiue ſtipulatione dicitur innominatus: vt hic. tamen in eo fauore dotis non habet locum penitentia: vt. l. ſi ego. §. finali. ff. de iure dotium. ita determinat Bald. hic in fine, licet videretur dicendum quod eſſet nominatus contractus per. l. eos. ff. de capitis diminutione. ¶ In gloſſ. in verbo, dedimus. ibi infra, locati. ſo. ibi tra3 ditio † non veſtit pactum nudum: quia veſtiendo veſtiret contra ſe hic autem veſtit in fauorez tradentis ſecundum Bartolum hic. qui tamen ibi, dicit aliter. videlicet quod pactum non veſtit inter alias perſonas. ⁊ ſic intelligit quod ibi, pactum fuerit appoſitum nō a locatore ſed a quodam tertio. ⁊ ita tenet Odofre. hic. ¶ In eadem ibi. item not. vſque in fine gloſſ. de iſtis tribus queſtionibus, videlicet qualiter cognoſcatur nudum pactum, quot ſint veſtimenta pactorum, ⁊ quando nuda pactio pariat actionem remittit ſe ad dicta in. l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. ff. eodem. ⁊ ibi latius dicetur deo dante. nunc autem pro aliquali intelligentia quo ad primam queſtionem, ſufficiat meminiſſe eorum que dixi in rubrica, de verborum obligationibus ⁊ pridie in. l. pacta, que contra. quibus adde breuiter quod 4 † pactum nudum eſt illud quod manet in primis naturalibus ſuis ⁊ ſimplicibus finibus conuentionis dicit Bartol. in dicta. l. iuriſgentium. §. igitur nuda. ⁊ ſic non eſt veſtitum aliquo de veſtimentis iuris quorum aliqua dicentur veſtimenta iuriſgentium, que aut re ciuili ſunt mutata. ſiue conſiderata ad fouendum pacta iuriſgentium ab ipſo iure ciuili approbata. Aliqua dicentur veſtimenta iuris ciuilis, ad fouēdum pacta de ipſo iure ciuili, non ſolum approbata, ſed etiam inuenta. Quo ad 5 ſecundam igitur queſtionem dicas quod † iuriſgentium veſtimenta ſunt quatuor. primum ⁊ elegantius eſt veſtimentum conſenſus, ſcilicet in emptione, venditione, ſocietate. ⁊ mandato. in quibus quatuor contractus ſolus conſenſus ſufficit ad veſtiendum imo veſtiti naſcuntur propter eorum caliditatem, vt inſtitut. de obl. que ex cōſenſu contrahunē per totum. ⁊ in. l. conſenſu. de actionibus ⁊ obligationibus. qui conſenſus. licet etiam in aliis contractibus requiraē: tamen nō eſt ſolus ſufficiens ad veſtiendum ſine alio extrinſeco, vt in depoſito ⁊ commodato. inſtitut. quibus modis re contrahitur obligatio. ſecundū veſtimentū eſt res in predicto contractu commodati, vel depoſiti, vel mutui mere naturalis qui contractus ſine ipſa rei traditione non perficiuntur: vt hic notatur. imo ⁊ ſi primo inueniātur iſti cōtractus ⁊ poſtea ex interuallo fuerit traditio non dicentur depoſiti vel commodati, vel mutui: niſi ſecuta traditione. ante vero diceretur pactum, de commodando ſiue de ponendo ſiue mutuando argumento. l. ſecunde. §. appellat. ff. ſi certum petatur. tertium veſtimentum eſt iſtud, de quo in. l. noſtra. videlicet rei interuentu in quatuor ſpeciebus contractuum innominatorum, id eſt, vbi facta relatione pacti ad contractum reſultat vna, de dictis quatuor ſpeciebus per viam cuiuſdam reciprocationis de quibus dicetur in. l. cum mota. infra, titulo primo. veſtiuntur enim iſti contractus interuentu rei etiam ex interuallo ſo. preuenientis cuius contrarium diximus in precedenti: vt dicta. l. iuriſgentium. poſt princip. ſecundum dominum meum, hic qui etiam poſt plura 6 verba concludit † veſtimentum rei interuentu non differre a veſtimento rei traditione. ⁊ idem tenet in dicta. l. iuriſgentium. §. quinimo. vndecima columna. ⁊ hoc quod dicta rei traditio, ſiue interuentus, veſtiat ipſum pactum de ſe nudū eſt verum niſi pactum fiat pro eo cui traditur ⁊ contra ipſum tradentem: vt dicta. l ſi tibi. tūc enim non cadit reciprocatio. Idem niſi traditio fiat ex neceſſitate preambule obligationis ad finez, vt tradens liberet ſe ab ea: vt per glo. in. l. prima. §. accedit. de rei vxorie actione. ⁊ dicetur in. l. traditionibus infra eodem. Quartum eſt veſtimentum coherentia contractus: de 7 quo dicetur in. l. in bone fidei. infra eodem. Iuris † autē ciuilis veſtimenta ſunt quinque, ⁊ ſecundum aliquos ſex. Primum verbis: vt ſtipulatio que requirit certam formam verborum: vt in. l. prima. de verborum obligationibus: qua forma non ſeruata, remanet promiſſio nuda ⁊ debilis quaſi minus conſiderate facta: vt dixi in dicta. l. prima. ⁊ in. l. verb. §. ſtipulatio. de verborum obligationibus. ¶ Secūdum eſt veſtimentum literis ⁊

b ¶ De materia iſtius. l. legem. vltra omnes hic videatis Bald. in cōſi. lxix. in. ij. volu. ⁊ do. Alex. in cōſi. xvi. in. ij. volu. ⁊ eundem do. Alex. in cōſi. xij. in. ij. col. in. ij. volu. S. T.

chirographo in mutuo mere ciuili & in dote confessata: vt institut. de literarum obligatio. & infra, in toto titulo, de non numerata pecunia. & de dote cauta non numerata. Tertium vestimentum est iuris iuri in operas liberatorum. nam alias iuramentum de iure ciuili non vestit pactum, nec facit, vt actio producatur ex eo: vt. l. si quis pro eo. de fideiussoribus. & habetur in. l. Ineratius. ff. de condictione indebiti. dirigitur eni deo non parti. vt habetur in. l. secunda. infra, de iureiurando. de iure autem Canon. non loquitur: quia ius Cano. non indiget vestimento, cum absque eo, vel alio pactum nudum producat actionem: vt dixi in. l. pacta que contra. Quid autem dictum iuramentum introductorium operetur si fuit appositum, dixi in capitulo finali, de foro competent. libro sexto. Quartum vestimentum est operis initio quo vestitur etiam pollicitatio que est minus, quam pactum cum non interueniat in ea consensus recipientis: vt. l. si rem. §. voto. ff. de pollicitationibus. & de hoc habetur in toto titulo, de pollicitationibus. infra. Quintum est vestimentum. l. auxilio, vt in donatione. ad hoc. l. si quis argentu. de donatio. & habetur in. l. legitima. ff. eodem. & forte dicetur in. l. petens. infra eodem. Sextum est dare vestimentum calore iudicij, & sic decisum secundum quosdam per. l. tale pactum. §. qui prouocari. ff. eodem. & per. l. cum ostendimus. §. finali. ff. de fideiussoribus tutorum. & per gl. in. l. generaliter. de episcopis, & clericis. de quo tamen dicetur in. l. sine apud acta. infra. titulo primo. vbi videtur probari contrarium non cauillando illam literam & ita communiter tenetur & forte non esset absurdum dicere etiam quod pactum nudum appositum super negotio de se producto iudicis officium de se producat actionem & vestiatur: vt tetigi in dicta. l. pacta. & habetur. in. l. prima. infra, de sussra. tamen docto. communiter tenent contrarium. vbi ergo non est aliquod de predictis vestimentis pactum remanet nudum. Quo ad tertiam quest. vide que dixi supra, in dicta. l. pacta. & que dicentur in. l. in bone fidei. ff. eo. Sequitur. l. Ex conuentione.

SVMMARIVM.

1 ☞ Duas lecturas habet hec lex & per consequens duo summaria.
2 Pactum de exoneranda re dotali inter maritu & vxorem initum desinit habere effectu soluto matrimonio: nisi res fuerit data pro dote estimata.
3 Si desinit interesse, desinit actio competere.
4 Probatio oritur non solum ex toto instrumento, sed etiam ex qualibet parte instrumenti.
5 Estimatio non solum transfert dominium rei dotalis in recipientem: sed etiam propriam emptionem facit cum limitatione.

a 1 EX conuentione. [a] Ad eos extenditur † pactum ad quos extenditur illud super quo interponitur. hoc dicit. vel sic secundum dominum meum & ma-2 gis ad literam. Pactum † de exoneranda re dotali inter maritum & vxorem initum, desinit habere effectum soluto matrimonio: nisi res fuerit data pro dote estimata. hoc dicit, & clarius. nam quando maritus iste recipit fundum in dotem qui fundus erat alteri obligatus acceptam annuam prestare quousque durat matrimonium interest ipsius illam non prestare, sed quod alius prestet. postquam vero matrimonium solutum est morte viri vt hic. & fundus reuertitur ad mulierem non interest amplius heredum viri, & ideo non agant ex pa-3 cto predicto vnde solet allegari ista lex, quod sit desinit interesse desinit actio competere, & quod exceptio tua non interest repellit vnumquenque etiam a limine iudicij: vt in. l. ille a quo. §. de testamento. ff. ad Trebellianum. & l. si nautem. §. primo. de rei vendicat. & per Innocentium in capitulo, super his. de accusatio. & hoc dicitur in prima parte. l. vbi non durat interesse dorat etiam actio: vt in secundo casu huius. l. vbi fundus fuerat datus in dotem estimatus & sic remansurus erat heredibus viri sicut si ille maritus emisset. intererat ergo ipsorum quod mulier satisfaceret pro obligatione fun-4 di. ¶ In tex. ibi, vt pars instrumenti. not. quod † non solum ex toto instrumento, sed etiam ex qualibet parte instrumenti oritur probatio. ¶ In tex. ibi, ex venditio. no-5 quod † estimatio non solum transfert dominium rei dotalis in recipientem, sed etiam facit propriam emptionem. intellige nisi estimatio probaretur facta ad finem cognoscendi valorem rei & designandi interesse si forte deterioraretur culpa viri: vt. ff. de pretorijs stipulationibus. l. fina. Item nisi facta fuisset ex interuallo: vt. l. fina. infra, de nouationibus. de qua materia habebitis hoc anno in. l. estimate. & in. l. si estimatio. ff. soluto matrimo. Sequitur. l. pacta nouissima.

SVMMARIVM.

1 ☞ Vltimo pacto standum est si derogat effectui precedentis.
2 Qui promittit non vti exceptione, se obligare dicitur: quod est ad statuta notandum.
3 Promissio & actus factus apud acta & in iudicio, efficacior & ponitur illatio post. d. And. Roma.
4 Effectus denominatur a gratia productiua, non a gratia remotiua obstantium.
5 Casus quatuor notabiles in quibus non statur vltimo pacto.
6 Voluntas precedens derogatoria, tollit sequentem in vltimis voluntatibus ita etiam in contractibus.
7 Sigillis maiorum iudicum, quibus permissum est habere sigillum authenticum plena datur fides: & quid de sigillis inferiorum.
8 Sicut pactum de non petendo non tollit ipso iure primum debitum sed per exceptionem ita & vltimum pactum de petendo.
9 Lex si non potest facere in vero facit in ficto.
10 Lex fingit solum vbi est equitas & vbi aliquis iuris effectus resultat.

b 1 PActa nouissima. [b] Vltimo † pacto standum est si derogat effectui precedentis. hoc dicit. ¶ In text. ibi, vsu-2 rum Sequitur &c. not. quod qui † promittit non vti exceptione dicitur se obligare quod nota ad statuta requirentia certas solennitates in obligationibus mulierum. ¶ In tex. ibi, & maxime. nota quod 3 † promissio & actus factus apud acta & in iudicio efficacior est, vnde dicit Bald. quod valet testamentum coram duobus testibus, & iudice si apud acta insinuetur. quod an sit verum vide per dominum meum. l. omnium. infra, de testamentis. ¶ Item not. in fine, quod sublato & remoto impedimento pacti de non petendo, per vltimum pactum de eo petendo reintegratur prima actio non autem oritur noua, ex vltimo. faciunt que dixi in capitulo cum aliquibus, de rescript. in sexto. vbi effectus 4 † denominatur a gratia productiua non a gratia remotiua obstantium & ista potest esse ratio hic. non enim promisit aliud, sed promisit non vti conuentione alioquin magna dubitatio est vtrum secundus contractus tollat siue nouet an vero reformet precedente, vel aliud operetur de quo hic per Baldum. qui ponit etiam multa de materia protestationis. de qua dicemus in. l. alimenta. infra, de negotiorum gestorum act. ¶ In gl. prima exemplum litere clarius est. ¶ In eadem ibi, item hoc verum. not. ad limitationem & modificationem. l. 5 nostre. quatuor † casus in quibus non statur vltimo pacto, sed inquantum gloss. in secunda limitatione vult etiam singulariter secundum Baldum, & Angel. quod 6 voluntas † derogatoria precedens tollit sequentem in contractibus sicut in vltimis voluntatibus, de quibus loquitur. l. si mihi, & tibi. in. §. finali. de legat. primo. hoc verum si voluntas illa derogatoria fuisset expressa secus si fuisset in mente retenta que nihil solet operari: vt. l. si nō repetendi. ff. de condictione ob causam. ad hoc. l. cum in

a ¶ Super hac. l. ex conuentione. vltra Do. hic. videatis do. Fran. Areti. in consil. lxxxiij. S. T.

b ¶ Super hac. l. pacta nouissima. videatis vltra Do. Fede. in cons. vltimo. Rom. cons. cclj. Anch. cons. xi. & cons. clx. Ang. in consi cvi. & consi. cclxij. Pau. de ca. cons. vij. in fine. & cons. lxxxij. & cons. cclxxvij. et consi. cclxxi. do. Alex. consi. xxxiij. in. ij. vol. do. Barba. in cons. li. in. i. vol. & cons. vij. in. ij. vol. do. Fran. Aret. in cons. lxxv. circa practicabile articulum quomodo probetur simulatio contractus. & qn confessio sine causa valet. videatis do. Alex. in cons. iiij. in principio. & cons. xiij. in s. vol. do. Alex. in cons. lxxxiij. in. iij. volu. do. Alex. in cons. xix. in. ij. col. in. iiij. vol. S. T.

plures.§.locator horrei.ff.locat.quam ita intelligit petrus,⁊ Cynus,⁊ est verum hoc dictuz in se,sed tamen ille.§.locator.aliter intelligitur : vt infra patebit.item est verum quando precedens pactum esset derogatorium respiciens futurum expresse:vt si dico quod non intendo promittere animo obligandi me ⁊ si contingeret me in futurum promittere non facio animo obligandi:secus si primum pactum fuit simpliciter factum non respiciens expresse tempus futurum:quia tunc faciendo postea aliud pactum ex interuallo videtur recedere a primo:vt dicto.§.locator.quem ita intelligunt Jacob.butr.⁊ Bart.inducentes hoc ad probationem actus simulate puta in pignore dato sob specie venditionis:quia vt ipsi dicunt necesse erit probare quod tempore quo tu vendidisti fuit pactum quod non esset venditio,sed pignus ⁊ tunc venditio statim secuta presumitur simulata , sed si venditio esset postea secuta ex interuallo non sufficeret illud probare:quia per sequentem venditionem videtur penituisse illius protestationis:vt dicto.§.locator.debet ergo probare quod ille dixit quod non intendebat quod esset venditio ⁊ si contingeret in futurum vendere intendebat quod esset pignus secundum ipsum Bartolum ⁊ Baldum , qui etiam inducit hoc dictum ad intrantem monasterium cum protestatione quod non intendit monachari, vel conuersari an per talem protestationem impediatur conuersatio , vel monachatio concludens quod non nisi protestatio respiceret futurum puta dicendo si me contingeret in futurum promittere non intendo obligari ⁊ idem dici potest de protestante creditori Titij quod si contingeret pro Titio fideiubere non intendebat obligari secundum Angelum ⁊ Paul.de ca.quod ⁊ tenet dominus meus, si creditor consensit protestationi alias secus.argumen. eorum que habentur in dicta.l.alimenta ⁊ ita tenuit. Fulgo.siue loquamur de consensu expresso:vt in.l.pen. §.sed ⁊ si predixerit.ff.naute ,caupones,stabularij.siue tacito argumento gloss.in.l.si fideiussor.in verbo , recusare.ff.qui satisdare cogantur. Item est verum in actu voluntario secus in necessario in quo protestatio nō prodesset:vt dicta l.penul.§.⁊ si. Item est verum nisi specialiter peniteat prioris voluntatis ⁊ somus in actibus qui dependent ex voluntate protestantis : quia tunc precedens volontas non tollit penitentiam specialem: vt.l.si quis.in princip.testamenti.de lega.tertio.⁊ dicta l.si mihi,⁊ tibi ⁊.l.qui in aliena.§.fina.de acquirenda hereditate. ¶ In gloss.in verbo, maxime tibi,quod facit pro literis sigillatis ab episcopis vltra montes quasi dicat quod si vltramontanus portat literas sui episcopi qualiter ipse est clericus,vel est in tali dignitate, vel habuit licentiam ab eo secundum terminos.c.eos,qui .de temporibus ordinati.libro sexto.⁊ litere iste sunt sigillate cum sigillo ipsius episcopi creditur eis : quamuis non sint in forma publica scripte ⁊ non sint testes nec signum notarij nec alia que requiruntur ad essentiam instrumenti ⁊ hoc propter magnam dignitatem episco-

7 pi ⁊ propter eius sigillum. ¶ Not.quod † sigillis maiorum iudicum , quibus permissum est habere sigillum authenticum datur plena fides,sed non sigillis inferiorum de quo vide in capitulo,post cessionem, de probatio.⁊ in capitulo,cuz cessante.de appellatio.⁊ per Imo. in capitulo primo.de fide instr.⁊ per dominos de Rota in decisione.xxij.in nouis decisionibus.⁊ Bald.hic circa finem.⁊ in.l.tribunus.de testamento militis.et per doctores in.l.procuratorem absentem.ff.de procurat. ⁊ per Specula.in tit.de proba.§.videndum restat.vers. decimo per literas ⁊ habetur in cap.significauit.de appellationibus,⁊ est bonus tex.in.l.si quoa per calomniā. supra,de episcopis ⁊ clericis. ¶ In gloss.in verbo, non prohiberis tibi,non tollitur ipso iure primum bene di-

8 cit ⁊ sicut † pactum de non petendo non tollit primum debitum ipso iure,sed per exceptionem:ita ⁊ vltimum pactum de petendo non tollit ipso iure pactum de non petendo,sed per replicationem:vt hic ⁊ in.§.pactus.et ratio est:quia in pactis factum versatur dicit text.in dicto.§.pactus.⁊ illud quod in facto versatur si factuz est nō potest dici nō factum ideo.l.cum nō posset ipso iure per pactum de non petendo tollere primum debitum nec per consequens pactum de petendo posset tollere ipso iure exceptionem ortam ex precedenti pacto de nō petendo quod pactū de nō petendo,induxerat naturalem obligationem ad non petendum:vt tenent communiter doc.in.d.§.pactus.⁊ dixi.ē.in.d.l.pacta que contra.videns equū esse post predicta pacta quis possit sibi effectualiter prouidere id,quod nō potuit facere vere facit ficte.l.per exceptionē,ex equitate pacti,de nō petēdo,per replicationē ex equitate superuenientis pacti,de petendo contra pactum de non petendo.quod vltimuz de petendo elidit elisionem , quam fecerat pactum de non petendo de ciuili obligatione primi contractus. Exceptio enim ⁊ replicatio predicta nititur equitate: vt.l. secunda.de exceptione doli . ⁊ fit ad finem producendi aliquem iuris effectum. ⁊ regula est,quod vbi.l.videt equitatem tunc ad producendum aliquem effectum si

9 † non potest facere in vero facit in ficto:vt supra ad hoc l.prima.§.si vir vxori.ff.de acquirenda possessio. ⁊ notatur per Bartol.in.l.si is,qui pro emptore. de vsuca. Si autem posset facere in vero non faceret in ficto , sed in vero: ⁊ sic radicitus ipso iure:vt in.l.filio quem pater. ff.de liber. ⁊ posthu.sicut facit in Aquiliana stipulatione , vel acceptilatione per quos modos tollit ipso iure precedentem obligationem:vt dictum est in.l.legem.supra eodē.⁊ habetur in dicto.§.pactus.⁊ licet.l.nō possit in vero quod etiam dicto casu ipsa stipulatio precedens non sic facta tum : quia sequens acceptilationem abstulerat omnem virtutem , ⁊ sic ciuilem ⁊ naturalem quam dicta stipulatio habuerat a iure,de quo iure inuenta fuerat ipsa stipulatio : vt.l.prima.ff.de verborum obligationibus,idque faciliter ⁊ vere potuit fieri per.l. que ipsam stipulationem induxerat merito facit in vero per supra dictos modos stipulationis nouantis ⁊ acceptilationis qui modi sublata virtute predicte stipulationis relinquūt eam in sua ciuili materia ⁊ sine aliquo iuris effectu merito.l.super hoc fingere non curauit: quia

10 l.vt dixi fingit † solum vbi est equitas ⁊ vbi resultat aliquis iuris effectus ⁊ hec licet non cum tanta breuitate considerat etiam dominus meus hic.qui vlterius subdit quod sicut pactum de petēdo nō tollit ipso iure precedens pactum de non petendo,sed opus est exceptione ita ⁊ vna stipulatio de petendo non tollit ipso iure precedentem stipulationem de non petendo: quia alij modi sunt inuenti de iure ciuili:vt supra,⁊ dixi.in dicta l.legem.ē.eodem.

SVMMARIVM.

1 ☞ Pactum coherens contractui parit actionem distractus parit exceptionem.
2 Que sunt naturalia aut accidentia contractus.
3 Substantialia contractui,adeo insita sunt,vt nō possint amoueri. salua essentia contractus.
4 Pactum ex interuallo appositum prodest,quantum ad exceptionem.
5 Pactum prodest,quantum ad productionem noui contractus,siue noue obligationis,⁊ noue forme.
6 Casus notabilis , in quo actio prescriptis verbis concurrit cum alia actione ex contractu informato per pactum.
7 Actio prescriptis verbis recipit calorem ex contractu, cui coheret.
8 Vltramontani denegantes vestimētum contractus coherentie,dicunt actionem prescriptis verbis,non oriri ex pacto: sed ex quodam contractu innominato , habita relatione pacti ad contractum.
9 Dictio,ex causam denotat immediatam.
10 Actio que oritur in natiuitate contractus non potest separari ab ipso contractu,sicut separatur in contractu nominato.
11 Pactum de secundum vestitur coherentia sola promissionis.
12 Pactum quando est appositum iuxta contractuz possunt dari due actiones prescriptis verbis:generalis scilicet ⁊ si specialis.
13 Plura requiruntur vt pactum a contractu vestiatur iuxta quem opponitur.
14 Quando incontinenti contractus conficitur.

In bone

IN bone fidei. [a] Pactum † coherens contractui parit actionem: distans vero parit exceptionem. hoc dicit. ¶ Not. quod pactum quamuis de se nudum vestitur coherentia contractus cui incontinenti opponitur, sed appositum ex interuallo non vestitur nec parit actionem. ¶ In gloss. prima ibi, sed hoc maxime videbatur valere etiam interuallo appositum ⁊ hoc per. l. pacta conuenta ff. de contrahenda emptione. sed dic illud verum quando talia pacta fuerunt facta super substantialibus tunc enim pariunt actionem in vim noui contractu sublato priori secus si super naturalibus, vel accidentalibus ipsius contractus. sunt autem † accidentalia que fiunt preter naturam contractus: vt in contractu emptionis pactum de eundo Romam: vt in l. in vendendo. §. primo. ff. de contrahenda emptione. naturalia vero secundum naturam que tamen possunt esse ⁊ abesse secundum quod per pactu disponitur: quia contractus ex conuentione. l. accipiunt. vt pactum quod venditor non teneatur de euictione, que euictio veniebat secundum naturam contractus nisi per pactum fuisset remota: vt dicta. l. in vendendo. in princip. substantialia † autem adeo insita sunt quod non possunt amoueri salua essentia contractus: vt est in emptione, res, et pretium: vt. l. nec emptio. ⁊. l. in venditionibus. ff. de contrahenda emptione. Primis igitur duobus casibus pactum † ex interuallo appositum prodest quantum ad exceptionem: vt hic. ⁊ in dicta. l. pacta conuenta. vnde si venditor ageret ad pretium daretur emptori exceptio ex dictis pactis etiam ex interuallo appositis. Secundo vero casu prodest † quantum ad productionem noui contractus siue noue obligationis ⁊ noue forme per quam necessario corrumpitur prima ⁊ corruptio prime obligationis est generatio noue vnde si re integra augeatur, vel minuatur pretium quod est de substantia dicitur celebrari noua emptio que non informat primam sed destruit ⁊ adnullat: vt dixi plene in dicta. l. pacta. conuenta. cuius subtilitas: vt dicit Bald. ibi est fundata in principijs Philosophie. ¶ In gl. in verbo, actio not. † casum in quo actio prescriptis verbis, concurrit cum alia actione vez. cum actione ex contractu informato per pactum quod videtur contra. l. quoties. de prescriptis verbis. que vult quod vbi datur alia actio non detur prescriptis verbis cum sit subsidiaria, sed dic quod illud est verum quando dicta actio prescriptis verbis, haberet originem ex eodem fonte: secus quando ex diuerso, vt in casu nostro vbi actio antiqua oritur ex contractu nominato qui precessit. actio † vero prescriptis verbis, oritur ex pacto ita vestito, ⁊ calorem recipit a contractu cui coheret: vt in text. nostro ibi ex pacto secundum communes opin. doct. nostrorum. ⁊ gl. in. l. ex placito. infra, de rerum permut. quamuis Ultramontani † denegantes vestimentum coherentie contractus dicant actionem prescriptis verbis, non oriri ex pacto, sed ex quodam innominato contractu, qui resultat habita relatione pacti ad contractum. quo casu vestiretur dictum pactum secuto ab vna parte implemento. non ante: vt. l. ex placito. de rerum permutatione. ⁊ dictum est supra eodem. in. l. legem. de vestimento rei interuentu. ad hoc l. naturalis. de prescriptis verbis. ⁊ sic non esset dare vestimentum coherentie contractus diuersum a vestimento rei interuentu secundum ipsos. quorum opin. communiter reprobatur. Primo, quia text. hic ⁊ plures in l. iurisgentium. §. quinimo. ff. eodem. dicit ex pacto, que dictio † ex, denotat causam immediatam: vt. l. tertia. infra, de actionibus empti ⁊ venditi. ⁊ in. l. prima. §. ex incendio. ff. de incendio, ruina ⁊ naufrag. licet ipsi Ultramont. impropriando exponant, ex pacto. id est, propter pactum. Secundo quia. l. nostra. ⁊. l. petens. infra eodem. cum simi. communiter faciunt differentiam an pactum sit appositum incontinenti, vel ex interuallo quam non oportet facere in dictis contractibus innominatis ⁊ in dicto vestimento rei interuentu: vt dixi in dicta. l. legem. Tertio, quia dicta relatio pacti ad contractum causans contractum innominatum, non potest fieri nisi quando contractus esset pro vna parte, ⁊ pactum pro altera parte, sed. ll. non restringunt se ad hunc casum nec faciunt hanc differentiam: ergo nec nos faciamus. l. prima. §. sin autem. C. de caducis tollen. Quarto, quia istud pactum est pars eiusdem contractus: vt. l. fundi. partem. ff. de contrahenda emptione. ⁊ dicto. §. quinimo. et habetur in. l. lecta. §. dicebam. ff. si certum petatur. ergo actio † que oritur in natiuitate contractus non potest separari ab ipso contractu, sicut separatur in contractu innominato. Quinto, quia vt vestimentum rei interuentu quod est in contractibus innominatis requirit dationem, vel factum, vt dicta. l. naturalis. sed reperitur quod pactum † de se nudum vestitur coherentia sola promissionis. vnde extraneo promittente dotem cum pacto quod reddatur sibi: vt in. l. prima. §. accedit. infra, de rei vxorie actione. vbi pactum predictum vestitur ante dationem, vel factum: ergo non resultat contractus innominatus. Sexto probatur per. l. frumenti. C. de vsuris. secundum Ang. in. d. §. quinimo. Concludo igitur secundum communem opin. quod est dare dictum vestimentum coherentie contractus, vt supra, cuius contractus calore vestitur dictum pactum de se nudum: concurrentibus tamen pluribus, de quibus. C. ⁊ producit actionem prescriptis verbis, in principio, non expectato implemento intellige generalem. de qua in dicta. l. quoties. non curato aliter an resultet vna de quatuor speciebus contractuum innominatorum de quibus in dicta. l. naturalis. que tamen species si resultaret produceret non generalem, sed specialem actionem prescriptis verbis, que datur in contractibus innominatis secuto implemento. ⁊ sic quando † pactum est appositum iuxta contractum possunt dari due actiones prescriptis verbis, scilicet, generalis a princip. ⁊ specialis postea intelligendo: vt supra. ⁊ tertia ad id quod in pactum deuenit ex contractu informato per pactum informans dictum contractum in quo pactum recipitur sicut frumentum receptum in sacco informat ipsum saccum, vt per gloss. in dicto. §. quinimo. ad cuius tamen contractus informationem facienda requiruntur plura. Et primo quod non sit pactum penitus extraneum a contractu, sed possit esse pars pretij, ⁊ quod non sit pactum pro vno tantum, ⁊ contractus pro alio: quia tunc non cadit informatio contractus neque actionis cum pactum dicto casu non reperiat quid informet: quia actio ex contractu datur illi pro quo factus est contractus non aduersario ⁊ sic deficit subiectum informandum secundum Ang. in dicto §. quinimo. vnde puto quod detur exceptio contra agentem, ex contractu. ⁊ dabitur ⁊ prescriptis verbis, specialis implementi propter reciprocationem sicut dicebant supra, Ultramo. ⁊ non actio ex contractu ad id quod deuenit in pacto facto pro altero quam pro eo cui competit actio ad hoc. l. ex morte. infra, de pactis conuentis. Item dixi quod requiritur quod pactum non sit ita extraneum: vt non possit esse pars contractus. ⁊ hoc videtur de mente domini mei hic. exemplum pone in pacto apposito iuxta contractum commodati pro ipso commodatario puta si commodauit tibi librum ⁊ vltra promisit aliquid facere pro te, non videtur quod ad illud quod promissum possit agi actione commodati informata per pactum, sed bene agetur forte prescriptis verbis, generali ex pacto vestito ⁊ calefacto coherentia ipsius contractus commodati. de quo tamen infra. ⁊ ideo dixit Angel. in dicto. §. quinimo. quod pactum interdum vestitur, sed non informat. ¶ Item ⁊ requiritur quod natura contractus patiatur informationem illius pacti alias non informaret puta si esset pactum de plus restreddendo quam sit mutuatum: vt in. l. quadam. §. si tibi. ff. eod. ⁊ in. l. rogasti. §. si tibi. ff. si certum petatur. ⁊ ideo promissio vsurarum in mutuo non producit actionem sine stipulatione: vt habetur in dicta. l. rogasti. § si tibi. ¶ Item requiritur quod non sit pactum super substantialibus ipsius contractus: quia efficeret nouum contractum: vt dictum est. s. in princip. Et hec ad informandum contractum. Que autem † ad hoc, vt pactum vestiatur a contractu iuxta quem apponitur sicut in terminis propositis. l. nostre. etiam requiruntur plura. Et primo quod incontinenti sit appositum alias non recipit calorem: vt hic. ⁊ intellige incontinenti secundum quod infra dicam. Secundo requiritur quod pactum sit pro

¶ Super hac. l. in bonefidei. vltra alios hic, videatis Ange. in consi. lxxij. inci. plures creditores, do. Joan. de anania. in. c. significasti. ij. secundo. extra de homici. do. Alex. in consi. viij. in. iij. volu. ⁊ consi. xlj. in. ij. col. in eodem volu. S. T.

illo pro quo est cõtractus, vel si contractus sit pro vtroque, vel pro altero tantum & econtra si pactum sit pro vtroque, & contractus sit pro vtroque, vel pro altero tantum tunc non vestitur pro illo pro quo est, sed si contractus esset pro vno, pactum pro altero non vestiretur sicut dictum est supra, de informatione. quamuis hic in vestiendo sit etiam alia ratio videlicet: quia non vestit contra se, & non dat arma contra se: vt. l. si tibi. §. locati. verum est tamen quod interdum vestitur & informat ad resolutionem contractus precedentis: vt. l. si cõuenit. ff. de rescindenda venditione. quam ad hoc allegat dominus meus, & non alij & tu allega gloss. & text. in l. i. §. quando decreto opus non est. quod not. informari & vestiri ad resolutionem contractus: licet sit contra ipsum contractum tamen non est contra eum qui appo fuerit pactum resolutiuum contractus qui fuerat factus pro vtroque. & sic non obstat dict. §. si tibi. quamuis detur etiam alia intelligentia ad illum. §. ¶ Item, interdum vestitur a stipulatione facta pro illo contra quem vestitur: vt est quando stipulatio esset pura & pactum nudum contineret promissionem conditionalem repetendo totum illud quod deuenerat in stipulationem: vt l. lecta. §. dicebam. secundum vnum intellectũ. Tertio, requiritur quod pactum, non cõtineat proprie illud idẽ quod ipse contractus: quia tunc videtur interuenire solum causa implendi ipsum contractum, vt contingit in l. certi condictio §. si numos. ff. si certum petatur. in materia sua nisi aliquid vltra contineret: vt. l. lecta. ff. si certum petatur. secundum communem intellectum. Quarto requiritur, quod contractus vestiens non sit accessorius & pactum nudum. sit principale: quia non conuenit quod accessorium vestiat principale sicut nec famulus dominum: vt dicetur in. l. petens. §. eod. & in. l. si pacto quo pena. & habetur in. l. nuda. de contrahenda et committẽda stipulatione. Quinto requiritur, quod pactum non sit extraneum & incompassibile cum ipso contractu: vt dicit Bald. in dicta. l. petens. & tetigi. §. de informatione quod pactũ in hac materia intelligitur extraneum. id est, quando non potest adaptari ad contractum: vt sit pars ipsius contractus, vel precij: vt in terminis. l. fundi partem. de contrahenda emptione. Sexto requiritur, quod natura contractus possit recipere tale pactum alias nõ vestiret puta si esset de pluri quã sit mutuatum: vt. l. si tibi. ff. eodem. & dicta. l. rogasti. Septimo, requiritur quod non sit pactum de substantialibus ipsius contractus. quia super substantialibus est nouus contractus: vt. l. ab emptione. ff. eo. & dicta. l. pacta nouissima. In his ergo casibus pactum nudum non vestitur coherentia contractus. & sic fallit regula. l. nostre. regulariter autem forma manet intantum quod solus vnus contractus interdum etiam vestit plura pacta: vt dicta. l. lecta. sicut ignis calefacit plures homines circunstantes. plus etiam dico quod interdũ vestit pactum quo ad tertium cum quo non est factus contractus principalis propter connexitatem: vt. l. epistola. §. si inter. §. eo. ¶ In glos. in verbo, incontinenti ibi, & non

14 diuerterunt. adde quod etiam si in medio † inter contractum & pactum sit stipulatio debet fieri incontinenti: vt. d. l. lecta. & vestitur illud pactum nudum sicut quãdo essent plura pacta: vt. §. proxime dixi. de quo plenius per Bald. in. d. l. petens. §. eo. ¶ In gloss. ibi, scilicet ex interuallo. sentit ergo gloss. quod etiam si pactum fiat statim post contractum vestiatur ab eo, & ita tenet Bar. allegans pro hoc. l. ij. §. de edili. actio.

¶ Super hac. l. vltra Mod. vos do. videatis, bal. consi. clxv. in. ij. vol. Aneh. consi. cccij. cuma. cõsi. cxxxvi. Roma la te. cõsi. clvij. do. maria. soci. in ru. de dila. arti. vij. do. Alex. in cõsi. v. in. ij. col. in. ij. vol. & do. Felr. in c. i. extra de sen. excom. S. T.

SVMMARIVM.

1 ¶ Penalis stipulationis effectus, quando a precedenti conuentione nuda incipit, debet agi ex stipulatu, non ex pacto.

2 Accessoriũ vt est stipulatio penalis, priñcipale nõ vestit.

3 Ordo circa missionem in bonis debitorum.

4 Missio si fieret ordine non seruato, posset iudex ordinario imperio, & de facto, absque citatione ipsius missi reuocari.

5 Nouatio obligationis vnde', vel vestite per stipulationem penalem, & commissam non fit hodie, nec olim facta fuit secundum Baldum.

6 Reus conuentus ad penam, euitat solutionem pene, purgando moram, & prestando, quod promisit.

¶ SI pactoquo [a] Hoc dicit, Effectus † stipulationis penalis pacto subiecte est exactio pene, vel contractus obseruatio, non citra solennitatem in possessionem missio. hoc dicit, secundum Salicetũ. vel sic, Si pactum nudum precessit stipulationem penalem effectus stipulationis est: vt vel pactũ seruetur, vel pena soluatur. hoc dicit ista difficilis. l. Et pro declaratione casus ante, quam venias ad notabilia capias glo. Primam, que dicit quod hic fuerunt tria pacta. primum nudum de aliqua re permutanda puta. quia nudo pacto conuenit inter te & me: vt ego meum codicem permutarem cum digesto tuo, et quod hoc pactum simplex & sine pena precesserit colligitur ex text. ibi, si placito. Secundum fuit pactum similiter nudum, de pene prestatione. scilicet si rem non permutares & sic placito non stetisses, sed Bald. non placet hoc exemplum gloss. de permutatione eo: quia cum permutatio sit contractus innominatus, & ex eo non oritur actio ante implementum: sequitur quod ante non possit agi ad penam. l. quedam. §. inter locatorem. ff. locati. postea vero agatur ex prima actione etiam citra stipulationem. cuius contrarium hic dicitur ergo non est bonum exemplum secundum ipsum qui ponit exemplum in promissione de aliquid faciendo non respectiue: vt sic predicta non obstent. Rapha autem & Paul. de ca. nituntur saluare gloss. quia si volo agere ad penam: quia per me non stat quominus tradam, sed per te qui non vis recipere possum agere ad penam secundum ipsos qui dicunt de hoc esse casum hic. fatentur tamen quod non possum agere: vt tradas id quod nudo pacto promisisti vt per gloss. in. l. iurisgentium. in prin. ff. eodem. & quomodo possit agi ad penam ante, quam possit agi ad principale promissum dicetur paulo. §. Tertium pactum fuit super pena vestitum verbis: quia subiecta id est, addita fuit stipulatio quoniam prima secundo pacto nuda nõ sufficiebat & sic videtur posse notari ex predictis quod non est verum quod duo pacta nuda producant actus, cuius contrarium dicebat Angel. in. l. si certis annis. §. eodem. vt dixi. §. eod. in. l. pacta, que contra. nisi respondeas quod hic fuit in secundo pacto adiecta pena ideo proceditur maturius ad concedendum actionem: vel hic ideo conceditur & permittitur aliter agi propter duplex pactum nudũ, vbi alias non permitteretur. tamen hoc doct. non dicunt: quia communiter tenent quod hic actum fuerit de facto: vt. §. dicetur. ¶ In tex. ibi, ex stipulatu. supple tu, & non actione prescriptis verbis, vel alia descendente ex pacto: quia quãuis stipulatio penalis apposita sit iuxta pactum nudũ tamen pactum ipsum nudum non informat ipsam stipulationem penalem, neque vestitur ab ea: quia veniebat accessorie ad pactum. ¶ Ex quo not. & semper allegatur quod † accessorium, vt est stipulatio penalis, non vestit principale. ad idem. l. nuda. §. de contrahenda et committenda stipulat. & hoc voluit dicere gloss. magna ibi, item nunquid. & tetigi. §. in. l. in bone fidei. ad limitationẽ ipsius. l. Sed quero quomodo iste agẽs ex stipulatu consequitur id quod in conuentione deuenit: vt hic dicitur si ipsa conuentionem non informauerat stipulationem. respondeo: quia actore agente ex stipulatu ad penam potest reus euitare solutionem pene, faciendo illud quod promisit. & hoc voluit dicere gloss. circa finẽ ibi, metu tertij paretur primo. ¶ Ex quo not. quod vsque ad litem contesta. super pena admittitur purgatio more faciendo promissũ. Sed vlterius quero quomodo potuit agi, ex stipulatu, ad penam cum pena ad huc commissa non esset. nam ex pacto nudo non poterat agi, & si non poterat agi non poterat committi mora: quia vbi nulla petitio ibi, nulla mora, vt. l. si pupillus. de verbor. obligatio. & in. l. nulla. de regul. iuris. & l. Celsus. de arbit. & qui non est in mora non tenetur ad penam que venit committenda propter moram: vt. l. si penam. ff. quando dies legat. ced. & l. si ita stipulatus. de verborum obligationibus. & l. nulla. de reg. iur. & l. lecta.

§. sed

§.sed cum fortis.ff.si cer.pe. ⁊ si pena non est cõpromissa non potest peti.vt.d.l.nuda. Quomodo ergo hic agebatur ad penã, respõdeo hic fuit cõmissa pena,nõ propter morã.sed propter interpellationẽ extraiudicialez, que interpellatio sufficit ad implendũ conditionẽ in stipulatione penali.quia hoc videtur fuisse de mente partium,quãdo stipulatio penalis incepit a precedẽti conventione nuda: si enim promisi tibi codicẽ,⁊ si non dedero codicẽ, promisi penam,videor promittere dare codicem cum petieris. Eo ergo ipso quod te petente non do,existit cõditio penalis stipulationis. hoc tenẽt Almon.⁊ Barto. hic,⁊ in.d.l.nuda. ⁊ ibi Sali.⁊ in d.l.ita stipulatus.de verb.obl.pro quibus facit tex.hic,qui ad denotandũ interpellationem extraiudicialẽ, dixit consequeris: ad denotandum vero actum vltimum iudicialem.dixit exiges.quod ⁊ cõsiderat gl. hic.in si.sed in contrarium facit. d.l.nuda. que ad commission. in penalis stipulationis requirit litis contestationẽ super principali, ergo non sufficit interpellatio extraiudicialis.solvunt predicti doc.quod illud verum quantũ ad hoc, vt pena dicatur cõmissa impurgabiliter:sed hoc non placet Bal.tum propter tex.d.l.nuda.tum qr si pena esset commissa ante contestationem,nõ posset purgari postea.vt.l.si insulã de ver.ob.sed quia committitur in contestatione admittitur purgatio,vt hic:ne idez sit in terminis cõmittendi ⁊ purgandi moram. arg.l.si mã.§.ti. ⁊.fuit igitur alia opi.quod hic actum fuit de facto, ad id quod in cõventione nuda devenerat,⁊ quod ex equitate admittitur ad agendum de facto ad finem constituendi adversarium in mora vel in culpa sicut alias,in.l.si Titius.de verb obl.licet ad finem perveniendi ad sententiam diffinitivã non soleat, quis admitti ad agendum sine actione. vt.l.si pupilli.§.videamus. ff.de neg.gest. ⁊ hanc so.tenuit gl.in.d.l.nuda.⁊ Odofre.hic in prima sua opi.ar.l.si decem cum petiero.de ver.obl.vbi si promisisti decem cum petiero , ⁊ si non dederis promisisti penam , petitio promissi operatur compromissionem pene: tu adverte,quia ibi erat orta actio ad principale promissum. alia fuit opi. Azo in.d.l.nuda.in glo.quod hic actum fuerat ex stipulatu de facto quãvis actio adhuc orta non esset.vt.§.⁊ in. d.l.lecta. §.sed cum fortis, sed precedens opi. Jo plus placet.qr secundũ hãc intelligentiam cessaret dicta ratio agendi de facto,videlicet ad finez conditionis implende.Dy.in regula iuris, non est in mora.de reg.iur.in vi.dicit, quod hic agebatur cumulative ex pacto ⁊ ex stipulatione,vt fieret illud quod in pacto devenit.alias si non fieret petendo penã ex stipulatione, ⁊ sic de facto ⁊ dispensative, ⁊ sic vnum adiuvet alterũ,⁊ sic minus inconveniens resultet. Que omnia ad observandũ voluntatem partiũ intelliguntur inducta,⁊ hoc videtur satis placere Bal. hic.in fin. vbi ponit quasi similem practicam libellãdi,quod actor dicat,peto quod principaliter promisisti,⁊ si nõ solves, peto penã in qua peto te finaliter condemnari ar.eoruz que notantur in.l.i.ff.de act.emp.pro quo allegat Bal. gl.quam dicit esse meliorem,que fit in iure.in.l.ij.§.itez si emptio. de verb.obl.⁊ ab hac opi. nõ multum discrepat vna alia opi.Odofr.ponentis in hac materia practicam libellandi, vt quis dicat hoc modo,peto a te decem,nomine pene:quia non vis permutare gestum tuũ cum codice meo, ⁊ hoc casu antequam contestetur lis liberaris a pena,si tradas.ad hoc.d.l.si insulã.⁊ ista opi. mihi non displicet.quia etiam si prius non constitit an reus voluerit servare principale promissum sufficit, quod constet in exceptionibus suis,sicut alias de turbatione possessionis sufficit, quod appareat per contradictionem rei.argum.l.Pomponius. in si.ff.de acquiren. rerum dominio. ⁊ per Bald. in conclusionibus super Innocentio in tit.de libelli oblatione.Bal.etiam tenet hic actum fuisse de facto,vt glo.dicunt.sed non videtur curare an actũ fuerit super principali vel super penali dummodo de facto.licet hic.in fine ponat practicam libellandi. vt.§. hanc etiam opinio.quod de facto fuerit dispensative actum, tenet dominus meus hic.considerans vltra docto. tect.in.d.l.nuda. dicit post motam litem extitisse conditionem indebiti, videtur quod in ipso motu litis inceperit ortus obligationis, ⁊ sic quod obligatio ante non fuerat orta, ergo non potuit agi nisi de facto,sed tenentes contrariuz opponunt de isto tex. ibi,more iudiciorum. qui videtur velle quod actuz fuerit servato ordine iuris, ⁊ more iudiciorum. tamen responde quod ordo iuris fuit observatus post motam litem , scilicet in reliquo processu : ipse autem motus potuit fieri de facto ad predictam finem implendi conditionem ; licet non potuisset fieri ad finem,vt mitteretur in possessione bonorum. ⁊ tu vltra posses.considerare potes vnum novum intellectũ,quod hic admissus fuit ad agendum ad principale promissum propter fortius vinculum duplicis pacti , quamvis nudi ⁊ tangebam.§.in princi.⁊ in.l.pacta, que contra,tamen docto. non dicunt,ideo non affirmo. alius intellectus est Sal. in.l.petens.§.eodem.⁊ in repetitione vbi dicit quod hic fuit vnum pactum de aliquo faciendo vel dando nudũ vt stipulatio penalis incipiens a precedenti conventione repetitius dicti pacti merito agitur ex stipulatione, vt fiat id quod in pacto devenerat ita repetito. vnde de iure non de facto agitur,qui intellectus nõ displicet domino meo in dicta. l. petens. vbi ipsum refert.

3 ¶ In glossa magna,vsque ad ver.et autem.nota † ordinem qui de iure servandus est circa missionem in possessione bonorum debitoris : nam si ipse est contumax devenitur ad primum ⁊ secundum decretum absque litis contestatione,⁊ sic per interlocutoriam. vt per glo. no.in.l.presenti.§.de his qui ad ecclesias confugiunt. ⁊ hoc est pignus pretorium , vt in illo titulo, de pretorio pign.⁊.ff.ex quibus causis in possess.eat.l.apud Julianum.⁊.l.Fulcinius.⁊ per glossam, ⁊ Bartol.in.l.si finita.§.Julianus.de damno infecto.Si vero non fit dicta missio propter contumaciam , sed fit ex causa iudicati, quod vocatur pignus iudiciale per diffinitivam, vt in dicta.l.a divo Pio.§.in vẽditione. ⁊.§.si pignore ff.de re iudica.⁊ isto vltimo talis missus faciet fructus suos. vt vide plene notata in dicto. §.si pignore. de predicto

4 ordine servando : ⁊ si † missio fieret dicto ordine non servato posset iudex revocare ordinario imperio ⁊ de facto absque citatione ipsius missi secundum glossam not.in.l.si minor. ff.de evictionibus. ⁊ per Innocen.in cap. querelam. de electio. ⁊ similiter quando quis esset per iudicem personaliter captus , non rite ad petitionem creditoris , tunc posset iudex ipsum captum relaxare non citato aliter creditore , vt consuluit Ludovi. in consilio trecentesimodecimoquarto. ¶ In ea. ibi. et autem.prima ⁊ secunda solutio vera est, tertia nõ: quia imo sufficit quod sit certum id quod petitur , licet debitor habeat potestatem solvendi aliud purgando moram , vsque ad litem contestatam super pena petita. ¶ In eadem ibi, item quero ibi,hodie non.passus iste est valde dubius, ⁊ Bald. hic, ponit aliqua, sed dominus meus late per duodecim columnas examinat in.l. rescriptum. §.si pacto. ff.eodem. ⁊ ibi concludit, quod

5 † nec olim nec hodie fit novatio precedentis obligationis nude vel vestite per stipulationem penalez ⁊ commissam , sed fit quedam quasi novatio.vt ibi vide latius per eum dicta contra Bartol. ⁊ in. l. ita stipulatus.§.fin.de verborum obligationibus. que loquitur generaliter etiam in stipulatione penali. ¶ In eadem ibi,item nunquid vestitur de hoc dictum fuit. §.in text. ad limitationem. l.in bone fidei. ⁊ similiter fuit dictum postea de eo de quo hic. ¶ In glossa ibi, item quomodo ad aliud consequitur enim aliud iste actor quam id ad quod egit non vi condemnationis : sed virtutis

6 spontanee solutionis , quia † reus conventus ad penam evitat solutionem pene purgando moram ⁊ prestando quod promisit. ¶ In eadem, in fine,ista etiam est materia longa, ⁊ non expedienda in paucis verbis, ⁊ sic ex textu nostro, ⁊ gloss.colliguntur tria magna dubia in iure.Unum de stipulatione penali an novet de quo per Bartolum. in dicta.l. ita stipulatus.⁊ per dominũ meum.in dicta.l.rescriptum.§.si pacto. Aliud de commissione huiusmodi pene ⁊ more . de quo in dicta l.ita stipulatus. ⁊ in. l.⁊ si post tres. ff.si quis cautionibus. ⁊ ibi dixi. Tertium de purgatione more , de qua per Bartolum , Angelum , ⁊ Imol. in. l. insulam. de verborum obligationibus.⁊ per docto.in dicta.l.si post tres. vbi etiam dixi ⁊ Bald. hic , super quãlibet istarum questionum aliqua dicentem . sed prosequi nunc omnia longius esset , alias dicetur. Tex, pactum quod dotali.hoc dicit in summa.

a ¶ Pro ampliatione huius.l.pactum.vltra Moder.post do.Alexand.hic. videatis gl.in.c.pe.quod metus cā.do.Ange.in cōsi.cxxxvij. in.x.col. S. T. ¶ Ad hāc.l.pactū.an valeat pactū inter aliquos, vt in bonis suis femine nō succedāt videatis Bar.in cō.xxvij.& cōsi.lxxij.& circa tale pactū videatis aliā.q.per eundē in cō.cl.& de ratione huius.l. vltra Mo.hic, & in.l.si.in eo. videatis notabiliter loquētē do. Fulg.in cō.lxxij. & do.Alex.i.l.stipulatio hoc modo concepta. de ver.obli.do.alex. in cō.xxviij.i.iij. vol.eūdē do alexā. in cō.xxix.in vi.col.in.v.volu. S. T.

b ¶ Circa hanc.l. cū proponas videatis vltra mo. hic do.Lu.rom. in cō.cxiij.& cō. cccxlvij.in fine.& ī.articulo.qū tacēs habeatur p cōsentiente vltra alios videatis d. Lanfrā.de oriano.in.l.que dotis.solut. matri. do.Feli.& domi. meū do. Augusti.heroum.in.c. cū.m.Ferrariensis.de constitutioni. S. T.

c ¶ Circa hanc.l. pactū qđ bona side. de isto articulo,an plus valeat pbatio vive vocis ꝙ p instrumētū, videatis late do.Barba.in re. ru.de fi.instru extra in.i.col.& melius in.ij.& videatis Pau.de ca. in cōsi.ccclxx.do. Fran.de cre.fin. suo.cxl.do.Barba.in cō.lxxvi. in pe.col.l.iiij. vol. do.Phili.deciū in ru extra de cōstitutio. col.pen. & fi.& nouissimos in tra.instrumētorū. Et de casibus in qbus requiritur scriptura, vltra Mod. post do.alex. hic, videatis do.Albericū. in.l. iij.ī. si minor se ma.dixerit.& vltra alios huiusmodi casus enumerātē videatis do.meū do.Marcum de mātua in solēni sui repe.l. finalis ī. de edicto diui. Adr.tollē. S.T.

SVMMARIVM.

1 Pactum per quod in dotali instrumento pater promittit, se filiam equaliter cum filio instituturum non valet.
2 Pactum per quod aufertur libera testamenti factio non valet,& nullam parit obligationem,neque ciuilem, neque naturalem.que in milite non procedunt.
3 Pactum de futura successione viuentis,non valet,etiā si fiat cum tertio successuro.& quare.
4 Hereditas viuentis non potest dari in dotem, neque in totum,neque in parte:qo ia adimeretur libertas testandi.
5 Fauorabilior est libertas vltimi arbitrij ꝙ causa dotis.

PActū, quod dotali.

a Non † valet pactum per qood pater in instrumento dotali promittit se filium instituturum equaliter cum filio.hoc dicit. ¶ Nota quod † pactum per quod aufertur alicui libera testa. factio non valet, & nullam parit obligationem nec aliquod ius per quod possit ista filia niti etiam tanquam ex vltima voluntate, nisi testator sit miles. vt.l.licet. ī.eodem. Et sic non † valet pactum de futura successione viuentis, etiam si fiat cum tertio non successuro, vt fuit hic cum marito poelle,de puella instituenda per patrem, secundum Bald. in. l. cum Archimedora. ī. vt in possessionum legatorum. vnde vt dicit Bald. hic, deciperetur vir qui pretextu talis pacti duceret filium alterius in vxorem. Gloss. tamen prima & tertia hic, intelligit pactum fuisse factum non cum marito, sed cum ipsa puella. ideo notat quod erat emancipata, quia si fuisset in potestate dictum pactum habuisset etiaz alios defectus. ¶ No.quod † hereditas viuentis non potest dari in dotem,neque in tota,neque in parte: quia adimeretur libertas testandi. Ex quo infertur quod † fauorabilior est libertas vltimi arbitrij,quam causa dotis.

SVMMARIVM.

1 Fideicommissum inter fratres vicissim iniunctuz potest pacto vicissim remitti.
2 Bona restitutioni subiecta si alienentur presente illo cui restitui debent & non cōtradicente valet alienatio, videatis declarationem.
3 Taciturnitas coniuncta cum affectione sanguinis facit donationem presumi.
4 Presumptio doli, si non presumitur donatio, faciliter cadit in rem, reparatione indigentem,si res,restitutioni subiecta, verisimiliter ante euentum conditionis naturaliter erat peritura.
5 Item,donatio de facili presumitur, quando magna est charitas, & fraterna dilectio inter honoratum & grauatum, &c.
6 Si grauatus de restituendo plures nubiles puellas habet,& ipse esset diues & forte prelatus, & res aliena esset parui valoris censetur tacuisse animo donandi & non repetendi.

CVm proponas.

b Fideicommissum † inter fratres vicissim iniunctū, potest pacto vicissiz remitti.h.d.& dic:vt.ā.eo.in l.i.ibi tñ potest intelligi quod fuerit rogatus vnus tantū, hic vterqꝫ rogatus, & vterqꝫ grauatus,vt hic dicit gl.in fi. ¶ In glossa prima ibi,cum aliter presens nō contradixit. ¶ Nota quod bona † subiecta restitutioni sub conditione si alienentur presente illo cui restitui debent, & non contradicente valet alienatio, quasi ex tacito pacto & tacita remissione fideicommissi,ita quod eueniente conditione ille cui fienda erat restitutio non poterit rem petere ab emptore,sed petet pretium ab herede alienantis secundum Bal. quia videtur remisisse ius suum, & sic sibi in dicto iure preiudicasse ille presens & nō contradicens secundum glo. que tamen non multum firmat hic pedes,sed remittit se ad notata in. l.si fundum per fideicōmissum. de lega. j. ad quam.l.etiam Bart. hic,se remittit & merito se non firmat, quia potest dici quod hic presens nō videatur tacere,quia consentiat: sed quia sciebat ius suum durare vbiqꝫ. vt.l.sicut. §.non videtur. ff.quib.mod.pignus.& quia per suam contradictionē omnino non poterat maxime ante euentum conditionis impedire actū,ne fieret cum interim possit fieri alienatio cōmutabiliter. vt. l.si. §.sed quia.& §.fin autē.ī.cōmunia de lega.& hec opi.placet Pau.de ca. Bal.autē transit cum gl.nostra.ī.in termanis,in quibus loquitur de fideicōmisso inter fratres, 3 quia tunc † taciturnitas coniuncta cum affectione sanguinis facit presumi donationem. ar. l. Procula. ff.de probatio.& l.si seruus causas. de dona.inter viruz.& etiā quia cum sciret fideicomm.& esset presens, videtur malitiose tacuisse iuxta not.in.l.si fine.ī.ad Vellei. Si ergo recte cōsideres rationes Bal.totum hoc cōsistit in pre4 sumptionibus & cōiecturis,vnde si res † subiecta restitutioni verisimiliter erat ante euentum cōditionis, naturaliter peritura vel indigebat reparatione cadet faciliter presumptio doli,si non presumeretur donatio.arg. 5 l.lex que tuto.† ī.de admini.tut. similiter si erat magna charitas & fraterna dilectio inter honoratum & grauatum vel forte precesserat actus, qui inducat obligationē ad antidora.de facili presumeretur donatio. argu.d.l. Procula.& l.si paterno affectu.ī.de neg.ges.& l. si vero. §.inde Papinianus.ff.manda. vbi ex preambula donatione presumitur donatio, imo interduz possent esse tales,que inducerent presumptionem donationis, etiā respectu pretij redacti ex alienatione predicta p ea que habētur in.l.cū alienā.ī.de leg. & in.c.filij de testamen6 tis.& in.l.si res obligata.de leg.iij. Quid enim si † grauatus de restituēdo habeat plures puellas nubilis etatis & neptes siue consanguineas onerati, & ipse erat diues & forte prelatus, & res alienata erat parui valoris, certe videbitur tacuisse animo donandi & non repetendi.arg.dictarum.ll. Lex,pactum quod.hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 Pactum etiam sine scriptura valet in multis tamen casibus scriptura requiritur nedom ad probationem:sed ad esse & pro substantiali forma.

PActū, quod bona.

c Pactū † valet etiā sine scriptura. h.d.multis tamē casibus scriptura requiritur non solū ad probationē,sed etiam ad esse & pro forma substantiali,vt tāgitur hic in gl.& est plenissima glo.in.c.j.de censibus. lib.vi.& habetur in.l. cōtrahitur.ff.de pig. ¶ In gl.in ver.secundum ius no. hāc gl.iuncto tex.pro dictis. §.in.l.pacta, que contra.& ad.c.j.&.ij.de pactis.L.si creditores.h.d.in somma.

SVMMARIVM.

1 Bina summaria secundum binas lecturas.
2 Diuisio facta per vnum alijs prodest.
3 Quid importet dictio quanquam, & dictio quenquam, & dictio quenque.
4 Soluens si expresse dixit, se soluere pro rata sua, vnde ille creditor recipiens, videtur fecisse sibi pactum de non petendo ab eo, quod superest, proderit alijs creditoribus.
5 Si quispiam nedom petijt partem, verumetiā exegit velle diuidere censetur & quomodo intelligatur.
6 An petens vel recipiens partem debiti ab vno ex pluribus correis debendi, videatur sibi preiudicare, quasi tacite pacifcatur,se non petiturum ab illo amplius,nec ab alijs distinguendo proceditur,& notabiliter.

Quando

7 Quando actus potest arctari nature debiti nunquam inducitur tacita debiti remissio.

SI creditores. ª Exceptione † partis debiti facta ab uno de correis soluente pro rata sibi tangente inducitur diuisio, ex qua oritur ceteris exceptio taciti pacti. hoc dicit, vel sic, Virilis portionis perceptio diuisionem totius obligationis inducit, ita vt nec qui soluit possit vlterius conueniri nec ceteri possint conueniri vltra virilem portionem cuiusdam, hoc dicit. ¶ Et secundum hoc

2 Not. quod predicta † diuisio facta per vnum prodest aliis qui non prestiterunt, & hoc propter pactum ex dicta perceptione inductum. ¶ No. quod dictum tacitum pactum prodest absentibus, sicut & in simili dictum est. S. ¶ In textu ibi, quam aliqui libri habent quanquam & non bene, quia si quilibet soluisset suam partem,

3 vt importat † illa dictio quasquam, que est partitiua, id est quemlibet fieret frustra hoc dubium, & ideo melior est litera, quenquam, id est aliquem, vt sic dicamus quod vnus tantum soluit partem suam, non quilibet & de istis dictionibus vide Bartol. in. l. hoc articulo. ff. de heredibus instituendis. ¶ In textu ibi, pro sua persona, pondera hunc textum, ad solutionem contrarij. de. l. reos. infra, de fideiussoribus. de quo in gl. nam

4 per hanc literam videtur probari quod † iste soluens expresse dixit se soluere pro rata sua, siue pro persona sua, vnde ille creditor recipiens videtur fecisse sibi pactum de non petendo ab eo aliam partem, quamuis habuisset eum obligatum insolidum & proderit ceteris creditoribus, hoc est quod singulariter vult ista. l. que sic intellecta bene facit ad titulum, quamuis de pacto aliter non appareat, sicut in simili dictum est in. l. §. supra, eodem. ¶ In glossa magna prima solu. ad. d. l. reos est vera in se. sed non conuenit litere, que dicit quenquam. vt supra, non quenque. Secunda solutio quod ibi egerit contra vnum insolidum, & sic videatur diuidere sentit veritatem, sed non perfecte loquitur, quia non est verum simpliciter quod quis petendo partem videatur diuidere. Soluit ergo Bartol. & Bald. quod hic fuit diuisio, ibi vero electio. & subdit Bartol. quod

5 diuisio, tunc videtur fieri quando † quis non solum petijt partem, verumetiam exegit & quidem non ab eo, a quo non poterat plus exigere: sed ab eo quem poterat exigere insolidum, & ita dicit esse casum hic. ¶ In eadem ibi. l. inter reos. §. 1. ff. de fideiussoribus. soluit gloss. quod perceptio partis, ita demum preiudicat creditori, si ceteri debitores sunt soluendo: ita loquatur hic, alias non preiudicet diuisio, vt ibi & non displicet Bal. tamen Bartol post Iaco. de are. & Oldra. aliter soluit dicens, quod ibi fit diuisio ex quadam necessitate propter beneficium fideiussorum respectu diuisionis, vnde non presumitur liberalitas. argumen. l. rem legatam. ff. de adimen. legatis. sed solutio gloss. potest esse vtilis considerato quod hodie quantum ad beneficium diuisionis sunt exequati principales & fideiussores, nisi sit renuntiatum. ¶ In eadem ibi, vel ibi in vltima voluntate, hec est vera solutio. ad dicta. l. si ex toto. secundum Bartol. qui dicit quod fauore vltime voluntatis perceptio partis non inducit diuisionem. Bald. tamen aliter intelligit illum textum, vt ibi videbitis. ¶ In eadem, in fine benedicit, & ratio est: quia hic potest induci tacitum pactum liberationis de soluente tantummodo portionem suam, ibi non cum soluerit vltra portionem suam quasi recognoscet se insolidum obligatum.

6 Ex predictis igitur, & vltra queritur † an petens vel recipiens partem debiti ab vno de pluribus correis debendi preiudicet sibi quasi tacite paciscatur se non petiturum ab illo amplius nec ab alijs plus parte eorum, plenius recolligendo. Conclude quod aut expresse agitur quod quis non teneatur, nisi pro parte sua, & est clarum: quia statur expresso. vt. l. si conuenerit. ff. depositi. aut non expresse, & tunc aut petendo aut recipiendo. ¶ Primo casu aut petijt ab omnibus & singulis reis debendi ratam suam, & videtur diuidere & pacisci. vt dicta. l. inter reos. & hic text. si dicit quenque, aut a quolibet insolidum, vel ab vno, vel ab alio partem, & ab alio insolidum siue plus, & non est diuisio, a sed electio. vt. l. liberum. infra, de fideiussoribus. & in. l. 1. si plures vna sententia. ¶ Secundo casu recipiendo, & tunc aut plus vel minus recipit ab vno quam ratam suam. & non videtur diuidere nec pacisci. vt in. §. post diuisionem. allegato in gloss. aut recepit formalem ratam, & tunc aut ex vltima voluntate, & non videtur diuisio facta secundum omnes. vt dicta. l. si ex toto. §. primo. de legatis primo. aut inter viuos, & tunc aut habet locum beneficium diuisionis, & non videtur necessarium intelligi aliter diuisionem factam tacite, per petitionem vel receptionem, quia diuiditur ex l. dispositione. vt dicetur infra. titulo primo. l. prima. & etiam in necessitatibus, nemo liberalis existit. vt dicta. l. rem legatam. aut non habet locum dictum beneficium, vel si est renunciatum, sicut est de consuetudine dicere in instrumentis, in quibus plures obligantur insolidum, vel si omnes non sunt soluendo, & tunc aut soluens expressit quod soluebat pro rata sua, & tunc videtur diuidere secundum omnes in textu nostro. Aut non expressit, & tunc valet secundum glossam, & Bartolum hic, sed Baldus. in hoc vltimo tenet contrarium hic. & in dicta. l. si ex toto. §. primo. volens quod vbi est facta petitio vel solutio sine commemoratione certe partis, censeatur facta electio non diuisio per illum textum, qui licet loquatur in vltimis voluntatibus, tamen videtur assignare rationem, quia sunt duo rei debendi, & sic non faceret differentiam inter contractus & vltimas voluntates. quam facit glossa, & Bartolus. Preterea dicit ipse Baldus, post Oldradum, quod

7 quando † actus potest arctari nature debiti. nunquam inducit tacitam debiti remissionem, ergo si non sunt apposita dicta verba, pro rata: non intelligitur facta diuisio: & hoc voluit Paulus de castro hic. Opinionem meus autem tenet secundum glo. & Bartol. quia rationabilis est fauor vltime voluntatis dicto casu, vt facilius executioni mandetur, & quia illud quod dicitur ibi, de duobus reis non ponitur ibi pro ratione predicante, & verba istius textus ibi, pro sua persona non sunt illius soluentis: sed Imperatoris, qui ponit contingentiam facti non verba soluentis, & sic iste vltimus casus propter varias opiniones redditur dubitabilis, & ideo cautela est quod petens aut recipiens portionem debiti ab vno protestetur, quod non intendit propterea diuidere secundum Baldum hic, in fin. & hec de diuisione ex superueniente expresso vel tacito pacto, de qua loquitur ista lex. De diuisione vero que fieret a principio quando plures, simul se obligant proprio nomine. quo casu quilibet tenetur pro virili. vt. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duobus reis. non est materia nostra similiter, nec de diuisione que fit beneficio epistole diui Adriani, vel beneficio noue constitutionis de duobus reis. vt. l. prima. de duobus reis. in authentico, de duobus reis. ¶ Item nec de illa que fieret inter heredes pro hereditarijs portionibus. de qua in. l. pacto successorum. §. eodem. & in. l. §. §. de heredit. actione. & in. l. secunda. §. ex his. de verborum obligationibus. Sequitur lex, licet.

¶ Super hac. l. si creditores. vltra alios hic. videatis Pau. de ca. in consi. clxxiij. cum. 1. in consi. lxxx. do. Barto. vero in can. penultima. & hic omnino videatis do. Plumbi. et do. Riminal. a quibus omnia dicta hic accepit do. phili. decius et do. Purpu. S. T.

SVMMARIVM.

1 Pactum de succedendo ad inuicem non habet vim vltime voluntatis nisi inter milites, & quod dicetur donatio causa mortis.
2 Hereditas vt non potest dari per codicillum, sed requiritur testamentum: ita nec per donationem causa mortis.
3 Miles armate militie circa dispositionem suarum rerum non subijcitur regulis iuris communis
4 Intrantes prelium dicitur intrare periculum mortis. Idem de intrantibus ciuitatem pestiferam.
5 In eadem charta possunt scribi duorum testamenta, faciendo reciprocam institutionem.
6 Generalissimum est verbum rei.

7 Quid importet verbum pertinere, ⁊ verbum potiatur.
8 An in textu noſtro ſit innominata vltima voluntas reſpectu militum.

Licet. hoc dicit.

a Pactum † de ſuccedendo inuicem non habet vim vltime voluntatis niſi inter milites. hoc dicit iſta ſingularis. l. ſecundum Bart. ⁊ Bald. ¶ In textu ibi, nec donationis. no. quod huiuſmodi pactum de inuicem ſuccedendo, licet poſt mortem collatum non eſt donatio cauſa mortis, vt ſolet eſſe quando fit ſub commemoratione mortis. vt. l. Seia. de donatione cauſa mortis. ⁊ gloſſ. inter alias rationes aſſignat vnam, videlicet, quia tali pacto heredem ſibi facere cupiebat, quaſi dicat, hoc non poteſt fieri per viam donationis. ¶ Ex quo no. ⁊ tene menti perpe-
2 tuo ſecundum Bart. quod † ſicut non poteſt dari hereditas per codicillum, ſed requiritur teſtamentum. vt l. non codicillum. infra, de teſtamen. ⁊ l. hereditas. infra, de his quibus, vt indignis nec per donationem cauſa mortis: vt hic, quod intellige verum, ſcilicet directo, ſed per fideicommiſſarium, ⁊ per obliquum bene poſſet dari hereditas per viam donationis cauſa mortis, ſicut ⁊ per codicillum. vt. l. Scęuola. ff. ad Trebelli. vnde dixit Bald. in. l. executorem. infra, de executione rei iudicate. quod de huiuſmodi donatione detrahitur Trebellianica, que venit detrahenda de fideicommiſſo, vt in titulo, ad Trebellia. non de particularibus relictis. vt in titulo. ad legem Falcidiam. ⁊ Paul. de caſt. dicit, quod ſi quis dicit dono tibi hereditatem meam, valet donatio: ⁊ erit perinde ac ſi diceret, dono tibi omnia bona mea poſt mortem meam. vt. l. queſitum. §. final. de legatis primo. ¶ In textu ibi, quoquo mo-
3 do not. quod † miles armate militie non ſubijcitur regulis iuris communis, circa diſpoſitionem rerum ſuarum. vt de teſtamento militis. l. milites. ¶ In text. ibi,
4 diſcrimen prelij iuncto ibi mortis fortunam. no. † quod intrantes prelium dicuntur intrare periculum mortis: ⁊ ideo ſi non ſunt viſi poſtea exire preſumuntur mortui in bello. idem de intrantibus ciuitatem peſtiferam. vt. l. de etate. ff. ad Trebell. ⁊ in. l. tertia. ff. ne quis eum. ⁊ Angel. intelligit hunc textum habere locum in ſpecialiſſimo caſu, quando milites vadunt ad bellum factis iam aciebus, cum dicat pergẽtes ob. ⁊c. ⁊ videtur fuiſſe de mente gloſſ. ibi armati, nec diſplicet domino meo: ſed non puto quod tantum debeat reſtringi. l. noſtra. ex quo aſſignat rationem generalis priuilegij militum in teſtando. quod priuilegium competit ipſis etiam non exiſtentibus in actu pergendi ad bellum. vt infra, de teſtamento milit. l. ex teſtamen. ⁊ l. ſi a fra-
5 tre. ¶ In text. ibi, ſcriptura not. quod † in eadem charta poſſunt ſcribi teſtamenta duorum, faciendo reciprocam inſtitutionem. ⁊ ita dicit Bald. ⁊ etiam Pau. de caſtr. ſe vidiſſe de facto, ⁊ ſolet fieri ſepe inter coniuges, vt etiam vidi. ¶ In textu ibi, ad eum qui ſuperſtes. not. hunc textum pro conſuetudine quorundam militum, qui contrahunt ſocietatem quandam in armis ⁊ equis, ⁊ vocant ſe fratres iuratos, ſed non propterea ſucceditur inuicem, vt patet hic. vbi fuit neceſſarium pactum, de quo hic, ⁊ tu allega bonum textum, ad hoc in. l. cum allegas. infra, de caſtrenſi peculio. lib. xij. poſſet tamen operari dicta conſuetudo, vt puta de ſuccedendo in armis ⁊ equis, de qua vide per dominum meum, in. l. prima. infra, qui teſtamenta. ⁊ in ſimili per Baldum in. l. ſi non ſpeciali. infra, de teſtamentis. de conſuetudine hominum de vno caſato, vt certo modo ſuccedant. ¶ In textu ibi, res eius no. quod per nomina rerum vniuerſalis ſ hereditas ſignificetur. nec
6 mirum, quia † verbum rei eſt generaliſſimum. vt. l. ſecunda. §. res. ff. ſi certum petatur. nec obſt. l. fin. ff. de vſufructu. quia ibi erat alius heres vniuerſalis ſecundum Bartol. hic. ¶ In textu ibi, pertinere not. quod
7 iſtud verbum † pertinere, ⁊ verbum potiatur poteſt importare directam inſtitutionem, hic licet ſint verba communia ſecundum Barto. in. l. Centurio. ff. de vulgari ⁊ pupillari ſubſtitutio. * ¶ In gloſſ. fin. in fin. Barto. concludit breuiter quod in milite eſt teſtamentum, quia poteſt teſtari quocunque modo vult. vt. l. fin.
8 ff. de teſtamento militis. Bald. autem † ⁊ domino meo videtur potius quod ſit vltima volũtas in genere, ſicut dicit vltima opinio gloſſ. ⁊ ſic erit vltima voluntas innominata, quia non teſtamentũ, non codicillus, non donatio cauſa mortis.

a ¶ Circa hanc. l. licet. videatis do. Lu. ro. eã allegãtem in cõſi. xiij. et pulchre ibidẽ decidentẽ. ⁊ in terminis, huiꝰ. l. videatis pulcherrima cõſilia cal. i. ſti. de do. roma. i xxvi. incip. p clariori. et videatis etiã do. Alex. in cõſi. lxxv. in. i. col. in. v. vol. do. Alexan. in cõſi. lxxxiij. in. ij. vol. ⁊ conſil. xxvij. col. ij. in iij. vol. ⁊ de teſtamẽto viri ⁊ cõiugis ꝯfecto in eadẽ charta videatis pulchrã deciſionẽ Old. in ꝯſ. clxxiij. S. T.

* ¶ Bar. ⁊ ſequacium opi. eſt in puncto iuris vera, vt eſt caſus in hac l. ⁊ in alijs, ⁊ in practica obſeruatur vt dicunt hic Do. ⁊ bene. explosis nonnullorũ fabulis. S. T.

b ¶ Super hac. l. traditionibꝰ. rationẽ ad iſtũ textum ponit Bal. in cap. i. in ij. col. quid ſit inueſti. ⁊ de fallẽtijs videatis Roma. ⁊ do. Iaſ. in. l. certi cõdictio ſi cer. pet. ⁊ do. Alex. in ꝯſ. i. col. ij. in. v. vol. ⁊ videatis domi. Bart. Soci. in. l. i. n. §. per procuratorẽ de acqr. poſſeſſio. ⁊ quãdo ſine traditiõe trãſferatur dominiũ aliũ ſingularẽ caſum videatis (vltra doct. hic) poſitũ per do. Ludo. ro. in fin. cccexxiij. ⁊ circa declarationẽ vltra alios, videatis. d. Lud. ro. in cõſil. cvi. do. Lu. ro. in cõſi. lxxxvi. ⁊ cõſi. ccclxxxv. do. Frã. are. in cõſi. lxxij. ⁊ de hoc pleniſſime videatis do. Feli. in rubri. extra de pſcri. S. T.

SVMMARIVM.

1 ¶ Per ſimplex pactum non transfertur dominium, ſed requiritur traditio, vel requiritur vſucapio, ſi tradens non eſt dominus. ⁊ ponuntur hac. l. tria dicta. duo affirmatiua, tertia negatiua.
Ciuilis enim poſſeſſio alterius non impedit acquiſitionem dominij naturaliter poſſidenti ſi tradens eſt dominus.
Caſus in quibus non fit vera traditio, ſed ficta.
Dominus non poteſt plus iuris in alterum transferre, quam ipſe habeat.
Eccleſia, pupillus ⁊ ſimiles perſone, licet domini ſint, tamen non poſſunt adminiſtrare vel alienare res ſuas.
2 Preſcriptio taciti temporis, cuius in contrarium non extitit memoria habetur pro conſtituto iure.
3 Preſcriptio ſtatutaria eſt, vt ſi ſtatutũ diſponat quod per eam queratur dominium, quia in dubio intelligitur de directo, ⁊ ſic in potentiori ſignificatu, ⁊ in ea quo pacto procedatur.
4 Regulariter non transfertur dominium nudo, ⁊ ſimplici pacto abſque traditione, ⁊ quod modis nuda pactio nuncupetur cum fallentijs poſt modum ſituatis quo ad vniuerſale dictum.
Dominium a principe ⁊ Papa transfertur ſine apprehenſione, ex ſola conceſſione.
Incorporale ius non ſubijcitur traditioni, ⁊ nulli queritur corpori ſolo verbo.
5 Per conſuetudinem vel per ſtatutum. aut. l. bene poteſt transferri dominium aut poſſeſſio ſine traditione.

Traditionibus.

b Non poteſt breuiꝰ ſummari, tamen pro intelligentia, hoc dicit. Per
1 † ſimplex pactum non transfertur dominium, ſed requiritur traditio, vel ſi tradens non eſt dominus requiritur vſucapio, hoc dicit. Et ponit tria dicta, hoc eſt tres regulas, quarum due ſunt affirmatiue de dominio transferendo. Tertia eſt negatiua de non transferendo, que tria dicta ⁊ tres regule ſucciſe examinantur in tribus gloſſ. veniam ad primam. ¶ In gloſſa prima hic examinatur prima regula, de traditione, pro cuius declaratione concludit quod traditio, vel quaſi facta a domino, vel quaſi ſupple habili ſaltem cum ſolennitatibus iuris ad transferendum dominium in recipientem habilem ad acquirendum ex cauſa idonea, ⁊ in contractu emptionis ſoluto pretio, vel de eo habita fide dominij tranſlationem inducit, inquantum dixi traditio intellige poſſeſſionis vacue vel etiam non vacue: puta ſi alius eam ciuiliter poſſidet. Ciuilis enim poſſeſſio alterius non impedit acquiſitionem dominij naturaliter poſſidenti, ſi tradens eſt dominus. vt habetur in. l. ſi fundum. ff. de fundo dotali. Nam ciuilis ſola eſt debilior naturali iuncta dominio. vt notatur in. l. tertia. §. ex contrario. ff. de acquirenda poſſeſſio. ⁊ per dominum meum, in regula, ſine poſſeſſione, in ſexto. ⁊ patet in preſcriptione ⁊ acquiſitione fructuum, licet vtraque de per ſe conſiderata ciuilis ſit potentior naturali. vt. l. ei a quo. ff. de vſucapionibus. an autem ciuilis tantum impediat vſucapionem alterius dicetur in ſecunda regula. ¶ Item inquantum dixi, vel quaſi: hoc fuit dictum propter caſum dicti. §. interdum. ⁊ propter alios multos caſus, in quibus non fit vera traditio, ſed ficta: vt per conſignationem rei vendite

vt. l.

vt. l. quod si neque. §. final. de periculo ⁊ commodo rei vendite. ⁊ per solutionem census rei empte nomine communi. vt. l. rura. de omni agro deserto, libro decimo. ⁊ per traditionem clauium. vt. l. clauibus. de contrahenda emptione. ⁊ per traditionem modice terre, vel alicuius ramuli. vt in capitulo secundo, de consuetudi. ⁊ per alios modos, de quibus per glossam. in. l. ij. in princip. ⁊ in. l. prima. §. si iusserim. ff. de acquirenda possessione. In his enim est ficta traditio quedam, sed transfertur per eos modos vera possessio. vt per gloss. ⁊ Bar. in. l. ab emptione. ff. eod. ⁊ est bonus tex. in. d. capitulo. ij. ¶ Item inquantum dixi a domino vel quasi potest poni exemplum de quasi domino in tutore ⁊ procuratore. vt dicto. §. ⁊ secundo. instit. quibus alie. licet ⁊ per gloss. in. l. neque tutores. infra, de procuratoribus. non autem intelligas in eo quasi domino, qui non perfecte vincepitinam licet ipse dicatur habere quasi dominium, vt in titulo. de publi. tamen non posset plus iuris in alterum transferre quam ipse habeat. vt in regula iuris, nemo. ⁊ in. l. nemo. ff. pro so. cum simil. Dominorum autem plura sunt genera, de quibus hic maxime per dominum meum. ⁊ dixi in. l. proprietatis. infra, de probationibus. ¶ Item inquantum dixi habili saltem cum solennitate iuris apparet solutum contrarium quod posset fieri de ecclesia. ⁊ pupillo. ⁊ simili, qui licet sint domini, tamen non possunt administrare vel alienare res suas. vt. l. iusiurand. quod ex conuent. §. primo. ff. de iureiurand. ⁊ maxime sine solennitate. vt in titulo, de pred. minorum. ⁊ rebus ecclesie non alienand. ⁊ duodecima questione secunda, per totum. ⁊ in. l. secunda. infra, de fide instrumentorum, ⁊ iure haste fiscal. libro decimo. ¶ Item inquantum dixi in recipientem habilem ad acquirendum feci, quia sunt multi qui non sunt capaces dominiorum, ⁊ sic eorum que sunt de iure gentium: vt serui pene, ⁊ damnati ad mortem. vt. l. quod attinet. de regulis iuris. ⁊ fratres minores. vt in clemen. exiui. de ver. signif. ⁊ per Bartolum. in. l. cum pater. §. hereditatem. ff. eodem titulo. ¶ Item dixi ex causa habili, quia sunt multe cause non apte ad translationem dominij, neque ad hunc finem tendentes, vt causa depositi, commodati, ⁊ simil. vt. l. nemo. ⁊. l. rei sue. ff. com. Requiritur ergo causa habilis ⁊ apta. vt. l. nunquam nuda. ⁊. l. traditio. de acquirendo rerum dominio. nec refert interdum, an sit erronea dummodo de se sit apta, vt in toto titulo. de condictione indebiti. de qua tamen causa erronea, an ⁊ quando sufficiat ad translationem dominij etiam irreuocabiliter, ⁊ quando vitiet ⁊ impediat translationem dominij vel tribuat solum potestatem reuocandi plene per doctores. in. l. si ego. ff. si certum petatur. ad solutionem contrarij de. l. cum in corpus. de acquirendo rerum dominio, ⁊ plenius etiam habetur in. l. tertia. §. subtilius. ff. de condictione ob causam. ⁊ quid de causa simulata. infra, de postulando. l. si specie dicetur. ¶ Item inquantum dixi in contractu emptionis soluto pretio vel habita fide de eo. adde quod in dubio si res est tradita in contractu emptionis non recepto pretio presumitur de eo habita fides. vt per glossam, in dicto. §. vendite. allegata in gloss. ⁊ in. l. quod vendidi. ff. de contrahenda emptione. nisi emptor dixerit se habere pecuniam ad manus quam non habebat. vt habetur in dicta. l. quod vendidi. ⁊ nisi consuetudo, aut qualitas persone aliud inducat: vt in nundinis ⁊ in stipendiario qui emit sellam, ⁊ eam accepit ⁊ posuit in equo. quia non presumitur propterea habita fides de pretio ab huiusmodi personis ignotis ⁊ recessuris secundum Bald. in. l. si non donationis. infra, de contrahenda emptione. ⁊ dixi in. l. heres absens. §. si quis tutelam. ff. de iudicijs. ¶ Item inquantum concluditur dominij translationem induci intellige talequale erat apud ipsum tradentem: nam directus dominus transfert dominium directum. vtilis vero vtile non directum per dictam regulam, nemo plus iuris. ¶ In gloss. in verbo, vsucapionibus, hic ponitur secunda regula que est similiter affirmatiua, quod per vsucapionem dominium acquiritur: intellige etiam directum, vt hic. est enim mere fauorabilis, ⁊ procedit cum titulo, ⁊ bona fide per decursum triennij, ⁊ habet locum in rebus mobilibus tantum. vt. l. prima ⁊ tertia, de vsucapionibus. nisi forte in rebus mobilibus ecclesie, in quibus non habet locum vsucapio secundum Joannem andream, in capitulo, sine possessione. de regu. iuris. in Mercurialibus. per capitulum primum, de restitutione in integrum. licet dominus meus in dicta regula, sine possessione. teneat contrarium per ea que habentur in authentico, de ecclesie titulis. §. pro temporalibus. de quo in capitulo, illud. de prescriptionibus. ⁊ per Paulum de castro. infra, de restitutione in integrum. ⁊ hoc de vsucapione triennali, de qua in text. De prescriptione autem de qua tangit ista glossa ibi, sed an idem in prescriptione quod ius queratur per eam considera quod aliqua est prescriptio, decem vel viginti annor. de re immobili. ⁊ ista est mixta partim odio negligentis tanto tempore, ⁊ partim fauore prescribentis, quia habet titulum specialem, ⁊ bonam fidem, ⁊ a bone fidei autore. sic enim requiritur hodie per authenticam, male fidei. de prescriptione longi temporis. ⁊ ideo tenet quandam mediam viam inter precedentem, que est mere fauorabilis, ⁊ sequentem que erit mere odiosa: vnde per hanc acquiritur dominium non directum, sicut per fauorabilem: sed vtile secundum glossam, ⁊ docto. in authentica, nisi tricennalis. infra, de bonis maternis. ad hoc gloss. in capitulo, si diligenti. de prescriptionibus. in gloss. fin. vbi dicitur quod prescriptio ius creatum aduocat, non autem creat. quod est verum. nisi forte prescriberetur ex titulo, sententie, qui est multum priuilegiatus; nam tunc acquiretur directum dominium secundum Baldum. vt in. l. Pretor in officium. ff. de damno infecto. facit. l. prima. infra, de condictione indebiti. Sed vnum videtur iniquum ⁊ durum, quod dicta prescriptio ex parte eius, contra quem prescribitur sit odiosa, ⁊ nihilominus currat contra ignorantem. vt. l. fin. infra, de prescriptione longi temporis. qui ignorans videretur potius excusandus, vt in regula, ignorantia. de regulis iuris, in sexto. sed dicas quod satis est, quod subueniatur ei per remedium restitutionis in integrum, ex clausula; si qua mihi. vt per Bartolum. in. l. prima §. si quis autem. ff. de itinere act. que priua. vbi dixit talem ignorantem restitui, vt supra, quia dicitur impeditus impedimento facti, ⁊ non impedimento iuris: nam tunc non curreret contra eum prescriptio. vt in. l. prima. infra, de bonis maternis. ⁊ in. l. prima. de annali exceptione. ⁊ in. l. cum qui. ⁊ in. l. contra maiores. infra, de inofficioso testamento. satis est ergo quod ei subueniatur per restitutionem in integrum. quod autem conseruetur omnino indemnis, sicut ille qui est impeditus impedimento iuris, non videtur conueniens: quia non potest dici omnino vacuus culpa, qui cum sciret rem ad se pertinere eam tanto tempore non curauit. argumen. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquirenda possessione. ⁊ per ea que habentur in regula, non est sine culpa. de regulis iuris. Et ideo si omnis culpa cessaret, non curreret contra eum prescriptio aliquo modo, vnde dominus meus, auus meus, in suo solenni tractatu quartarum, in quarta episcopali in secundo casu. in penultima columna, dixit quod contra eum qui ignorat non solum contra se prescribi: sed etiam ignorat se dominum, puta: quia forte sibi sit legata aliqua res ab extraneo. vt. l. cum pater. §. fundo. de lega. secundo. non currit dicta prescriptio, nec habet locum dicta. l. finalis. quam ipse dominus Petrus intelligit habere locum, in eo qui ignorat contra se prescribi, non in eo qui ignorat etiam se dominum esse secundum eum ibi, ⁊ in consilio quod incipit. ex isto themate tria principalia dubia. ⁊ in alio consilio quod incipit, factum sic proponitur, anno domini. ⁊ est dictum valde rationabile, ⁊ multum placuit domino meo hic. Sed tu vide an contrarium probetur per. l. fundi partem. §. si per fundum. ff. quemadmodum seruitutes amittantur. ⁊ per text. in dicta authentica. male fidei. ibi, dominus ignoret ius suum, vbi dicitur quod tunc demum ignorantia iuris sui impedit prescriptionem illam, quando titulus fuit habitus a male fidei possessore. ergo alias curreret. ⁊ sic non sufficit ignorantia iuris sui, vt in casu predicto:

sed requiritur mala fides autoris, ad impediendum cursum dicte prescriptionis. cogita, & forte posses respondere ad dictum. §. per fundum. quod loquatur in prescribenda libertate aduersus seruitutem, que prescriptio fauorabilior est, cum reducat rem ad suam naturam. & dicta authentica, malefidei. licet loquatur in prescribente titulo quesito, a male fidei possessore. & dicat prescriptionem non concurrere, tamen non dicit propter ea quod currat, vbi autor fuisset in bona fide. Alia est prescriptio. xxx. vel.xl.annorum. inuenta de iure ciuili, non ante. vt in titulo, de prescriptio.triginta vel quadraginta annorum. ad hoc gloss. in. l. qui occidit. ff. ad legem Aquiliam. & ista est mere odiosa inducta odio illius creditoris siue domini,qui tamdiu neglexit & procedit sine titulo,& bona fide. Et ideo per eam minus queritur prescribenti,quam per precedentes, quia non queritur dominium directum, sicut queritur per primam mere fauorabilem: nec vtile, sicut in secunda mista: sed queritur tantum exceptio ipsi prescribenti, vt notatur in dicta. l. si quis emptionis. de prescriptione triginta annorum. & per Joan. andr. in regula.possessor. de regulis iuris. libro sexto. super quarto suo quesito & ita tenent communiter doctores,quod procedit de iure ciuili: sed hodie de iure canonico nihil quereretur, quia nulla prescriptio procedit cum mala fide,vt in dicta regula,possessor. intellige cum mala fide vera, quia ficta mala fides, vt est mala fides autoris non nocet de iure canonico, in casibus in quibus ius ciuile admittit malam fidem, quia tunc cessat peccatum in successore, propter quod ius cano. non admittit prescriptionem, cum mala fide, vt in dicta regula, possessor. & in capitulo, de quarta. de prescriptio. & per Bartolum, & docto. in. l. Pomponius. §. cum quis. de acquirenda possessione. vbi plene de intellectu dicte authentice, malefidei possessore. de prescriptione longi tẽporis. Item intellige quod in predictis terminis, de prescriptione triginta annorum. quod non currat de iure canonico, scilicet quando cum mala fide sine titulo: sed quando adesset bona fides,licet non titulus, vt in illo singulari text. l.si quis emptionis quereretur vtile dominium, sicut in precedenti prescriptione mista. vt habetur in dicto capitulo,quarta. vnde seruatur in practica, quod libellantes dicant rem ad se pertinere iure dominij, vel quasi, & probant quod possiderent per tempus viginti,& triginta annorum. & vltra computato tempore suo & suorum autorum, & sic ex illo generali titulo, pro suo obtinent absque dubio. vt habetur in capitulo, Abbate sane. de re iudicata, libro sexto. quod non esset in prescriptione decem & viginti annorum. vt in. l. prima. ff. pro suo. plus etiam videtur voluisse Bald. in authentica, nisi tricennalis. infra, de bonis maternis. quod si dominus erat sciens & patiens per dictam prescriptionem,queratur etiam directum dominium,quasi ex tacito pacto secundum ipsum: sed hoc non videtur verum domino meo hic,quia tempus &c. vt.l.obligationum fere. §. placet. de actionibus & obligationibus.nec dominus Ludouicus in dicta. l.tertia. de vsucapionibus.quia ad perdendum ius quesitum requiritur verus consensus & expressus.vt notat gloss. in.l.prima. §.penultimo. ff.de dolo malo. ergo non sufficit dictum tacitum pactum ad auferendum domino dictum dominium. facit pro hac opinio. text. in dicta. l.si quis emptionis. in secunda parte ibi, simili pretio &c. per quem textum videtur probari, quod non plus iuris tunc queratur, quam in precedenti casu, & in prima parte illius. l. vbi queritur vtile per prescriptionẽ decem vel viginti annorum. sed tamen dictus textus, in dicta secunda parte non aperit quod domino sciente, vt sunt termini Bald. ¶ Quarta est prescriptio † tanti temporis, in quo in contrarium memoria hominum non existat, que est tante potentie: vt habeatur pro iure constituto. vt. l. hoc iure. §.ductus aque. ff.de aqua quotidiana & estiua. vnde per eam queritur directum dominium, vt dixit notabiliter Baldus hic. & de hac prescriptione, dixi aliqua notabilia in capitulo primo, de prescriptionibus. libro sexto. ¶ Quinta potest considerari prescriptio † statutaria si statutum disponit quod per eam queratur dominium, quia in dubio intelligitur de directo, & sic in potiori significatu. vt. l. Agri ciuitatum. §. qui in perpetuum. si ager vectigalis, vel emphyteuticarius petatur. secundum Bartol. in dicta. l.tertia. de vsucapionibus. quod dictum videtur procedere, ita demum si statutum alias nihil operaretur: secus si aliquid operaretur. argumento eorum que habentur in. l. si serui nostri. ff. de noxalibus. vt esset si prescribens non haberet aliquem titulum, quia de iure communi non prescriberet minori spatio triginta annorum. vt.l.super longi.infra, de prescriptione longi temporis. sed prescriberet autoritate predicti statuti, quia in prescriptione statutaria non requiritur titulus, vt dicit Baldus in. l.secunda. infra, de prescriptione longi temporis. que pro libertate sunt, & alie multe prescriptiones, de quibus non est materia nostra, quia non sunt inuente ad finem querendi dominium: sed redeundo ad primas duas, videlicet ad vsucapionem, que proprie procedit in rebus mobilibus, & prescriptionem decem annorum, Quero quid si quis possedit titu. & bona fide rem mobilem per decem annos, & non vult niti ex vsucapione per quam acquisiuisset directum dominium: sed ex prescriptione per quam acquiritur vtile, vt supra, forte.quia ex vtili non soluitur gabella. dicit Riccia. mala.in.l.prima.infra,de seruis fugitiuis, & libertis.quod potest. & hoc placet Bartol. ibi,& Angelo hic,sed non placet Bald. ibi, quia postquam quis vsucepit triennio rem mobilem, & sic effectus est dominus directus non potuit succedere prescriptio ad acquirendum vtile quod est minus directo, & non poterat esse amplius dominus, vt.l.sequitur. §.lana.ff.de vsucap. & non potest stare in eodem subiecto dominium directum, & vtile contrarians, quia non potest in eodem subiecto esse oppositum. vt.l.vbi repugnantia. de regulis iuris. & l. si homo mortuus. de verborum obligationibus. & l. falsus procurator. infra, de furt. vt ibi vide plenius per eum, & hic per dominum meum, qui nititur saluare Riccia. & sequac.eo. quod iste prescribens potest dicere se habuisse semper animum prescribendi, & non vsucapiendi,si vult niti prescriptione, & econtra si vult niti vsucapione, sicut alias per Bartol. in.l.centurio. de vulgari & pupillari substitutione. in questione illa, quomodo compendiosa facta per verba communia, tempore pubertatis possit valere iure directo, & post pubertatem iure fideicommissi: quia vt ibi dicitur futurus iudicabit euentus,nam si ille decedet in pupillari etate erit directa, si post erit fideicommissaria, & ita censebitur semper fuisse. Sed tamen in casu nostro predicto periculum est, ne ille prescribens per dictam declarationem, videatur fateri se fuisse in mala fide, ideo non transit sine dubitatione: vt etiam dicit hic dominus meus. Et tu adde pro maiori dubitatione text. in. l. secunda. infra, in quibus causis cessat longi temporis prescriptio. vbi factus dominus per vsucapionem non prescribit. ¶ In glossa, in verbo, non nudis. hec est tertia glossa, in qua ponitur tertia regula supradicta negatiua, quod † dominium non transfertur regulariter nudo,simplici pacto & sine traditione, sic enim appellatur nudum pactum in terminis nostris secundum glossam: quamuis sit vestitum. alibi etiam dicitur nudum propter defectum cause. vt. l. secunda. §. circa. de exceptio. doli. alibi propter absentiam partis. vt. l. Pomponius scribit, si negotium. ff. de negotijs gestis. iuncta glossa. alibi dicitur nudum ab obligatione hypothecaria. vt. l. diuortio. ff. eodem titulo. alibi nudum, id est simulatum. vt. l. nuda. de contrahenda emptione. alibi etiam habet alias significationes. vt. l. nunquam nuda. de acquiren. rerum dominio. & l.nuda.de pollicitat. cum simil. hic autem intellige nudum pactum. id est sine traditione. sine qua dominium non transfertur. vt supra. Quod licet sit verum regulariter tamen fallit in quatuor casibus hic enumeratis in gloss. Et primo in pacto. l. commissorie, & adiectionis in diem. vt dicta. l. si quis post. de rei vendicatione. & Cyn. hic, assignat rationem specialitatis, quia retro redit titulus, vnde traditio remanens sine causa, non habet adnexum dominium

minium in persona possessoris. Recuperat ergo tradens directum dominium, quod primo habebat. sic. ff. de iure fisci. l. deferre. §. fin. secundum Bald. hic. qui tamen dicit hoc esse verum quando verba pacti sunt directa, vt res sit inepta, secus si sunt obliqua. vt notatur in. l. i. in glo. magna. infra, de inofficiosis donationib. & per gloss. & Bart. in. l. ij. ff. de donationibus. ¶ Item est verum si dictum pactum fuit appositum in venditione tempore traditionis: secus si ex interuallo, quia tunc eo non obstante, adhuc subesset titulus ex primo. vt per gloss. in. l. ab emptione. ff. eodem. ¶ Secundo fallit in ecclesia. vt dicta. l. fin. de sacrosanctis ecclesijs. ¶ Tertio fallit, in pacto manuum adiectionis. vt dicta. l. si quis sub hoc pacto. ff. de contrahenda emptione. secundum gloss. sed Bald. dicit quod ibi erat duplex reseruatio, scilicet dominij & manuum iniectionis, vnde a princip. dominium non fuit translatum, sed fuit modificate translatio, secundum Bal. ¶ Quarto fallit, in vltimis voluntatibus, vt in iuribus allegatis in gloss. & in. l. a Titio de fur. extra gloss. ¶ Et quinto fallit, in contractu societatis vniuersalis. vt in. l. i. §. fin. & l. ij. ff. pro so. & tu vide que ibi late dixi. ¶ Sexto fallit, in diuisione societatis, secundum Pau. de cast. hic, ad hoc gloss. in. l. & ideo. ff. de condictione fur. & in fin. gloss. magne quam sequitur Bartol. ibi, licet aliqui teneant contrarium, pro quibus tu allega bonum textum, contra gloss. & Bartol. ibi, in. l. actione. §. si post. ff. pro socio. ¶ Septimo posset dici quod fallit iure dotali. vt. l. in rebus. ff. de iure dotium. sed re vera mulieri remanserat qualequale dominium in dote, quod aduenente casu restituende dotis refortificatur secundum Bald. & vide per eundem. in. l. dotis. infra, soluto matrimonio. & in. l. nulla. §. de iure dotium. ¶ Octauo fallit, in principe & Papa, quia ab ipsis transfertur dominium sine apprehensione ex sola concessione secundum Bald. in capitulo primo, de noua forma fidelitatis, in vsibus feudorum & per capit. si tibi absentis de prebendis. in sexto. & ita dicit dominus meus fuisse hic de facto, in quadam bulla cuius vigore egit quis rei vendicatione antequam habuisset possessionem. ¶ Nono fallit, in casu dicte. l. cura. §. de omni agro deserto. libro vndecimo, vbi soluens censum rei empte per alium nomine soluentis & emptoris patiente ipso emptore transfertur dominium in soluentem pro ea parte, qua res fuit empta nomine suo. vt dixi. l. in prima parte. ¶ Fallit decimo, in casu notabili quem ponit Speculator in titulo de locato. §. nunc aliqua. versi. loca. per tex. in. l. prima. si ager vect. ¶ Undecimo fallit, in incorporalibus in quibus queritur ius illud, quod est quasi dominium quoddam illius iuris sine traditione, quia ius incorporale non subijcitur traditioni, & si est mere incorporale, ita quod nulli insit corpori queritur solo verbo. puta iudicis pronuntiantis, vt in iure eligendi. Constituitur enim quasi possessio per solam licentiam. vt per Innocen. in capitulo, cum nostris. de concessione prebende. Idem in vniuersali iudicio petitionis hereditatis. vt. l. statu liber. §. a ceteris. ff. de statuli. quod ius vniuersale est quod intellectuale & incorporale, secundum Bald. hic, in fin. interdum requiritur actus facti, puta patientia. vt dixi in. l. seruitutes ipso iure. ff. de seruitutibus. ad hoc etiam. ff. de acquirenda possessione. & l. sciendum §. qui fundum. ff. qui satisdare cogantur. & l. non est mirum. ff. de pignoratitia actione. talia enim non sunt mere incorporalia. vt ibi, & per Bald. hic, in fin. & hec de dominio querendo ex dispositione contrahentium, aut testatoris pronuntiantis, aut principis

5 concedentis. per † consuetudinem autem vel statutum vel legem bene potest transferri dominium & possessio sine traditione. vt notatur in capitulo, ex parte. de consuetud. Et interdum per prescriptionem queritur dominium sine traditione & possessione, vt in hereditate iacente. vt lege, nunquam. §. vacuum. de vsucapionibus.

SVMMARIVM.

1 ¶ Frangenti fidem, fides frangetur eidem. & alio primo modo summatur hec lex, vt hic per dominum Cornelium.
2 Collecta ex hoc textu notanda.
3 Diuisio & transactio de se sunt pacta nuda, & faciunt vnam de quatuor speciebus innominatorum contractuum.
4 Contractus innominati sunt fauorabiliores.
5 Satis impleuisse dicitur, qui vsufructum constituit ex eo, quod teneatur, etiam ad patientiam in futurum.
6 Iudex non debet pati, vt quis incompetenti iure vtatur.
7 Si colonus maxime partiarius promittat domino colere fundum, si promissa omnia non seruat, certe ante finem temporis erit expellendus.
8 Colonus tribus concurrentibus potest moram purgare.

Cum proponas. h.d.

a ᵃ Ex pacto nudo transactionis & diuisionis datur exceptio possidenti, non autem datur actio non possidenti contra possidentem, nisi interuenit stipulatio: sed bene potest redire ad actionem primam, non obstante pacto: quia non tenetur ipsum obseruare, si aduersarius non seruat. hoc dicit. & ideo semper allegatur ista lex, Fran-

1 genti † fidem fides frangatur eidem: & colligitur ex

2 hoc textu: quia † duo fratres conueniebant de hereditate fratrum premortuorum, & inter eum qui nihil aut minus habebat, & eum qui totum aut plus habebat conuenit, vt bona diuiderentur equis portionibus: & sic facta fuit transactio vel diuisio, vt non peteretur: puta fundus qui per alterum petebatur: dicitur hic, quod effectus istius conuentionis & pacti erit, vt possessor contra fratrem non seruantem: puta, quia promiserat amplius non petere possit se exceptio. tueri. non autem agere, si non possidet nisi apposita fuerit stipulatio: sed potest intentare primeuam actionem, & si excipiatur de pacto replicabit, quod pars aduersa non seruat, & cum hoc concordat lex, diuisionis placitum ff. eodem. & l. qui fidem licite. ff. de transactioni-

3 bus. ¶ Nota primo † quod diuisio & transactio de se sunt pacta nuda, & faciunt vnam de quatuor speciebus contractuum innominatorum, quia sunt nomina generalia. vt de transactionibus, habetur in. l. secunda. ff. de iureiurando. & de diuisione in dicta. l. diuisionis. & sic dabitur actio prescriptis verbis implenti, non autem dabitur nominata actio ex transactio, vel diuisione. ¶ Nota secundo, quod in contractibus innominatis datur ei qui non perfecte impleuit ex parte sua, vt est iste qui promisit non petere forte aliquid aliud de hereditate: nam si possidet rem, que ab altero peteretur, habet de dicta diuisione & transactione, quamuis ipse perfecte non impleuerit, hoc est, quod licet non petat hodie poterit cras quod promisit non petere. quod videtur mirum, cum aliter dicatur in. l. petens. infra, eodem. quod ante implementum in contractibus innominatis non potest excipi neque compensari. sed responde, illud verum esse si nolens excipere nullo modo impleuisset hic autem impleuit quantum potuit & istud implementum sufficit ad dandum reo except. quod tamen non sufficeret ad dandam actori actionem lo-

4 quor † in contractibus innominatis, quia fauorabiliores &c. l. Arrianus. de actio. & obliga. vel forte odio litis, ei qui impleuit quantum potuit: licet non perfecte datur predicta exceptio in dictis contractibus innominatis, ad hoc que habentur in. l. iij. in princip. de condictione ob causam. ff. ¶ Nota tertio, quod si stipulatio intercessit datur actio ex stipulatione, etiam ante implementum, scilicet perfectum, & sic sicut in contractibus innominatis, datur exceptio ei qui impleuit secundum quod potuit. licet non perfecte, vt supra. ita & in contractibus nominatis, sicut est stipulatio, datur actio implenti eo modo quo potest, vt supra, expressum. in lege prima. & ratio, quia in contractibus nominatis, etiam ante implementum est nata actio, vnde faciliter conceditur exercitium ex possibili implemento secundum Baldum hic. quod exercitium non concederetur si nullo modo impleuisset. l. quero, an si.

a ¶ Super hac. l. cum proponas. vltra alios videatis Ioã. de imol. in cõsi. lxxij. Roma. in cõsi. ccij. et cõsi. cch. & de frãgenti fidẽ videatis Pau. de cas. in cõsil. clxxxviij. & si vnus semel, alter bis fidẽ fregit, videatis pulchram decisionẽ Paul. de cast. in consil. cccxciij. in vlt. col. & de frangenti treugas videatis notabilez decisionẽ do. Fely. in c. i. in. ij. col. extra de treu. et pace. & quomodo ex quetione partium nõ pmissa obseruantiũ redd datur nullus cõtractus, vltra alios hic, videatis Anch. in cõsi. cxl. do. Io. de ana. in cõsi. xix. & inquãtũ ad Ro. post do. Ale. hic dicunt, an quis possit se fundare in cõtractu quem impugnat: vltra ipsos habetis decisionẽ Roma. in cõsi. cccclvij. & circa hũc textũ videatis Pau. de cas. in cõsil. ccccxxvij. in. ij. vol. & consi. lxxviij. & do. Alexan. in cõsi. lxxij. in. iij. vol. S. T.

§.inter locatorem. ff. loca. Et ad predicta faciunt que habentur in simi.in.l.corruptione.j.de vsufru.z in.l.ij. 5 §.dare.ff.eod.titu.vbi † satis dicitur impleuisse qui constituit vsumfruct.ex eo quod teneatur etiam ad patientiam in futurum,z sic habes ex hoc secundo z tertio notabili, quare ante perfectum implementum, in contractibus innominatis detur exceptio, z in contractibus nominatis detur actio. ¶No. quarto in ver. nec 6 aduersario.quod † iudex non debet pati quod quis vtatur iure incompetenti, secundum Bald. z dicetur in.l. j.§.vt que desunt aduo. ¶No.vltimo in fi. quod innominatis habet locum ius offerendi: de quo tamen per Bald.in.l.quanuis.j.titulo primo. ¶In glo.in verb. fratrum ibi,vt ei illam remitteres.istud non est bonum exemplu3,quia iste remittendo statim impleuisset. z sic haberet pro se act.argu.ff.de condictione ob causam.l.si quis accepto. z.l. similiter. dic ergo casum. vt.s.videlicet,quod hic fuit pactu de non petendo,vel de non faciendo litem de illo fundo,vel hereditate.quod pactum non dicitur perfecte impleri quanuis iste non petat.vt s.in secundo notabili. ¶In gloss.fi.no.quod quis non tenetur obseruare non obseruanti. vt.s.dixi in summario.z probaui postea in casu quod procedat si mihi non seruasti fidem, ego etiam nolim tibi seruare circa idem capitulum vel connexum, secus si circa separata. vt.l.si duo.ff.de dolo.z in glos.c.quod Deo. xxxij.q.v. secundum do.Anto.z do.Nico.in cap.ij.de iureiuran. vbi. ¶Item procedit in contractibus nominatis ante executionem,non postea.l.inciuilem. j.de rei vend. secundu3 Bal.ibi.pro cuius declaratione facias hic, plures considerationes, z dic quod si vnus nihil seruauit vel modicum quod in idem recidit arg.l.quanuis. de conditionibus z demonstrationibus. z. l.scio. de in integr. restitu.z per Bart.in. l.si proprietatem. de damno infecto.z velit alteram partem compellere ad obseruandum. non potest sine dubio:vt hic.imo videtur quod si defecit in aliquo de pluribus promissis, z adimplendis tempore successiuo, altera pars que huc vsque non defecerat in aliquo, non cogatur prosequi in obseruatione per glossam nostram.z per ea que habentur in.l. si conuenit. ff. pro so.nisi simus in contractibus nominatis post executionem plene factam ab vna parte,quia tunc pars que plene seruauit non potest inuita altera a contractu resilire. sed bene potest ea3 cogere ad implendum. d.l.inciuile. Quod facit ad questiones quotidianas que contingunt inter dominum z colonum,maxime partiariu, qui † sepe promittit domino colere fun- 7 dum immittere formas zc. certe si non seruat omnia: potest etiã ante finem temporis expelli,vt hic quod est verum nisi dominus scienter continuauerit in societate z cultura predicta post defectum, z post non obseruationem coloni, quia tunc si non fuit aliter protestatus quod per continuationem non intendebat preiudicare in iure sibi quesito,videtur hanc(vt ita dicam)felloniã tacite remisisse colono argumen. cap. potuit. de loca. z eorum que habentur in.l.communi diuidundo. ff.communi diuidundo. z glo.in.l.ij. j.de iure emphyteutico. z facit, l.quero. §. inter locatorem. ff.loca. Non tamen intelligas quod per hoc videatur illi colono remisisse suum interesse particulare propter damnum incursum ex non obseruantia, per ea que habentur in. d.l. si conuenit.z in.l.socius,qui in eo.ff.pro socio.vbi bonus text. z ita videtur tenuisse dominus meus: licet non dicat hoc modo, plus etiam videtur posse dici quod ille co- 8 lonus † poterit purgare moram tribus concurrentibus,scilicet ante litem contestatam. z.j. modicum tempus. z quod non intersit aduersario. vt notatur in. l. si post tres. si quis cau. z in. l.ita stipul. de verb.obligationibus.z in.l.i.j.de donationibus, que sub modo.z in d.c. potuit. tamen pro nunc non insisto in hoc de purgatione more: sed quid si vnus impleuit partem eius quod promisit, sed non totum,an possit petere penam ab eo qui nihil impleuit, certe non,secundum Bartol. in.d.l.quero.§.inter lo.z.l.Julianus.§.offerri.de actio. empt. ¶Item quid si ille qui non impleuit ex parte sua soluit penam appositam in cõtractu, an possit compellere partem,vt impleat, videtur quod sic,quasi purgauerit moram.vt.s.soluendo dictam penam, que succedit loco interesse.l.apud Cel. §.Labeo.de exce.doli.z loco rei, id est obseruantie. z ita tenet Bald.hic, in pena pacis rupte. quem sequitur Paul. de castr. volens quod ei qui propter pacem ruptam soluerat penam, non possit par rumpi sine pena, quod z voluit Petr.z Cyn.in.l.petens.j.eod.licet dominus meus hic, in hoc de soluente penam propter pacem ruptam teneat contrarium eo, quod dicta pena videatur apposita propter contẽptu3 non propter interesse.z ita dicit tenuisse Bald. in dicta. l.petens. Sed tu responde quod imo pena conuentionalis videtur apposita pro interesse, non propter contẽptum secundum Joan.andr. in reg. bona fides.de regulis iuris. lib.vi.in mercu. z Bal.in d.l.petens. non dicit loqui de huiusmodi pena, tamen ibi videbimus.illud certum est quod si ille qui rupit pacem z non soluit penam postea offendatur, non dicetur iste vltimo offendens, etiam ex interuallo rupisse pacem,ita vt teneatur ad penam pacis rupte: vt probatur ex hoc text. qui etiam ad hoc solet allegari: sed bene tenebitur ad penam, de iure communi vel municipali contra offendentem, quia non licuit sibi ex interuallo vindictam sumere. l. scientiam. §.qui cum. ad. l. Aquilia3.z ita videtur determinare Joan.and. in reg. frustra.de regulis iuris.lib.vi. in mercuri.in treuga autem dicunt docto. quod licet vnus eam rumpat offendendo alteram partem durantem tempore treuge,non potest propterea pars offensa illam offendentem offendere, quin incidat in penam treuge rupte,secundu3 Innoc. in.d.c.iij.de iureiuran. z.l.actione. §.diximus. ff.eodem.sed ille text. ad hoc parum facit,z imo Jmol. in dicto cap.iij. dicit hoc seruari potius de consuetudine quam de iure. z vide in.l si ex legati causa.de verbo. obligat. In eadem in fin.dicetur in dicta. l.cum mota. infra,titulo primo.

8 ¶Circa hanc.l. pactum curatoris. vltra No.videatis Federi.in cõsi.xciij. Pau. de cast.in consil. xxxix. i.ij.dubio. z cõsi.xiv.z cõs.i. Bar.in cõ.xlvij. do. Panor.in cõsi.xv.z cõsi.xcvij. col.ij. in.ij.volu. do.Barba.in cõsi.vij.col.ij. z cõsi. xlij. col. iiij. in.i. volu. z limitate istu3 textũ quando debitores essent pauperes,qr posset tunc tutor vel curator cõponere. ita decidit Ang.in addi.ad Bart. in.l.id ab vna.j.de anno.z tribu.lib.x. et de materia huius.l. videatis Bal.in rubr.de treu. et pace.Jo.de anania in cõsi.lxxix. z do.Fran. aret. egregie z subtiliter(more suo)in rep.l.ex duob⁹. col.xij.ff.de duo. reis. vltra alios hic. S. T.

SVMMARIVM.

1. ☞Tutores z curatores exigendo, non autem gratis debitum liquidum remittendo, possunt debitores liberare.
2. An tutor possit facere pacem de iniu. patris pupilli, vel ipsius pupilli ciuili, z canonico iure inspecto.
3. Ortus facilius impeditur,quam tollitur.

Pactum curatoris.

a 1 h.d.[a] Tutores z † curatores exigendo non autem gratis debitum liquidum remittendo possunt debitores liberare.h.d. Et ratio quare non possunt remittere debitum, quia remittere vel renuntiare non est administrare, sed dilapidare.vt.l.i.§.sed si trãsigat.ff.si quid in frau. pa.z in.l.seruus furiosi. ff.de manumissionibus. imo e quasi furari secundum gloss.institu.de obligatio.que ex delic.§.furtum.que dicit quod largiri de alieno est species furti, sed de qualibet administratione etiam libera intelligitur excepta dilapidatio z dissipatio. l.creditor. §.Lucius.ff.man. z.l.j.§.fuit questitum. z.l.Imperator. ff.ad Trebellianum.z. l.contra iuris. §.si filius.ff.eod. z multo magis furtum.argumen. ff.de lega. primo. l.si seruus vetitus. ergo non mirum si nec tutor nec curator nec alius legatarius administrator,regulariter potest remittere debitum, quinimo dicit Bal.hic,quod licet possint tacite remittere exceptio. declinatorias per processu3 ad vlteriora, tamen expresse renuntiando nõ poterunt. faciunt.§.quedam dixi in.l.fideiussor.ff.man. plus etiam dicit Bald.quod huiusmodi administratores non poterunt, etiam terminu3 debiti soluendi prorogari. ad hoc.l.qui Rome. §.Callimachus.de verborum obligationibus. z propter ea consului quod priores castri plebis,qui de penis non poterant facere gratiam sine certis solennitatibus, non poterant etiã prorogare terminum ad soluendum ipsas penas, z interim tenebantur delinquentes. ¶In glossa prima ibi, gratis. ergo a contrario sensu bene possunt facere aliquam remissionem causa renuntiationis, puta tutores magistro pupilli moderate donando. vt.l. si plures. ff. de administratione tutorum. z prelati benefactori ecclesie.vt duodecima questione secunda.in canone,propter remun

remunerationem. ¶ In eadem ibi, & liquidum. ergo a contrario sensu possunt remittere debitum inuolutum. vt in d. l. si pignore. & l. interdum qui tutelam. ff. de fur. & l. iusiuran. quod ex conue. §. 1. ff. de iureiuran. Et idem si debitum esset tale, pro quo oportuisset forte cum homine rixoso, & iniquo litigare. facit gloss. in l. iij. ff. de l. commissoria. quia interest huiusmodi personarum litibus & sumptibus non vexari. l. minoribus. ff. de mino. & in. c. dilectus. de simonia. de quo tamen dicetur in. l. preses. infra, titulo primo. Et ex his querit Bald. an
2 † tutor possit facere pacem de iniuria patris pupilli vel ipsius pupilli, concludens post aliqua argumenta, quod si pax expedit pupillo poterit facere pacem, sed si esset ei damnum vel dedecus non poterit, quia tenetur tueri honorem pupilli. & cum hoc transit Paul. de cast. hic, allegans Bene. gandinum in suo tractatu maleficiorum. & hoc vltimum puto verum quantum ad finem, vt propter non seruatam pacem sibi damnosam aut ignominiosam non incurrant penam promissam a tutore faciente pacem: licet do. m. videatur velle contrarium: propterea, quia Christiani debeant considerare non solum bonum & conseruationem societatis humane, vt facit. l. ciuilis. sed etiam bonum anime, vt notatur per Ioan. andr. in regula, possessor. de regulis iuris. lib. vi. fateor tamen quod pupillus & adultus tenetur remittere rancorē animi, vt habetur in. c. si. de homici. lib. vi. & per Bartolum, in dicto. §. quedam. & quod tutor & curator debet recognoscere bonam fidem. vt. l. quoties. de adminstra. tuto. & remittere debitum, imo & restituere quesitum contra conscientiam. vt. l. preses. J. titulo primo. per gloss. ¶ In eadem ibi, sed ibi facit, vt non nascatur actio. bene dicit, & ratio est: quia facilius
3 † impeditur ortus quam tollatur, vt in simi. dictum est in. l. i. & in. l. postquam liti. J. eodem. posset etiam oppo. extra gl. de. l. si. §. si quis. ff. de publi. sed Bal. dicit quod illa non obst. quia ibi non fuit prorogatio, neque remissio, sed mora: nam cum offerretur publicano noluit recipere merito mora publicani nocet fisco. argum. ff. de verbo. oblig. l. si ex legati. cum. l. seq.

SVMMARIVM.

1 ¶ Filius paciscendo vel solutionem recipiendo patri non preiudicat, & quid in monacho aut seruo.

Filius paciscendo.

a Filius † paciscendo, vel solutionem recipiendo non preiudicat patri. h. d. quod vltimum de se procedit si debitor soluens contraxerat cum patre: secus si cum filio. vt. l. si vnus. in princip. ff. eodem. & l. quod seruus. ff. depositi. secundum Bartol. & Bald. hic, qui ex hoc dicunt, quod licet per depositum factum a monacho quesita sit actio monasterio, tamen depositarius soluendo monacho liberatur. ¶ In glossa prima ibi. l. si filius. & ibi. l. contra iuris. Bartol. transit cum glossa nostra. & ad materiam nostre. l. vide dicta. J. eodem. l. seruus. quia ea, que gloss. dicit ibi, de seruo adaptantur in filio secundum congruentiam terminorum: dicit ista gl. & similiter in monacho, vt supra, & habetur in. c. cum olim. de priuile.

SVMMARIVM.

1 ¶ Tria summaria secundum tres lecturas & secundum primam. l. potest induci ad sororem, que maritata ab vno ex fratribus recuperat paternam hereditatem.
2 Illud & idem ius est statuendum in renuntiatione & in pacto cum declaratione, & fallentia tamen.
3 Quartus datur intellectus ad istam legem, si actionem.

Si actionem.

b Pactum † factum vni ex pluribus heredibus non prodest aliis. h. d. secundū primum intellectum gloss. que potest induci ad sororem, que maritata ab vno ex fratribus renuntiat hereditatem paternam: nam talis renuntiatio facta vni, non proderit aliis fratribus, & sic portio sororis applicabitur soli illi, cui facta fuit renuntiatio de tota portione mulieris. quod est verum, si talis renuntiatio fuit facta per mulierem postquam adiuit hereditatem: secus si ante, quia tunc adcrescet omnibus heredibus, vt voluit Dyn. in quodam suo consilio, & Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de testi. §. in primis. & Pau. de cast. hic. & est ratio, quia qui non habuit nec habiturus est partem non facit partem. l. Papinia. §. vnde si quis. ff. de inofficio. testamen. & habetur per Bald. in. l. si duobus. & in. l. duobus. & in. l. cum pater. §. si Titio. de lega. i. & in. l. i. §. in primo. J. de cadu. tollen. potes etiam aduertere vtrum pactum sit personale, vt hic. vel reale: quia Primo casu prodesset tantū illi, cui fit post aditam hereditatem. Secundo casu proderit omnibus. arg. l. si tibi. §. pen. ff. eod. & videtur esse de mente Bald. hic, facientis differentiam inter pactū de non petendo & renuntiationem, de qua. J. predicto tamen intellectui nō videtur conuenire litera ibi, aliis remisisse. que non dicit quod remissio fuerit facta illis, ad quos habebat affectionem: sed aliis. Alius intellectus est quod hec rationabiliter remisit actionem putatiuis heredibus, secundum quem. h. d. ¶ Pactum iure remissiuum factum heredi putatiuo: heredi vero hic non prodest. h. d. secundum alium intellectum. h. d. vel sic ¶ Pactum factum contemplatione putatiui heredis non prodest vero heredi. h. d. Quod potest induci ad aliam questionem quotidianam, pone quod mulier cui maritus fecerat plura legata, credens ipsa mulier quod frater testatoris esset heres, fecit eidem pactum de non petendo, quia diligebat eum, postea apparet alius heres: an possit ista mulier petere legata: & videtur per hunc text. posse dici quod sic, quia mulier voluit aliis prodesse. Bal. dicit hoc esse verum, si talis mulier promisit non petere legata: secus si renuntiauit legatis, quia tunc nunquam poterit petere secundum ipsum. ad hoc. l. sicut. de repu. heredi. sed. d. m. licet non loquatur
2 in propriis terminis, videtur velle † idem in renuntiatione quod in pacto ex quadam tacita & coniecturata mente renuntiantis: que fuit, vt proficeret ei cui renuntiabat non renuntiatura, si credidisset ei non prodesse. ad hoc not. per Bald. in vsi. feu. in tit. de success. feu. §. filia. & in tit. de eo qui filiis & heredi. suis, & per Angel. in suo consilio. lxij. & ita puta tenendum, nisi renuntiasset simpliciter non vt alteri quereret, sed vt ipsa non haberet. argu. eorum que habentur in. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquir. poss. & in. l. ij. ff. pro derelict. & facit. l. antepen. ff. eo secundum vnum intellectum. & ita potest intelligi Bald. dum dicit differentiam inter renuntiationem & pactum. & de istis matribus, que dotate renuntiant, vide per Bald. in. l. pactum dotali. J. de collationibus. & domi. Ludo. in. l. qui superstitis. de acqui. here. ¶ Tertius intellectus est, quod huic mulieri erāt legata nomina debitorum viri, vnde ipsa habebat act. contra heredes, vt cederent sibi actiones contra debitores, & ipsa mulier affectione heredum remisit debitoribus act. pro parte debitorum dicitur hic. quod nō nocet mulieri respectu aliorum debitorum, & h. d. ¶ Pa-
3 ctum † remissiuum per legatarium factum certis debitoribus testatoris contemplatione heredum non prodest ipsis heredibus, quo minus teneantur cedere legatario actiones contra alios debitores. h. d. secundū tertium & vltimum intellectum. ¶ In gloss. in ver. heredum ibi, de cōstituta pecunia. l. si post hec oppositio. venit ad secundum intellectum. J. dictum. & Bar. dicit, quod ibi pactum transit ad eum ad quem transit hereditas, quia fuit factum heredi a quo postea hereditas euincitur, vel per querelam vel per contratabu. hic fuit factum ei qui nullo modo est heres, & verus heres nullam habebat causam ab eo qui pactum recepit. ff. eod. l. si tibi. §. pen. secundum Bald. sed huic solutioni videtur obstare. l. si heres pecuniam. ff. ad Trebell. vbi vis pacti celebrati cum herede, & sic interim quesita heredi non transit in fideicommissarium ex Trebell. ergo eodem modo non debet transire ad eum, a quo hereditas euincitur: solue quod non transit, scilicet ante cessionem postea sic. & ita intelligatur. d. l. si heres. secundum glo. in dicta. l. si post. ad quam Bald. hic, se remittit, vel dic

a ¶ Circa hanc. l. filius paciscēdo. quo modo filius possit preiudicare patri in acquirendis, & in similibus. psoni., & videatis do. Iaso. in. l. iij. §. si filius. ff. qd quisq; iuris. & circa practicabilē hanc. l. vltra D. O. videatis do. Plumbinum, & do. Riminal. hic, & do. Lu. ro. l. cō. ccccxxiij. do. Alex. in cōs. xxxvij. in. iij. vol. do. Iaso in. l. sciēdum. in principiu in penul. & vltima col. ff. qui satisda. cogan. S. T.

b ¶ Super hac. l. si actionem. decisiue procedendo vltra do. Rimi. & do. Purpu. hic, videatis, vos do. Lu. roma. in cōsil. xxij. in. ij. col. Paul. de ca. hic, & in cōsi. cccxj. eūdem Pau. de ca in. l. pactū, quod. dotali. J. de colla. Pau. de ca. in. l. plane. §. si duobus. de legat. i. Pau. de ca. in. l. i. §. idē Ierat. ad trebellia. ff. S. T.

quod.l.ſi poſt.loquitur in conſtituto facto ſuper debito, hereditario quod conſtitutū ſequitur primum debitū ideo prodeſt ei ad quem tranſit hereditas, hic vero in pacto ſimpliciter remiſſiuo, quod cenſetur factum contēplatione eius cui remittitur, ita videtur in effectu intelligere Raph. ꝛ Paul. de caſtr. licet non loquantur hoc modo. ¶ In eadem ſib. ff. eodem.l.antepen. dicit Barto.ꝛ Bald. quod ibi conſtabat quod remittens habuit animum remittendi qui eſſet heres ſecundū vnū intellectum. Ex predictis ergo potes concludere breuiter quod aut eſt certum, quod contemplatione perſone illius tantum eſt factum, ꝛ non tranſit ad alios, vt hic, aut eſt certum quod contemplatione hereditaria, ꝛ trahitur ad alios, ſcilicet heredes. vt.l.ſi poſt. allegata in gloſſ. aut dubitatur, ꝛ tunc aut ille cui eſt factum pactū erat verus heres: ꝛ tunc trahitur ad alios, ad quos poſtea vadit hereditas, puta fideicommiſſarios vniuerſales. vt.l.ſi heres inſtitutus. ff.ad Trebell. aut nō erat verus heres, ꝛ tunc aut poſſidebat mala fide, ꝛ non nocet reſpectu verorum heredum. vt in. §.cum poſſeſſor. allegato in gloſſ. aut bona fide, ꝛ nocet reſpectu veri heredis. vt.l.euicta. ff.de pet.heredi. Lex debitorum. hoc dicit in ſumma.

SVMMARIVM.

1 ¶ Pactum quod fieret inter debitores non preiudicat creditori.
2 Subditi inter ſe non poſſunt facere confederationem ꝛ ligam in preiudicium domini.
3 Si duo ſunt debitores inſolidum, quorum vnus alterum conſeruat indemnem: ꝛ pro hoc videatur vnus principalis, alter fideiuſſor, tamen creditor non tenetur ſequi conuentionem ipſorum.

Debitorum. [a] Pactū † quod fieret inter debitores non preiudicat creditori.h.d. ꝛ poteſt poni exemplum, vt in caſu.l.ſequentis. ꝛ hinc eſt quod † ſubditi inter ſe non poſſunt facere confederationem ꝛ ligam in preiudicium domini. de quo in.l.ſi qui, ex conſenſu de epiſ.aud. ꝛ aliqualiter hic, per Bald. ꝛ ſi duo † ſunt debitores inſolidū, quorum vnus alterum conſeruet indemnem, ꝛ per hoc videatur vnus principalis alter fideiuſſor, tamen creditor non tenetur ſequi conuentionem ipſorum, vt in authent. de duobus reis. poſt prin. ꝛ ex parte rei non poteſt fieri procurator in rem ſuam: niſi creditor conſentiat, vt probat iſte text. ibi, nec mutari intelligitur in perſonalibus. in realibus enim. etiam non conſentiente actore poteſt fieri. l. i. §. vbi in rem actio. ſecundum Bal. hic. ꝛ vide not. in.l.ſi actor malit. ꝛ in.l. Plautius. ff. de procuratoribus. ꝛ que habentur in. l.ſi mandato meo poſt prin. ff. mand.

SVMMARIVM.

1 ¶ Pactum inter heredes debitoris factum, quod alter ipſorum ſoluat debita hereditaria non nocet creditori quominus poſſit agere contra quemlibet pro rata: ſed ipſi inter ſe huiuſmodi pacta ſeruare tenētur.
2 Fauore dotis ille ad quem pertinet ſatiſfacere poteſt vnum, etiam inuitum prius conuenire: idem ſi vnus ex ſocijs factus fuerit ſocietatis maſſarius.

Pacto ſucceſſorum. [b] Pactum † inter heredes debitoris factum quod alter ipſorum ſoluat debita hereditaria non nocet creditori quominus poſſit agere contra quemlibet pro hereditaria portione, ſed ipſi inter ſe huiuſmodi pacta ſeruare tenentur. h.d. iſta.l. per quam poteſt poni exemplum in precedenti.l. que.l. precedens ponit regulam in genere. ¶ No. quod creditor non tenetur ſeruare pacta heredum debitoris ſui inuitus: ſed quero quid ſi velit ſeruare ꝛ ſequi, an poſſit, puta agere inſolidum contra vnū

[a] ¶ Circa hanc.l. debitorum. vltra alios hic, videatis notabiles deciſiones Bal. in conſil. cccclvij. in iiij. Pau. de ca. in ꝯ. ccxx. ꝛ do. Alex. in ꝯ. xciij. in.ij. col. l.v. vol. S. T.

[b] ¶ Circa hac.l. pacto ſucceſſorū. videatis Bal. in auchentica, defuncto. §. ad tertiū. Rimi. Iacobinū, ꝛ do. Purpu. poſt do. Cor. hic. S. T.

[c] ¶ Sup hac ſubtili ꝛ vtili.l. videatis do. Io. baptiſtā de caccialu. in.l.legem. §.eo. ꝛ in tractatu, de pactis. que vi. ꝛ vltra ipſum, videatis optimas deciſiones Pau. de ca. conſi. clxv. do. Fran. Aretin. in conſi. cij. ꝛ conſi. xvij. col. iiij. vbi de clauſula, omni meliori mō. do. Alex. in ꝯ. cxxi. in.i. vol. do Alexā. cōſi. lxi. in. ij. col. ꝛ cōſi. clxxxix. col. fin. in.ij. vol. do. Alex. in cōſi. vi. in tertio vol. do. Alex. in cōſi. xcvi. col. penul. ꝛ conſi. cx. col ij. in v. vol. ꝛ ꝯſi. li. col. ij. ꝛ ꝯſi. lxi. in vlt. col. in. v. volu. S. T.

deputatum, per eos. dicit Pau. de caſt. ꝛ bene quod nō poteſt illum inuitum intellige regulariter conuenire, quia illud pactum non obligauit ipſum inſolidum creditori, ſed bene obligauit alijs coheredibus, tamen ſi ille vnus ſponte ſuſcipiat iudicium, videtur factum pactū de non petendo ab eis per dicta. §. in.l.ij. dixi autem regulariter, quia dicta regula fallit in ſingulari caſu. l. cum ab 2 vno. ff. de lega.ij. vbi fauore † dotis, ille ad quem pertinet ſatiſfacere, poteſt etiam inuitus prius conueniri. idem puto ex equitate dicendum, ſi vnus ex ſocijs factus ſit maſſarius ſocietatis, quia poterit cōueniri ipſe ſolus ab alijs. vt per gloſſ. in.l. verum. §. ſi cum tres. ff. pro ſo. ¶ In gl. in ver. non poteſt ibi, quod ſi nō facit. Et in gl. in ver. conueniri. in princip. Nonne remedia pentur heredibus cōtra heredes non ſeruantes pacta inter eos inita, quod aliqui ex ipſis ſatiſfaciant omnibus creditoribus, quia dabitur actio preſcriptis verb. ad intereſſe, vel ſi tradita fuerit inſtrumenta habentibus ſoluere, vt cum his ſibi debitum exigant, dabitur ad ea condictio ob cauſam, quod Bald. inducit ad ceſſionem factam ob certam cauſam, ꝛ tradita ob hoc inſtrumenta dicens, quod cauſa non ſecuta: ille cedens ꝛ tradens recuperat inſtrumenta, ꝛ poteſt libere vti priſtino iure. quod eſt menti tenendum.

SVMMARIVM.

1 ¶ Pactum de ſe nudum incontinenti appoſitum iuxta ſtipulationem continentem aliud diuerſum illo in pacto deducto: ſed tamen pro eo ſtipulante veſtitur coherentia ſtipulationis, ꝛ actionem preſcriptis verbis parit, informatque ſtipulationem, vt ex ea agatur ad id quod in pacto deuenit.
2 Pactum informat contractum non actionem ex contractu deſcendentem.
3 Valet libellus in quo fuerit dictum, conqueror de tali qui mihi fecit iniuſtitiam ſuper tali re.
4 Caute faciunt libellantes narrare primo factum, poſtea ponere ſpecialem concluſionem.
5 An ſententia debeat eſſe libello conformis, ꝛ quid in petitorio, ꝛ quid in poſſeſſorio, cum pluribus illationibus, alijs notatu dignis.
6 An procedat libellus, in quo peto aliquem condemnari ſecundum formam iuris ꝛ ſtatutorum.
7 Quando pactum eſt pro debitore, ꝛ contractus pro creditore pactum non poteſt informare contractum, vt ex ipſo contractu detur actio, cui actio competit: vt contineatur actio ex contractu ad id quod in pacto deuenit.
8 Contractus nominatus ꝛ a principio veſtitus, poteſt veſtire plura pacta de ſe nuda, quod in nudo pacto non procedit.
9 Impoſſibilis conditio vitiat diſpoſitionē inter viuos non impoſſibilis modus.
10 Interdum tollitur cauſa: ſed non tollitur effectus productus ꝛ cauſatus.
11 Fieri incontinenti ſecundum ethymologiam vocabuli dicitur fieri in actu ſe tenenti.
12 Pactum nudū de iure canonico non debet plus operari ſtipulatione de iure ciuili.

Retens. hoc dicit. [c] Id qđ iuxta ſtipulationem conuenit, poteſt agi ex ſtipulatione. hoc dicit litera in confuſo. vel ſic iuxta gloſſ. in tertio intellectu, qui communior eſt ibi, tu dic ꝛ vltra, Pactum † de ſe nudum appoſitum incontinenti iuxta ſtipulationem continentem aliud diuerſum, quā quod in pacto deuenit: ſed tamen pro eo ſtipulante veſtitur coherentia ſtipulationis, ꝛ actionem parit preſcriptis verbis, informatque ſtipulationem, vt ex ea agatur ad id quod in pacto deuenit. hoc dicit. Et ſecundum hunc intellectū pone exemplum, quod promiſiſti mihi aliquid per ſtipulationem, ꝛ ante vel ſtatim poſt promiſiſti mihi ire pro me Romam, certe ex ſtipulatione ſic informata agetur ad id quod deuenit in pacto, ꝛ preſcriptis verbis, ex pacto veſtito coherentia predicte ſtipulationis: ſed huic intellectui videtur obſtare textus noſter, qui videtur

videtur velle quod stipulatio ista fuerit apposita iuxta
pactum causa seruandi ipsum pactum, vt ibi placiti ser
uandi. sed secundum. 3. dictum exemplum stipulatio ni
hil habet agere cum pacto, nec est apposita propter pa
ctum sine causa seruandi pactum. ergo non conuenit li
tere. responde & ad aptam literam quod stipulatio fuit
apposita causa seruandi pactum. scilicet quod contine
tur in ipsa stipulatione secundum Bartol. sed tunc ite
rum videtur obstare text. ibi, secuta est: nam stipulatio
modo predicto non sequitur, sed oritur cum ipso placi
to potest dici quod stipulatio dicitur sequi ipsum placi
tum ordine intellectus: nam prius quam deducatur in
stipulationem ipsam placitum est in mente stipulan
tium, & sic per hunc modum ipsa stipulatio dicitur se
qui placitum. vt videtur velle hic dominus meus, & do
cto. communiter transeunt cum tertia lectura. Ex qua
nota quod pactum nudum positum iuxta stipul. & con
tractum stricti iuris continentem aliud, quam pactum
vestitur coherentia stipulationis, & ipsam stipulatio
nem informat, de quo vestimento coherentie contractus
dictum est. S. in. l. in bone fidei. & ibi qualiter Ultramon.
denegant, & dicunt istud vestimentum non esse diuer
sum a vestimento rei interuentu quod resultat quan
do pactum est pro vno, et contractus pro alio: ita, vt
effici possit vna de quatuor speciebus contractuum in
nominatorum, vt ipsi intelligunt hanc. l. & ibi etiam de
informatione qualiter contractus informatur a pacto
iuxta se posito. licet Raph. hic dicat non proprie dari
informationem a pacto: sed pactum esse pars contra
ctus. vt. l. fundi partem. ff. de contrahenda emptione.
Et aduerte, quia caute dixi contractum informari a pa
cto non dixi act. informari, quoniam potest esse quod
ex contractu alia actio detur ad id quod deuenit in con
tractu: alia ad id quod deuenit in pacto, vt est si pactum
sit positum iuxta stipul. & pactum contineat quid cer
tum stipulatio incertum, dabitur tunc actio ex stipula
tu ad id quod deuenit in stipula. & certi condictio ad id
quod deuenit in pacto informante stipulationem: & sic
2 patet quod † pactum informat contractum non act. ex
contractu descendentem, vt voluit Ang. in. l. iurisgen
tium. §. quinimo. ff. eodem. & que requirantur ad hoc, vt
contractus informetur a pacto dictum est. S. in. l. in bo
ne. fidei. alia lect. que erat secunda in ordine gloss. labo
rat eodem morbo, quo doctores dicunt laborare pri
mam, prout refertur in gloss. ¶ In text. ibi, secundum
se ferri sententiam postulat. Not. optimum text. pro
bantem valere libellum, in quo concluditur quare po
stulo vel peto pro me sententiam ferri, licet non petam
aliter mihi dari vel fieri, & sic probat quod sufficit ap
ponere in libello illam clausulam generalem petens si
bi ius & iustitiã ministrari absque alia conclusione spe
ciali ad hoc. c. cum dilectus. de ordine cognitionum. & c.
solicitudinem. de appell. sed hoc est verum quando ex
narratis concluditur iustitia libellantis, vt dictis iuri
bus, & hic vbi ex precedente narratione pacti, & stipula
tionis inferebatur iustum esse petitum: ideo Impera
tor dixit recte secundum se &c. imo & si respectu narra
torum libellus esset ineptus, & de ipsa ineptitudine nõ
fuisset oppositum a prin. & sic fuisset admissus & postea
in probationibus appareat causa apta inferens iusti
tiam pro petente, videtur dicendum quod virtute di
cte clausule ex qualitate probationum possit ferri sen
tentia, & lata teneat secundum quosdam. faciunt ea que
dixit Bald. in dicto capit. cum dilectus. quinta colum.
vbi loquens de hac clausula petens sibi ius &c. dicit
quod iustitia intelligitur secundum qualitatem proba
tionum. ex quo libellus fuit admissus per iudicem & ad
uersarium: quia, licet ante fieri non debuerit, factum ta
men tenet, vt. l. i. §. biduum. quando appellatum sit. &
de interdictis & relegatis. l. relegatorum. §. ad tempus.
quod intelligo verum, si ineptitudo erat talis que ex
probationibus fiendis posset aptari: puta, quia actor
generaliter dixerat reum esse debitorem suum. non ex
pressa aliter causa que debuit exprimi secundum dicta
supra, in. l. edita. vel expressa fuit non perfecte conclu
dens, nisi per articulos suppleretur: vt quia dixi Ti
tium teneri mihi ad restitutionem alicuius rei que fue
rat aui mei, & in probatione apparet causa apta, per
quam possit constare de iustitia petitoris valebit sen
tentia, deinde ferenda virtute predicte conclusionis, &
clausule. ad hoc notata per Bald. in. l. si de proprietate.
infra, si a non competente iudice iudicatum esse dica
3 tur. vbi † dixit valere huiusmodi libellum, conqueror
de tali, qui mihi iniustitiam fecit super tali re. vt dixi in
dicta. l. edita. idem si libellans allegabat vnũ ius & pro
bauit aliud compassibile cum allegato & non contra
rium. vnde dixit Anto. de butr. in capitulo primo, de
iudiciis. quod licet libellus sit formatus in petitorio, ta
men potest obtinere quis in possessorio probando in
cumbentia quando est apposita dicta clausula, & si nar
ratio est de pluribus rebus debitis, & conclusio de vna
poterit virtute dicte clausule, non solum ferri sententia
super illa vna specifice in conclusionem deducta: sed
etiam super aliis narratis, vt vult hic dominus meus:
secus ergo puto, quando ineptitudo esset omnimoda
ex defectu forte contrarietatis & incompassibilitatis,
per ea que habentur in. l. si seruus. ff. de iureiurand. &
in. l. ii. §. fin. infra, de iur. propter calumn. vnde re
spondi heri, quod qui petierat fructus tanquam do
minus, deinde cum non posset probare titulum de pro
prietate produxerat mandatum a domino, & probaue
rat se procuratorem domini, non dominum, non iuua
tur virtute dicte clausule, quia probata & libellata im
plicant contradictionem. ¶ Item secus quãdo ex nar
ratis, nec ex probationibus predicto modo factis pos
set elici iustitia petitoris. vnde dixit Bald. in. l. incerti.
infra, de interdictis. in vltima columna ibi. xv. quero
quod qui petit iustitiam ministrari nihil petit, quia iu
stitia nihil dat non petenti: intellige, vt supra, si aliud
non narretur per quod inferri possit quid sit, si illud cir
ca quod versari debeat ista iustitia. Idem quando libel
lus fuisset generalis & diuersimode posset intelligi, & de
dicta generalitate fuisset oppositum, vt per Bald. in
dicta. l. edita. in secunda repetitione: tunc enim dicta
clausula ruit, & nõ prodest libellanti, vt ex predictis pa
4 tet. Caute † ergo faciunt hodie libellantes narrare pri
mo factum, postea ponere specialem conclusionem, vt
dixi in dicta. l. edita. & vltra subdere istam clausulam,
peto mihi ius & iustitiã ministrari, omni meliori modo
&c. de qua clausula omni meliori modo &c. habetur in. l.
iubemus. infra, de testam. & dixi in capitulo primo. de
postu. prelato. lib. vi. sed quero quid si tunc iudex ferat
sententiam contra iustitiam, an valebit argumentum
5 quod non, quia † non est conformis libello, in quo pe
titur iustitia, vt debet esse conformis. l. vt fundus. com
muni diuidundo. Bald. in. l. ius pluribus. de iustitia &
iure tenet quod valeat, quia sufficit quod sit conformis
materie petiti, & non egrediatur eam: licet non sit con
formis in omnibus aliis, quia secundum hoc nunquam
sententia valeret si petitor succumberet, cum petierit
pro se sententiam ferri, & illa lata fuerit contra se: valet
ergo sententia in terminis supradictis, si per appella
tionem, vel aliter rescissa non fuerit, ad hoc notata in. l.
vinum. si certum petatur. verum est tamen quod si com
promissum est factum in arbitrium vel arbitratorem
quod iudicet tantum de iure, si iudicat contra iustitiam
sententia erit ipso iure nulla, quia lata preter suam po
testatem, cum potestas arbitri dependeat a compro
misso. l. non distin. §. nunc de officio. ff. de arbi. de quo
per Imol. in capitulo, quintauallis. de iureiuran. Ex
his ergo apparet quod magna est vtilitas dicte clausu
le, ius & iustitiam administrari pro sustentatione libel
lorum, qui alias sine ipsa clausula paterentur aliquos
defectus, vt supra: nam ipsa clausula facit, vt videatur
intenta actio competens & apta, vt notat Innocen. in
dicto capitulo, cum dilectus. & Bald. in dicta. l. incerti.
de interdict. infra, & in dicta. l. edita. & in. l. fin. infra, de
annali exceptione. ¶ Item facit quod licet actor ex
presse concludat in possessorio: tamen probans in pe
titorio obtineat in ipso petitorio, vt supra. & per Anto.
de butr. in dicto capitulo primo. & per docto. in. l. i. ff. de
edendo. ¶ Item facit, vt si ratione facti possunt elici
plures actiones, quarum alique sunt apte, & alique ine
pte: licet concludatur super inepta non reiiciatur libel
lus. sed admittatur, ita vt libellans & postea probans
obtineat in ea que est apta, vt notatur in dicto capitu.

cum dilectus. ¶ Item facit quod licet actor in libello solum petat adversarium cogi ad soluendum sustentetur libellus, quamuis non petat eum condemnari: propter quod doctores communiter tenent talem libellum non procedere, nisi virtute dicte clausule iuuaretur, ad hoc notata per Bartolum, ⁊ Imol. in. l. si cum nulla. ff. de re iudicata. ⁊ habetur in. l. prima. infra. de executione rei iudicate. ¶ Item facit, vt libellus procedat sine aliqua conclusione: ⁊ hoc, quia illa videtur intentata, que potest colligi ex narratione, vt per Innocen. in dicto capitulo, cum dilectus. ⁊ per docto. in dicta. l. prima. ⁊ tetigi supra, circa illum libellum, conqueror de tali. Esset etiam cautum vltra dicta verba adijcere, ⁊ predicta omnia ⁊ singula narrat ⁊ petit omni meliori modo, via, iure ⁊ forma, qua ⁊ quibus magis ⁊ melius fieri potest secundum formam iuris ⁊ statutorum, ⁊ subdere dictam clausulam, petens in predictis sibi ius ⁊ iustitiam ministrari omni meliori modo, vt supra, secundum narrationem ⁊ petitionem, vel secundum narrationem aut petitionem, ⁊ secundum formam iuris, seu statutorum, seu synodalium constitutionum, vel secundum consuetudinem: ⁊ secundum quod melius ⁊ aptius potest congruere intentioni sue petens in predictis, ⁊ circa predicta non solum, vt petuntur: sed etiam vt narrantur, ⁊ vt rei veritas est sibi iustitiam ministrari. hanc practicam. posuit excellentissimus doctor dominus Marianus de socino, in capitulo secundo, de libelli oblatione in decimotertio articulo principali. dixi autem dictas clausulas alternatiue ⁊ copulatiue ad tollendum dubitationem, vtrum cumulatio ipsarum possit concurrere: cum videantur in quibusdam inducere contrarietatem, de quo per Bartolum, in. l. prima. ff. erro-

6 re aduoca. vbi videtur velle quod † libellus in quo peto aliquem condemnari secundum formam iuris ⁊ statutorum non procedat, quia proponit act. de iure communi ⁊ conclusionem ex iure statutorum contra. l. quod in herede. §. eligere. ff. de tributoria actione. contrarium tamen determinat Bald. ibi. pro quo bonus textus in capitulo primo, de noui operis nuntiatione. ⁊ in. c. cum venissem. de eo qui mittit in possessio. causa rei seru. ⁊ tangit Bal. in. l. Gallus. §. si eius. de liberis ⁊ posthumis. bonum est tamen ad tollendum dubitationem, licet etiam disiunctiue, vt supra. ¶ In glossa prima ibi, aliud quod ⁊c. hic est secundus intellectus qui laborat eodem morbo, quo primus, de quo supra: differt tamen ab illo, quia in hoc pactum se refert ad stipulationem, quasi veniens ad declarationem ipsius stipulationis: sed in illo econtra stipulatio se refert ad pactum, ⁊ de huiusmodi pacto declaratiuo stipulationis dixi. in. l. i. §. si quis simpliciter. ff. de verborum obligatione. ¶ In eadem ibi, tu dic iste est tertius intellectus qui communiter reprobatur, vt supra. ⁊ ex eo elicitur id quod dictum est in summario. ¶ In eadem ibi, sed quid sine aliquid docto. communiter transeunt cum hac gloss. volente, quod si stipulatus sum a te centum mutuo sine vsuris ⁊ nudo. pacto promisi aliquid tibi facere istud non informat veterem ex stipulatione: quam non ipse, scilicet paciscens: sed alius, scilicet creditor fecit, quasi

7 dicat, quod † quando pactum est pro debitore ⁊ contractus pro creditore pactum non potest informare contractum. vt ex ipso contractu detur actio contra creditorem cui actio competit, vt contineatur actio ex contractu ad id quod in pacto deuenit. ⁊ quod gloss. dicit sine vsuris: ideo dicit, quia vbi vsure fuissent promisse, tunc contractus diceretur celebratus pro vtroque, ⁊ similiter in alijs contractibus vltro citroque obligatorijs: itaque tunc pactum non daret simpliciter formam contractui sine actioni contra eum cui competit actio. In casu ergo predicto, omnes tenent actionem sue contractum veterem non informari per pactum nudum, ne resultet dicta repugnantia quod detur mihi actio contra me ipsum. sed nunquid vestiatur ab ipso contractu iuxta quem apponitur: ita, vt detur actio prescriptis verbis ex pacto. gloss. dicit quod non in. l. iurisgentium. §. quinimo. ff. eodem. Vltramon. videtur velle contrarium, quia si creditor promisit debitori aliquid resultat contractus innominatus, ergo oritur actio prescriptis verbis, superueniente vestimento rei interuenientis. Bartol. ad concordiam reducit dicens, verum esse quod non oritur actio prescriptis verbis ex pacto, ⁊ quod non vestitur pactum coherentia illius contractus, quia non vestit pactum nisi ad vtilitatem illius pro quo contractus est celebratus. l. si tibi. infra, loca. remanet ergo nudum. ⁊ non petens ad producendum act. ⁊ ita loquitur dicta glossa. sed habita relatione pacti ad contractum, resultat contractus innominatus, ⁊ secuto implemento ex parte vnius oritur implementi actio prescriptis verbis, scilicet specialis ex ipso contractu innominato, ⁊ ita loquuntur Vltramon. ⁊ bene secundum Bart. tu de hoc dic, vt. §. in. l. in bonefidei. ista tamen prescriptis verbis, specialis non oritur a prin. contractus: sed secuto implemento, vt supra, ⁊ sic erit alterius nature, ⁊ alterius vite quam precedens illa generalis: que si oriretur esset subsidiaria a princip. ipsius contractus, vt habetur etiam in dicta. l. in bonefidei. ⁊ hic per Bartolum. ¶ In eadem ibi, item ad hoc bene dicit, ⁊ fuit declaratum supra, eodem. l. si pacto, quo penam. ⁊ conclusum quod accessorium vestitum non vestit principale nudum. sicut nec famulus dominum intellige vestimento coherentie contractus, de quo loquitur ista glos. sed vestimento rei interuentus quod vestimentum cadit in quatuor contractibus innominatis quando termini essent apti, vt dictum est in dicta. l. in bone fidei. solutio pene haberetur pro implemento, ⁊ sic vestiret contractum pro soluente, sicut si impleuisset ex parte sua cum ipsa pena succedat loco rei. vt. l. si quis a socio. ff. pro so. ⁊. l. predia. de actionibus empti ⁊ venditi. ⁊ dictum est, supra, in. l. cum propo. la secunda. dummodo non sit minus in pena quam in primo pacto, alias secus. vt. l. fin. ff. de condictione causa data. ⁊ ita intelligit Bartolus, hanc glossam dicens, quod hoc modo, intellecta non discordat ab opin. Vltramontanorum, qui tenebant quod si stipulatio penalis continet tantum, quantum primum pactum ⁊ soluatur, vestit illud pactum, sicut si solueretur ipsa res: sed aduerte, quia id potest habere locum, quando pactum est pro eo contra quem penalis stipulatio interponitur, sed termini gloss. sunt, an stipulatio penalis vestiat pactum nudum, ei pro quo ipsa penalis stipulatio interponitur, ⁊ sic vtraque opinio potest saluari in suis terminis secundum Bartolum hic. ⁊ si queratur quomodo in terminis Vltramon. loquentium, quando facta relatione stipulationis ad pactum resultat vna de quatuor speciebus contractuum innominatorum potuit vnus impleri soluendo penam que adhuc commissa non erat, imo adhuc poterat penitere: dicit dominus meus. quod hic qui soluendo penam, dicit se impleuisse forte promiserat preuenire, ⁊ sic incipere seruare promissa, quo casu dicit ipse vltra docto. non habebit locum penitentia re integra in illis quatuor contractibus innominatis, quia tunc non est par vtriusque cōditio. que sunt valde notanda, si sunt vera ad promissionem de preueniendo que non esset facta expresse, sed tacite: puta, quia impletio alterius partis veniret fienda ex eo quod daretur vel solueretur per istam, que tacite promisit preuenire. quod tene menti ad intelligentiam. l. si pecuniam ideo accepe. in princ. de condictione causa data. super illa glossa, vt quia iurasti, ⁊ vltra posses forte dicere, quod vbi dicti contractus innominati sunt facti per viam stipulationis saltim ex vna parte non habeat locum penitentia: vt videtur velle Bald. in. l. secunda. in fin. infra, de condictione ob causam datorum. ⁊ dixi in rubrica de verborum obligationibus. ⁊ facit quod dixit Salicetus hic, ad intellectum. l. si pacto, quo penam. supra eo. volens, quod ibi fuerit actum de iure non de facto, quia quando est vnum pactum de aliquo faciendo vel dando, deinde stipulatio penalis incipiens a precedente conuentione repetitiua dicti pacti agitur ex stipulatione, vt faciat quod in pacto deuenit ita repetito, vnde de iure non de facto agitur secundum ipsum Salicetum hic, in repetitione: quod adde ad dicta supra. in dicta. l. si pacto quo. ¶ In eadem ibi. item si nudo not.

8 quod † licet vnus contractus nominatus ⁊ vestitus a princip. possit vestire plura pacta de se nuda. vt. l. lecta. ff. si certum petatur. ⁊ dixi in. l. in bonefidei. ante fin.

§. eod.

supra eodem. tamen vnum pactum nudum non vestit aliud pactum iuxta se positum, etiam si primum vestiatur ex interuallo rei interuentu, vt in contractibus innominatis altera partium implente, & hoc per rationem assignatam in hac glossa ibi, quia ab initio est nata tantum naturalis, cum qua transit Odofre. Bartol. & doctores communiter. Bald. autem approbat dictum, sed improbat rationem dicens, quod imo in contractibus innominatis ante implementum non est orta ciuilis, nec etiam naturalis. quod nititur probare primo, quia dicti contractus innominati sunt conditionales & respectiui ad inuicem. vt. ff. eodem. Item quia ergo interim nulla est orta obligatio etiam naturalis. vt. l. cedere diem. de verborum significatione. & l. si sub conditione. si quis omissa causa testamenti. & l. sub conditione. ff. de condictione indebiti. ¶ Secundo per textum, in. l. prima. ff. de rerum permutatione. ibi ex re tradita initium obligationi prebet, scilicet per mutationem, ergo ante traditionem nulla est orta obligatio, preterea vt dicit dominus meus ante implementum licitum est alterutro penitere, quod non liceret si esset orta etiam sola naturalis: quia non posset tolli sola voluntate vnius. vt. l. ab emptione. ff. eodem. Preterea si esset orta naturalis obligatio datum ex ea non posset repeti, quia sola naturalis est sufficiens ad retinendum, ad excipiendum & compensandum. l. si in Area. de condictione indebiti. & l. iurisgentium. §. igitur. ff. eodem. & in. l. in bonefidei. supra eodem. & in. l. fin. infra, de compensan. & tamen ante implementum alterius, ille qui dedit, potest penitere & condicere condictione ob causam, ex captie penitentie. vt. l. iij. in princi. & l. si pecuniam. in princip. ff. de condictione ob causam. ergo videtur quod ante implementum in contractibus innominatis non sit orta naturalis obligatio: sed tamen veritas est in contrarium, vt supra, & quia in contractibus innominatis adest consensus partium, ex quo consensu oritur naturalis. vt. l. Stichum. §. naturalis. de solutio. nec est verum illud quod dicti contractus sint conditionales: licet bene sint respectiui & modales: vt patet, quia fiūt per, vt: non per, si. vt. l. quibus diebus. §. Termilius. de conditionibus & demonstrationibus. & l. prima. de his que sub modo. infra, & in modalibus oritur obligatio a princip. vt. l. si quis cum debitore. ff. de iureiurando. & per gloss. in. l. qui promisit. ff. de condictione indebiti. & patet, quia impossibilis

[a] ¶ Sup hac pꝛacticabili. l. de que ſtiõe. vltra Mo. videatis Anch. in conſi. ccccuij. Pau. de ca. i ꝯſ. lvij. Oldr. in ꝯſi. cxxxviij. ⁊ an valeat pactũ iſtius l. inter ignorãtes videatis ſingulariter do. Alex. in l. ſi quis mihi bona. §. ſed vtrũ. in ij. col. ff. de acqui. here. ⁊ de materia. l. videatis do. alex. i ꝯſi. cccxcv. ⁊ ad euitandos iſtius. l. laqueos videatis do. bar. vero. in. c. ccix. in ij. charta. inci. tu ſcis. itẽ pſingulari declaratiõe ⁊ limitatiõe hui⁹. l. videatis Bal. in. c. i. circa mediũ, qui ſucce. tenẽ. ⁊ an tale pactũ de hereditate viuentis firmetur iuramẽto, videatis Bal. in. c. moꝛib⁹ ſi feu. fuerit cõtro. S. T.
¶ Circa. l. iſtam de queſtiõe. circa pactũ factuꝫ ſub conditione, ſi intrauerit monaſteriũ qꝙ nõ ſit validum decidit do. Barto. ſoci. in. l. ſi na. in. iij. ⁊. iiij. col. ff. de his que pene nomi. ⁊ circa pactũ iuramẽto firmatũ ⁊ circa intellectum. c. Quis. de pac. li. vi. vltra Mo. videatis petruꝫ de Ancha. in conſi. xxxviij. ⁊ Pau. de ca. i ꝯſ. clxvij. Rom. ꝯſi. cxvij. Bal. ꝯſ. ccclxix. ⁊ de materia. l. videatis l pulchro caſu. do. Panoꝛmi. in cõſi. cxvij. in. ij. vol. ⁊ Bal. in cõſi. cxxxiij. in iij. vol. Ange. in ꝯſi. clxxix. Pau. de ca. in ꝯſ. cccix. Ang. i ꝯſ. cclvij. Imolã in ru. de teſt. extra. ⁊ quod donatio omniuꝫ bonoꝝ preſentiũ ⁊ futuroꝝ valeat 2 ſaltim i preſentibus, videatis Ange. in conſi. cvi. ⁊ cõſi. clxxix. S. T.

liberos de ciuitate sine consensu rectoris. quod licet rector possit alijs extrahentibus consentire: tamen non poterit ipse propria autoritate extrahere. ad propositum ergo iste de cuius hereditate agebatur potuit prestare consensum paciscentibus: licet non poterit ipse pacisci & per ipsum consensum dictum votum cap. mortis redditur minus vitiosum interim quod nec ipsum solum votum sine suspitione ipsius voti sufficit vltra loquitur dicto consensu nec etiam si iungatur cum dicta dispositione rei aliene, & sic cum alio defectu vitiat et adnullat dictum pactum de hereditate viuentis, quod pactum super hereditate viuentis solet esse nullum ex rationibus dictis & alijs, infra dicendis. & per hec est declarata magna pars glossarum. & maxime gloss. penult. posite in verbo, pacisci. Sed pro pleniori declaratione considerandi sunt quatuor casus quos ponit Bar. hic & examinauit in. l. stipulatio hoc modo. de verborum obligationibus. Quoniam & primo fit pactum de futura successione certo modo disponenda, vel diuidenda de quo loquitur. l. nostra. Quandoque fit pactum de futura successione querenda: vt dicta. l. stipulatio. Quandoque & tertio fit pactum de futura successione conseruanda. Quandoque de futura successione tollenda. Circa primum conclude quod si pactum fuit de successione incerti hominis valet: vt dicta. l. tertia. §. de illo. pro so. si certi & tunc aut mortui, aut viuentis, si mortui valet, vt. l. debitori. supra eodem. etiam si tractetur de successione iam mortui habenda post mortem alterius paciscentium: vt l. prima. & l. cum proponas supra eodem. & l. de fideicommisso. infra, de transactionibus. dummodo dicit dominus meus non sit successione directa ex pupillari substitutione viuente pupillo: quia nõ posset pacisci: vt dicta l. prima. & ibi, per Bald. super glos. vide tamen in dictã l. secundã. §. illud. de hereditate vel actione vendita. que huic dicto videtur obstare nisi intelligas eam, vt supra dixi circa so. predicti contrarij maxime secundum opin. Rapha. Si non certi hominis viuentis, & non valet etiam si pactum sit iuratum nisi ille de cuius hereditate agitur consentiat: quia tunc valet quousque durat consensus etiam absque iuramento secundum Bartolum hic. & not. Guil. in Speculator. eodem titulo, in prima colum. vbi dicit quod valet conuentio absque iuramento quando filia dotata consentiente patre promittit restituere fratri quicquid ad ipsam peruenit de bonis patris vltra dotem. ¶ Item nisi pactum contineat liberationem paciscentis secundum Bartolum in dicta. l. stipulatio. ad hoc. l. & suum. §. idem. ff. eodem. licet Speculator in titulo, de pactis. ad finem in hoc arguat pro & contra. ¶ Item nisi fiat ex quadam necessaria consequentia preambuli contractus: vt. l. si quis seruum. ff. de actionibus empti & venditi. vel nisi veniant accessorie & in consequentiam: vt intelligit Bartol. dicta. l. secunda. §. illud. ¶ Circa secundum conclude quod dictum pactum de futura successione querenda non valet in dicta l. stipulatio. & l. cum duobus. §. idem respondit societatem. pro so. l. ex eo. de inutilibus stipulationibus. & l. pactum quod dotali. supra eodem. & l. cum donationis. infra, de transactionibus. & l. hereditas. ff. de pactis conuentis. Et enim contra bonos mores, nam inducit votum captando mortis, quod nedum iure ciuili improbatur, vt hic: sed etiam. de iure Canonico: vt in capitulo, detestanda & in capitulo, ne captande. de concessione prebend. libro sexto. ideo non valet nec iuramento firmatur. ¶ Fallit si fiat inter milites in expeditione degentes de succedendo inuicem: quoniam est inter eos validum: vt dicunt docto. esse casum singul. in. l. licet. supra eodem & ibi tetigi, an valeat, vt pactum, vel vt testamentum, vel vt alia voluntas in genere & allegaui. l. prima. infra, qui test. & l. cum allegas. infra, de castre. pecu. libro duodecimo. ¶ Fallit secundo, si dictum pactum fiat ad piam causam argumen. l. licet. secundum Bald. hic arguendo de militia ad piam causam: & quia potest quis transferre se & perdere factionem testamenti: vt auth. ingressi. ff. de sac. sanc. eccle. secundum Bartolum hic cum quo transit Petr. de ancha. in dicta. l. stipulatio. sed dominus Ludo. in authen. si mulier. ff. ad legem Falcidi. non tenet hoc dictum. & dominus meus hic in quarta parte dicit esse cogitãdũ quãdo per nõ simplex pactum sed per ingressum in religionem, vel per obligationem ecclesie, nec videtur simile de paciscente, & nõ intrante religionem, vel offerente sicut supra. ¶ Fallit tertio, si tale pactum fiat cum conuentu religiosorum secundum Bald. xvi. questione septima. §. primo. in addi. quam facit ibi ad Archid. dicentem quod collegiũ religiosorum non presumitur optare mortem alterius, et hoc dictum dicit ipse sibi, se nescire alibi. tene ergo menti quia iste est casus a precedenti & in alia ratione fundatus & alij non dicunt. facit gloss. not. in capitulo primo. de iudicijs. in verbo, interrogatus in fine. dum loquitur de suspicione cessante in collegio. ¶ Fallit quarto, forte si quis imitaretur conditionaliter ad instituendum creditorem sub spe consequendi liberationem ab ipso: vt. l. cum donationis. infra, de transactio. vbi tamen vidimus. ¶ Circa tertium, de pacto future successionis conseruande, scilicet in hereditate viuentis Barto. & docto. hic concludunt quod aut ipsa hereditas veniebat perdenda ex delicto, aut ex alia causa: si ex delicto, aut preterito aut futuro: si preterito valet: vt. l. fina. infra de reuocandis donationibus. & l. omnimodo. infra, de inofficio. testament. & l. in ipsius. infra. familie erciscunde. & l. prima. §. fina. ff. ad Sillenia. & l. quarta. de adimendis legatis. si futuro, non valet: vt. l. si vnus. l. illud nulla. ff. eodem. & l. conuenire. de pactis dotalibus. & in capitulo penul. de consue. quod facit, vt non valeat pactum in donatione oppositum quod non liceat ipsam reuocare ratione ingratitudinis future. & ita tenet Bald. & Paul. de cast. hic. Si vero ex alia causa & tunc aut tali, que non excludebat a successione testamenti & valet: vt institut. de legitima agnatorum successione. §. fina. & ff. de emanci. liber. l. fin. Aut tali que excludebat a successione etiam testamenti & non valet, vt in capacibus: vt. l. prima. ff. de heredibus instituendis. & l. nec apud. & de successio. feu. capitulo primo. in vsib. feud. Ex quibus infertur primo quod si statutum excludit filiam dotatam stantibus masculis a successione intestati, vel simpliciter: quia non ab intestato intelligitur ne alias videatur statutum tollere liberam testandi factionem. tamen poterit dicta filia cum dotatur pacisci cũ patre: vt possit et succedere & valebit secundum Bart. facit quia pater potest tali statuto derogare testando quod videtur fecisse paciscendo secundum dominum meum. in cap. ff. de pac. lib. vi. sed Bald. hic quem sequitur Ludo. in dicta. l. stipulatio. tenet dictam conuentionem non valere nisi fratres masculi quorum fauore statutum emanauit Imola, non dicit nõ valere etiam si fratres consentiant cõtra dictum statutũ quod est ius publicum: vt. l. ius publicum. ff. eodem. sed dominus meus hic concludit melius esse consilium quod interueniant fratres. tu aduerte: quia dicta opin. potest habere locum in pacto apposito ex interuallo post donationem sed in pacto apposito incontinenti cum dotatur: vt sunt termini preposite questionis possess simpliciter transit cum Bar. quia illud pactum in dotando appositum censetur esse pars dotis argu. l. fundi partem. ff. de condit. & empt. & l. lecta. §. dicebam. si certum petatur. vnde nisi seruetur non censetur perfecte dotata nec per consequens a statuto exclusa & quod dictum est de statuto excludente filiam dotatam dicendum videtur si statutum excludat a successione ingredientem monasterium secundum Bartolum hic. quod dictum non cadit ad propositum: quia tale statutum non valet siue loquatur de ingresso de quo non est dubium secundum Bartolum, siue loquatur de ingrediente: vt tenet Angel. & Rapha. & dominus meus hic. & maxime. ff. legitimam. secundo infertur quod si statutum excludit mulierem nuptam forensi a successione testati & intestati non poterit sibi reseruare successionem per pactum secundum Bartolum hic. & dominum Ludoui. in dicta. l. stipulatio. licet Bald. dicat hic quod istud statutum ita simpliciter factum non valeat cum tollat liberam testamenti factionem quod tamen dictum Baldi communiter non tenetur. Sed quero quid si testator vnum heredem instituat & hanc clausulam adijciat si me reuocare contingerit institutionem, de te facetam ex nunc dono tibi omnia bona mea inter viuos & sic facit pactum de conseruando sibi successionem futuram ex testamento verum valeat? dominus Dynus

¶ Domini mei ultra Do.hic.quod possit valere donatio omnium bonorum presentium ⁊ futurorum maxime iureiurando firmata, eleganter, et subtiliter decidit do. Fran. Areti.in.l.iuliaꝰnus.in.ij. notabili.de acqui.here. et de materia ultra Mod.post do.Iaso.hic, videatis decisiones Roma. in consi. xcv.⁊ cōsil.cxxv. do.Fran.Areti. in consil.xxv.do. Barba.in consi. liij.col.xi in.ij.volu.do.Alex.in cōsi.xl.in.iiij.col. in iiij.vol. ⁊ in cōsi. xō. col. i.volu. j. Pau.de cast. in cōsi.lvi.⁊ in materia pulchras videatis subtiliter decisas illatiōes ad hāc.l. nostrā. per do Bart.socī.in.iij.⁊.iiij.col. l.fina. ff.de his, que pene nomi, §. T,

tenuit quod sic in regula, quod semel.de regulis iuris libro sexto.idem Oldra.in consilijs suis maxime ea ratione:quia aliquid de futuro acquirendum sibi reseruat de quo testari possit, ⁊ sic secundum ipsos non videtur tolli libera testamenti:sed idem Dyn.consuluit contrarium in consilio quod incipit,questio talis est Titius habens tres filios ⁊c.⁊ idem videtur sequi Ioā. And. in capitulo fina.de consti.libro sexto.⁊ idem Barto.tenuit in dicta.l.stipulatio.sequendo predictum consiliuz ⁊ in.l.si quis in princip.testamēti.de leg.tertio.per tex. in dicta.l.stipulatio.maxime cum negari nō possit quod tale pactum non impediat dictam reuocationem, ⁊ sic factionem testamenti que debet esse libera.non enim dicitur libera si per institutionem de alio factam testator incurrat penam. ⁊ idem sentit Angel.in dicta.l.stipulatio.idem etiam tenet Bald.referendo consiliū Dyn. in.d.l.si quis in princip.⁊ in.l.sancimus.⁊ in.l.cum antiquitas.infra,de testam.⁊ in capitulo primo. §.si quis de fundo da, tnuicem.l.commissione.in vsu.feud.idem tenuit dominus Ludoui.in dicta.l.stipulatio.pluribus rationibus,per eum assignatis,sed idem Bald.in.l.heredes palam.§.in testamentis.ff.de testam.tenet quod si testator dicit, si non valet iure testamenti,valeat iure donationis inter viuos.⁊ est ibi pars presens ⁊ consentiens,nam aliter fieri non posset.institut.de testamen. in princip.quod hec clausula valet per gloss.in dicto.§. in testamentis.saluo si non reuocetur testamentum per penitentiam; quia tunc derogatur illi clausule, ne libera testamenti factio ⁊c.⁊ ideo dixit gloss.in dicta.l.heredes palam.§.quid si.quod cassato testamēto circa heredis institutionem cetera singularia cassentur.quod intelligit Bald.ibi in donatione facta predicto modo,sed dicto casu si testator reuocando non incurrit aliquam penam non tollitur libera testamenti factio sicut in casu precedenti ⁊ istud est nouum dictum ⁊ verum secundum eum ibi,vbi etiam ponit quando apponitur clausula donationis causa mortis.quid autem si apponitur clausula simplicis donationis videtur quod referatur ad donationem causa mortis cum subiectum super quo est apposita sit vltima voluntas.arg.eorum que habentur in.l.si quis cum aliter.de verborum obligation. ⁊ in l.damnum infecti stipulatio.ff.de dam.inf.⁊in.l.si stipulatus.de vsur.Circa quartum,⁊ vltimū de pacto future successionis tollende,aduerte primo:quia vbi pacto est admixtum delictum conuentio est inualida. ff.si quis a pa.fu.ma.l.prima.§.si idem parens.secundum vnam lectu.licet tūc excludatur magis vi delicti quam vi conuentionis.secundo quod vbi pactum non in se mixturaz delicti contineret:tamen paciscens nihil percipit de eo quod occasione successionis sibi foret debitum simpliciter non valet:vt colligitur ex dictis Bald.in.l.pactum dotali.j.de colla.⁊ in.l.si quando.§.illud.j.de inoff.test. ⁊ Petrus de ancha.⁊ doct. in dicto capitulo,quamuis. De questione de filia dotata paciscendo non succedere ⁊ promittente fore contentam dote sua.nam Petr.de ancha.ibi,in verbo,dote contenta arguit per illum text. quod pactum per quod filia excludit se a successione paterna nō valet etiā cū iuramēto si nulla dos fuit filie assignata idque nititur probare Petr.tum qz dicta.l.venit correptiue ad.l.ciuilez.in illo speciali casu de filia dotata paciscente : vt loquitur propter text.in dicta.l.pactum:ergo non trahitur ad alium casum tunc:quia filia non haberet vnde viueret : quod esset contra omnem equitatem,vt in effectu per multa verba concludit ipse Petr.facit quia si filius cum iuramento promisit non petere alimenta a patre tamen si laborat inopia poterit ea petere non obstante iuramento secundum Lapum in dicto capitulo.quamuis.ad hoc not.per Speculator. in titulo qui filij sint legi.versi sed pone quidam.⁊ hanc opin.tenuit Salic.in dicta.l.pactum.maxime ar.l.fina. de recepta.secundum Imol.in dicta.l.stipulatio. qui tamen in hoc tenet contrarium:quia licet per tale pactuz de non succedendo tollatur successio imo ⁊ legitima que est radix successionis:vt consuluit Bald.in consilio,statutum antiquum ciuitatis Perusij.tamen non tollitur quin possit petere dotem : vt.l.fina.de dotis promiss.⁊ l.qui liberos. de rit.nup.⁊ quin possit potere alimēta.l. si quis a liberis.§.sicut parens.de liber. agnos.⁊ sic non

est contra bonos mores tale pactum de non succedendo etiam si paciscens nihil percipit,sed est contra quandam honestatem ciuilem:quia.l.ciuilis.non patitur pacisci super hereditate viuentium,vt hic.quam honestatem ius Canonicū non curauit vbi interuenit iuramentum propter periculum periurij: vt patet in donatione inter virum ⁊ vxorem que firmatur iuramento secundum veram opin.de qua per Imol.⁊ canonistas in capitulo,cum contingat.de iureiurando. ⁊ in capitulo,licet.eodem titulo libro sexto.vbi etiam dicitur quod si esset magna lesio potest peti absolutio a iuramento ⁊ contrauenire ⁊ debere concedi.⁊ hanc opin.tenuit dominus meus in dicta.l.pactum. vbi autem paciscens de non succedendo percipit tamen ex pacto quantuz percepturus fuisset ex successione valebit pactum etiam de iure ciuili etiam absque iuramento:vt dicto. §. siue manens.Unde dixit singulariter Iaco.butr.in dicta.l.pactum.vt refert Bald.⁊ sequitur Angel.in dicta l.stipu-

4 latio.quod si † pro sua legitima filius recipiat aliquid a patre cum pacto de succedendo , vel de non veniendo contra testamentum valida est conuentio nec potest petere augmentum legitime auctis bonis paternis. nec displicet Imol.hoc dictum : licet Bald.videatur velle contrarium in dicta.l.pactum per.l.si quando.§.illud. infra,de inofficioso testamento.per hoc tamen pactum non excludet a successione testamēti: quia esset cōtra bonos ⁊ tolleretur libera testamenti factio.⁊ si respectu bonorum tunc presentium mulier non habuit debitam portionem legitime ⁊ vocauit se contentam puta dicta portione,vel sua dote ⁊ promisit plus non petere etiam cum iuramento tamen poterit agere ad supplementum legitime,vel dotis,quando non esset congrue dotata:vt voluit mirabiliter Bald.in dicta.l.si quando.§.⁊ generaliter.de inofficio.testamento. per illum textuz.Idem si statutum dicit quod filia dotata non succedit certe si esset data dos non congrua posset petere supplementum dotis iuxta not.per Baldum in.l.fina.infra,de dotis promissione.ad hoc.l.si filie.de leg.tertio.⁊ quia nomen dotis intelligitur de congrua dote: vt.l.cum post. §.gener.ff.de iure dotium.Redeundo igitur ad propositum cum queritur,an valeat pactum de futura successione tollenda plura dicta fuerunt.docto.tamen concludunt quod regulariter tale pactum non valet : vt dicta l.pactum.supra eodem.⁊ dicta.l.pactum.infra,de collat. et supra dicta ratione. ¶ Primo fallit quando fuit appositum iuramentum non metu,nec dolo:vt dicto capitulo,quamuis.licet de iure ciuili secus esset : quia etiam cum iuramento non valeret:vt dicit glo.in.l.qui superstitis.ff.de acquirenda hereditate.sed in hoc preualet ius Canonicū vbique etiam in foro ciuili.⁊ in terris imperij ratione pacti : vt per gloss. in regula , possessor. de regulis iuris in sexto.⁊ tenet Imol.in dicta.l.qui superstitis.in princip.⁊ glos.in dicto capitulo secundo. in verbo seruari.vnde dixit Pet.de anch. ibi quod iuramentum prestitum in contractu facit laicos , de foro ecclesiastico:vt in capitulo,cum clericus.de foro comp. de quo ibi. ¶ Fallit secundo,quando cum tali pacto est admixtum delictum promittentis non succedere : vt si pater recipit aliquid in premium emancipationis filij ⁊ fecit pactum de non succedendo ipsi filio emancipato vt.l. emancipatus a parente. §. siue manens in potestate patris. ff.si quis a parente manumissus fuerit. per gloss.in dicto capitulo secundo.in verbo.l.ciuilis.in fine.sed aduerte : quia tunc paciscens excluditur a successione propter delictum,non propter pactum: vt dixi supra.in princip.huius articuli. ¶ Tertio fallit quando promittens accepisset hic pretium quod accepturus fuisset ex successione : vt dicto.§.siue parens.⁊ per Bartolum in dicta.l.fina.facit capitul. imperialem. de filijs natis ex matrimonio ad Morganaticam contracto. ⁊.c.si filij .si de feudo fuerit contro.in vsi.feud. Et hec de pacto de non succedendo illi cum quo fiet pactuz predictum.pactum autez de non succedendo tertio dixit Angel.in dicta.l.stipulatio.quod valet etiam sine iuramento:vnde si filia a patre dotata facit pactum , de non succedendo patri valet pactum:quia censetur alienasse ius succedendi,⁊ cessisse fratri ius successionis: vt in.§.quest.3.in prima parte.Sed ibi, de restitu.hered.

que

que perueniet hic de non succedendo sicut inter Jacob & Esau. qui Esau renũtiauit Jacob ius primogeniture, & sic ius succedendi Jsaac eorum patri pro vno ferculo leatium de renuntiatione septima quest. prima quam sit periculosum. sed Jmol. tenuit contrarium: quia illa renũtiatio, fuit renũtiatio primogeniture que est diuersa a successione: vt. d. c. quãz sit. & hoc sequitur dominus meus hic. & in. d. l. pactum. dicens, qđ illud fuit in testamento veteri in figuram: quia ex Jacob, debebat descẽdere beata Uirgo, & sic hereditas & ius primogeniture fuit Jacob. que autem in testamento veteri sunt scripta in figuram & specialiter non sunt trahenda ad alios casus: vt patet in Moyse, qui duxit Ethiopissam vxorem que erat de diuersa secta & populo gentili, ad significandum quod. d. n. noster Jesus Christus venturus debebat copulare sibi in vxorem Ecclesiam de populo Gentili: & tamen hodie non licet ducere vxorem de secta aliena: vt. xxviij. quest. prima. caue. Preterea si attenderẽtur regule iuris illa renuntiatio fuit facta pro modico & per errorem & sic potuisset irritari: vt plenius hic per dominum meum. Et sic non obstat predictum exemplũ nec videtur verum dictum Ange. bene est verum quod valet pactum de non succedendo defuncto cuius hereditas paciscenti debetur post mortem alterius paciscentis: vt. C. e. l. prima. & l. ij. j. tit. & l. de fideicom. & ff. de verbo. oblig. & l. qui Rome. §. duo fratres. secundum vnum intellectum & dictum est. S. Et ex predictis cadit dubitatio quid de donatione omnium bonorũ, vel de alia dispositione per quam quis videatur sibi adimere liberam factionem testamenti, an valeat videbimus in gloss. in verbo, accommodauerit. ¶ Jn verbo, iubemus. not. qđ contra domini voluntatem in rebus ipsius nihil potest fieri. intellige, scilicet sub conditione succedendi: vt dixi supra, ad fo. l. cum alienam. vt intellige generaliter nihil posse fieri contra domini voluntatem de rebus ipsius, scilicet in preiudicium domini. ¶ Jn glo. in verbo, aliene. tu dic hec vera ex qua no. quod etiam filij proprij interdum insidiantur vite patris: vt. ff. ad Maced. l. prima. & in authentico, vt cum. de appel. cogno. §. casus. & non tenet pactum per eos initũ de futura successione patris nec econtra: qꝛ licet etiam certum sit patrẽ non habere votum in mortem filij & sic cesset ista ratio: tamen non cessat ratio posita in fi. huius. l. que ratio est generalis ad omnes personas. ¶ Jn glo. in verbo, declarabatur. hec sentit diuersos modos paciscendi super hereditate viuentis. de quibus est dictum. S. & primum exemplum gloss. ibi dabo, & ibi diuidam etiam de futura successione alterius certo modo disponenda secundũ ibi, & hanc intelligunt esse de futura success. facienda & ponitur etiam in gloss. penul. ¶ Jn gloss. in verbo, obseruari ibi, de ijs qui vt indi. l. secunda. §. fi. dic quod ibi, sit preiudicium paciscenti propter delictum paciscendo commissum propter quod aufertur hereditas per fiscũ etiam si esset filius secundum Paul. de cast. & non quia valeat dictum pactum. ¶ Jn eadem ibi, item not. &c. prima opin. est vera, si concessio fieret per inferiorem a Papa quia non tenet concessio, vel promissio certe prebende vacature: vt in capitulo, nulla. de concess. preben. etiam si interueniat consensus ipsius prebendati secundum gloss. ibi, licet in rebus profanis aliud sit, vt hic. si tamen fiat collatio beneficij non tanquam vacaturi, sed simpliciter consentiente ipso prebendato, vel beneficiato valet tanquam de vacãte non tamen de vacaturo: qꝛ talis consentiens censetur renuntiare: vt sentit gloss. in capitulo, post electionem. de concess. preben. & tenet Jo. And. & Petr. de perusio in dicto capitulo, nulla. intelligẽ si fiat collatio per illum in cuius manibus possit fieri expresse renuntiatio secundum ea, que habentur in capitulo, admonet. & in capitulo, quod in dubijs. de renũtiatione. & in clemen. prima eod. tit. secunda autem opi. procederet quando fieret per Papaz concessio de prebenda hominis incerti vacatura. & ita seruatur. & vide glo. & Bald. in. l. prima. in fine. infra, vt act. ab heredi. & contra heredes incipiant. ¶ Jn glo. in verbo, accommodauerit ibi, & sic not. & ratio quare hic potest quis consentire alteri facienti: & tamen ipse non posset effectualiter facere: & est, quia si ipse faceret tale pactum si quod esset validum tolleret sibi liberam testamenti factionem merito ipsum facere non potest. consentire autem potest alteri facienti: quia dicta ratio prohibitionis tũc cessat. non enim ex eo consensu obligatur: vt supra, quia imo est ambulatoria vsque ad mortez: vt ibi, ad extremum perseuerauerit &c. De hoc autem articulo, an qui non potest facere possit alteri facienti consentire: vide plene per Dyn. in capitulo, potest. de reg. iuris. in sexto. & ibi, quid econtra. ¶ Jn eadem in fi. similis gloss. est in. l. 1. ff. de testam. ¶ Ex quibus not. quod promissio bonorum post mortem valet & habet vim donationis causa mortis que materia est conformis multum ad articuluz declaratum. S. de pacto, future successionis. quia & per istam promissionem videtur tali libera factio testamenti. pro declaratione igitur istius articuli plura membra

5 sunt consideranda. Aliquando enim quis donat † omnia sua bona presentia & tunc clarum est valere secundum Bartolum. & probatur in. l. si quis argentum. infra, de donatio. & l. iubemus nulli. supra, de sacrosanctis eccle. nam per hoc non cadit impedimentum libertatis testandi quod solebat obstare cum presumatur in futurum lucrari: vt. l. si defunctus. infra, arbitrium tut. Aliquando quis donat omnia sua bona simpliciter & tunc idem secundum Bart. in dicta. l. stipulatio. & Baldum hic: vt probatur in preallegatis iuribus. & per Bartol. in. l. omnes. ff. que in fraudez creditorum. ea ratione: qꝛ tunc non veniunt futura vbi agitur de magno preiudicio secundum gloss. in. l. prima. j. que res pigno. obligari possunt. Aliquando quis donat inter viuos hereditatem suam & tunc Barto. in dicta. l. stipulatio. tenet quod cum illud sit verbum vniuersale continens sub se augmentum etiam de futuro: vt. l. pecunie. §. hereditas. de verb. sig. non valet cum videatur donare presentia & futura, & cũz videatur facere in vicem testamenti per dictam. l. hereditas. j. de pactis conuentis. & idem sensit Bald. hic. sed Ludo. in dicto. l. stipulatio. aliter distinguit circa hanc quest. de donante hereditatẽ dicit quod aut quis donat simpliciter inter viuos & tũc valet: quia illud verbum hereditas interpretatur simpliciter quo ad bona: vt actus magis valeat, quam pereat. ff. de prescrip. l. si insulam. & ff. loca. l. si vno. & l. cum antiquitas. infra, de vsufru. & ita tenuit Barto. in. l. quesitum. §. sicuti. de legat. primo. Aut continet talem donationem post eius mortem & non valet: quia videtur voluisse donare in vicem testamenti: vt. l. licet. supra eodem. etiam si tunc esset donatio causa mortis. ¶ Et secundum hoc

6 not. quod hereditas † sicut non potest dari in codicillis vt. l. non codicillum. infra, de testamen. & l. secunda. infra, de codicil. Jta nec per donationem causa mortis: vt dicta. l. hereditas. & probatur per. l. licet. S. eodem. vbi di

7 xi. Quid autem de venditione † hereditatis, an valeat: Bartol in dicta. l. stipulatio concludit non valere cum tunc veniat etiam ius succedendi & per consequens etiã pretium, sed bene venditio de parte hereditatis cum tunc cessat difficultas predicta testandi, & puto quod tunc pretium inde redactuz diuidatur inter emptorem & heredem alterius medietatis. argumen. l. secunde. in

8 fra, de heredi. act. Aliquando quis vendit † omnia sua bona presentia & futura: & tunc talis venditio valet secundum Bart. in dicta. l. stipulatio. cum tunc non vendatur hereditas propria, que vendi non potest secundum eum: qꝛ in tali venditione bonorum non venit pretium receptũ ab emptore etiam si post ex interuallo recipiat, ar. l. damni infecti. §. qui patientẽ. quod est notã

9 dum. Aliquãdo † quis donat omnia bona sua post mortem & tunc si probatur quod voluerit donare in vicẽ testamẽti valet per iura. alleg. Si autẽ probaretur quod cau. mor. donasset, vt in dubio presumit, ex quo fecit intentionẽ de morte per not. per Bart in. l. que dotis. sol. ma. & in. l. Seia de dote prele. & tunc va et ex quo reuocari potest, sed si probaretur qđ inter viuos taliter donasset & tũc si teneretur opi. Bartol. quod donatio omnium bonorum presentium & futurorũ non valeat, posset dici quod etiam. S. dicta donatio non valeret: qꝛ etiam. vt dixit Ricci. & Barth. de Sal. hic in tali donatione venisset etiã futura & omnia que supersunt tempore mortis: qꝛ

10 † qualitas iuncta verbo debet intelligi secundum tẽpus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxal. & qꝛ talis donatio videtur fieri in vicem testamenti pro qua presumptione assistit etiã hic Jmol. dicẽs, quod secus esset si teneres quod talis donatio non videretur in vicẽ te

¶ Et an spes succedendi possit donari, videatis Bal. in cõsil. xxviij. in. ij. volu. & quod donatio omniũ bonorũz presentiũ & futurorũ valeat facta ecclesie, decidit do. Panormi. i cõsi. cij in. ij. vol. & in. c. si. de succe. ab inte. & in. c. ij. de con. preben. & in. c. priuilegia. de priui. Pau. de ca. in cõ. xviij. & cõsi. xlviij. do. Alex. in. l. stipulatio ista. co. xij. de verbo. obliga. & de donatione omniũ bono. presen. & futurorum videatis late ange. per. vij. col. in cõsi. clxxvij. inci. visis predictis instrumẽtis. do. Frã. Aret. in cõ. liij do. Barba. in cõsi. lix. in. iij. charta. in. ij. vol. Frã. Aret. & do. Felr. in. c. in presentia. de proba tio. do. Alex. in l. stipulatio, hoc modo concepta. de verbo. obliga. & late do. Phil. decium in consi. xx. S. T.

stamenti: quia hoc non presumitur nisi probaretur: vt est de mente tex. in dicta. l. hereditas. & Bar. in dicta l. stipulatio. & etiam q᷑ nõ trahatur ad futura tenuit ibi Ludo. quia alias sequeretur quod legem bonorum cuius effectus dirigitur post mortem legantis comprehenderet bona post testamenti tempus acquisita. sed hoc est falsum & contra casum in. l. fina. §. primo. de lega. secundo. & in. l. si ita. de auro & argen. legat. ad. §. si extraneus. responde: vt ibi, per ipsum. possunt tamen dari multe coniecture quod talis donatio videatur fieri in vicem testamenti. pone enim donatorem dicere post talem donationem, item reuoco testamentum per me factum: certe presumptio erit talem donationem voluisse facere in vicem testamenti & sibi prospiceret de alio herede. Ali‑

11 quando quis donat † omnia sua bona presentia & futura cum reseruatione alicuius rei & tunc clarum est valere donationem cum tunc non impediatur libera testamenti factio secundum Bartol. in dicta. l. stipulatio. & Bald. hic dummodo illud reseruatum non sit quid minimum ex quo habet vnde possit testari. & ita omnes docto teneut. ¶ Ex quo not. quod licet presumptio fraudis debitoris non tollat fauorem creditoris, si eius debitor omnia sua bona donat, reseruata sibi certa re: vt est gloss. singul. in. l. nomen. §. primo. de lega. tertio. tamen ob dictam reseruationem tollitur predicta fraus presumpta: vt non intelligatur facta in fraudem ad tollendum libertatem predictam testandi & ita nota. dixit Bald. in dicta. l. Titia Seio. §. finali. de legat. secundo. Aliquando quis donat omnia sua bona presentia & futura & etiam ipsum donatarium heredẽ instituit, vel dicit, Titium heredem instituo: & si non valet iure testamenti valeat iure donationis inter viuos. & tunc tenẽdo quod talis donatio sit reuocabilis valeret: si autem tenens quod non esset reuocabilis certe adhuc dici potest etiam retenta opin. Barto. quod valeat talis donatio in hoc casu: quia tunc fit non ad tollendum liberam testamenti factionem. sed ad confirmationem voluntatis testantis & illud fuit principale propositum quod attendi debet. l. si quis nec causam. ff. si certum petatur. de quo etiam dictum fuit in princip. dicte. l. stipulatio. Aliquando quis vnum instituit, & postea ex internallo donat omnia bona sua presentia & futura alteri. & tũc etiam retenta opin. Bartol. dici potest quod ex quo testator credi debet quod recordatus fuerit de primo testamento & ipsum non reuocauerit presumatur voluisse stare primam institutionem & etiam donationẽ predictam. circa que non cadit illatio, vt diuersa. argu. l. si. de calu. & sic presumitur quod iste donatarius accipiat de manu dicti instituti nec cadit quod tollatur libera testamenti factio ex quo a princip. fecit libere testamentum & non possit decedere nisi testatus rebus sic se habentibus: & hoc modo potuit relinquere inane nomen heredis. & ita videtur casus a contrario sensu in. l. precibus. infra. de inoffici. dona. Aliquando quis donat omnia bona sua presentia & futura post mortem: & tunc videtur donasse hereditatem que suscepit incrementum in futurum: vt supra dixi. & sic non valet cum tunc videatur velle facere in vicem testamenti & hoc per dictã. l. hereditas. & dictã. l. licet. & ita tenet dominus Ludo. in dicta. l. stipulatio. & in hoc casu esset vera opin. Bart. Aliquando quis donat omnia sua bona futura. & tunc etiam certum est valere: vt est de mente Bart. hic cum sibi reseruentur presentia. Aliquãdo quis nihil habet de presenti & est penitus non soluendo & donat omnia sua bona presentia & futura & tunc tenendo opin. Bartol. & eius rationem non valeret, sed hoc videtur esse valde absurdum cum ex hoc sequeretur quod nullus qui esset non soluendo, vel qui iam cessit bonis possit donare omnia sua bona quod nullo iure prohibetur. & est contra l. omnis. §. Lucius. ff. de his que in frau. creditor. & probatur: quia simplex dispositio trahitur ad futura quando aliter redderetur inutilis. l. placet. de liber. & posthu. sed donatio omnium bonorum simpliciter facta per eũ qui soluendo non est, esset inutilis donatio: si non traheretur ad querenda de futuro ergo &c. facit. l. si quan‑

12 do. de le. primo. & tamen constat donationem omnium bonorum factam per talem existentem non soluendo mero iure valere, vt dicto. §. Lucius. ergo &c. ¶ Item probatur: quia certum est talem non existentem soluendo donantem omnia sua bona in fraudem creditorum submittere se periculo perpetui carceris: vt non habeat beneficium cessionis. text. est singu. in. l. fina. §. fin. ff. que in

13 fraud. credito. & patet quod qui degit † in carceribus nõ potest lucrari & si lucratur, vix lucratur ad sui victum arguendo a communiter accidentibus: vt. l. quinta. ff. de sponsa. & l. certi condictio. §. si numos. ff. si certum petat. & tamen donare potest omnia bona sua mero iu‑

14 re: vt. §. si. ¶ Item pone † quod quis est tot debitis grauatus quod nullo nunquam tempore poterit satisfacere puta: quia est in decrepita etate & solum habet vnum minimum seruum. l. vult quod ille seruus non possit abuocari ab eo per creditores solum ne tollatur libera testamenti factio, & vt possit illum seruum heredem necessarium instituere: vt institut. quibus ex causis manumittere non licet. post princip. pone ergo quod illum seruũ soluit creditoribus sponte, vel illum manumisit non in fraudem creditorũ, & tunc valebit illa datio insolutum, vel illa manumissio: quamuis per illam manumissionem sibi tollatur libera testamenti: quia non poterit illum seruum sibi heredem instituere necessarium nec alium voluntarium heredem habebit & hoc probatur institut. quibus ex causis manumittere non licet. §. primo. & in l. prima. ff. qui manumittere non possunt. Et ex predictis sequitur quod si quis donat omnia bona sua si de futuro nulla est species acquirendi: quia est senex, vel in articulo mortis cõstitutus, valet talis donatio. aliter dicendo esset contra. l. senectus. ff. de donati. & hoc optime probatur quod si vxor in contractu dotis transfert in virum omnia bona sua cum lucro ipsorum post mortem vxoris valet. l. licet. secundum vnam lectu. ff. de iure dotium. & in capitulo fina. de donatio. inter virum & vxorem. & tamen non est verisimiliter, vel est de raro contingentibus quod ipsa mulier aliquid extra dotem postea lucretur: & maxime, quia si lucratur presumitur lucrari de bonis viri. l. quintus. ff. de donatio. inter virum & vxorem. & tamen sibi videtur impediri libera factio testamenti. Aliquando quis donat omnia bona presentia, & futura cum constitutione precarĳ, & tunc an valeat talis donatio respectu aliquorum bonorum pendet in hoc vtrum talis constitutio trahatur ad futura. circa quod Bald. & Angel. in dicta. l. stipulatio. dicunt quod non: quia futura incerta sunt & incerta possideri nõ possunt vt. l. tertia. §. incerta. ff. de acquiren. posses. idem videtur tenere Ricci. & Barthol. de Salice. hic & Bal. in. l. si socius. ff. si certum petatur. in mea lectu. & tetigi in. l. tertia. ff. pro so. pro quibus facit: quia etiam contractus societatis generalis continet tacitam precarĳ clausulam: vt est gloss. not. in dicta. l. tertia. ff. pro socio. & tamen querenda post contractum societatis non transferuntur in alterum ex sociis sine traditione: vt. l. societatum vniuersarum cum. l. seq. pro socio. & hanc opin. videtur tenere hic dominus meus: sed contrariã opinionem tenuit Buer. & Bart. in. l. fina. ff. que res pignori obligari possunt. & Bald. in rubrica. ff. de contrahenda emptione. & Angel. in quãdam sua disputatione. & idem sentit ipse Ang. in. l. eum qui. ff. de fur. pro qua opin. allegatur tex. in. l. quamuis. de precario. & ita videtur tenendum. nec obstat quod constitutio nõ trahatur ad futura: quia verum est inspecto tempore constitutionis. tamen eo ipso quod postea queritur dicta virtus precarĳ operatur. l. nec emptio. ff. de contrahend. emptio. & l. fina. de condiction. & demonstrat. iuncto. §. at si quis. institut. de inutil. stipul. & ita dicas in contractu societatis: qr ea que acquiruntur ex post in dicta societate tunc veniunt in illa precarĳ tacita constitutione. & idem de aliis postea quesitis post societatem si est pactum, vt veniant futura & idem tenet hic. d. Ludo. dicendo tamen quod non esset dicendum in constitutione simplici vbi non sit mẽtio de futuris: quia non trahitur nisi ad presentia sicut ad presentia trahitur suum principale, super quo est apposita virtute accessoriũ. nec obstat dicta. l. quamuis. secũdum eum: quia illud ibi, procedit ratione connexitatis de quo per Modernos. in. l. interdum. de acquirẽda possessione. & hic his premissis constat talem donationem non valere: quia taliter donans, ex quo non potest habere dominium aliquarum rerum, nec potentia, nec actu ex quo immediate transfertur in donatarium illa constitutione precarĳ hoc operante, & ille qui non

potest

potest esse dominus, nec potentia, nec actu non habet
testamenti factionem: vt in aothentica, ingressi. de sa-
crosan. eccle. ⁊ melius probatur in. l. obsides cum sua gl.
ff. de testament. ⁊ in. l. l. x Co. de vulg. ⁊ pupil. ⁊ sic iste
donans de directo priuauit se libertate testamēti: ideo
non valebit talis donatio tanquam contra ius pactorū
⁊ contra bonos mores. ⁊ ita tenent communiter docto.
Si autem quis nulla bona haberet tamen posset habe
re, vel etiam habet in eius dominio, licet sine effectu pos
set testari: vt est in eo qui non est soluendo. l. qui soluen-
do. ff. de here. insti. facit gloss. in. l. i. j. qui test. facere pos.
qui dixit quod qui nulla bona habet non potest testari
non sit vera indistincte. Aliquando quis donat omnia
bona sua presentia ⁊ futura ⁊ donans habet aliquid qđ
non solet venire in obligatione generali presentium ⁊ fu
turorum: vt sont supellectilia: tunc valebit talis dona-
tio si hec non veniunt in obligatione generali: vt. l. obli-
gatione generali. ff. de pignorib. multo minus veniunt
in donatione generali que est maioris preiudicij. ad hoc
c. generali. de re. iur. in sexto. ⁊ ita tenere videtur Imol.
⁊ do. Lud. qui dicit quod hoc fuit dictum Matbesil-
lani in singu. suis. Aliquando quis donat vni bona pre
sentia ⁊ alteri futura ⁊ tunc dici potest quod si ista do-
natio fit eodem contextu non valeret, tenendo opini.
Bartol. argument. l. sancimus. ad finem. de donatio. si
autem fieret ex interuallo tunc prima donatio presen-
tiū valeret cum sibi restet testamēti factio in futuris in-
specto tempore donationis. Secunda vero donatio fu-
turorū valebit si nullo intermedio fuit aliquid lucratus
donans, alias si non fuit aliquid lucratus tunc attendē-
do rationem Barto. non valebit. Aliquando quis do-
nat omnia sua presentia ⁊ futura ⁊ certum est quod va-
let: quia in ea nō veniunt iura ⁊ actiones: vt per Guil.
⁊ Bal. in. l. i. ff. de statu homi. nam appellatione meorū
⁊ suorum, veniunt que vendicari possunt. l. quintus. §.
argento. ff. de auro ⁊ argē. leg. Aliquando quis donat
omnia sua bona presentia ⁊ futura non ponendo aliquē
de casibus predictis ⁊ tunc quidam dixerunt quod il-
lud verbum sua non comprehendit iura ⁊ actiones ⁊ sic
valet donatio per. d. dicta. sed non est verum: quia ver-
bum suorum. ⁊ simi. habent substantiuum generis gene
ralissimi puta suorum bonorum, vel rerum comprehen
dit iura ⁊ actiones: vt. l. in eorom. ff. de verbo. signi. ⁊. l.
maior quod. §. fina. ⁊ seq. ff. ad Trebellia. quod est verum
nisi forte alia verba sequen ea restringerēt talem genera
litatem puta: si dixisset dono tibi omnia bona mea pre-
sentia ⁊ futura in quocunque loco sunt, vel reperiri pos-
sunt: nam iura ⁊ actiones non occupant locuz nec loco
circunscribuntur. l. Caius. in princip. de lega. ij. ⁊ Bald.
in. l. ij. i. quando sic. vel prima. merito non venient in ta-
li donatione. arg. eorum que habentur in. l. sequitur. §. si
viam. ff. de vsucap. ⁊ institut. de rebus cor. ⁊ incor. Re-
deundo igitur ad propositum cum queritur, an dona-
tio omnium bonorum presentium ⁊ futurorum valeat
fuerunt varie opin. Bart. tenet non valere: quia impe-
dit liberam testamēti factionē ex eo: q: nemo vellet eius
hereditatem adire ⁊ per talem donationem ponit se in
statu extreme paupertatis, ⁊ vult se reddere inhabilem
ad acquirendum in effectu: vt ipse Bart. tangit in. d. l.
stipulatio. ⁊ hic. Sed potest dici secundū Bal. ⁊ Ange.
ibi quod valeat. non enim est considerandum tale impe
dimentum: quia ad hoc principaliter nō ordinatur. pro
hoc etiā allegat: quia si hoc esset verū nemo constitutus
in mortis articulo poterit donare vniuersa bona sua cū
ponat se in statu paupertatis ⁊ nemo adiret eius here-
ditatem. quod est falsuz quando nec senectus, nec egri-
tudo impedit dispositionem fieri per cautelas. l. senium.
j. qui testa. ¶ Item non est verum secundum euz quod
ponatur in statu paupertatis nec quod impediatur fa-
ctio testamēti, eo modo quo dicit. nam poterunt alia bo
na donari ⁊ relinqui cum pacto: vt stipulatori nihil ac-
quiratur. ⁊ sic in illis poterit habere heredem sicut dici-
mus in filio cui ita donatur: vt in authen. excipitur. j. de
bonis, que libe. ⁊ in. l. qui filius in rationez. j. de inoff. te-
stamen. poterit etiam habere secundam cautelam: vt de
acquirendis, sibi stipuletur post mortem ⁊ sic de predi-
ctis poterit testari ⁊ habere heredē: nam, vt dicit Imo.
in dicta. l. stipulatio talia post mortem quesita non ve-
niunt in donationem omnium bonorum presentiom, et
futurorom cum illa non possunt dici propria fuisse do-
nantis. l. tertia. §. hec. de negotijs gestis. Tertiam caute
lam habebit, quod de pretio postea acquisito poterit
emere multa supellectilia, que non veniunt in donatio-
ne generali, vt supra, dixi. Quartam cautelam habebit
quia poterit sibi vnicum seruum emere ⁊ ipsum sibi ne-
cessarium heredē instituere inuito tali donatario ⁊ sic si-
bi non tolleretur libera testamenti factio: vt institut.
quibus ex causis manumittere non licet. in princ. Quin
tam cautelam habebit quod talis donator poterit dice
re donatario scis quod ego nulla habeo de quibus pos-
sim mihi heredem instituere ad mei libituz: ideo te rogo
vt permittas me libere testari posse in aliquo ⁊ tunc si
donaturus repugnat poterit tanquam ingratus priua-
ri: quia magnam lesionem ⁊ molem intulit contra ipsuz
donantem ⁊ eius memoriam, ex quo nititur sui nomen
abolere, cum per heredem defunctus representetur:
vt in authentico. de iureiurando a mino presti. post prin
cip. ⁊ crimen committat qui est causa quod quis nō ha-
beat heredem ad sui libitum infra si quis aliquem testa
ri prohibuerit. l. prima. ⁊ in princ. est morem non gerere
voluntati defuncti. l. cum quidam. §. illo. de necess. ser-
uis heredi. institut. ista tamen cautela non placet: quia
esset captatoria: penderet ex alio arbitrio. Sextaz cau-
telam habebit quod donans ante quam velit testari re-
cognoscendo bonam fidem, dabit quicquid habet ipsi
donatario ⁊ autoritate iudicis faciet sibi reseruari tan-
tum patrimoniuz ex quo commune possit viuere inspe
cta qualitate sue persone put sibi de iure competit: vt. l.
cum ex causa. de re iudicata. ⁊ quod habetur in. l. in con-
demnatione. de regul. iuris. ⁊ sic cum sit facta talis exe-
cutio talis priuilegij hoc priuilegium in bonis ita con-
seruatis conseruabitur per heredem: vt per Bartolum
in. l. quia tale. ff. soluto matrimonio. Septimam caute-
lam habebit: quia poterit insinuere dictum donatariuz
quem verisimile est aditorom hereditatem propter ma
gnum suum interesse: quia ex quo non fuit translatum
dominium rerom, quas testator habebat tempore sue
mortis cum etiam ex vniuersali titulo non transferatur
dominium sine traditione secundum glo. in. l. prima. §.
vniuerse. ff. de vsucapione pro donato. ⁊ sic necesse habe
bit dictas res accipere de manu alterius. ⁊ forte cuz liti
bus ⁊ dispendijs si tunc institoator heres propria au-
toritate caperet. ⁊ sic commodum magnum caperet me-
rito presumendum ipsum aditurum hereditatem. facit
quod habetur in. l. Titia cum testamento. de lega. secū-
do. ⁊ in. l. tertia. §. si rem. de leg. tertio. probatur etiam ⁊
ista ratio Bald. ⁊ Angel. sic ponere enim se potest quis
per indirectum in statu paupertatis ⁊ etiam sibi tolle-
re testamenti factionem non solum per ingressum reli-
gionis: vt dicta authentica, ingressi. sed per actum dete
stabilem, puta patiendo se vendi ad pretium partici-
pandum: vt. l. quinta. j. de statu homin. vel etiam si ali-
quis sui iuris ad arrogandum se tradidit, nam omnia
bona presentia ⁊ futura transferuntur in arrogantem,
vt institut. de acquirend. per errorem. in princip. per
quem etiam actū arrogator tollit sibi liberam testamen-
ti factionem, cum tunc cogatur illum arrogatum insti-
tuere: vt in authentico, quibus modis nat. effic. sui §. si
quis. probatur etiam: quia non debet attendi quod nul-
lus volet esse heres ex quo habet testamenti factionem
in bonis donatis cum in ipsis habet dominiū ⁊ sic po-
test habere bona actu ⁊ aptitudine, licet non effectuali-
ter. ex vniuersali enim titulo, vt dixi, non transfertur do
minium alias sequeretur quod qui non esset soluendo
non posset facere testamentum contra. l. si heres ab eo.
ff. ad Trebellianum. vt supra dixi. est enim hereditas
nomen iuris in qua comprehenditur dictum dominiuz
⁊ alia que non possidentur: vt dicta. l. pecunie. §. here-
ditas. de verbor. signi. imo etiam poterit ipsum donata-
rium heredem instituere: vt. d. probatur etiam, quia se-
queretur quod qui nihil habet de presenti non posset
donare omnia sua bona futura. quod est falsum: vt su-
pra patet. ¶ Item sequeretur quod quilibet qui de fa-
cto heredem non reperiret esset intestabilis. quod non
videtur verum: quia hic non merito intestabilis non re
peritur, vt per glossam in. l. si quaeramus. ff. de testamē-
tis. ⁊ institut. quibus non est permissum facere testamē
tum. per totum. Vltimo pro hac opinio. videtur casus

a ¶ Super ista ru. de trāsactionib. videatis ꝑcepto rē meū do. Mar cū de mātua, do. Claudiū, do. Jacob. do. Purpu. ⁊ do. Andreā al cia. hic, ⁊ vltra ipsos cōcludātis differentiā inter pactum ⁊ trāsactionē: q2 pactū dicit esse generis trāsactio speciei, vt singulariter voluit gl. i. l. i. de actio. ⁊ obliga. in principio. volendo ꝙ sub hoc verbo, pactū cōprehēdant oēs contractus ⁊ ita decidit hic do. Rimi. ⁊ in. l. i. in. i. glo. in eo. ti. nostro. S. T.

in. l. precibus. ʃ. de inoff. dona. vbi probatur a contrario sensu quod quis pōt per donationē vniuersuz patrimoniuz suum exhaurire ⁊ facere, vt nomen sui heredis relinquatur inane. quod inter viuos non potest aliter fieri nisi per donationem omnium bonorum presentium ⁊ futurorum. facit etiam quod valet testamentum publicatis omnibus si non est damnata persona, vel memoria: vt not. in. l. qui a latronibus. § si quis. ff. de testa. ⁊ ibi per Bald. non obstat ratio Bart. quod non sit presumendum heredem velle tunc adire: quia hoc videtur contra casum in auth. de heredi. ⁊ Falci. §. si vero expressum. vbi dicitur quod licet testator prohibēdo falcidiam auferat heredi spem totius lucri: non tamen presumendum est ipsum nolle adire. nec huic opin. obstat quod saltim per istam donationem tollatur libertas testandi ⁊ sic contra bonos mores per istam. l. quia hoc est verū quando hoc principaliter inter cōtrahentes agitur: secus si principaliter hoc non agitur, licet in consequentiam euenire possit: vt dicit Ange. per. l. quidam cum filium. cum sua glo. de ver. oblig. nec obstat. §. idem respondit societatem: quia verum est quod non valet pactum per quod directe, vel indirecte sequeretur quod vere ⁊ officialiter dominus tempore sue mortis non possit de rebus suis ad libitum disponere: vt esset in societate in qua fieret illud pactum quod duret post mortem. ⁊ ita intelligitur iste tex. que ratio non est in casu nostro in quo post factam donationem predictam quicquid habet dictus donans nō est liberatus ⁊ effectualiter ipsius donantis quasi sit ipsius donatarij: vt. l. qui actus. de reg. iur. ⁊ cum hac opi. Bal. ⁊ Angel. in. d. l. stipulatio. cōcordat Dyn. in. c. quod semel. de re. iur. lib. vi. ⁊ in. l. heredes palaz. §. si. ff. de testa. ⁊ Rich. ⁊ Bartholomeus de Sali. hic tamen opin. Bart. tenet Pet. ⁊ Cyn. ⁊ Bal. ⁊ etiam. d. m. ibi, dicens eā esse cōmunem ⁊ hoc maxime ea ratione: quia videtur in fraudem facta: vt non possit penitere ex quo donauit. vnde passus iste propter tantorum doc. opi. est valde dubius ⁊ quelibet pars posset probabiliter substentari. secundū Jmol. qui dicit forte de mente iurium posse dici quod donatio non valeat: quia presumatur facta in vicem testiū. quod est prohibitum: vt. d. l. hereditas. de pac. conue. si autem velles tenere quod donatio valet in aliquibus casibus siue aliquibus respectibus puta ꝙ q2 in ipsa donatione generali non veniunt saltem illa que in specie quis non esset vniuersaliter concessurus: vt in regula in generali. de re. iu. in. vi. ⁊ de pig. l. de generali. forte hoc esset tolerabile etiam si alias teneres opi. Bar. propter suos respectus ⁊ rationes secundum ipsum Jmol. ⁊ vide per Ludo. in consil. xxvi. Sed tunc est dubium an tenendo opi. Bar. ⁊ habēdo respectū ad suam
15 rationem si † donātur presentia ⁊ futura vitietur ex toto donatio, an vero solum vitietur quo ad futura. Bar. hic dubitat ⁊ non decidit. Bal. tenet quod vitietur ex toto ar. d. l. hereditas. Sal. cōtra quod solum vitietur quo ad futura. ar. l. sancimus. ʃ. de donatio. ⁊ respondet ad. l. hereditas. ꝙ ibi cōstabat quod vice testamēti facta erat donatio. Jmol. dicit. in. d. l. stipulatio quod verior videtur opi. Bald. per. l. si libertus ad finem. ff. de iure patr. vbi videtur esse casus quod quando eodem tempore in fraudem. l. plura alienantur ipso iure omnia adnullantur: secus quando ex interuallo fit alienatio vnius rei post aliam secunduz ipsum Jmol. ⁊ hoc etiam tenet. d. Rapha. allegans etiam l. si Titius ⁊ Seius. de cond. ⁊ demon. non obstat. d. l. sancimus. q2 vt dicit. d. m. hic illa. l. sancimus. loquitur quando in ea est apposita a lege vsque ad quam valeat donatio. sed in terminis nostris loquimur de vno actu in concreto ⁊ inseparabiliter cōsiderabili ⁊ fraudulento secundum ipsum. qui vlterius
16 querit † an posito quod non valeat auferatur ei tanquā ab indigno ⁊ applicetur fisco vel veniat ad venientes ab intestato ⁊ videtur de hoc dubitasse hic. in fine, licet in pacto dicat expresse applicari fisco: vt etiam dictum fuit. ʃ. per. l. ve. de ħs qui. vt indig. ¶ In gloss. in ver-
17 bo, accerbissima: not. quod † boni bene facere presumūtur. ⁊ non male. ¶ In gl. in verbo. pacisci. ista cōtraria sunt soluta in princip. ad declarationem text. ¶ In eadem ibi. videtur. de pluribus speciebus huiusmodi pactorum est dictum ʃ. late circa finem text. Sequitur de transactionibus rubr.

b ¶ Circa hanc. l. ʃ. de obligatione insolidū ⁊ beneficio diuisiōis, vltra Mo. hic. videatis Fulg. in ꝯsi. cxxxv. ⁊ quomodo liberatio facta vni ex tutoribus prosit alħs insolidū obligatis videatis Cumā. in cōsi. xxiiħ. ⁊ eodez consilio cuma. in vltima col. ponit, an liberatio facta vni quo ad exactionez sui gratia habitā, ceteris prosit. ⁊ de huiusmodi. l. materia, videatis solennes decisiōes do. Frā. Aretini. in cōsil. lxvi. ⁊ consi. xxix. vbi copiosissime ⁊ subtiliter decidit. S. T.

a *De transactionibus* [a]. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞ Continuatio rubrice de transactionibus.
2 Definitio transactionis.
3 Imperator in anteriori titulo de transactionibus ⁊ hic de pactis etiam tractat.

1 C Ontinua †, vt per gloss. vel sic secundum Odofre. hic ⁊ Barto. ʃ. de in ius vocan. in rubrica. ʃ. visum est, de pactis gratuitis sequitur de non gratuitis, vt est trāsactio: vt. l. trāsactio. ʃ. eo. nam trāsactio est
2 pactum quod † fit timore litis presentis, vel future de iure, vel de facto; vt. ʃ. in. l. ħ. ⁊ vt aliquid detur, retineatur, vel fiat; vt. d. l. transactio. ⁊ sic non fit gratis sicut pactum. est tamen tanta vicinitas inter istos tractactus,
3 quod vt dicit Odofre. ʃ. in. l. i. quod Imperator † non poterit contineri quin in hoc titulo, tractaret de pactis: vt. ʃ. eodem. l. prima. ⁊ in. l. transigere. ⁊ econtra in precedenti tractaret de transactione: vt. l. cum proponas. la ħ. ʃ. titulo primo. ⁊ est iste titulus subtilis, difficilis ⁊ vtilis magis, quam aliquis de toto codice secundum Bart. in prin. l. prime.

SVMMARIVM.

1 Transactio facta cum quibusdam ex administrantibus non patrocinatur ceteris.
2 Magna est differentia inter fecisse ⁊ facere debuisse.
3 Quilibet tutor aut administrator tenetur pro rata. fallit in casibus hic notatis.
4 Qualiter sunt conueniendi ⁊ quo ordine qui insolidum tenentur.

b
1 L Ex prima. h. d. [b] Trāsactio † facta cū quibusdā ex administratorib⁹ nō patrocinaƚ ceteris. h. d. ¶ Not. primo quod dictum est in summario, quod tamen declarabitur ʃ. in gl. magna. ¶ Item not. text. ibi. separatim ⁊c. quod sicut plures consortes possunt vnam rem pro diuiso, et pro indiuiso possidere: ita ⁊ administrare. ad hoc gloss. in. l. inter quos. ⁊. l. damni infecti quidam. §. qui parietem. ff. de damno infecto. ¶ Item not. text. ibi, vel gere-
2 re debuerunt. quod † non paria sunt aliquid fecisse, vel facere debuisse. sentit tamē Imperator hic quod sit differentia inter facere, ⁊ facere debere inquantum fieret relatio istorum verborum ad dictionem separatim. nam non pariter excusantur qui separatim gesserunt si forte administratio non erat diuisa, aliter quam per se ipsos. ¶ Item not. in si. quod si cum vno ex pluribus administrantibus est transactum ⁊ cum alħs nonnullis cum quibus non est transactuz poterunt conueniri, sed inquantum conueniuntur dicetur in gloss. ¶ In gloss. i. not. glo. ad ea que dicta sunt. ʃ. in rubr. ¶ In gloss. in verbo, tertiuz. in prin. dicit Bal. quod licet vna sit actio tamen trāsactio non pertinet ad naturā cōmunis actionis. ideo facta cum vno non porrigitur ad alterum, vel solue aliomodo secundum ipsum quod licet vna sit actio respectu forme tamen numero sunt plures. ¶ In ead. ibi. l. si ex duobus so. ibi prodest alħs vi solutionis non vi transactionis secundum Bart. nam quatenus est solutum eatenus extenuatur obligatio solidi secundum Baldum. qui allegat simile de extenuatione in. l. ⁊ post rem §. primo. ff. eo. ¶ In eadem ibi, ⁊ distingue not. bonam gloss. declarantem, an ⁊ inquantum possit conueniri vnus ex administratoribus non obstante transactione facta cum altero ⁊ pro maiori declaratione recolligendo gloss. ⁊ Bar. ⁊ vltra concludo primo quo ad obligationez, quod administratio est diuisa a testatore, vel a iudice.

3 iudice. Aut non primo casu quilibet † tenetur pro parte sua. ¶ Sed fallit in casibus qui ponuntur in.l.ij.infra, de diui.tutela. puta si vnus contutor suspectum tutorem non remouit, aut tarde remouit, aut in remouendo iura pupilli prodidit: quia tunc etiam facta separatione tenetur insolidum, vt ibi: & in.l.ij.de pericu.tuto. & vide alios casus positos per gloss in.d.l.ij.j.de diui. tutela. Si vero non est facta diuisio a testatore, vel ab iudice: tunc omnis tenetur insolidum: vt.l.i.§.nunc.de tute.et ratio. distra. act. dicit Bartol. ad propositum in illis casibus in quibus quilibet tenetur pro parte transactio facta cum vno non porrigitur ad alios: ita loquitur hic, dum text. dicit in his que separatim &c. In il-

4 lis vero † casibus in quibus quilibet tenetur insolidum remanet magnum dubium qualiter quis possit conueniri. pro cuius declaratione considera beneficia que dantur pluribus tutoribus & curatoribus, & pluribus correis debendi. Primum est beneficium ordinis. Secundum beneficium diuisionis. Tertium beneficium cessionis. Quartum beneficium vtilis actionis. de quibus omnibus gl. magna hic loquitur in volũtate. ¶ Circa primum dicit Bartol. hic post gloss. hic, & in dicto.§. nunc tractemus. quod aut omnes gesserũt, aut nullus, aut quidam gesserunt, & quidam non. Primis duobus casibus non est locus beneficio ordinis: vt dicta.l.ij.de administra.tuto. secundum gloss. quod est verum, nisi facta fuerit diuisio a seipsis & non eiusdem ordinis puta: quia non sint omnes datiui vel legitimi, vel testamentarij, sed diuersi ordinis puta: quia aliqui datiui, aliqui legitimi vel testamentarij: nam tunc exceptionibus.d.l.ij.de diuide.tute. prius conueniuntur datiui, & etiam magistratus, qui eos dederunt quam perueniatur ad legitimos, vel testamentarios: vt.l.Lucius.§.cum testamento.ff.de administratione tuto. secundum Bart. post Iaco. de areti. & idem tenet Rapha. hic. Item est verum. vbi ageretur simpliciter ad reddendum rationem administrationis: quia finita tutela vel cura. quilibet tenetur eam reddere, sed quando agetur ob dolum, vel culpam vnius tantum, vel quia apud vnum essent reliqua videtur domino meo, quod si alter conueniatur specialiter, propter illum dolum, vel illam culpam, vel illa reliqua quod deberet habere locum beneficium ordinis sicut iure veteri inuenitur esse prouisum alias.ff. commodati.l.queritur cum si.l.precedentis. tamen dicit ipse in hoc esse cogitandum. tu allega pro hoc bonum text. in.l.verum.§.si cum.ff.pro soc. & facit gloss. in.l.sed Iulianus.§.si duos.ff.ad Maced. & l. qui vxori.ad finẽ. ff.ad Velleia. item est verum nisi forte vni esset commissa administratio generalis, alteri specialis: quia tunc licet administratio non sit proprie diuisa: nam & habens generalem administration: in potest se immiscere in cõmissis specialiter alteri, maxime cum secunda commissio videatur facta gratia facilioris exactionis: vt habetur per Bald. in l.quod in rerum.§.i.de legatis.i. & notatur in l.i.C.de offic.prefecti annone. & in cap.per hoc. de heredi.lib.vi per text. & gloss. & per doctor. in cap. studuisti. de offic.deleg. tamen pro non gestis prius videtur conueniendus ille qui habet specialem administrationem quam ille qui habet generalem. iuxta ea que dixit Bald. in.l.ij. in.ij.colum.l.quando fiscus vel priua. vbi sentit quod si constituit fiscus Sempronium suum generalem exactorem omnium suorum debitorum, pro mille ducatis. & demum specialiter constituit Titium ad exigendum certos debitores fiscales existentes fugitiui si isti debitores fuerunt effectu non soluendo, vel fugerunt exactoribus predictis existentibus, & sic damnificatus est fiscus culpa predictorum exactorum qui eidem fisco tenẽtur: vt.l.periculum.ff.si certum petatur. prius debebit cõueniri iste Titius specialis exactor quam generalis: sed Titio non existente soluendo conuenietur etiam Sempronius generalis exactor in subsidium secundum Bal. in.d.l.ij per text. not. in.l.quoniam. de conue.fisci.debi.libro.x Tertio casu, quando aliqui gesserunt & aliqui non gesserunt, dicit gloss. quod prius cõuenitur gerens, secundo nõ gerens, tertio magistratus: vt.l.prima.&.ij.si tutor non gessit.infra. & dicto.§.nunc tractemus. est enim in titulo ductum de naturali equitate, dicit Bal. quod ille reddat rationem qui administrauit merito primo deberẽt conueniri qui gesserunt, & non gerentes habent beneficium ordinis: vt hic.d.l.ij.de diui.tute. quod verum est nisi gerentes gesserint de mandato non gerentium: quia tunc omnes gessisse videntur merito non est locus beneficio ordinis: vt.l.tres tuto.§.non solum. de administratione tutorum. Item est verum nisi gesta sint separata a neglectis: quia tunc quo ad neglecta non habet locum beneficium ordinis, nam quilibet tenetur eque principaliter de neglectis: vt.l.tutores.§.cum qui. & dicta.l.tres tutores. et l.i.§.tres tutores. de administratione tutorum. ad propositum ergo quo ad terminos.l. nostre transactio facta cum vno ex tutoribus vel curatoribus. prodesset alteri contutori vel concuratori in casu quo posset opponere de beneficio ordinis, puta si nõ gessit ipse, sed trãsiens, vt supra: nam si iste qui non gessit, & qui habet beneficium ordinis conuenitur a pupillo ante eum qui gessit excludet ipsum pupillum exceptio. ordinis non seruati: quem quidem ordinem amplius seruare non potest ex quo transegit cum eo qui prius fuerat conueniendus & hoc casu non loquitur.l.nostra. quia imo proderit ipsa transactio contutori per indirectum: secus si dictum beneficium ordinis non haberet: quia tunc bene poterit habere locum.l.nostra. ibi duo dicit communiter ve gesserunt: vel gerere debuerunt. ¶ Circa secundum de beneficio diuisionis dicendum, quod si aliquis conuenitur ex proprio dolo, vel culpa non habet beneficium diuisionis, secus si conuenitur ex communi dolo, vel culpa: vt dicta.l.si plures. de administratione tutorum. & quicquid gloss. hic inuoluat: vt dicit dominus meus, transactio facta cum vno, non proderit alteri respectu partis sue, sed bene proderit respectu partis eius qui transegit: quia quando dolus est communis propter ipsum dolum non perditur hoc beneficium. secundum Bartol. ¶ Circa tertium de beneficio cessionis doctor. communiter cõcludunt sicut in precedenti, quod si vnus conuenitur ex proprio dolo, vel culpa non habet locum beneficium cessionis: quia non cadit cessio: et dicta.l.ij.&.i.si tutor non gess. sed si conuenitur ex dolo vel culpa communi, bene habet locum dictum beneficium: vt dicta.l.si plures. & dicto.§.nunc tractemus. Ex quo infertur quod quatenus ille cum quo est transactum commisit dolum vel culpam, circa administrationem eatenus pupillus agens insolidum cõtra alium poterit repelli cũ propter transactionem factam nõ posset actionem cedere: vt tenetur ad hoc.l.si res obligata de legatis.i. ¶ Circa quartum beneficium de vtili actione que conceditur contutori qui soluit propter dolum, vel culpam alterius contutoris sui etiam sine alia cessione: vt hic. dicit gloss. quia quatenus deberet fieri expressa cessio si hoc fuit obmissum. l.supplet dando vtilem actio. vt dicto.§.nunc. secundum Baldum, & sic conceditur in totum, vel in partem: prout in totum, vel in partem commisit dolum, vel culpam in administrando: quia in effectu repetet a contutor. quatenus soluit pro eo per hanc vtilem actionem nego. gest. sine alia cessione, & non per directam actionem: quia necessitate coactus soluit, & sic quatenus per hanc vtilem actionem recuperasset ab eo cum quo pupillus transegit eatenus excludit.d. pupillum agentem insolidum: quia si solidum solueret nihil posset recuperare a cõtutore. quoniam non vtiliter gereret respectu contutoris qui fuerat liberatus transactione, & sic proderit pro illa parte transactio etiam ei qui non transegit. ¶ In eadem ibi, quare non ita &c. prima ratio non procedit: quia si fideiussor non haberet regressum contra principalem: vt quia intercessisset pro pupillo tantum naturaliter obligato. vel si haberet regressum inanem, puta quia principalis esset nõ soluendo: vt.l.nam is ff.de dolo. nihilominus contra cõfideiussorem nõ habet actionem, nisi cedatur: vt dicta.l.vt fideiussor.ff.de fideiusso. similiter et secunda ratio de qua per gloss. ibi, vel tutor non procedit: quia in pluribus mandatoribus qui conueniuntur actione mandati que est bone fidei. est idem quod in fideiussoribus: vt dicta.l.vt fideiussor. similiter et ratio gloss. posite in dicta.l.vt fideiussor. ad quam gloss. hic, in sua vltima ratione se remittit ibi, vel dic vt in illa non est bona: quia etiam rei debendi habent vtilem actionem. & alia beneficia de quibus supra. & tamẽ sunt voluntarij non necessarij sunt, sicut sunt necessarij tu-

tores: ut dixit illa gloss. volens quod propterea debent eis firmari ⁊ dari utilis actio sine cessione cum iure soluisse ex necessitate quasi conueniat quod. l. magis prouideat illis qui obligantur ex necessitate quam his, qui funguntur voluntaria obligatione: ut. l. procurator, qui pro euictione. ff. de procuratoribus. Uera igitur ratio est illa quam ponit gloss. not. in. l. ex facto. in fine. ff. de negotijs gestis. quia fideiussores interuenerunt habito respectu inter se ideo non intelligitur unus soluere pro altero fideiussore, ⁊ nullam communionem habere inter se, ideo non habent inter se utilem actionem, sed plures rei debendi, vel tutores sic: quia transit liberatio immediate de uno in alterum, nec ibi est aliqua persona mediata cui possit attribui transitus illius liberationis, secundum Bal. hic. Lex, cum proponas. h. d.

SVMMARIVM.

1 Transactio facta timore litis etiam de facto futuro valida est, ideo solutum ex ea non est repetendum: ⁊ non solutum potest peti.
2 Ad validitatem transactionis requiritur quod lis sit de presenti, vel de futuro timeatur, siue de iure, siue de facto.
3 Transactio facit de indebito debitum: cum alijs casibus.
4 Tolerabilior est dolus in reo quam in actore ⁊ cum illatione.

CVm proponas [a] Transactio facta timore litis, etiam de facto futuro valida est ideo solutum ex ea nõ potest repeti: ⁊ nõ solutum posset peti. hoc dicit. ¶ Not. quod ad [2] † validitatem transactionis requiritur quod lis sit de presenti, vel quod timeatur de futuro, siue de iure, siue de facto. ⁊ ita semper allegatur hec. l. ut dixi supra in rubrica. ¶ Item not. text. ibi, ex qua causa. quod [3] † transactio facit de indebito debitum, de quo et alijs casibus facientibus de indebito debitum. l. eleganter. §. fina. ff. de condictione indebiti. ff. ⁊ in. l. s. infra eodem titu. per glo. ¶ In glo. in verbo, transegisse. declarat. i. per pactum actio remisisse aliquo recepto vel promisso. transigere enim est ab actione recedere secundum Bartol. ⁊ quasi ab agendo se retrahere secundum dominum meum. ¶ Ex quo infertur quod hic transigẽs erat actor; quia actor proprie dicitur trãsigere. vel dic quod erat reus, ut patet: quia non solet actor dare pecuniam reo ex causa transactionis, sed potius possessor, et reus actori, ut a lite discedat, sed hic qui transegit promisit pecuniam aduersario, ergo reus dicitur transegisse. glo. ponit utrunque intellectum: sed dicit quod actor proprie: reus improprie dicitur transegisse. ¶ Quod not. pro statutis facientibus mentionem de transigentibus vel facientibus transactio. quia ex quo verba statuti sunt proprie intelligenda videtur secundum istam primam ⁊ secundam quod talia statuta non habeant locum in reis: tamen dominus meus tenet hic, contrarium maxime qz ⁊ reus excipiendo, ⁊ se defendendo dicitur agere: ut habetur in. l. ait pretor. in princip. ff. de iureiuran. ⁊ est bonus text. secundum unum intellectum in. l. si socius. ff. pro soc. merito si per viam transactionis desisteret reus a defensione ⁊ exceptione transigere diceretur. facit, quia ista sunt correlatiua, sicut in simili dixi in rubrica, infra, de rebus credi. ¶ In gloss. in verbo. nul[4]la. in fin. not. secundum gloss. quod † tolerabilior est dolus in reo quam in actore dicit Bald. ex quo transactio per calumniam actoris redditur nulla sed non per calumniam rei de quo tamen. j. in. d. l. sub pretextu instrumenti. Lex, age cum Geminiano hoc dicit.

a ¶ Hanc. l. cum proponas. ultra alios solenniter repetit do. Franciscus Pepains. florẽtinus iureco. celeberrimus, ⁊ ultra ipsum ⁊ Nouissimos videatis do. Rinal. do. Jacobi. ⁊ do. Purpu. hic. S. T.

b ¶ Ad egregiam, ⁊ ultra alios, huius. l. age cum geminiano. declarationem, videatis optimum consiliũ Rom. ccclxxj. et Angel. cxxv. pau. de ca. cxxxj. S. T.

SVMMARIVM.

1 Petitioni generali transactio, que fuit specialis, non preiudicat in ceteris capitulis, non in transactionem deductis.
2 Creditores hereditarij an habeant intentionem fundatam contra filium debitoris, antequam probauerit se abstinuisse.
3 Judex quod contra generaliter negantem, quod officium suum impartiat, quomodo intelligatur.
4 Absqȝ oppositione procedit generalis libellus sicut ita pariformiter generalis exceptio, cum alijs illationibus.
5 Non videtur debitum confiteri allegans exceptionem transactionis.
6 Uerba imperatiua concernentia commodum imperati sapiunt vim consilij, non necessitatis. etiam quod dicta verba fuerint prolata ab habente auctoritatem imperandi.

AGe cũ Geminiano. [b] Licet petitio † fuerit generalis tamen transactio que fuit specialis non preiudicat in ceteris capitulis non deductis in transactionem. hoc dicit. ¶ Et sic not. ⁊ allegatur quod specialis ⁊ limitata transactio limitatum parit effectum. quod procedit non solum in transactione, sed in ceteris actibus: ut. l. cancellauerat. ff. de his, que in te. dele. ⁊ in. l. in agris. ff. de acquirendo rerum dominio: ⁊ l. statuliberum. §. Stichum. de legatis. ij. ¶ In text. [2] ibi, quod pater eius ⁊c. not. argumentum quod † creditores hereditarij habent intentionem fundatam contra filium debitoris defuncti tanquam contra heredem nisi probet se abstinuisse. de quo tamen habebitis in. l. si cum dotem. §. transgredia. soluto matrimonio. ¶ In [3] text. ibi iudex ⁊c. no. quod † contra generaliter negantem iudex potest suum officium impartiri. ut declaret an neget. vel excipiat in totum, vel in partem. secundum Baldum ⁊ Salicetum hic. licet non soleat iudex supplere in acquirendo ad priuatam utilitatem: ut habetur in. l. prima. infra, ut que desunt. sed hoc fit hic, contemplatione iudicij. ne procedat indeterminate: ut sibi contemplatione. vel dic quod hic non ex officio. sed ad instantiam ⁊ petitionem partis, id est, actoris cogebat reum ad declarandum dictam exceptionem generalem: ut vult gloss. hic, in verbo, iudicij ibi. quod falsum est ⁊c. qua petitione ⁊ coactione cessante dicta generalis exceptio processisset: ut hic patet. ¶ Ex quo not. et [4] ita allegatur quod sicut † procedat libellus generalis si non opponatur: ut. l. prima. infra, de annali exceptio. ⁊ dictum est supra, de eden. l. edita. ita ⁊ generalis exceptio. nam exceptio rei dicitur contradictorius libellus: ut. l. prima. infra, de his que pe. nomine. que sunt notanda ad petentes executionem instrumentorum, vel renouationem licentie, ⁊ ad excipientes contra huiusmodi petitionem, ⁊ ideo seruatur in practica quod petens renouationem licentie, iuret sibi non fuisse satisfactum in aliquo, ⁊ ad hoc iudex ipsum coget etiam parte non petente vel contumaci. ¶ In text. ibi proba[5]tum fuerit. not. secundum Baldum, quod † allegans exceptionem transactionis non videtur debitum confiteri. nã, ut hic patet, oportet adhuc probari. ¶ In gl. [6] ibi, ⁊ est verbum permittentis. No. quod † quando verba imperatiua concernunt commodum eius cui imperatur illa sapiunt vim consilij ⁊ permissionis: non autem necessitatis, etiam si prolata sint ab habente potestatem iubendi. ad hoc bonus text. in clemen. exiui. de verborum significatione. ⁊ per Nicol. in cap. nam concupiscentiam. de constitutio. ⁊ habetur in l si cum fundum. ff. de pactis. ⁊ in. l. quidam Iberus. de seruitut. urbanorum prediorum. ⁊ in. l. secunda. ff. manda. ¶ In gloss. in verbo. stipulatio. in fin. hoc declarabitur infra, in l sequen. ¶ In gl. in verbo iubebit ibi. sed distingue. bene distinguitur sed de materia dicetur plenius in. l. sub pretextu. j. eod. Lex, actione. hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 Ad actionem transactione ⁊ acceptilatione extinctam non datur regressus: sed tamen decepto succurritur per actionem de dolo, nisi ⁊ de dolo specialiter sit transactum.
2 Uirtus dictionis, nisi: ⁊ dictionis, preter.
3 Dolus tribus modis interuenire potest.
4 Transactio est contractus stricti iuris.

Dolus

5 Dolus in administratione commissus purgatur per superuenientem purgationem.

a 1 ACtione. Ad † actionem transactione ⁊ acceptilatione extinctam non datur regressus, sed tamẽ decepto succurritur per actio. de dolo in fin. et de dolo specialiter sit transactum. hoc dicit. vel sic, Transactio acceptilatione vallata sic extinguit actio. quod ad eam non datur regressus, sed dolo inductus agit de dolo nisi ⁊ de dolo sit transactum. hoc dicit. ¶ Not. primo, quod obligatio iurisgen. deducta in stipulationem potest per acceptilationem extingui. ¶ Item not. quod ad actionem semel extinctam non datur amplius regressus. ¶ Item no. dolum purgari per actionem de dolo nisi transactum fuit super dolo. ¶ Ulti-2 mo not. de † dictione, nisi cuius officium est ponere, si negatio precedit ⁊ negare si positio pcedit, vt per Dyn. in cap. peccatum. de regulis iuris. ⁊ probatur in tex. nostro in duplici nisi. ⁊ valt gloss. nostra magna in princi. quod notandum ad quest. si quis promisisset non vendere domum nisi Titio, vel promisisset vendere omnibus nisi Titio: vt per Bartol. ⁊ Bald. hic. ⁊ in. l. Titia. de manu. testa. et hic etiam per eosdem de dictione, preter. de qua per doctor. in. l. is cui. de condictione indebiti. ff. ¶ In gloss. in verbo, deducta. declara id quod tangebam supra, in text. quod cum contractus de iure gentium non posset tolli per acceptil. que est de iure ciuil. vt. ff. de pact. l. si vnus. §. si acceptilatio. ⁊ in. l. an inutilis. de accep. ius ciuile induxit dulce prodimentũ ipsi iurigentium, quod id quod non potest facere directo faciat per indirectũ, ⁊ mediate. vnde Aquilius induxit: vt obligationes iurisgentium deducantur in stipulationem, ⁊ sic nouentur per stipulationem. hoc enim nõ dedignatur iuregentium fieri: quia videt suam obligationem non perimi, sed transfundi. quo acto id quod postea venit in stipulationem nouantem, ⁊ sic in gremiũ iuris ciui. vt est stipulatio: vt ⁊ per gloss. institu. de iure naturali, gen. ⁊ ciui. §. sed ⁊ naturalia. et in. l. legitimam. ff. de pact. tollitur postea per acceptil. que est similiter inducta de iure ciuili. ⁊ potest hoc fieri: vt. l. nihil, cum naturale. de regulis iuris. ⁊ per istum modum fecerunt isti in text. nostro. ⁊ sustulerunt actionem, ⁊ obligat. iuris gentium, id est, administrate cure transfundendo eam in stipulationem, et ipsam stipulationem tollendo per acceptila. factam pro eo quod promissum est per transactionem, ⁊ ita declara istam Aquilianam stipulationem. institu. quibus mod. tollit. oblig. §. item per acceptila. ¶ In gloss. magna in verbo, nisi de dolo. ibi sed pro quo dolo. ⁊ in gloss. finali. ibi, item queritur. collige 3 ex istis gloss. quod † vno de tribus modis potuit interuenire dolus in casu nostro. Primo in transactio. Secundo in non seruando promissa. ⁊ de istis duobus loquitur glos. magna. Tertio in administratione. ⁊ de isto loquitur. d. gloss. final. ⁊ sic intelligitur tribus modis ista. l. sicut ⁊ de triplici dolo. ¶ Circa primum intellectum ⁊ primum dolum opponitur: quia si dolus dedit causam transactioni, videtur quod reddiderit trãsactionem nullam: vt. l. eleganter. §. non solum. ff. de dolo. ergo remansit firma actio nego. gest. merito non datur actio de dolo que cum alia actio. non concurrit: vt. l. de dolo. infra, de dolo. ⁊. l. prima. §. si quis. ff. de dolo. ⁊ maxime cum text. hic, dicat nullam aliam actio. superesse nisi de dolo potest dici, quod hic dolus non fuerit inductiuus, neq; dederit causam transactioni. quo casu trãsactio non redditur nulla: vt dicta. l. eleganter. in princ. merito pro ipso dolo incidenti detur actio de dolo, ad rescissionẽ predicte transactionis: primitiua enim actio non competit: quia est ipso iure sublata per stipulationem nouantem, nec actio ex stipulatu: quia est sublata per acceptilatio. vt supra. que acceptilatio, non produxit actio. quia est actus mere liberatorius: vt dictum est supra, de pactis. in. l. pacta nouissima. Restat ergo sola predicta actio de dolo incidenti, ⁊ ita potest procedere satis clare, ⁊ cum hac transit Bald. dicens quod ista videtur sibi ipsa veritas. vel dicas quod licet hic dolus fuerit inducturus ⁊ dans causam transactioni ⁊ reddiderit transactio. nullam, non quidem: quia transactio sit de contractibus bone fidei, qui numerantur institu. de 4 actio. §. actionum. Sed quia † quamuis sit stricti iuris, tamen adsumit naturam bone fidei, cum sit facta de administratione cure que est bone fidei: vt supra. l. proxima. sicut alias dicitur de stipulatio. posita super contractu bone fidei. ff. de actio. empti. ⁊. l. si quis cum. et in l. inter stipulatio. in princip. de verborum obliga. ⁊ tetigi in. l. pacta que. in fine. supra titu. primo. licet ergo dicta transactio dolo predicto inita fuerit nulla: tamen cõtra eam datur actio de dolo: vt quatenus de facto processit de facto reuocetur: vt per gloss. nota. in. l. si maior. ⁊. l. sub pretextu. la prima. infra eodem. et non proprie ad rescindendum aliquod iuris vinculum: quia qđ nullum est rescindi non potest: vt. l. nam ⁊ si sub conditione. §. rumpendo. de iniusto rupto ⁊ irrito testamento. ⁊ sic per sententiam ferendam super ipso dolo trãsactio ipsa infirmabitur, id est, infirmam esse declarabitur. sic dicit gloss. in. l. prima. ibi infirmabitur. ff. de ferijs. vel dicas, vt sentit subtiliter Bald. hic in princip. quod transactio transferat secum suum effectum, ideo fuit necessaria actio de dolo. que deduceret negotium in pristinum statum. ⁊ hec de primo intellectu et primo dolo interueniente in transactioni. ¶ Circa secundum intellectum quod dolus interuenerit post transactio. in non obseruando promissa de quo per gloss. hic, ibi alij dicunt qui intellectus fuit Placẽ. sed nõ placuit Azo. ex rationibus relatis in gloss. ad quas tamen rationes ipsamet gloss. nititur respondere referendo plures opinio. quarum tertia non displicet doctor. iste enim factus maior non solum promisit liberare suum curatorem per acceptilatio. sed promisit non petere neq; vexare ipsum in perpetuum non potest dici perfecte impleste per hanc acceptilatio. ⁊ desistentiam qui licet non petat hodie poterit petere cras. ⁊ licet non de iure potest petere de facto, ⁊ per hoc satis dicetur non impleuisse: vt. l. vbi pactum. infra eodem. ergo non potest habere actionẽ prescriptis verbis. que dixerat perfectum implementum ex parte agentis: vt. l. naturalis. de prescriptis verbis, merito detur actio de dolo, quia conueniens est quod postquam fecit ipse quod promisit liberando curatorem per acceptilatio, vt supra, detur sibi aliquod remedium contra curatorem non seruantem. ⁊ sic diceres quod poterit dari condictio ob causam, ex capite cause non secute, vel ex capite penitentie, secundum terminos. l. dedi. ⁊. l. si pecuniam. de cõdictione ob causam. ff. respondeo, quod neutrum tendit ad cogendum implere, ⁊ sic ex neutro satisfieret huic facto maiori qui querit sibi impleri promissa. ideo condictio ex capite penitentie non posset sibi dari etiam si vellet: quia in trans. non est locus penitentie: vt notatur in dicta. l. dedi. ⁊ dicta. l. si pecuniam. ⁊ dicetur in. l. quamuis. infra eodem. ⁊ ita saluant gloss. ⁊ Bartol. predictam opinio. Place. ⁊ eius intellectum. qui tamẽ non placuit Cyn. neq; Bald. maxime: quia iste impleuerat quantum ad instantaneam liberationem, licet non quantum ad ob. successiuam non petendi. vnde in effectu concludit: vt supra, quod. l. nostra loquatur in dolo qui incidit. vel dedit causam transactioni, non in eo qui committitur in non obseruantia promissorum. ¶ Circa tertium intellectum de dolo commisso in administratione quem intellectum sensit gloss. in verbo transactum ibi, item 5 queritur. sed non videtur procedere: quia † dolus in administratione commissus purgatus fuit per superuenientem transactio. vt. l. Aurelio. allegata in hac gloss. nisi in transactione interuenisset dolus: vt. l. secunda. et l. age. supra eodem. secundum Baldum hic, ⁊ si diceres quod ista transactio generalis, non extenditur ad dolo celebrata per ea que habentur in. l. tres fratres. ff. de pactis. ⁊ in. l. sub pretextu specierum. infra, eodem. vbi tamen de hoc. ⁊ dicetur modo in fine. respondeo quod adhuc propter alios defectus iste intellectus non procedit, ⁊ non congruit litere ibi, nisi de dolo intra concessa ⁊c. non enim daretur retenta, vel celata actio de dolo sed daretur actio primitiua ad ipsa bona sic retenta ad que dicta transactio non extendebatur, et si ad saluandum hunc intellectum velles impropriare literam ⁊ exponere de dolo, id est, propter dolum. respõdeo quod ista expositio non congruit litere precedenti ibi, nullam aliam que admittit solam actio. de dolo, et

a ¶ Circa hanc. l. actiõe. vltra do. Rimi. do. Clau. Ripã, ⁊ do. purpu. habetis decisionẽ do. Lu. ro. in consi. xxij. ⁊ in consi. ccvij. ⁊ de dictiõe, nisi: ⁊ dictione, preter vltra Do. hic. post Alber. in dictionario, videatis Oldr. in cõs. xlix. ⁊ Roma. in cõsi. cccxxviij. Sali. in l. ij. qui accu. non po. Geminia. i. c. si. de litis conte. li. sexto. Ange. in cõsi. ccvj. ⁊ de dictione, preter videatis Rom. in cõsi. cccxxviij. ⁊ de dictiõe, potest videatis do. Alex. in cõsi. clij. in. ij. col. in. v. volu. ⁊ de dictione, nisi ⁊ dictione, preter. videatis doctores maxime mo. in. l. si cum. §. qui iniuriarũ. ff. si quis cautio. ⁊ omnino videatis Bald. in. c. j. §. sed ⁊ res per quez fiat inuestitura. S. T.

¶ Et quãdo remittere dicatur dare, videatis vltra alios hic, do. Alex. in. l. si mulier. j. de con. ob causam. S. T.

non illam actio. administrate cure, quam presupponit esse sublatam, nec etiam cõgruit litere sequenti infra ibi, infra concessa tempora, nam actio administrate cure est perpetua: vt.l.aduersus.infra.de negotijs gestis. et sic intellectus iste de dolo commisso in administratione nõ procedit, an autem verus sit, quod in generali remissione ⁊ liberatione veniat remissio doli: vt dicit tibi gloss.si. Cõclude, quod aut loquimur de dolo futuro, aut de preterito. Primo casu nõ veniet: quia talis remissio nõ potest remittere dolum futurum, licet interdum tollat presumptionẽ futuri doli: vt habetur in.l.si vnus. §.illud in illa.ff.de pactis. Aut de dolo preterito, ⁊ tunc aut remissio est facta in vltima voluntate: aut inter viuos, si in vltima voluntate non includit odiosos ⁊ dolosus, et sic non intelligitur remissus dolus preteritus: vt.l.Lucius Titius.§.Lucius Titius damam.de legatis.ij. et l.cum quidam. ita fideicommissum. ff.de fideicommissis liberis. ⁊.l.testamento Centurio. eodem titu. ⁊ hic, per gloss.ibi aliud enim ⁊c. quam allegat Bald.pro singul.in.l.cum necessitate. infra, de fideicommiss.si inter viuos, ⁊ tunc aut ex dolo preterito aliquid adest parti dolose tempore remissionis generalis, ⁊ non includitur talis dolus: vt dic.l.tres fratres. ⁊ facit quod habetur in.l.si seruus vetitus.de legatis.i. ⁊ ratio est: quia illa retentio sapit dolum de presenti, ⁊ presens semper habet aliquid de futuro quoniam non est dare instans, vel momentum aliquod firmum: vt per Bald.in.l.finali. infra, de codicill. dum ponit de naturis temporum: et habetur in.l.cum ad presens.ff.si certum petatur. sic ergo includit de necessitate dolum aliqualiter de futuro qui remitti non potest, vt supra. ita considerat hic do. meus. aut ex dolo nihil adest, ⁊ tunc videtur remissum: vt.l.cum quidam decedens. ⁊.l.si quis rationes.ff. de admi.tuto. Lex, cum te.

SVMMARIVM.

1 ☞ Ubi constat de transactione per confessionem licet non per instrumentum: eam transigentes obseruare tenentur.
2 Confessio idem operatur quod instrumẽtum publicũ.
3 Instrumentum regulariter ad probationem nõ ad esse contractus venit.

a ¶ Circa banc.l. cũ te. vltra alios hic videatis do. Rimi. S. T.

CVm te. hoc dicit.

a Ubi † constat de transactione per confessionem licet non per instrumentum tenetur transigens eam seruare. hoc dicit. ¶ Not.quod † idem operatur cõfessio quod publicum instrumentum. est enim legitima probatio dicit gl. in.l.prima.supra, de edendo. interim quod admittitur etiam contra presuppositionem iuris, ⁊ de iure: vt in authen.de equa.dotis. §.aliud. sed de materia confessionis, ⁊ quid operetur in iudicio, ⁊ quid extra, ⁊ an habeat locum penitentia post confessionem factam et acceptatam. vel scriptam in actis, ⁊ quid si per errorem, et quid si presente parte, ⁊ quid si absente, vide per Bald. in.l.prima.infra, de confess.plene ⁊ dixi in cap.primo. de confess.lib.vi. ¶ Item no.quod instrumentum † regulariter venit ad probationem nõ ad esse contractus: vt supra titulo primo.l.pactum, quod bona fide. Lex, cum mota.

b ¶ Super hac.l. cum mota. videatis do.Bene. de plumbino in.l.ij. de sta. defuncto. do.Alex. in cõsi. lxvi. in principio in.v.vol. ⁊ nouissimos papienses in re.c.i. col. x.de iu. ⁊ videatis do.Alexã. in consi.cij.in.i.vol. do.Fran.Areti. in cõsi.cli.in principio. S. T.

SVMMARIVM.

1 ☞ Ad querelam inofficiosi testamenti morte, ⁊ trãsactione extinctam heredibus transigentis non datur regressus: sed contra non seruantem poterunt agere ex stipulatu vel prescriptis verbis vtilis ⁊ datiua si stipulatio non intercessit.
2 Obligatio ad interesse succedit in quatuor speciebus cõtractuum innominatorum.
3 Si dico transigo pro decem intelligitur in vim modi, et non conditionis cum declarationibus tamen post modum sequutis.
4 Contractus innominati denominantur a conuentione, non ab implemento.

CVm mota. hoc. d.

b Ad querelam extinctam non datur regressus, sed si promissa non seruantur ex stipulatu, vel prescriptis verbis succurritur. hoc dicit, secundum Bart. vel sic secundum Salice. ¶ Conuentio dandi, vt discedatur a lite ipso discessu vestitur, ⁊ parit prescriptis verbis actionem vel ex stipulatu si stipulatio intercessit. hoc dicit. ¶ Uel sic 1 ad querelam † inofficiosi testamenti morte ⁊ transactione extinctam non datur regressus heredibus transigentis, sed poterunt agere ex stipulatu contra non seruantem vel prescriptis verbis, vtili ⁊ datiua si stipulatio nõ intercessit. hoc dicit. ¶ No. quod querela inofficiosi semel remissa per defunctum, etiam post preparationem non instauratur per heredes, ⁊ sic licet esset preparata: vt ibi mota ⁊c. tamen non transit ad heredes: quia illud preparamentum ad querelam sublatam per trãsactionem ipsa querela ⁊ secuta morte querelantis censetur quodammodo circunductum ⁊ sublatum quod est hodie notandum ad alias actio. que non preparate non trãseunt ad heredes: vt.l.i.ff.de priua. delic. ⁊.l.prima, infra, ex delic.defuncto. quod licet nudo pacto transactionis nõ tolluntur tamen bene tolluntur transactione ⁊ morte transigentis, ⁊ sic non transmittuntur etiam preparate sublato preparamẽto modo predicto. ⁊ ita volunt gloss.i. ⁊ gloss. in verbo, instaurari in prima sol. que est vera ⁊ sentit in vltima solu. ibi: quia desiit omnino. querela autem inofficiosi testamenti, hodie etiam non preparata transmittitur: vt.l.si quis filium. infra, de inofficioso testamento. Itẽ quia in ea non cadit tanta vtilitas sicut cadit vtilitas in predictis non transeuntibus ad heredes sine preparamento. ¶ Item not. text. ibi in 2 id, quod interest † quod in quatuor speciebus cõtractuũ innominatorum succedit obligatio ad interesse licet in tribus earum sit obligatio ad dandum a qua non solet liberari quis nolendo soluere interesse: vt.l.si autem nõ apparet.§.fina.de verborum oblig. Sed ratio quare in ipsis contractibus innominatis admittatur, ⁊ succedat obligatio ad interesse est propter debilitatem ipsorum que quidem debilitas deprehẽditur ex pluribus. Et primo in ortu ipsius obligationis: nam non nascitur ante implementum: vt dictum est.s.tit.i.l.petens. Secundo in implemento: quia requiritur plenum implementuz: vt per glos.in.l.iurisgentium.in princip.ff.de pactis. et per gl.supra, in.l.actione. Tertio in conseruando: quia possunt resolui ex penitentia re integra ex parte alterius non penitentis: vt.l.si pecuniam. ff.de condictione ob causam. ⁊.l.quamuis.infra eodem. Quarto, quia requiritur implementum correspõdens: vt detur actio prescriptis verb. vt infra dicetur. Quinto, quia in casu nostro non agitur precise ad dandum, sed ad interesse: vt ⁊.l.naturalis.in princ.de prescriptis verbis. Sexto, quia isti contractus non producunt actio. formalem ex se, vel de per se. sed habẽt generalem, vel specialem prescrip.ver. vt infra dicetur, imo ⁊ propter debilitatem in facio, vt des non datur prescrip.ver. sed de dolo quando nõ adest alteri parti in commodo pecuniario, ⁊ vniuersali: vt dicta.l.naturalis.§.quod si faciam. ⁊ dicetur j.de ratione. ¶ Item not.tex.ibi aut enim stipulatio, quod licet alias in stipulatione dandi non succedat obligatio ad interesse: vt.d.l.vbi autem.§.fin. ⁊ debeat quis agere precise ad danduz. Tamẽ fallit vbi stipulatio est apposita in.d.quatuor speciebus: quia sapit naturam cõtractus ⁊ actus super quo adaptantur: vt habetur in si. in.l.rescriptum.§.si pacto.ff.de pact. ⁊ dixi in.l.actione. ⁊ in.l.si qui cum aliter.de verbo.oblig. ¶ Item no.text. ibi, vtilis actio. iuncto fin.ibi danda est. quod quando non est materia preexistens. vnde nascatur ⁊ tamen equitas suadet quod decernatur aliqua actio tunc, ex quo nõ oritur natiua datur vtilis a lege talis, qualem ipsa materia si existeret produceret directam: vt intelligit gloss. ⁊ Bart.l.nostram. ⁊ ita communiter tenetur de quo plenius in gl. ¶ Item no.tex.ibi rem gestam ad ea que dicta sunt in.l.edita.s.de eden. ¶ In glo. in verbo instaurari ibi, per matrem posset. hec vera: vt dixi supra, in primo notabili. Sed ⁊ illa ibi. vel ibi sub conditione est bona in se, tamen continet diuinationem: quia illa.l.si

instit

institua. simpliciter loquitur, immo in ea potius debet intelligi quod transactio fuerit facta sub modo quam sub conditione: quia prout refert Barto. ⁊ Bal. hic, in contractibus tenent docto. quod in contractibus verba dubia faciant modum ⁊ non conditionem ut si dico transigo pro
3 x. intelligatur scilicet, ut des decem, non si des decem ut. ff. locat. l. quero. §. inter locatorem. quod est verum, nisi in causa que importat per ista verba, ⁊ simil. de necessitate importent conditionem ex natura act. ut quando promittitur pro dote, ut sentit Petr. ⁊ Barto. hic. ad hoc. l. stipulatione. ⁊ l. promittendo. ff. de iure do. ⁊ facit. l. si extraneus. ff. de condictione ob causam. vel ut dicit Bal. est verum, si causa requiritur ad effectum rei causate, secus si requiritur ad originem rei ad hoc. l. cum tale. §. si. de conditio. ⁊ demonstratio. ¶ In gl. in verbo. suscipere in fin. ⁊ in gloss. finali. in princip. Not. quod ad cognoscendum quis contractus innominatus sit utrum do ut facias, vel facere, ut des: debet inspici forma conventionis magis quam implementum ⁊ sic contractus
4 † innominati denominantur a conventione non ab implemento, quod patet: quia si quo ad dictam denominationem attenderetur hic esset facio ut des: quia promisit discedere a lite: discessit, ⁊ implevit, sed alter non dedit partem quam promisit ⁊ sic daretur huic implenti actio de dolo que solet dari in facio, ut des: ut dicto. §. quod si faciam. ⁊ non prescr. ver. que datur in aliis speciebus contractuum innominatorum, ⁊ dicitur prescri. verbis actio. id est, ex illis verbis. do, ut des ⁊c. Ex quo aliud nomen speciale non adsumpsit, vel dic prescrip. verb. quia ex illis verbis scriptis in edicto que dicebant dari actio. implenti secuto implemento in dictis quatuor contractibus ⁊ non nominabatur actio in illo edicto. unde dicimus quod datur actio ex illis verbis, que dicebant dari actio. sed non dicebant quam. ⁊ hanc opin. quod utrum sit, do ut facias: vel facio ut des, attendi debeat ordo conventionis, ⁊ non implementum, tenuit gloss. non solum hic, sed ⁊ in. l. ex placito. infra, de rerum permuta. ⁊ in dicta. l. naturalis. idem tenet Jac. butr. ut refert Bartol. in dicta. l. naturalis. §. sed si faciam. ubi plene posuit istum articulum. idem etiam tenuisse videtur per quendam transcursum Bart. in. l. ij. post prin. ff. de condictione ob caus. idem tenuit Bal. hic dicens contrariam opinio. que fuit Ultramon. de qua infra, esse contra. l. naturalis. que facit quatuor species tantum, et isti faciunt. vi. hanc etiam opinio. tenuit Angel. in. l. iurisgen. post princip. ff. de pactis. ubi dicit esse casum, et nititur pro Barto. per illum text. ibi, ⁊ ideo puto recte Julianum a Mauriciano reprehensum esse, dedi tibi Stichum. ut Pamphilum manu. ⁊c. dicit ibi tex. quod datur prescriptis verbis civilis illi qui manumisit, et sic non datur de dolo. ergo in illo text. est do, ut facias, sed cum ille dederit Stichum alienum, ut patet: quia est evictus alienam rem dando nullam contraxit permutationem dicit text. in. l. prima. ff. de rerum permutatio. habetur ergo datio Stichi pro non facta, ergo ille qui postea manumisit Pamphil. incipit implere, ⁊ nihilominus est ibi do, ut facias non considerato implemento sed considerata forma conventionis, unde datur ibi prescriptis verbis, ⁊ non de dolo: ⁊ pro hoc opinio. optime facit: quia in istis quatuor speciebus contractuum innominatorum vestimentum rei interventus vestit ex intervallo. in hoc enim est differentia inter vestimentum re, ⁊ vestimentum rei interventu, ut dixi supra. de pac. l. legem. ergo ante implementum, ⁊ ante vestimentum habebant dicte species aliquod esse, quod etiam non poterat causari nisi a conventione ergo a conventione denominatur. Ultramon. tenent contrarium dicentes, quod immo dicta species cognoscitur ab implemento. nec est admittendus ordo verborum conventionis: quia licet secundum ordinem verborum sit, do ut facias: tamen si ille preveniret in faciendo erit, facio ut des, idem tenet Bartol. in effectu dicens ulterius. quod non potest esse ex una parte. do ut facias, quin ex alia sit facio, ut des: secundum quod futurus iudicabit eventus quis precedat implendo, sicut dicitur alias de compendiosa facta per verba communia futurus iudicabit eventus an sit semper directa, vel obliqua: ut per Bart. in. l. precibus. C. de impuber. ⁊ per tex. in. l. in eo. ff. de acquir. rerum domi. ⁊ in. l. si servus communis. §. cum servus. de stipulatio servorum. ⁊ hanc opi.

Ultramon. ⁊ Bart. tenuit. d. m. pluribus rationibus et fundamentis. Et primo: quia dicti contractus recipiunt denominationem ab executione inchoata ab una parte, unde in facio ut des antequam sit factum, vel datum non est facio: ut des: sed est forte promissio de dando, vel faciendo sicut in mutuo antequam res tua fiat mea non dicitur mutuum sed factum de mutuando: ut. l. ij. §. appella. ff. si certum pet. ⁊ in deposito ⁊ commodato ante rei traditionem ⁊ interventum non est depositum neque commodatum nec si esset statutum quod de mutuo commodato ⁊ deposito debeat solvi gabella deberet solvi in casu predicto ante interventum in deposito, ⁊ commodato ⁊ mutuo naturali. ad hoc dicta. C. in. l. legem. de pact. ⁊ in l. v. de verborum oblig. sunt enim nuda pacta simpliciter, ⁊ in genere: ut. l. iuris. in princi. ff de pact. Sic ergo ⁊ in. d. quatuor speciebus ante executionem ⁊ implementum a quo suscipiunt substantiam ⁊ essentiam pacta sola remanent in sua generalitate, nec transeunt in aliquam speciem, aut in aliquod nomen speciei merito denominatur ab implemento, ⁊ non a conventione facta: quia tota dicta. l. naturalis. dum enumerat dictas quatuor species loquitur per verba executiva, do ut facias: ⁊ facio, ut des ⁊c. non per verba promissiva. facit etiam quod dixit Bal. in. l. petens. C. titu. i. quod dicti contractus sunt conditionales, licet hic dicat esse modales et respectivos ⁊ melius: ut fuit etiam retentum ibi. secunda ratio est illa quam tetigi. C. secundum Bart. quia non potest esse ex una parte do, ut facias, quin ex alia sit, facio, ut des: ergo si attenderetur conventio nulla posset esse differentia: quia semper esset utraque species. simul enim contractum intendit. d. l. naturalis. ergo debet attendi implementum, ⁊ secundum contingentiam implementi dicetur esse facio, ut des, vel econtra. ex quo ante implementum utraque est commixta attenta persona utriusque contrahentium. tertium fundamentum est, quia non esset aliqua equitas, vel ratio, quare si attenderetur conventio deberet dari actio de dolo magis in facio, ut des quam in do, ut facias. ⁊ tamen iura volunt quod quando in facio, ut des propter implementum facientis non adest alteri parti aliquid quod concernat commodum pecuniarium detur actio de dolo contra non implentem, ex ea ratione: quia pars non servans promissa prout fuerunt servata, sibi ab alia est in dolo, licet per illam observationem, ⁊ implementum citra dictum commodum pecuniarium non acceperit utilitatem correspondentem dationi per eum fiende: que correspondentia si adesset daretur prescript. ver. quia correspondentia requiritur: ut dicitur actio ipsa prescrip. verb. Sed ex datione semper adesset recipienti in pecuniario commodo: ut. l. fin. de condictione ob causam. merito attenditur implementum ex quo causetur dicta ratio dandi, potius de dolo quam prescrip. verbis, vel econtra. que ratio non cadit attenta sola conventione ⁊ ordine verborum. quartum fundamentum considerat do. m. in dicta. l. iurisgen. §. quinimo. ff. de pact. quia dicta investigatio utrum sit do ut facias vel facio, ut des non fit ad alium finem, nisi ut sciamus que actio detur utrum de dolo, vel prescript. ver. sed ante implementum in. d. quatuor speciebus non datur actio: ergo non cadit dicta investigatio ergo et denominatio capiatur a tempore necessario investigationis sicut dicitur in. l. i. §. si vir uxori. ff. de acquiren. poss. secundum unum intellectum, ex quibus concluditur veriorem esse opin. quod denominatio capiatur ab implemento ⁊ non a conventione, ⁊ ista est communior. ad contraria potest sic responderi, ⁊ Primo ad text. nostrum quod loquatur quando alteri parti, ex implemento adest incommodum pecuniarium, ut fuit propter discessum a lite, ⁊ ideo non mirum si datur prescr. verb. Secundo non obstat quod videantur fieri quatuor species de duabus: ut dicebat Bald. quia immo istud non est verum, nam licet quantum est ex parte mea videatur do ut facias, ⁊ ex tua facio, ut des: tamen non est nisi una iudicanda secundum quod per me prevenitur, vel per te implendo. Ante enim quam sit impletum per aliquem non est aliqua species in esse deducta sed secuto implemento erit illa quam contingentiam implementi demonstrabit. Tertio non obstat tex. in dicto. §. ⁊ ratio quam allegabat Angel. pro magno fundamento glossarum: quia immo ibi fuit do, ut facias non solum attenta conventione sed attento implemento

tio condicitur erroneo calculo non obst. ¶ Et sic nota quod erronea † calculatio rationis non facit de indebito debitum, nec preiudicat veritati, vt hic in gl. in verb. constitutum. ¶ In gl. in verb. trans. Prima so. tangit intentionē, sed non plene. Secunda etiam solutio non displicet Barto. sed pro pleniori determinatione cum queritur de effectu erroris in sententia, Conclude quod † interdum est expressus error iuris in sententia, vt si iudex dixit, dico impuberem posse testari, vel quem teneri ad vsuras vsurarum, & tunc est ipso iure nulla, vt l. §. quando prouocare non necesse. & in. l. i. j. que senten. sine appel. rescin. & in. l. cum prolatis. ff. de re iudicata. & in c. i. extra eo. titu. etiam si partes vellent quod iudex ferret sententiam expresso iuris errore. vt per Bartol. in. l. si conuenit. de re iudicata. & per Bal. in. l. i. j. de iurisdictione omnium iudicum. & ratio dicte nullitatis est, quia dicitur lata contra ius legis. vt habetur in. d. l. §. ¶ Item quia quando in sententia est error expressus, ipsamet suam nullitatē ostendit nec expectatur aliquid aliud quod tollat presumptionem que solet oriri ex sententia. vt. l. Deceminis. §. Caia. de iudicio. quia vbi est predictus error talis presumptio non admittitur. vt. ff. de excusa. tuto. l. qui testamēto. ideo remanet nulla ipso iure, intellige si fuit expressus error iuris incorporati: secus si iuris extrauagantis. vt. d. l. cū prolatis. ¶ Itē secus si iuris consuetudinarij vel presumptiui. vt per Bal. in. l. cum virum. j. de fideicom. vel dubij forte propter varios intellectus. l. vt per gl. & Bal. in prima cōstitutione. j. in verbo, certus. & per Innocen. in. c. cum speciali. de appel. & do. Ludo. in. l. is ad quem. de acqu. hered. ¶ Item secus videtur quando error fuit expressus per verba enuntiatiua & per modum cause, vt si dicat, quia est probatus per a, & b, ideo te condemno: tunc enim quamuis non sit probatum per dictos a, & b, prout in sententia dicebatur non est propterea illa sententia nulla, vt per Innoc. in. c. prudentiam. de off. deleg. & in c. cum Bertholdus. de re iudi. & in. c. quoniam contra. de probatio. & hic per Bal. nam defectus cause nō ita vitiat, sicut defectus forme vel alius, vt tractatum est. j. in. l. si ex falsis. & maxime in predictis terminis, cum & sine vllo teste sententia lata teneat & conformitas sententie ad probationem non requiratur ad esse sentētie: sed ad bene esse secundum Bald. ideo requiritur appellatio dicto casu. ad hoc notata in. l. si expressim. de appellatio. Interdum error non est expressus in sententia, sed apparet ex actis. & tunc dicit Bar. aut sententia est lata per relationem ad illa acta in quibus est error, & videtur error esse in sententia. vt. l. hec sentētia. j. de sententijs, que sine cer. qua. & in. l. ait Pretor. §. j. ff. de re iudi. Idem enim videtur contineri in termino referēte quod continetur in termino ad quem fit relatio, vt ibi. & l. si ita scripsero. de condi. & demon. ergo talis error reddit sententiam nullam, nisi in casibus. j. dictis, & nisi forte quando partes errauerunt & non iudex, vt in alia parte & so. gl. aut sententia est lata simpliciter, & tunc dicit Bar. aduerte, quia sunt quedam acta ad que de necessitate refertur sententia, vt libellus. vt. l. vt fundus. communi diui. & sententia prima a qua fuit appellatum. vt. l. eos. j. de appella. & tunc error expressus in libello, vel in sententia prima videtur expressus in sentētia simpliciter lata super ipsis merito est nulla. vt. d. l. i. §. j. que sententie app. rescin. In contrarium facit text. in. l. posthumus. §. si quis ex his. ff. de inoffi. testa. sed dicas quod ibi fuit error in libello, non tamen expressus secundum Bald. in. d. l. §. si vero appareat error in alijs actis ad que sententia non faciat necessariam relationē non est nulla, quamuis sententia videatur lata ex causa que ex actis apparet. vt. l. si quis ad exhibē. ff. de excep. rei iudi. imo etiam si de his actis fieret mentio in sententia per modum cause erronee non esset nulla, vt in predicta questione de iudice dicente, quia per a, & b, est probatum &c. addē & de eo qui dixit, quia. x. &. x. faciunt lx. ideo condemno te ad lx. quia etiam tunc non erit sententia nulla: saltem quatenus non fuit erratum, vt per gl. in. d. l. §. secundum aliquos. & ratio videtur, quia ille error qui fuit expressus per verba, enūtiatiua, & per modum non nocet omnino, vt adnullet, vt. j. dixi. Ille autem error qui fuit in decisione dum dixit, condemno te ad lx. potest reduci ad debitam quantitatē cum in maiori summa contineatur minor. vt. l. cum furti. de in litem iuran. cum simi. vnde cum in. xxx. non fuerit erratum in effectu vsque ad illam quantitatem sententia tenet: intellige dummodo iudex habeat iurisdict. de illa maiori summa. vt. l. certa ratione. j. quando prouoca. & in. l. j. si a nō compe. iudi. & in. l. j. §. sed si mihi Pamphilū. de ver. ob. vbi dixi, & videtur cōcludere Bal. in. d. l. §. de re iudi. licet quidam teneant dictam sententiam omnino non valere per text. in. d. l. i. §. i. que sententie sine app. cum quibus videtur transire Bald. hic, subdens rationem, quia sententia de se est quid indiuiduum secundum Cy. facit pro hoc quod in simi. notatur in. c. cui de non sacerdotali. de preben. in vi. concedit tamen ipse Bal. quod dicta sententia per iudicem appellationis poterit reformari, non quod in parte confirmetur & in parte infirmetur: sed quia iudex appellationis condemnabit in condemnandis, & absoluet in absoluendis habita prima sententia pro nulla: nam nullitas facit ipsum succedere in iurisdictionem. vt. j. de accus. l. absentem. & de verbo. obliga. l. qui Rome. §. penult. & ff. quod cum eo. l. Titianus. ¶ In eadem ibi, alij dicunt quod hic errauerunt partes ibi, iudex not. ex hac so. quod si partes errauerunt in calculo. vt quia plus vel minus deduxerunt in cautione, & saldo & iudex pronuntiauit secundum illam cautionem sententia valet, ad hoc dicta. j. de errore in actis. ¶ In eadem ibi, sed in transa. dicit quod valet. Iaco. de raue. dicit transactionem predictam non valere, quia error impedit consensum. vt. l. si per errorem. ff. de iurisdictione omnium iudicum. ergo trans. in qua requiritur consensus & consensu perficitur, non tenet Pet. quem sequitur Iaco. butr. Bartol. & do. m. dicit quod trans. valet, sed quatenus est error expressus rescinditur ope. excep. vel replicatiōis vel cōdictionis argumen. huius. l. in fi. facit, quia si rescinditur stipulatio quatenus est erratum: ergo idem in quolibet contractu non obst. ratio Iaco. de raue. quia non est verum quod error in causa impediat consensum, vt patet in toto titu. de condictione indebiti. sed Bald. hic in fi. tenet quod quatenus est erratum trans. sit nulla propter vitium forme, nec obst. quod ipse dixit de sententia. j. quia quantum † ad validitatem actus durius agitur, cum. l. quam cum homine. vt. l. libertus. de bonis liber. licet secus sit quantum ad commissionem pene. l. Celsus. de arbit. sed dominus meus notabiliter considerat plures casus in practica. ¶ Primus casus sit, quando est reuisa ratio & positus calculus, tamen aliud vltra nō interuenit. ¶ Secundus sit, quando interuenit pactum. ¶ Tertius, quando interuenit promissio ex errore. ¶ Quartus, quando interuenit trans. ¶ Quintus, quādo interuenit sentētia. ¶ De primo est casus. l. nostre. in princip. volentis quod non obst. dicta calculatione possit iterum, & sepe ratio reuideri & retractari, intellige quando diceretur fuisse erratum, vt hic: alioquin standum esset ipsi calculo, quia ita videtur tacite actum inter partes, quarum ratio reuisa est. argum. l. secunde, supra, de pactis. & l. item quia. ff. eodem titulo. & l. societas contrahitur. ff. pro socio. & licet dominus meus videatur dubitasse, an admittatur quis volens post factum Saldum & calculum reuidere rationem, si non docet saltem summarie de errore. argumen. eorum que dixit Bald. in. l. prescriptione. supra, si contra ius vel vtilitatem publicam. vbi quando iudex non habet iurisdictio. nisi ratione contractus in loco, oportet a princip. summatim facere fidem de contractu ad fundandam illam iurisdictionem, tamen in casu nostro, puto quod sufficiat iuramentum calum. vt in. l. secunda. infra, de iuramento calumnioso. & non requiratur alia probatio erroris a princip. de quo etiam non posset commode constare, nisi per reuisionem rationis, & in hanc partem inclinat ipse dominus meus, licet nihil dicat de dicto iuramento calumnioso. pro hoc etiam facit quod habetur in capitulo, nulli. de electione. in vi. ¶ De secundo casu, videlicet quando interuenit pactum, puta de stando calculo. Bartol. in. l. secunda. de iure fis. dicit aduertendum esse super calculis, an sit factum pactum, vel non: quasi velit quod vbi est factum pactum: puta, quia vltra illum consensum de calculando rationem, fuit dictum quod staretur calculo, vt. j. erit seruandum dictum pactum. ¶ De tertio, hoc est

de promissione facta post calculu, puta de soluendo resta sine residuum secundu illum calculu erroneum dicendum est quod talis promissio condicitur, vt hic in ter. in fin. ¶ De quarto, ⁊ quinto casu hoc est de trans. ⁊ sententia est dictum. s. in princip. ⁊ fin. gl.

a De postulando. Rubrica.

a ¶ Circa hac ru. de postulando. et circa totum titulum videatis do. Floria. in ru. ⁊ l. i. ff. eo. post Albericu ibi, ⁊ videatis in toto isto titulo, presertim in l. finali. do. Benedictum de plabino, ⁊ do. Anto. de alexan. ⁊ nouissimos in l. plerique. ff. de in ius vocan. S. T.

SVMMARIVM.

1 ¶ Rubrice continuatio.
2 Postulare, quid sit.

Continua † rubrica magis apte quam glos. hoc modo, vt est de mente Bar. hic. secundu dicta per eum in rubr. s. de in ius voc. quia partes per pactum aut transl. de quibus dictum est, s. in titu. precedentibus. non possunt concordare, sed omnino intendunt litigare: ⁊ tunc est necesse quod inueniatur aduocatus. ideo ponitur hic iste titu. de postulando. i. aduocando. postulare † enim est desiderium suum vel amici sui exponere. vt. l. i. §. postulare. ff. eodem. ⁊ quis possit vel non possit postulare dicetur in. l. i. ij. ⁊ vltima. j. eodem. ⁊ quid postulatores debeant obseruare dicetur. in. l. quisquis. ⁊ a quibus debeant abstinere in. l. ij. ⁊ l. si qui. ⁊ qualiter aduocati sint coequandi dicetur in. l. prouidendum. j. eod. Lex prima cum ij. hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 ¶ Prohibitus postulare, si non appellauit non potest postulare.
2 A sententia, an oriatur obligatio naturalis.
3 Interlocutoria non solet infamare.

Lex prima. h. dicit.

1 Prohibitus † postulare, si non appellauit postulare no poterit. h. d. ¶ No. quod remotus ab officio in perpetuu non recuperat illud. ¶ Item not. quod sententia a qua non appellatur perpetuum habet effectum. ¶ In glo. 2 prima, in princ. facit ista glo. ad q. vtrum ex † sententia oriatur obligatio naturalis. ⁊ doct. communiter tenent quod non, quia iste consensus non appellantis non est verus. sed fictus: de quo dicetur in. l. i. j. si sepius in integrum restitutio postuletur. hac approbat Bar. Bal. Angel. ⁊ communiter docto. ibi. tu dic secundum Joan. quia sententia diffinitiua fertur cum magna deliberatione ⁊ cause cognitione. vt. l. i. j. de sententiis ex breuiculo recitandis. ideo est efficacior quam interlocutoria. merito effectus interlocutorie non durat vltra tempus illius magistratus. vt. d. l. si. de penis. vnde si legatus de latere potuit quem ad confinia sua mere autoritate non cognitionaliter per modum diffinitiue eo reuocato intelliguntur expirare confinia, idem si data est licentia quibusdam bannitis redeundi ad ciuitatem, quia expirabit licentia per reuocationem legati vel morte. arg. l. si certaru. ff. de testa. mili. Idem etiam si legatus posuit interdictum in ecclesia: nam interdictum magis accedit interlocutorie quam diffinitiue cum sit reuocabile secundum Bald. qui etiam dicit quod quando sententia est lata ratione contumacie, tamdiu durabit quandiu durat contumacia. vt. c. ex literis. de constitu. ⁊ in. l. i. §. si frater. de collatio. ⁊ ideo bannum quod fertur ex contumacia bannito comparente resoluitur in simplicem citationem: effectus autem diffinitiue durat perpetuo, vt hic ⁊ facit. l. sed ⁊ si per emptorem. §. sedendum. ff. ex quibus cau. maio. quod verum nisi sententia contineat tempus certorum annorum, mensium vel dierum. vt. l. j. ad finem. ff. de off. prefec. vrbis. vel contineat tempus indeterminatum, vt si iudex simpliciter dixit, interdico tibi ad tempus: tunc enim durat decennio ⁊ non vltra, vt in sing. l. sine prefinito. ff. de penis. vbi nomen temporis in sententia absolute prolatum intelligitur de tempore longo. i. decenij, vel si apposita est dictio ad beneplacitum nostrum vel ad nostram voluntatem; quia non durat finito officio, vt per Bart. in l. centesimis. de verbo. obliga. ⁊ in. c. si gratiose. de rescr. dixit tamen Bartol. in. l. i. j. de tractatoriis. lib. xij. quod licentia quam dant gabellarij de extrahendo bladam vel mercantias durat septem diebus, ⁊ sic videtur quod talis licentia transeat etiam in tempus successorum, si illi septem dies cadunt in illud tempus forte, quia illi licentiato est quesitum ius propter solutionem gabelle quam non debet iterum soluere pro eadem re, vt per gloss. ⁊ Ludo. in. l. r. de publi. sed quero, quid de licentia iudicum de capiendo aliquem, an duret in tempus successoris, argume. quod non, quia est interlocutoria sicut citatio. vt. l. si cum dies. §. si intra. ff. de arb. contrarium tenuit Bal. hic, quia ex ista sententia est ius quesitum parti; ad hoc gloss. ordi. in. l. r. quia. ff. de iurisdicti. omnium iudicum. ⁊ idem tenet Bartol. in. l. fundi. de acquirenda possessione. §. i. non enim pertinet hoc ad solam iudicis autoritatem, sed ad ius ipsius partis. ista licentia ⁊ interlocutoria de capiendo vel mittendo quem in possessionem. verum est tamen quod si nuntius, cui fuit facta commissio de executione facti non fuit executus commissionem ⁊ mandatum ante fine officij illius mandantis non poterit exequi postea sine nouo mandato. quod verum videtur si fuit factum mandatum certe persone: secus dicit dominus meus si persone incerte, vt omnibus baiulis habentibus officium ex publico, sicut fit in ista ciuitate, quia hoc vltimo casu videtur dubitandum, an expiret mandatum cum officium ipsius baiuli, ad huc duret tempore sequentis officialis. facit, quia illud mandatum est necessarium ex parte mandantis ⁊ ex parte mandatarij, ergo non expirat finito officio mandantis. vt dicta. l. r. quia. ⁊ l. fundi. §. i. Cautius est tamen etiam secundum Bal. quod fiat renouatio commissionis. ⁊ ita dicit Ange. quod seruatur in practica, quid autem de illa interlocutoria instrumentum fore exequendum, an eius effectus duret tempore sequentis officialis: ita vt possit executio fieri autoritate dicte sententie. Ange. hic dicit, quod sic. vt in authen. de iudicibus. §. sine autem. Non obst. dicit ipse. l. nostra, cum sua gl. quia ista interlocutoria fuit lata sine cause cognitione, ideo non mirum si durat. Interlocutoria enim fertur, interdum cum cause cognitione, ⁊ interdum sine, vt per Bartol. in. l. prima. ff. de confessis. Et primo casu durat. Secundo non, quod dominus meus notat ad ista precepta que fiunt laboratoribus, vt respondeant de fructibus tali ⁊c. nam si iudex incipiat a precepto sine cause cognitione, ideo non durat ⁊ reo comparente preceptum resoluitur in simplicem citationem. vt per Barto. in. l. de pupillo. §. meminisse. de noui operis nuntiatione. etiam si apposita sit clausula iustificatiua, ⁊ si senseris te grauatu ⁊c. ⁊ ille coparens petat reuocari mandatu, tale mandatu reuocari debet sine alia cause cognitione sicut emanauit, vt ibi habetur, ⁊ per Angel. in. l. i. si cui plusquam. per. l. Ful. ⁊ per Cano in capitulo, cum in iure peritus. de offic. delega. sed si iudex incepit a cause cognitione, puta citando quod veniat ad dicendum, quare non debeat sibi fieri tale preceptum, postea dicetur factum cum cause cognitione nec debebit ita reuocari, ⁊ habet vim diffinitiue, ⁊ sic transit in tempus successoris secundum ea que habentur in. l. prolatam. j. de sententiis. ⁊ ita vidi practicaria Camberariis, qui licet secundum ordinamenta artis sue possint cassare quem de matricula, de facto tamen volentes facere cassationem citant, vt veniant ad dicendum causam, quare non debeant cassari. ¶ In eadem ibi, item quod dicit gloss. postquam dixit de tempore querit quid de loco, verum prohibitus aduocare a iudice istius ciuitatis possit esse aduocatus alibi, puta in ciuitate Florentie, ⁊ respondet gloss. quod aut fuit prohibitus, ex causa que infamiam non irrogat, ⁊ ista prohibitio non extendit se vltra locum iurisdictionis iudicis prohibentis. aut fit ex causa, que infamiam irrogat: ⁊ tunc videtur prohibitus in omni loco. vt. l. ex ea. ff. eod.

ff. eod. que verba sunt valde ponderanda, ad ea que habentur in. l. cunctos po. de summa trini. ⁊ per docto. in l. fin. ff. de iurisdictione omnium iudicum. ⁊ in clementi. pastoralis. de re iudicata. ⁊ dixi in capitul. animarum. de consti. lib. vi. 3 Aduerte tamen, quia † interlocutoria non solet infamare. vt. l. qui ergo §. quantum. ff. de infamibus. ⁊ in. l. prima. de modo mulctarum. ⁊ dicetur in l. nulli. ⁊ in. l. verbi. ⁊ in. l. interlocutio. §. ex quibus causis. infa. irroga. ideo intellige gloss. hic, de interlocutoria que infamat, vt quando est facta executio. vt. l. ictus fustium. ff. de his qui notantur infamia. ⁊ tiquantum gl. tangit circa fin. de aduocato condemnato, sed non expresse prohibito postulare nunquid per augmentum pene videatur cum infamia dispensatum hec materia est altius inuestiganda a'ibi. ⁊ dicemus aliqua. in. l. ⁊ si seuerior. ⁊ in. l. ⁊ si Possidonius. §. ex quibus causis infamia irrogatur. ⁊ plene ponitur per docto. in. l. quid ergo. § pena grauior. ff. de infami. Lex, nec ceterum. hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 ☞ Liberti etiam possunt esse aduocati si sunt literati
2 Illiterati etiam possunt exercere officium aduocatorum: sed non possunt describi in matricula aduocatorum.

1 NEc ceterum. Etiam liberti † si literati sunt possunt esse aduocati. hoc dicit. ¶ In gloss. prima ibi, quid autem. not. quod licet text. loquatur de literatis, tamen etiam illiterati † possunt exercere officium aduocationis, sed 2 non possunt describi in matricula aduocatorum, quia ad hoc requiritur vt in. ll. per quinque annos studeant. vt l. memini. ⁊ l. iubemus. §. tit. i. ⁊ hoc voluit ista gloss. notabilis. L. si sub specie. hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 ☞ Promittens sub spe patrocinij sibi prestandi ab aduocato, tanquam receperit mutuo quod non recepit. potest in tempus constitutum se tueri contra illam promissionem quam etiam condicere potest ⁊ subduntur declarationes inferius.
2 Erroneum a falso discrepat, ⁊ a simulato ⁊ fraudulento.
3 Simulatio quo pacto probatur, ⁊ cum pulchra declaratione.
4 Salarium aduocati non debet excedere pretium centum aureorum. Fallit tamen in causa vite ⁊ status.

1 SI sub specie. Promittens † sub spe patrocinij sibi prestandi ab aduocato tanquam receperit mutuu quod non recepit potest in tempus constitutum se tueri aduersus illam promissionem quam etiam condicere potest. hoc dicit. ⁊ secundum communem intelligentiam, confessio ista facta fuit ex causa mutui, non tamen fuit de mutuo, sed de prestando patrocinium cogitatum, ⁊ quia patrocinium non fuit prestitum, habet locum except. non numera. pecu. vel conditio cautionis siue promissionis, ita quod per sententiam declaratur illam superficialem ob. non tenere. Sed contra hoc opponitur, nam excep. non nume. pecu. tunc demum competit quando promissio fuit facta spe future numerationis. vt. l. aduersus. ⁊. l. in contractibus. §. de non numerata pecunia. ⁊ instit. de literarum obl. in prin. sed hic nõ fuit facta spe future numerationis, sed spe patrocinij prestandi. ergo non habet dicta exceptio, que hic dicitur competere, ⁊ quidem dicitur competere. §. tempus a iure statutum, id est intra biennium, vt hic in tex. glos. respondet pluribus modis intelligendo. vno quod hic fuit promissum aduocato vltra quantitatem debitam pro aduocatione iam prestita: ⁊ ideo fuit absumptus color mutui sed ista so. non placet, quia tunc non daretur exceptio non nume. pecu. sed exceptio iniuste cause ⁊ simulate ⁊ durat perpetuo. vt. l. ij. ff. de condictione sine causa. ⁊. l. i. §. de condictione ob turpem causam. sed hic loquitur de except. non nume. pecu. que competit intra bienniũ. vt. s. ergo ⁊c. Preterea litera dicit quod promissio fuit de quãtitate que deberi potuisset pro patrocinio, ergo dicta so. non est vera. quidam volentes hunc intellectum sustinere respondent, quod vtraque exceptio potest dari, videlicet ex iusta vel simulata causa. vt s. ⁊ non nume. pecu. quia figura obligationis expresserat mutuum, nec obst. illud quod dicitur de biennio, quia hoc verum quando excipiens vellet imponere onus probandi parti aduerse, sed quando ipse vellet onus probandi adsumere haberet d. except. etiam post biennium. vel dicas quod hic debet suppleri dictio maxime, vt sentit glo. ibi, respondeo idem quasi velit quod etiam post biennium competit dicta except. sed maxime intra biennium: sed contra hoc aduerte, quia ratio. l. stat in hoc, quia post spatium temporis videtur adesse consensus ac fides, vt dicit litera expressa, ergo exceptio non nume. pecu. que fundatur ex presumptione tollitur lapsu temporis per contrariam presumptionem: dic ergo secundum Bald. quod aut figura obligationis exprimit mutuum, ⁊ tunc spectatur biennium, vt hic. aut aliam contractum sub spe future numerationis, ⁊ tunc est except. perpetua. ad hoc. l. ij. §. circa. ff. de excep. doli. sed adhuc contra hunc text. ⁊ contra predicta opponitur, quia negari non potest quin hic sit contractus simulatus, quia factus in figura mutui cum nullum interuenerit mutuum, nec re, nec spe: sed interuenit spes patrocinij consequendi, ergo deberet dari perpetua excep. simulationis. vt. l. ij. §. plus valere quod agitur. quod est contra hunc text. respondeo hoc verum quando promittitur illud quod non debetur ex aliqua iusta causa, sed promittitur pretextu alicuius cause iniuste: tunc enim fateor quod habet locum except. simulationis vel exceptio sine causa vel ex iniusta causa secundum Barto. ad hoc dicta. l. i. de condictione ob turpem causam. idem si causa vera non subest, aut non equipollet cause superficialiter adsumpte: puta causa emptionis ad causam locationis secundum Bald. sed hic adsumpta erat causa mutui pro causa patrocinij, quarum vtraque est legitima ⁊ equipollent ad inuicem, ⁊ ambe tendunt ad vnum finem, vt aduocatus habeat salarium ⁊ prestet patrocinium. ⁊ sic est quedam trãslatio de vna causa licita ad aliam similiter licitam: non autem est simulatio, nec habet titu. plus valere quod agitur. quia innatur primordio veritatis. vt. l. si ex pretio. l. si certum petatur. quod tene menti. Quidã tamen volunt. quod etiam hic detur except. simulationis intra biennium ⁊ conditio promissionis ex eo, quia illa causa vera ⁊ de futuro sperata cuius contemplatione fuit facta promissio non durauit equipollẽs quoniam patrocinium speratum non fuit prestitum. ¶ Et sic not. quod quando cause sunt equipollentes a princip. sed non durant, tũc etiam si id agitur est approbatum, sicut id quod simulate concipitur, tamen habet locum simulatio, ⁊ ille titulus. plus valere quod agitur. ¶ Et vltra no. quod dicto casu si termini cadãt: puta, quia causa simulata erat mutuum, vt hic exceptio simulationis concurrit cum except. non nu. pec. ¶ Plus etiam notandum videtur quod talis exceptio simulationis ⁊ conditio promissionis que solet esse perpetua non durabit dicto casu vltra biennium. forte, quia a princip. est orta cum illa natura propter concomitantiam quam habet cum except. non nume. pecu. ⁊ intantum se ad inuicem complectuntur, vbi de mutuo agitur quod exceptio. non nume. pecu. dicitur simulationis exceptio etiam instantis: ⁊ putat dominus meus hic, quod si dicta exceptio simulationis esset connexa non cum exceptione predicta, non nume. pecu. sed alia except. perpetua. puta non facti depositi, vt potest esse etiam verisimilius in clientulo confitente apud se factum depositum sub spe patrocinij consequendi non claudetur, sed erit perpetua sicut alie personales. vt. l. secunda. infra. de constituta pecunia. imo dicto casu except. non facti depositi. nihil est aliud quam exceptio simulationis, ⁊ sic non dicitur exceptio simulationis concreta ⁊ cõnexa cum alia excep. sed stabit per se in sua propria virtute perpetuitatis, vt

in effectu videtur velle hic dominus meus, licet per multa verba, qui postea altius investigando intrat la-
2 tius materiam simulationis, cōcludens aliud † esse erroneum. de quo in. l. tertia. §. subtilius. de condictione ob causam. ⁊ per Bartolum, in. l. prima. ff. de officio procuratoris Cesaris ⁊ rationalis. Aliud falsum quod caret veritate. vt. l. quid sit falsum. ff. de fals. ⁊ sit preter, vel contra partium voluntatem. vt. l. fin. infra, plus valere quod agitur. ⁊ habetur per Baldum, in. l. si non verum. infra, de donationibus inter virum ⁊ vxorem. vbi tantum dicit quod statutum loquens de exceptione falsitatis habet locum large intelligendo etiam in except. simulationis. Aliud fraudulentum quod potest esse simulatum. vt in. l. post contractum. ff. de donationibus. ⁊ non simulatum. vt in titulo, de his que in fraudem cre. Aliud simulatum fictitium, vel imaginarium que in idē recidunt, ⁊ de hoc est materia. l. nostre non de superioribus. De simulatione igitur possunt plures species considerari. vt colligitur ex dictis Bartol. in illo notabili cōsilio quod incipit, Petrus Nicole, ⁊ Bald. in. l. tertia. plus valere quod agitur. ⁊ in. l. cum precibus. infra, de probationibus. ⁊ Cano. in capitulo, illo vos. de pigno. ⁊ in capitulo, ad nostram. de emptione ⁊ venditione. ¶ Prima ⁊ propriissima species est de nullo ad aliquid quando nihil agitur inter partes, sed apparet aliquid agi. ¶ Secunda species est quando de aliquo improbato quod agitur in vero ad aliquid approbatum quod in apparenti ostenditur. ¶ Tertia species est quando de approbato ad probatum, ⁊ cause non equipollent ad eundem finem ⁊ effectum, vt quando in vero est pignus ⁊ in apparenti est venditio, vt faciunt communiter vsurarij, vt habetur in dicto capitulo, illo vos. ⁊ capitulo, ad nostram. ⁊ per Baldum, in dicta. l. tertia. ¶ Quarta species est de approbato ad probatum, ⁊ cause sunt equipollentes ⁊ in eadem equipollentia durant. vt. l. si ex pretio. infra, si certum petatur. ¶ Quinta species est de approbato ad probatum, ⁊ cause sunt a princip. equipollentes: sed non durant equipollentes, quia non sequatur effectus, vt hic secundum supradictum intellectum veriorem. Est etiam quedam simulatio que fit de persona ad personam, vt quando persona que in veritate agit actum, vel cum qua agitur est incapax adsumitur ⁊ supponitur in apparenti alia persona que sit capax. ⁊ tunc obstabit except. simulationis. vt habetur in. l. hac edictali. infra, de secundis nuptijs. in verb. quam obseruatione. ⁊. l. in tacitis. de legatis primo. sed quando vtraque persona est capax actus non vitiatur propter dictam simulationem, vt patet ex notatis in. l. que dotis. soluto matrimonio. ⁊ per Bald. in dicta. l. cum precibus. in fine. illa autem species que diceretur fieri de nihilo ad nihilum, vel de improbato ad improbatum non est in consideratione, quia omnino fieret frustra. iuxta illud Persij de nihilo nihilum ⁊c. Diversitas autem precedentium specierum vtilis est maxime propter statuta, ⁊ alias dispositiones in quibus fieret mentio de simulatione, quia interdum habebat locum in certis speciebus de predictis ⁊ in alijs non. Idem si statutum permittit excep. simulationis, ⁊ non aliam except. non intelligitur permittere except. illius simulationis que fieret de approbato ad probatum, ⁊ cause sunt ⁊ durant equipollentes, vt supra in quinta specie: quia ista est quedam transfugio non simulatio. vt dicta. l. si ex pretio. Sed illa que fieret de nihilo ad aliquid, vt per Bartol. in. l. emptor. ff. de aqua pluuia arcenda. ⁊ forte etiam alias species supradictas, secundum dominum meum. eodem modo si statutum diceret quod cōtra instrumentum non possit opponi aliqua exceptio, tamen poterit opponi exceptio simulationis quando simulatio fit de nullo ad aliquid, vel de eo quod est improbatum ⁊ contra bonos mores ad id quod est approbatum, quia tunc except. simulationis non dicitur proprie opponi contra instrumentum cum non sit instrumentum nec habeat esse, licet habeat figuram esse, secundū Bal. in dicta. l. cum precibus. licet Barto. videatur aliter tenere. in. l. i. §. parui. ff. quod vi aut clam. distinguens an statutum tollat except. contra contractum, ⁊ tunc exceptio simulationis possit opponi an contra instrumentum, ⁊ tunc possit opponi de simulatione contractus, sed non de simulatione instrumēti, vt ibi per eum quod vltimum posset forte procedere in alijs speciebus simulationum quam in predictis reddentibus contractum ⁊ instrumentum nullum, quod est taliter simulatum quod habetur pro nullo, non obst. illa scriptura facti. vnde si statutum tollat omnem except. non intelligitur tollere except. nullitatis. vt. l. iij. §. condemnatum. ff. de re iudicata. ⁊ est bonus textus in capitulo, si quando. de elec. in. vi. plus etiam dico quod ⁊ si sit renunciatum exceptioni simulationis, tamē potest opponi quando est propria simulatio, vt in prima specie supradicta: quia illa renunciatio, etiam est simulata sicut principalis contractus qui fit in apparenti secundum dominum meū, sicut alias dixit Guil. de cugno. in. l. fin. ff. de constituta pecunia. quod irritato principali cōtractu, omnes clausule irritantur que ipsi contractui adherent, similiter ⁊ si de quolibet contractu debet solui gabella, non debet solui de contractu simulato ea simulatione que reddat contractum nullum, vt. s. ad hoc notata per Bald. in. l. j. j. plus valere quod agitur. quod puto verum nisi in odium dolosi simulatoris qui non potest allegare turpitudinem suam in preiudicium gabellarij. vbi autem simulatio non reddit cōtractum nullum, vt in alijs speciebus supradictis: tunc debet solui gabella respectu contractus qui in vero agitur non respectu eius qui fit in apparenti secundum dominum meum hic, ⁊ similiter dum docto. tenent communiter quod iuramentum non firmet contractum simulatum. vt per Bald. in. d. l. i. plus valere quod agitur. ⁊ per glo. ⁊ Ange. in. l. emptio. eod. titu. debet intelligi de simulato, in prima ⁊ secunda specie simulationis supradicte. ⁊ forte de tertia: quia non est iuratum super eo quod agitur in vero. ⁊ super eo quod agitur in apparenti non est consensus qui est fundamentum iuramenti. vt cap. quamuis. ⁊ c. licet mulieres. de iureiuran. merito non firmetur: secus in quarta specie, quando cause sunt approbate ⁊ equipollentes ⁊ durant, ⁊ in quinta quando nō durāt equipollentes, quia a princi. habuit fundamentum dictum iuramentum: ita videtur transeundum, licet dominus meus de hoc vltimo dubitauerit. ¶ Ex his patet quod magna est differentia, sub qua specie simulationis contrahatur: ⁊ hinc dixit Bar. in predicto suo cōsilio quod except. simulationis debet in specie deduci, ⁊ sic non generaliter, puto tamen quod si generaliter fuit opposita ⁊ in processu postea specialiter declarata sufficiat propter illam generalem exceptionem, quam facit reus actori non deberi ⁊c. sub qua comprehēditur omne ius ipsius rei declarandum postea in processu, si aliter non fuit replicatum merito sufficiat sicut dicitur de libello generali. vt. l. i. §. si quis. ff. depositi. ⁊. l. si. j. de annali except. ⁊ dictum est. s. de ede. l. edita. ⁊ in cap. abbate. de re iudicata. lib. vi. ⁊ sic apparet necessarium esse cognoscere, sub qua specie simulationis contractus fuerit celebra-
3 tus: † qualiter autem probetur simulatio. vide per Bal. in. l. multum interest. j. si quis alteri, vel sibi. ⁊ aduerte, quia non sufficit allegant contractum simulatum probare simulationē ex parte sua, nisi etiam probet simulationem aduersarij: vnde Bal. dicit, in. d. l. i. quod si vna pars intendit facere actum verum, altera simulate est in electione non simulantis, an velit actum valere nec nec quia simulans nō potest allegare simulationem in preiudicium non simulantis, ⁊ quādo adsumitur color onerosi contractus, vt sic magis valeat: puta quando vir intendens donare vxori confitetur, ⁊ adsumit colorem dotis recepte, interdum facit illud in fraudem creditorum. vide in. l. simplicius. ff. de dona. inter virum. ⁊ in. l. cum quis decedens. §. Titia honestissima. de lega. iij. ⁊ per Ludo. late in. l. si diuortio. de verb. obl. ¶ In text. ibi, consensum ⁊c. not. quod qui biennio tacet, ⁊ non opponit except. non nume. pecu. intelligitur gesto negotio cōsentire. Ex quo infertur quod ex contractu literarum elapso, vel vltimo oritur naturalis obligatio inter contrahentes, ⁊ ita solet allegari ista. l. vt per Baldum. ⁊ Angel. hic. ⁊ per Bald. in. l. generaliter. j. de non num.
4 pecunia. ¶ In glossa prima, no. quod † salarium aduocati non debet excedere centum aureos: nisi vt dicit Bald. in. l. prima. infra, manda. sit causa vite vel status, vt ibi vide plenius per eum. Lex, velamento. hoc dicit.

Summ

SVMMARIVM.

1 ☞ A sententia non receditur propter aduocati absentiam cum illatione ad textus declarationem, post modum subsecuta.

VElamento. h. dicit.

1 Non receditur † a sententia propter absentiam aduocati. h. d. ¶ Ex quo infertur quod sententia valet etiam non visis allegationibus aduocatorum secundum Bal. sed iste text. hoc non probat maxime intellectus, vt intelligit gl. quod loquatur de absentia aduocati tempore sententie non de absentia anteriori: puto tamen hoc esse verum in se, nisi in minore qui licet sententia contra eum lata teneat, tamen restituitur propter obmissas allegationes. l. minoribus. xxv. ann. obmissam. ff. de mino. ¶ Item nisi in fisco; quia sententia in causa fisci debet ferri presente aduocato fisci, alias non tenet. vt l. fin. de aduoca. fisci allegata hic, in gloss. in verb. conatur. ¶ In eadem ibi. c. i. vt lite non contesta. ibi loquitur de dilationibus dandis propter absentiam aduocati que quod dande sunt, si iusta est causa absentie & non per calumniam petuntur: vt quia aduocatus ex causa necessaria & non diu abfuturus sit, nam difficile esset aliud de nouo instruere. ad hoc que habentur in. l. si longus. de iudi. & per Bar. in. l. i. de vaca. munerum. & sicut ad expectandum aduocatum, ita & ad ipsum querendum dari debet dilatio. vt. ff. ex quib. causis ma. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. & l. ait Pretor. §. fin. l. autem nostra loquitur de sententia iam lata non retractanda propter absentiam aduocati, non enim retractatur, nisi vt. s. in fisco, & minore. L. si qui aduocatorum. h. d.

SVMMARIVM.

1 ☞ Ab officio aduocationis sunt repellendi paciscentes de quota litis.
2 Bona fama mille thesauris preualet.

SI qui aduocatorum.

1 Paciscentes † de quota litis debent repelli ab officio aduocationis. h. d. ¶ In tex. ibi, estimationi no. quod hic reprehenditur qui illicitum lucrum prefert estimationi, &
2 fame, & merito, quia plus † valet bona fama quam mille thesauri, vt per gl. in. l. alias. de iureiuran. ¶ In glo. in verb. immensa. ibi, secundum Irne. & Azo. est ista veritas secundum Bald. quia aduocatus non debet se facere consortem litis etiam in minima parte. ideo nec de minima quota pacisci potest secundum communem opinionem. non obst. quod dicit gl. de ver. partis, quia cum hac dictione, coniungitur dictio, certe, quo casu alteratur & non significat precise dimidiam, vt notatur in cap. si eum. & in cap. auaritie. de elect. in. vi. & ibi dixi. & non solum de minima quota non licet pacisci. imo nec de certa re speciali ipsius litis secundum gl. in. l. sumptus. ff. de pac. & Bal. & Ange. hic. est enim generaliter prohibitum ne aduocati alienam litem faciant suam, vt per Bald. in. l. ab Anastasio. C. mand. nam tales sunt nimium solliciti & presumunt excogitare omnia mala mundi. & sic diaboli gaudent. & illi collaudant cauillationes & aduocatorum astutias, dicit Cyn. in d. l. ab Anastasio. gl. tamen hic ibi. Item quid si quis sequitur etiam Bar. videtur concludere tale pactum de re certa valere, & sic contra opi. supradictam, tu potes dicere verum esse quod dicto casu non habeat locum pena huius. l. & ita loquatur Bart. sed non esse verum quod valeat pactum, & ita loquantur Bal. & Ang. nec ista distinctio est sine fundamento. nam & alibi l. penalis. loquens in vno casu extenditur ad casum similem ex identitate rationis, quo ad prohibitionem non quo ad penam. vt notatur in. c. dispendia. de rescrip. in. vi. quod loquitur in personalibus actionibus, & tamen quantum ad dispositionem, de qua ibi extenditur etiam ad reales, sed non quantum ad penam. illud certum est quod aduocato potest promitti aliquid in euentum palmarij, etiam si sit res certa dummodo non vertatur in litem. vt notatur in. l. i. C. de suffra. & in. d. l. sumptus. & hic per glo. & Bal. sed tamen secundum. d. m. omnia huiusmodi pacta apud bonos & graues sunt inhonesta, quia & isti faciunt quodammodo alienam litem suam. sequitur Lex, quisquis vult.

SVMMARIVM.

1 In eadem causa quis non debet esse iudex: & aduocatus legibus, & ratione certet, non conuitijs: cum clientulo suo non contrahat, sed salario suo contentus sit: nec litem ex industria differat si non vult infamia affici, & dum allegat stet rectus & non sedeat.
2 An in causa in qua quis consuluit possit honeste aduocare vel econuerso.
3 Litigans & infirmus equiparantur, & sicut infirmus omnia promitteret medico timore mortis, ita & litigator omnia promitteret aduocato timore amittendi litem.
4 Auari & insatiabiles aduocati, sunt inter vilissimos connumerandi.

QVisquis. hoc dicit.

1 Non † sit quis in eadem causa aduocatus, & iudex legibus & ratione certet. non conuitijs: cum clientulo suo non contrahat, sed salario suo contentus sit, nec differat ex industria litem si non vult esse infamis, & dum allegat stet rectus & non sedeat. hoc dicit. ¶ No. bonam. l. de moribus aduocatorum, & quid debeant obseruare & a quibus debeant abstinere; & inquantum dicit quod in eadem causa non debet esse aduocatus, & iudex innuitur quod in diuersa potest esse, quia iudex vnius cause potest esse aduocatus in alia causa que non vertitur co-
2 ram se, sed an † in causa in qua quis consuluit, possit honeste aduocare, vel si fuit aduocatus possit consulere. vide gloss. & Barto. in. l. proxime. de his que in testam. delentur. ¶ In gl. in verb. vtilitas. no. glo. que docet honeste dicere factum suum & allegare turpitudinem partis aduerse vel aduocati aduersarij, vt si quis obijciat aduocato quod falsos testes instruxit, non autem dicat eum esse falsarium, quia hoc casu faceret illi iniuriam, secus in primo: vt est de mente huius gl. & etiam D. doct. quod tene menti, quia de hoc fuit magna questio isto anno. ¶ In gl. in verb. opinio. no. quod iuris maxime homo & contra iustitiam displicent homines procaces & contumeliosi. ¶ In gl. in verb. ineat contractum. ibi, si-
3 cut infirmus. not. † litigantem & infirmum equiparari, & sicut infirmus timore mortis omnia promitteret medico: ita & litigator aduocato timore perdendi litem. ¶ Quod no. ad ea que dicta sunt de transactione. s. in. l. interpositas. de tran. ¶ In eadem ibi, sed quid si ante de hoc plene, in. l. i. C. de suffragio. & ibi dixi. ¶ In gloss. in verb. decebit, dum allegat Catonem. not. eam contra
4 auaros † aduocatos & insatiabiles, qui inter vilissimos debent enumerari, vt hic in text. ¶ In gloss. in verb. inualuerint, hanc not. contra verbosos, & nimium loquaces aduocatos, qui multis verbis, & plerunque impertinentibus, conterunt tempus, vt appareant vulgaribus multum eloquentes, & docti, & captent ab ipsis illam inanem & popularem gloriam que vera non est, vt dixit Bald. in. l. precibus. C. de impube. facit glo. de scholari glorioso, in. l. cum ea. ff. de transf. vane enim voces populi non sunt audiende. vt. l. decurionum. C. de penis. & vulgi iudicium plerunque caligine erroris obuoluitur dicit Augustinus in primo de ciuitate Dei, & Cicero in primo de diuinatione. in vers. tibi vero in iudicando placet multitudo quasi non quicquam sit, cum his. quam nihil sapere vulgare. sequitur Lex, prouidendum.

SVMMARIVM.

1 ☞ Aduocati sunt inter litigantes diuidendi, vt de melioribus vtraque pars habeat partem suam, & ad-

uocatus cogitur acceptare aduocationem, & si sine iusta excusatione repudiauerit, tali officio priuatur. & pars que conducendo omnes vel meliores aduocatos subtraxerit aduersario partem malam causam fouere presumitur.

2 Legum scientia nobilitat hominem.
3 Virtus, an fama probetur.
4 Excusationes ab aduocatione sunt probāde, & que sint.

Prouidendum. h. d.

1 Aduocati † debent diuidi inter litigantes, vt de melioribus vtraque pars habeat partem suā. h.d. Primo vsq; ibi, si quis vero. Et aduocatus cogitur acceptare aduocationem, & si sine iusta excusatione repudiauerit, priuatur eius officio. h.d. Secundo vsque ibi, si quis autem. Et pars que conducendo omnes vel meliores aduocatos subtraxit aduersario partem presumitur malam causam fouere. h.d. Tertio & vltimo vsque in fin. ¶ In 2 tex. ibi, nobilissimos. no. & semper allegatur quod † scientia ll. nobilitat hominem, ad hoc not. in l. i. J. de profess. vrbis Constā. lib. xi. & l. i. ff. si certum petatur. vbi gl. appellat docto. dominos. & teligi. š. de transf. l. vi respons sum. & si doctor ll. esset nobilis genere augeretur nobilitas generis nobilitate sciētie, & diceretur vtraque nobilitate pollere. vt per Bart. in l. i. J. de dign. lib. xij. vbi etiam posuit plures species nobilitatis in quibus non insisto, sed non credas quod docto. propter hanc nobilitatem repellantur a cōmodis & honoribus, a quibus interdum repellunt nobiles ex forma statutorum, vt est in multis terris: puta, vt non possint esse de prioribus, vel quid si. ¶ Inquantum tamen hic tex. in prin. videtur preferre nobilitatem comparatam & acquisitam ex merito. i. secundum gloss. ex feruenti & assiduo studio nobilitati acquisite ex vetustate facit, vt doctor bene intelligens, quamuis iuuenis, preferatur seniori minus intelligenti. & ita notat etiam Sali. & facit text. in auth. de monachis. §. i. presumptio tamē est pro senioribus. vt in text. ibi, rudibus atque tyronibus, & pro famosio- 3 ribus ibi, fama hilarior. ¶ Ex quo. tex. no. † virtutem probari per famam, non tamen vulgarium. vt. š. in. l. precedenti. ¶ In tex. ibi, equa diuisio. not. equalitatem seruandam in aduocatis, & quod hic dicitur de aduocatis: idem dicit Bald. in quibuscunque per iudicem eligendis. ¶ In verb. si quis vero. not. quod aduocatus non potest sine iusta causa recusare aduocationem, vt ibi, excusatione que &c. ¶ Ex quo tex. etiam not. quod 4 † aduocatus vel similis excusans se a iure cōmuni debet probare causam excusationis: iusta autem excusatio erit ne contra multum amicum aduocet vel pro inimico vel contra inimicum. vt in gloss. no. l. i. §. ait Pretor. ff. eodem. vel si aduocando haberet conscientiam lesam: vt quia requireretur per eum qui iustam causam non habebat, vt per Bald. in. l. rem non nouam. J. de iudi. quia aduocatus tunc non tenetur talem causam suscipere & iuuare contra conscientiam: similiter, nec contra parentes, etiam si sit aduocatus fisci pro fisco. vt. l. hi qui. ff. eodem. ¶ In verb. si quis vero. no. quod conducens plures & meliores aduocatos pro se presumitur habere malam causam. facit. c. constitutus. el primo, de testi. sed tamen ex tali presumptione non damnatur, dicit gloss. quam sequitur Bald. hic, dicens eam presumptionem esse inefficacem. ¶ In gloss. in verbo, careat, que intelligit, scilicet ipso iure Angel. eam singulariter allegat in. l. in criminali. infra, de iurisdictione omnium iudicum. & hic, & tu vide etiam tex. in. l. si quis maior. supra, de transact. & in authen. habita. J. ne filius pro patre. sequitur. L. nemo.

SVMMARIVM.

1 ¶ Aduocatus debet esse Christianus & imbutus misterijs catholice fidei & religionis, & iudex non Christianum admittens ipse & admissus puniuntur.
2 Iudei & alij non Christiani non possunt legibus studere nec aduocare, nec graduari, quia hoc officium non possunt habere, nisi imbuti misterijs catholice fidei.

Nemo hoc dicit. 1 Aduocatus † debet esse Christianus & imbutus misterijs catholice fidei & religionis, & iudex admittens alium quam Christianum, & ipse etiā admissus punitur pena hic descripta. h.d. ¶ No. 2 † quod Iudei & alij non Christiani non possunt studere. in. ll. nec graduari, nec aduocare, quia hoc officium non possunt habere, nisi qui sunt imbuti misterijs catholice religionis dicit hic tex. & ideo merito quis doct. in legibus sacerdotes appellat. vt. l. prima. ff. de iustitia & iure. sequitur titulus, de aduocatis diuersorum iudiciorum.

De aduocatis diuersorum iudiciorum[a]. *Rubrica.*

Continua rubricam, vt in glossa rubrice &c. sequitur Lex prima.

SVMMARIVM.

1 ¶ Aduocati preuaricatione sententia lata rescinditur & preuaricator punitur probata preuaricatione, sed ea non probata punitur accusans & sententia manet.
2 Preuaricatores proprie qui sint & que sit eorum pena.
3 Bona distinctio circa corruptelam iudicis aut aduocati seu procuratoris aut testium.

Lex prima. h. dicit. 1 Ex † preuaricatione aduocati sententia lata rescinditur, & preuaricator punitur probata preuaricatione, sed ea non probata punitur accusans & sententia manet. h.d. ¶ Nota quod preuaricatio aduocati probata facit, vt iterum dicta causa principali cognoscatur, sed an ista sententia lata contra aduocatum de preuaricatione faciat fidem contra corrumpentem, vide per Barto. in. l. cum filiuo. de verborum obligationib. & hic per Bald. in fin. qui in effectu videtur concludere quod ei auferatur beneficium sententie non beneficium defensionis. ¶ Item not. in fin. quod si dum discutitur de defectu sententie, aliter quam appellatione labitur tempus datum ad appellandum non potest amplius appella- 2 ri. ¶ In glossa, in verbo, preuaricatum. not. qui † sint proprie preuaricatores & quod possent dici prodicatores, & que sit pena preuaricatorum dic, vt in gloss. in verbo, commissi. & in. l. athletas. §. preuaricator. ff. de his qui notantur infamia. & in. l. i. in fin. ff. de preuaric. ¶ In glo. in verb. queretur ibi, so. quidam dicunt. hāc tenet Odofre. Petr. Bart. Bald. Ange. reiectis alijs so. quia non reperitur iure cautum quod propter corruptionem, aduocati etiam pecuniaria sententia reddatur nulla, & quod fiat dicta distinctio inter corruptelam per gratiam vel per pecuniam, hoc enim habet locum in iudice in quo iudicium sublatur. que ratio cessat in aduocato. vt. l. velamento. supra, titulo primo. & l. i. §. i. ff. eodem. ¶ Ex secunda tamen solu. no. quod culpa in committendo est multo maior quam culpa in obmittendo. vt. l. si mora. ff. solu. matrimonio. sed pro pleniori declaratione huius articuli, de corruptela breuiter di- 3 stingue, aut † fuit corruptus iudex aut aduocatus, aut procurator, aut testes. Primo casu, aut corruptio fuit facta per pecuniam, aut per gratiam. Si per pecuniam sententia est nulla ipso iure. vt. l. venales. infra, quando prouocare non est necesse. Si per gratiam sententia est aliqua. sed competit restitutio. argumento. l. seruo inuito. §. cum Pretor. ad Trebellia. nisi sit lata per falsas allegationes presentis contra absentem. vt. l. si Pretor.

§. Mar

a ¶ Circa hāc ru. videatis guil. de cu. & do. Plumbi. & circa istū titulū & sequentes videatis nouissimos in tractatu, aduocatorū. signanter. ij. & iij. charta: peroptime loquentes. S. T.

§. Marcellus. ff. de iudi. si tamen corruptio aduocati processit absque dolo partis agetur recta via contra aduocatum secundum Ang. hic. ¶ Secundo casu tene. S. dictam opi. Pet. et seq. in fi. in casu. d. §. Marcellus. vbi lata fuit contra absentes per falsas allegationes presentis. ¶ Tertio casu agendum est actione primeua, et si excipiatur de re iudicata, replicabitur de dolo. vt. l. cum a te. ff. de dolo. et ratio differentie inter aduocatum et procuratorem est, quia in persona procuratoris sustentatur iudicium, secus in aduocato, vt. S. ¶ Quarto casu, de teste corrupto dic, vt per Barto. in. l. diuus. ff. de re iudicata. et per Bal. in. l. i. in. vi. quest. C. de condictione indebiti. et per Imol. in. c. cum dilecti. de dolo et contu. et dixi in. c. is qui. de elect. in vi. ¶ In eadem ibi, sed illud intellige. hanc sequuntur communiter doct. ¶ In gloss. in ver. docueris. in fi. dic quod in. l. i. §. i. ad turpi. et si erat aliqua presumptio quod non animo calumniandi, ideo tunc deficiens in accusatione non presumitur calumniari: puta, quia erat fama de illo delicto et delinquente: vel si testes sunt mortui vel absentes, et propterea non potuit probari delictum, vel si sunt reprobati non ratione delicti, sed ratione persone. vt. l. qui solidum. §. etiam. de legatis secundo. vel quia accusator erat syndicus, ad quem ex necessitate officii pertinebat accusare vel denuntiare quelibet delicta, etiam occulta, vt de his plene notatur in. d. §. preuaricator. de his qui notantur infamia. sequitur Lex, qui necessario.

SVMMARIVM.

1 ☞ Aduocatus qui in terra sua ad magistratum assumitur extra eam non potest euagari, sed bene in ea aduocationis officium exercere potest, preterquam contra ipsam terram. quod facit etiam ad doctores conductos ad legendum, et ad auditores sacri Palatii, cum limitatione tamen.

QVi necessario. h. d.

1 Aduocatus † qui in terra sua ad magistratum adsumitur extra eam nõ potest euagari, sed bene potest in ea aduocationis officium exercere. preterquam contra ipsam terram. h. d. ¶ No. quod aduocatus habẽs aliquod officium in ciuitate non debet extrauagari quod argum. contra docto. conductos ad legendum et volentes decedere ad officia aliqua extra patriam. ¶ Item et contra dominos auditores sacri palatii, quia non possunt sine licentia vel mãdato domini discedere, nisi forte gratia voti persoluẽdi secundum Ang. hic. vt. l. fi. de offi. pref. ¶ Item no. quod etiam existens in magistratu: puta, quasi de prioribus potest aduocare, et multo magis videtur quod possit legere, sicut faciebat Emilius papin. quamuis esset prefectus Pretorio. in. l. lecta. in princ. si cer. pe. ¶ No. vltimo quod salariati ex publico vel recipientes honorem nõ possunt aduocare contra ciuitatẽ a qua recipiunt salarium vel honorẽ, et ideo nõ mireris de iuramẽto quod tibi graduando prestabitur, ne suscipias aduocationẽ contra sanctissimũ. d. nostrũ, vel contra ciuitatem Perusinã, vel cõtra collegium doctorum, quia est conforme cum iure cõmuni. puta tamẽ quod si susciperes defensionem alicuius ne reciperet iniustitiã non esses periurus. per ea que dicit Ang. in. l. i. C. de sententiis prefe. Pretorio. sequitur Lex, ne quis.

SVMMARIVM.

1 ☞ Aduocati, neque volentes, nec inuiti possunt esse collectarum collectores. quod est intelligendum de aduocatis in matricula descriptis.

NE quis. hoc dicit.

1 Aduocati † neque inuiti neque volentes possunt esse collectores collectarum. h. d. Intellige de aduocatis descriptis in matricula, vt colligitur in text. ibi, ex corpore. sequitur Lex, fori.

SVMMARIVM.

1 ☞ Per aduocatos quesita ex aduocatione vel eius occasione quasi castrense peculium reputatur, et aduocati filiifamilias, de tali lucro possunt testari: et tale lucrum non venit cum fratribus conferendum, aut communicandum: sed ipsis integrale est prestandum. et hoc siue aduocati habuerint salariũ ex priuato siue ex publico.

FOri. hoc dicit.

n 1 ᵃQuod † aduocati querũt ex aduocatione, vel eius occasione quasi castrense peculium reputatur. h. d. Et sic etiam filiusfam. de tali lucro poterit testari, nec tale lucrum queretur patri hodie quo ad vsumfruct. vt. infra eodem. l. cum aduocatio. nec veniet fratribus conferendum vel communicandum. vt hic in fin. et hoc procedit siue aduocatus habeat salarium ex publico, vt sunt etiam hodie aduocati pauperum, qui sunt in nostra ciuitate, siue lucretur a clientulis de dicto ordine, vt intelligit glossa nostra. ¶ Ex qua not. quod salaria aduocatorum que hodie dantur a priuatis subrogantur loco salarii quod olim dabatur ex publico, et ideo gaudent eodem priuilegio. quod facit pro magistris grammatice accipientibus salarium a discipulis et facientibus collectam. ¶ In textu ibi, occasione. Bald. ponit exemplum de ensenniis et donis, sed Angel. dicit quod hic notatur differentia inter dictionem, ex: et dictionem, occasio. ¶ Prima regulariter denotat causam proximam. vt. l. prima. infra si seruus extero. et dixi supra, de trans. l. si ex falsis. et habetur in. l. prima. de incendio, ruina et naufragio. ¶ Secunda designat causam remotam et etiam remotissimam dicit ipse, vt hic: et in. l. non dubium supra, de legibus. et vide per Cano. in capitulo, solite. in princip. de maioritate et obedientia. hec expositio Ange. est eadem in effectu cum exemplo Bald. ¶ In gloss. fin ibi adem in silentiariis. adde idem in assessoribus, vt supra. in glossa prima. Idem in clericis. vt. l. sacrosancte. S. de sacrosanctis ecclesiis. Idem putat Bald. in notariis, presertim si gerant officium cum dignitate, sicut sunt notarii in aula principis dicit ipse: secus in procuratoribus quorum officium vilissimum est et non publicum, sed priuatum. vt instit. de exceptionibus. in fin. sequitur Lex, quicquid.

a ¶ Ad hanc practicabilem. l. fori. videatis do. Iaco. butrigarium, Cy. Fulg. et do. Bal. do. florianũ, et do. Benedictum de plumbino. S. T.

SVMMARIVM.

1 ☞ Priuilegia concessa aduocatis orientalis prefecture, indulgentur etiam aduocatis vrbicarie prefecture.

2 Priuilegia extensa si adimuntur a primo cui originaliter fuerunt concessa, an intelliguntur adempta a secundo cui fuerunt per extensionem concessa.

QVicquid.

1 Priuilegia † indulta aduocatis orientalis prefecture indulgentur aduocatis vrbicarie prefecture. h. d. ¶ No. quod priuilegia quibusdam concessa possunt per superiorem ad alios transferri etiam generalibus verbis, sic et C. eo. l. hisdem. et in. l. si quis de togatis. et ita fecit Bonifacius papa, qui indulta priuilegia fratribus predicatoribus et minoribus extendit ad heremitanos sancti Augusti. secundum Bart. Bal. et Ang. de quo habetur in 2 clemen. dudum. de sepulturis. sed querit Bald. quid † si dicta priuilegia sic extensa adimantur a primo cui originaliter fuerunt concessa, an intelligantur adempta, a secundo cui fuerunt concessa per extensionem. Bal. dicit hic quod non. sed in. l. priuilegia. S. de episco. et cleri. maturius loquendo dicit, aduertenda esse verba priuilegii, an per modum cause fiendi, et tunc non intelliguntur reuocata. an per modum cause essendi: et tunc secus. de quo etiam habetur. C. de indicta viduitate. l. fi. ¶ In text. ibi, reuerentia studiorum. not. quod studiis debetur reuerentia, etiam iudicio Imperatoris, qui ob talem reuerentiam ipsis studiis multa concedit.

SVMMARIVM.

1 Aduocatis nullum personale munus est iniūgendum, nisi necessitas iudicandi seu arbitrandi in illo loco, ⁊ consulendi, ⁊ aduocandi: ⁊ violantes dicta priuilegia puniuntur pena.l.aureorum.
2 Si aduocati vel doctores immisceant se in officio sibi inhibito, qua pena feriantur.

SAncimus. h dicit.

1 Aduocatis † nullum munus personale debet iniungi, nisi necessitas iudicādi seu arbitrandi in illo loco. h. d. adde ⁊ consulendi secundum Bald.⁊ aduocandi. vt s̄.titulo.i. l.prouidendum.⁊ gerendi magistratum.vt.l.ij.s̄.eo.⁊.l. munerum.§.iudicandi. ff.de mu.⁊ hon.⁊ qui dicta priuilegia violaret cogendo aduocatos ad predicta onera subeūda punitur pena.l.aureorum.vt hic in fi.sed quid 2 si † dicti aduocati,⁊ docto. immiscerent se in officio sibi prohibito: puta, quia doc.legentes sint prohibiti aduocare,vt dicitur esse Ferrarie. Bal.in.l.placet.in.fi.s̄.de episco.⁊ cleri.dicit quod deponuntur a matricula aduocatorum, ⁊ priuantur salario illius anni. ¶ Et no.quod ex quo aduocati sunt exempti a muneribus personalibus non poterunt cogi ad custodias ⁊ excubias.ad hoc l.medicos.j.de profess.⁊ medi.lib.xij.sequitur Lex, jisdem priuilegijs.

SVMMARIVM.

1 Vestis ⁊ habitus pro homine ponitur,⁊ sic pro contento ponitur continens.

HIsdem priuilegiis.

Dic vt. s̄.in.l.quicquid. vbi fuit hec.l. declarata.h.d. ¶ In tex.ibi.togam.no. 1 † vestem ⁊ habitum poni pro homine quod est notandum.sequitur.L.cum aduocatio.

SVMMARIVM.

1 Officium aduocationis fisci a conditione coartali liberat vna cum liberis quandocunq; genitis,⁊ ex eo officio quesitū est, quasi castrense peculium: nec patribus, nec auis ipsius lucri vsufructus acquiritur.
2 Superueniens dignitas liberat hominem a mechanico officio.

CVm aduocatio.

1 Officiū † aduocationis fisci liberat a conditione coartali vna cū liberis quandocūq; genitis,⁊ quod ex eo officio querit, est quasi castrēse peculium,nec patribus,nec auis acquiritur vsufr.ipsius lucri.h.d. ¶ No.quod officium maius liberat a viliori. ¶ Quod no. pro scriptore facto rectore.s.medicorum: nam legiste non paterentur. is ergo scriptor ad predictam dignitatem adsumptus non tenebitur complere 2 lect.quam promiserat scribere, quia † superueniens dignitas liberat a tali nexu. ⁊ vide in. l.stipulatio. §.fine. de noui ope.nun.⁊ in c.vt quiq;.in gl. in ver.epistolā. de vita ⁊ hone.cle. ¶ In tex.ibi.cū liberis quādocunq; genitis. not. ad.q. de priuilegijs vel statutis loquentibus de filijs: an habeant locum in filijs ante, vel post priuilegia siue statuta natis. ⁊ vide in. l.Imperialis.§. de nup.⁊ potes dicere quod hic non sine causa exprimatur dictio, quandocunq;.seq.L.si quis de togatis.

a ¶ Sup ista practicabili.l. nemini. videatis do. Purpu.do.Floriani. do. Plūbinum,in repetitionibus. ac do. Antoniū de alexan. post Bald. Alberici ⁊ Fulgo. ⁊ considerate dicta do. Cornei hic,super ea.
S. T.

¶ Super ista.l. nemini.videatis etiā Roma. cōsi. cccxi.alias.xxvj. col.i.do.Franci. Aret.in cō.lvij. ⁊ do.Feli.in.c.ex literis,in vltima col.de consti.
S. T.

SVMMARIVM.

1 Si aduocatus ad vnum officium assumitur ⁊ illud sine labe gessit ad aduocationis officium remeare potest: secus si cum labe, quod est argumentum in abbate.

SI quis de togatis.

1 Si † aduocatus ad vnum officiū adsumitur,⁊ illud gesserit sine labe potest ad aduocationis officium remeare.h.d. ¶ In tex.ibi,regende prouincie.no.quod aduocatus adsumitur ad regimen ⁊ gubernationem prouinciarum,⁊ nihilominus postea reuersus exercet aduocationis officium. ¶ In tex.ibi.sine vlla opinionis labe. no.a contrario sensu q; qui secundum officium gessit cum infamia, non potest redire ad primū quod habebat,quod est argu.quod abbas depositus ab officio propter sordes nō habeat amplius voces in.c. etiam tanquā simplex monachus:secus si officium abbatie laudabiliter administrauit.

SVMMARIVM.

1 In officio cui vnus consueuit preesse, si plures eliguntur, quilibet eorum vtitur illis priuilegijs, quibus ille solus vtebatur,secus de salario.
2 In salarijs non habet locum ius accrescendi.

BInos.h.d.

1 Quādo † in officio cui vnus consueuit preesse, plures eliguntur quilibet eorum vtitur illis priuilegijs quibus ille solus vtebatur. h. d. ¶ No. quod quando officiū vnius decernitur pluribus videtur,quantum ad dignitatem ⁊ priuilegia cuilibet insolidū attribui:secus quo ad salariū,qd diuidi debet inter ambos secundū Bar.⁊ Ang. per.l.restituēde.§.si.j.⁊ ita cōcludit Bal.post plura verba hic.arg.c.maioribus. de preben. Ista autem diuisio fiet equaliter equalitate proportionis secundum Bal. vnde si vnus erat vicarius castri Plagari ⁊ castri Ponicalis cum salario centum florenorū,⁊ nunc deputent duobus vnus in castro Plagarij, alijs in castro Ponicalis cum salario consueto: dicti centū floreni diuidentur inter eos equalitate proportionis, vt sic quatenus per libras ⁊ solidos conferebant prius in illo salario, ita quisq; nunc suo vicario facit.quod not.Innoc. in.c. grauem.de sentētia excommunicationis. secundū Bal. facit etiā quod dicitur in.l.si non fuerūt. ff.pro so.⁊ vide per Lapū in allegatione.xcix.⁊ allegatione centesi.xvij. 2 ⁊ tex.in.l.i.de preben.salario.lib.x. ⁊ ibi quod † in salarijs non habet locum ius accre.vnde si salariū dabatur duobus,puta legatis ⁊ remanet vnus non accrescet ei illud salarium iure accre.ecōtra autē quando duo officia tribuūtur vni, debent etiā dari sibi duo salaria.vt in authen. vt iudices sine quoquo suff.§.illud. ⁊ not.in.l.i. ff.de leg.i.quod est verū in salario pecuniario vel simili:secus in emolumēto personali ⁊ personā cōcernēte,vt si in aduentu pontificis priores ⁊ camerarij debeant clamides a communi habere.vnus qui sit prior ⁊ camerarius simul nō debet habere duas clamides,sed vnā tantum, ⁊ miror quod prior collegij capiat a graduando chyrotecas duplicatas.⁊ vide Bal.in.l.si a scrib.de appel. j.⁊ que habentur in.l.cum questio. j.de lega.⁊.c.felicis.de censi.in.vj.sequitur Lex,nemini.

SVMMARIVM.

1 Sub colore assidendi nō debet assumi prohibitus in consilium permanere ⁊ nullus in aduocatorum collegio assumatur, nisi prius probatū fuerit eum non esse coartali conditione astrictum ⁊ doctorum iuramento fuerit approbatus, ⁊ doctorum filij ceteris qui sunt vltra numerum in subrogatione preferuntur.
2 Alicuius conditio magis in sua patria,quam alibi nota, presumitur quod facit contra scholares suscipientes gradus magis in alio loco quam vbi studuerint.

NEmini.h.dicit.

a 1 Non † debet sub colore assidendi assumi prohibitus in consiliū permanere. ¶ Item nullus in aduocatorum collegio adsumatur, nisi prius probatum

probatum fuerit eum non esse coartali conditione astrictum ⁊ doctorum iuramento fuerit approbatus, ⁊ filij doctorum ceteris qui sunt vltra numerum in subrogatione preferuntur. hoc dicit. ¶ Not. ⁊ ita allegatur prima pars quod qui non pot esse in vna ciuitate assessor puta propter decretum certi temporis non potest in ea sub alio nomine colorato puta consiliarij gerentis in effectum idem officium assessorum: quia videretur iste color assumptus in fraudem nominis consiliarij ad nomen assessoris ⁊ sic de si. puta de medico ad ceruficum secundum Bald. ⁊ de potestate ad gubernatorem instit. ⁊ vide etiam per Bar. in. l. j. §. de priuilegio schola. ⁊ per Bald. in. l. non dubium. ff. de legibus. ⁊ facit. l. per hanc. §. titu. j. ¶ In verbo, non aliter ibi, ex qua oriundus est.
2 not. quod † conditio alicuius magis presumitur nota, in sua patria quam alibi secundum Bald. ad hoc capitul. eos. de temp. ordi. lib. sexto. quod facit contra scholares suscipientes gradus in alio loco quam vbi studuerint. ¶ In ver. iurisperitos no. ⁊ allegatur secundum Ang. quod doctor presentans scholarem graduandum debet deponere ⁊ iurare de peritia ⁊ scientia ipsius scholaris ⁊ quod ita est non quod ita credat. quod videtur contra gl. in. l. j. ff. de ventre inspiciendo. debet enim dicere se scire illum scholarē esse peritū in sciētia ⁊ bene morigeratum. nam etiam ⁊ propter malos mores posset reprobari secundum Barto. in. l. secunda. de profess. ⁊ medi. ⁊ est bonus text. in simili in cap. si episcopus. xxiij. distinctione hoc tamen quod hic dicitur de iuramento presentium non seruatur in practica secundum Odofre. si ergo est bene moratus ⁊ doctus, vel etiam si non sit bene doctus habeat tamen bonum ingenium, ita quod sperandum sit de futura scientia debet a doctor. examinantibus approbari: vt per Innoc. in capitulo, cum in cunctis. de electio. ⁊ per Imol. in cle. prima. de eta. ⁊ qua. ⁊ sufficient quatuor doc. sine presentāte ad approbandū scholares secundum priuilegia huius ciuitatis dicit Bartol. in dicta. l. secunda. licet de iure communi requirantur. vij. vt. l. magistros. eo. titu. ⁊. l. j. de professoribus ⁊ medicis, qui in vrbe Consta. li. xi. ⁊ si scholaris esset notorie doctus posset absque examine graduari, vt habetur. xxiij. distin. cap. nullus clericus, vel saltem cum modico examine secundum dicta Nicola. in. c. constitutis. de appellat. vt sic seruetur forma in graduādo a qua forte nec notarium excusaret. ¶ Et no. quod doctor potest esse testis in causa scholaris nec ex eo solo dicitur suspectus ad hoc etiam not. in authen. habita. §. ne filius pro patre. vbi potest esse etiam iudex. ¶ In verb. si. ibi, eos autē not. quod filij doctorum ceteris paribus sunt preferendi ⁊ de istis filijs doc. habet in. l. petitionē. ⁊. l. iubemus. infra eod. ⁊ generalius loquēdo dicit Bal. quod ille est in dubio magis honorandus qui est de meliori pgenie.

SVMMARIVM.

1 ☞ Aduocati fisci officium ⁊ olim anno, hodie biennio durat.
2 Noui priuilegij cōcessiōe, an intelligant sublata priora.

1 SAncimus. Officium † aduocati fisci olim durabat anno hodie biennio. hoc dicit. quod autem duraret per annum habes supra eodem. Leum aduocatio sibi. annumque completum. ¶ In text. ibi, firmis manentibus not. quod per con-
2 cessionem noui † priuilegij non intelligantur sublata priora, vt ⁊ in. l. laudabile. §. titu. primo. intellige dummodo sint compassibilia, vt vide de hoc per gl. no. xxv. que. ij. in summa. ⁊ per Federi. de senis in consi. ccxlvij. in titulo, de sententijs. ⁊ per Ludoui. in consilio. cccxxxj.

SVMMARIVM.

1 ☞ Nomina eorum qui sunt de collegio sunt ponenda in matricula ⁊ tempus in quo recipiuntur est exprimendum ⁊ collegiatibus antiquiores precedunt sed in alijs meliores, ⁊ de effectu matricule, ⁊ qui nō est in matricula vel priuatus habetur.
2 Filij doctorum ceteris paribus alijs sunt preferendi.
3 Aduocatus an teneatur aduocare contra in quartum gradum coniunctos.
4 Aduocatus ⁊ etiam doctor an transmittit ad heredes salariū residui temporis mortis interuentu nō peracti.

PEtitionem. Propter multa dicta non potest cōmode summari, sed loco summarij capias singula notabilia que colliguntur ex tex. ¶ Et primo. not. in prin.
1 quod † nomina eorum, qui sunt de collegio debent in matricula describi, vt ibi, describi. ¶ Item debet exprimi tempus quo recipiuntur, vt ibi pro tempore, vt sic antiquiores precedant in collegia ijs, vt per gloss. in authen. de monachis. § ordinarij. sed in alijs meliores, vt dicebant olim scholares Bal. audiuisse ab eo ⁊ si ausu temerario maior audere: precedere seniorem ad vltimum locum remittendus est in collegio. tex. est not. lxxxiij. distinct. precipimus. ¶ Item no. quod dicta matricula sic producta probabit illos descriptos esse de collegio, vt ibi de matricula obtulerunt merito admittentes ad hoc. l. matriculam. de agend. in rebus. lib. xij. ⁊ in. l. iij. de offic. mag. mili. vbi gl. etiam dicit quod q non est descriptus in vna matricula est tanquam priuatus ⁊ vide per Ange. in. l. ex eo. ff. de testamen. militis. ⁊ habetur in. l. scriniarios. §. eo. tit. ¶ In verb. filios
2 not. quod † filij doct. ceteris paribus sunt alijs preferendi, vt dixi. ff. eo. l. nemini. ¶ In ver. egredientem not. quod
3 † aduocatus fisci ⁊ eadem ratione aduocatus alterius collegij potest aduocare pro coniunctis ⁊ pro transuersalibus vsque ad quartum gradum ⁊ non tenetur aduocare contra eos: quia vt dicit Bal. nunquam videtur quis promisisse contra se ⁊ suos officium aduocationis, quod indistincte suscepit. ad hoc. §. de excusa. tut. l. humanitatis. ⁊ faciunt dicta in. l. penul. ff. de postu. ¶ In ver. quādo autem. no. quod officium aduocationis ⁊ similiter alia officia in collegijs non tribuantur iure hereditario.
4 ¶ Item no. iuncta glos. in verbo, speratur quod † aduocatus transmittit ad heredes * salarium illius anni quo decedit ⁊ similiter doctor etiam si decedat antequā perficiat leg. re toto anno, vt dicit Bal. in. l. i. ff. de legibus. non tamen credas quod si conductus fuisset ad legendum pro pluribus annis ⁊ decedat in primo anno vel secundo transmittat salarium aliorum annorum ad heredes: vt. §. e. l. post duos. ⁊ quid de alijs officialibus vide in. l. diem functo. de offi. asse. ⁊. l. j. de varijs ⁊ extraord. cognitio.

* ¶ Domi. vos dicatis quod salariū aduocati seu doctoris cōducti residui tēporis, nō completi mortis occupatiōe, heredibus debetur. ⁊ ita vidi obseruari bononie. ⁊ vt dicūt nouissime hic ⁊ in tracta. salariorū in vl. charta. ⁊ in. l. diē functo de offi. assess. cōiter obseruat. ⁊ ego recordor dū essem scholaris padue, ita fuisse iudicatum Rome in morte do. Alexan. filij domini mei socini, cōducti maternte ad ordinariā de mane iuris ciuilis. ⁊ ante finē cōducte perētī. ⁊ certe do. Alex. maximam spem pmittebat sequēdi maiorum suorum vestigia. S. T.

SVMMARIVM.

1 ☞ Aduocati dicuntur militare ⁊ sicut milites patriam parentes posterosque defendere.
2 In suo officio quilibet militare dicitur, non gaudet militum seu aduocatorum priuilegijs.
3 Pecunia dicitur vita hominis ⁊ secundus sanguis ac fideiussor future necessitatis.

1 ADuocati. Aduocati † dicūtur militare ⁊ sicut milites patriā, parētes posterosque defendere. h. d. ¶ No. pulchram. l. ad laudem aduocatorū ⁊ sepe legitur a doctorandis facientibus publicū. sed aduerte inquantū dicit quod aduocati dirimunt ambigua facta causarū vltra gl. que intelligit quod nō aduocati. sed iudex dirimit p disceptionē aduocatorū: quod facit cōtra multos qui querūt nodū in cyrpo. ⁊ intricāt lites nō soluunt cōtra intētionē Imperatoris hic. ¶ Itē
2 no. iuncta gl. quod † quilibet dicit in suo officio militare ⁊ militāt religiosi in Christo ⁊ militat in syluis catulus dicit gl. ⁊ militat omnis amans ⁊ militāt rustici in agricultura. iuncta illud ⁊ que sint duris agrestibus arma. non tamen gaudent isti priuilegio militū sicut aduocati. In gl.
3 in ver. iuncta no. quod † pecunia dicitur vita hominis ⁊ secundus sanguis ⁊ fideiussor future necessitatis dicit Bal. in. l. receptitia. §. de const. pecu. quod no. ad ea, que dicta sunt. ff. de transac. l. interpositas. ⁊ que habētur in cap. abbas. quod metus causa.

SVMMARIVM.

1 ☞ Aduocatus decedens intra annum, salarium totius anni ad heredes transmittit

2 Declaratio nature prepositionis, a, & prepositionis, vsque.

POst duos. [a] Aduocatus † decedens intra annum transmittit salarium totius anni ad heredes. hoc dicit, & declara, vt dixi.s.in.l.petitionem. ¶ Et not.in princip. † prepositionem, a, & prepositionem, vsque que ponuntur inclusiue: quia super intrinsecis secundum Bal.hic. & isti termini sunt parti eius de quo queritur: vt ipse dicit. Lex, ad similitudinem.sequitur.

a ¶ Super hac.l. post duos. dicta do. Benedicti de plumbino, floriani. & do. Antonij de Alexandris addatis, ad dicta per me in addi. ad do. Cor. post Mo.i.l. petitionem.s.eo. S. T.

b ¶ Circa hanc.l. i. videatis vltra alios Mod. hic, do. Fely. plurima ponentem pulchra similia.in.c. que in ecclesiarũ. col.xxix.de cõstitutioni. S. T.

SVMMARIVM.

☞ De priuilegijs quorundam ad alios translatis sub generalibus verbis, quid iuris sit; que sunt similia & quotuplex sit similitudo.

AD similitudinem. Nullus legit hanc.l.tamen.no.eam ad ea que dicta sunt.s.eodem.l.quicquid.& in.l.ijsdem. † de priuilegijs quorundam translatis ad alios sub generalibus verbis & quotuplex sit similitudo dic, vt per Bald.in.l.comparationes.in fine.ff.de fide instrum.& que dicantur similia vide in.l.ij. de leg.j. Lex, iubemus, hoc dicit in summa.

SVMMARIVM.

1 ☞ In locum deficientis ad quem pertineat alium aduocatum subrogare, & qualiter & qualis debet esse subrogandus.

IVbemus.h.d. Ponit ad quem pertineat † subrogare alium aduocatum in locum deficientis per Illiricum & qualiter & qualis debeat esse subrogandus. hoc dicit. ¶ In text. professionis fine, vel morte. facit, vt si cui conceditur vnum officium in aliqua ciuitate post factum officium presentis officialis illo officiali expulso, vt decedente ante factum tempus immediate possit alius intrare: quia non refert quomodo finitum sit officium, vt hic: secus putarem si concessio diceret post finitum tempus officij ita quod illa dictio, post, sit adiecta tempori non casui & vide que habentur in.c.susceptam. de rescrip.in.vj.

De aduocatis diuersorum iudicum. Rubr.

SVMMARIVM.

1 ☞ Differentia que sit inter titulum, de aduocatis diuer.iudiciorum, & istum titul. de aduocatis diuerso.iudicum.

QVe sit † differentia inter istum titu.& tit. precedentem dic, vt in glo. quam sequitur Bartol.hic & aliqualiter Odofre. quasi idem dicens.

SVMMARIVM.

1 ☞ Aduocati post depositum officium gaudent dignitate comitis, & inter clarissimos annumerantur & vt habentes dignitatem non debent torqueri.

LEx prima.h.d. [b] Aduocati, de quibus in tex. post depositum officium gaudent dignitate comitis & inter clarissimos numerantur & sic tanquam habentes dignitatem non debent torqueri secundum Barto. & hoc dicit. ¶ Not.hanc.l.ad ea que dicta sunt.s.tit.j.l.petitionem.de matricula & matriculandis. ¶ In tex.ibi, fructum preteritorum laborum.not.argu.pro doctore, qui petit bonum salarium de lectione, vel consilio, quod fecit sine magno labore & reuolutione chartarũ. nam conueniens est propter scientiam acquisitam ex preteritis laboribus & non debet esse deterioris conditionis ipse quam doctor qui in iuuentute fuit vagus discipulus: vt l.seruis.ff.quod vi aut clam.ad hoc not.per Ioan.and. in addi.Spe. in ti.de salarijs.§.sequitur.vt refert Lud. in.l.si vero.§.de viro.soluto matrimonio in tertia falle. quicquid aliter dicat gloss.in cap.non licet.xj.q.iij.

SVMMARIVM.

1 ☞ Aduocati prefecti pretorio cum liberis, & patrimonio immunes seruantur, & coartali consortio liberãtur.

2 Filij nati ante dignitatem patris & postea equale priuilegium sortiuntur.

ADuocatos. Aduocati † prefecti pretorio cum liberis et patrimonio seruantur immunes & liberãtur consortio coartali. hoc dicit. ¶ In text. ibi, vel postea procreandis. not. † quod filij nati ante dignitatem patris & postea sortiuntur equale priuilegium. vide.s.eo.tit.primo.l.cum aduocatis.

SVMMARIVM.

1 ☞ Collegiati non sunt cassandi de matricula, quãuis collegium fiat numerarium.

2 Exemptio concessa alicuius domui intelligitur de vna domo non autem de pluribus.

IVbemus. In hac.l.sunt aliqua notabilia. Et primo not.tex.ibi, minime. &c.quod † collegiati nõ debẽt cassari de matricula quamuis collegium fiat numerarium postea. ¶ In ver.ad hec not.quod isti aduocati possunt postulare pro personis hic descriptis ad hoc.s.titu.j.l.petitionẽ. ¶ In ver.nec ediculam iuncta gl.no.ar.quod † exemptio concessa domui alicuius puta doctoris, intelligitur de vna domo, nõ de pluribus. ¶ In ver.nemini, ibi per statuta tẽpora.not. iuncta gl.quod non debet quis describi in matricula aduocatorum nisi studuerit per quinquenniũ: vt.s.de postu. l.ij. ¶ In ver.& filios.no.filios doct.aduocatorum ceteris preferri: vt.s.sepe est dictum. & sic lectu.debet dari potius ipsis quam alijs secundum Bal. ¶ Et no.iuncta gl.in verbo, superstitum.filios doctorum non teneri ad aliquid soluendum pro gradu doctoratus, sed non seruatur secundum dominũ meũ.ideo non confidas in hoc.

SVMMARIVM.

1 ☞ Aduocationis officium laudabile & necessariũ est, & aduocatis post finitum officium solatia conceduntur.

LAudabile. In.l. laudabile. not. laudabile † & necessarium esse aduocationis officium & aduocatis permitti post finitum officium quedam solatia vt ibi, consequi solatia: vt intelligit glos. que incipit not.de strenis. ¶ Item not. filios propter merita parentum honorari & consequi dignitatem & officia & releuari ab expensis: vt ibi, sine solutione suffr. ¶ In glo.in verbo, absentibus, no. & allegatur vna cum text.

tex.per Bald.⁊ doc.quod quando testes absente parte recipiuntur tunc parti absenti reseruatur omnis allegatio contra testes ⁊ vide que notantur in capitulo primo,de homicidio lib.vj.⁊ per glo.magistram.iij.quest. nona.insumma.quod in tantum est verum, vt etiam si ad examinationem fiendam ad perpetuam rei memoriam sunt citata pars prout ⁊ citari debet,vt valeat examinatio regulariter:vt in auth.si quis ab aliquo. C.de testib.⁊ pronuntiandum sit ipsis testibus esse perpetuam fidem adhibendam,vt cautum est quod factas pronuntiari:vt videtur velle Innoc.in capitulo primo, Albericus.de testi.secundum Bald.in dicta authen.si quis ab aliquo.adhuc poterit opponi contra dictos testes quod non probent ⁊c.puta propter singularitatem, vel defectum cause,vel quia non concludunt,vel propter alium defectum.arg.l.ij.C.de iuramento calum.in gloss.secundum dominum meum secundum quem non obstat dicta pronuntiatio in qua iudex dixit dictis testibus perpetuam fidem dandam:quia debet intelligi,scilicet non obstante predicto defectu examinationis facte lite non contest.⁊ parte absente.sed non tolluntur propterea alij defectus.S.dicti,vel similes.⁊ vide de hac materia in.l. in lege Aquilia,si deletum.ff.ad legem Aquiliam.⁊ in cap.quoniam frequenter. vt lite non contest.⁊ dicto capitulo Albericus.⁊ que dixi in dicta auth.si quis ab aliquo.Lex,petitiones.hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 ☞ Scholas non intrantes,an gaudeant scholarium priuilegio.

Petitiones In lege petitiones not.omnia que dicta sunt. S.in. l.iubemus.vbi est eadem litera que hic, sed illa loquitur, de aduocatis Comitis orientis ista de aduocatis Syrie secundum gloss.⁊ adde:quia vt dicit Bart.⁊ Bald.priuilegia huius studij dicit quod ad doctoratus iuris ciuilis nullus accedat nisi studuerit per. vi. annos.nec ad doctoratus iuris Cano.nisi studuerit per quinque annos in studio generali.de quo etiam in proemio digestorum circa fi.et 1 si essent scholares qui starent in camera ⁊ nõ intrarent non gaudent priuilegio scholarium nisi forte essent bene prouecti secundum Bal.in.l.si cum diem. §.si arbiter.de arbitr.⁊ si intrarent tamen dum legitur facit castra in mari ⁊ computat tegulas de tecto habetur pro nõ intrante:vt habetur in.l.j.de studi.libera.vrbis Rome. in gloss.⁊ in.l.prima.decurio.libro.xij. Lex,restituende. hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 ☞ Solutum electo ab omnibus, ⁊ vniuersis videtur solui ⁊ subijcitur ratio.

Restituende.h.d. [a] Glo.i. ponit quod sit intentio huius.l.dic vt in ea. ℂ In verbo,nõ 1 vniuersis,not. quod,† id quod soluitur electo ab omnibus videtur omnibus solui ⁊ vniuersi de populo dicentur facere illud quod faciunt Anciani secundum Odofred. qui ita colligit notabile ex hoc tex. ℂ In tex.ibi,pari lance not.pro his que dicta. S.titu.j.in.l.binos. vbi Bartol.allegauit hunc tex. ℂ Item no.vltima verba,tex.⁊ vltimam gl. pro doc.factis ab Imperatore:vt preferantur alijs:tamen hoc parum seruatur ⁊ est ratio:quia vt vidi plerique fiunt doc.ab Imperatore transeunte ad euitandum examen ⁊ ad minuendas expensas ⁊ sine cause cognitione, esto in bullis aliter dicatur.

SVMMARIVM.

1 ☞ Aduocatus qui fuerit absens a sua ciuitate per quod tempus amittat beneficium ⁊ priuilegium sui collegij.

Per hanc. In.l.per hanc ibi,vltra trium annorum spatium.not.† quod 1 aduocatus qui fuit absens a sua ciuitate per triennium perdit beneficiũ ⁊ priuilegium sui collegij in alijs vero collegijs requiritur quinquenniũ:vt.l.j. C.de primicero.lib.xij.⁊ in.l.matriculam.de prin. age.in rebus.secundum Bart. ℂ In text.ibi,ad medium iter. not.quod salarium debet solui doct.⁊ aduocatis istis in medio temporis:vt etiam dicit gl.in verbo, per annos. Quid autem in alijs personis dic, vt per Bartol.in.l. j.§.diuus.de varijs ⁊ extraordi.cogn.⁊ per Bal.in.l.sed ⁊ addes.§.si quis cum in annum locati. ℂ Et not.glos. in verbo, per annos. dum dicit quod annus olim incipiebat in calendis aprilis nam ita sequitur necessario si medium anni ⁊ itineris erat in calendis Octobris: vt dicit ista.l.ante fin.sed aduerte: quia hoc non reperitur iure cautum quod antiqui inciperent annũ in calendis aprilis ⁊ ratio est:quia annus incipit secundum subiectam materiam ⁊ est tunc quasi annus conuentionalis. vnde ⁊ in studio nostro incipit annus studij circa medium Octobris regulariter dicit tamen Bal.quod inceptio anni variatur secundum consuetudines.

SVMMARIVM.

1 ☞ Doctores non fiunt per saltus sed gradatim promouendi sunt, ⁊ miserum est eum fieri magistrum qui nunquam fuit discipulus

Nemo h.d. In.l. nemo functa glo.not.quod † doc. 1 non fiunt per saltus sed gradatim promouendi sunt.ad hoc gloss.in.l.que vtiliter.ff.de nego.gest.miserum est enim eum fieri magistrum qui nunquam discipulus fuit.lxi.distinctione. miserum facit gl.in simili in.l.prima.C.de athletis.lib. decimo.Lex de constitutione sequitur.

SVMMARIVM.

1 ☞ Aduocato quandiu liceat abesse cum licentia,aut sine licentia ⁊ quomodo si diutius abfuerit aboletur a matricula ⁊ an absens interim debeat salarium habere, ⁊ exemplificatur etiam in collaterali.

De constitutione. Ponit quan- 1 diu liceat † aduocato abesse cum licentia,aut sine ⁊ quomodo si diutius abest de matricula aboletur,an autem ille qui abest de licentia superioris debeat interim habere salarium puta collateralis qui petijt licentiam pro aliquibus diebus, vt visitaret suos, vide gloss.in. l.desertorem.§.si ad diem.ff.de re milit.quam allegat Bald.in.l. si ea.C.de cond.insertis.

De aduocatis fisci. Rubrica.

In gl. rubrice continua eam,vt in gloss.sequitur Lex prima,que hoc dicit in summa.

SVMMARIVM.

1 ☞ Aduocatus fisci propter salarium sibi non solutum non debet fiscalem causam deserere:quod trabitur per do. Corne. ad doct.legentes ⁊ ad magistrum horologij, ⁊ vltimo bonum remedium per eum prestatur, ⁊ bona cautela notanda.

[a] ℂ Circa hanc.l. restituẽde. videatis Mo.⁊ signãter circa vltima dicta do.Corn.⁊ vltra eos,et do. Iasonem loco ab eis citato, obseruãtia optimis rationibus clara ⁊ publica extat, quod est notandũ, contra doctorellos, in cãmera,seu priuato collegio doctoratos,pulcherrima ignorantia fulcitos,vt experimento dignoscitur. S. T.

LEx prima.hoc dicit.

a Aduocatus † fisci non debet propter salarium sibi non solutum fiscalem causam deferre.hoc dicit secundũ Bal.& secundum mentem glo.in verbo,placitis in prima opin. quod facit,vt doctor propter nõ solutũ salariũ non possit facere studium interdici secundum Bal.sic nec doctor conductus ad legendum potest deserere lecturam, nec magister horologij põt deserere aptationẽ & moderationem ipsius secundum.d.m.& sic de si.quia fauore publice vtilitatis debet quis implere contractum ex parte sua,licet sibi non impleatur a fisco.ita limita dicta in.l.cũ proponas.§.de pact.& que habentur in.l.quero.§.inter locatorem.ff.locati.vtantur ergo predicti alio remedio pro salario consequendo:si tamen alio remedio non possent vti forte:q: iustitia denegaretur tũc possent deserere predicta eorum officia ar.eius quod dicitur de repressalijs concedẽdis,in auth.& omnino.§.de rei vxo.actio. per Bald.& in.c.j.de iniuri.& dam.dato.lib.vi.& in.c.nõ debet.de re.iur.& per Bal.in suo tractatu repres.Lex, potes. hoc dicit.

a ¶ Circa cõsiderata in hac praeticabili.l.j.vltra do. Corn. plumbini.& do. Anto.de alexandris hic videatis nouissimos in tractatu.de salarijs in.vij.ix.& x.col. optime loquentes. S. T.

SVMMARIVM.

Patrocinium prestans in vna causa pro fisco, in alia potest contra eum postulare,& qualiter debeat hoc intelligi.

POtes. hoc dicit.

Qui † in vna causa patrociniuz prestitit fisco in alia potest contra fiscum postulare non in eadem. hoc dicit.quod intelligit verum Bal.in eo qui suscepit specialem aduocationem non in generali aduocato fisci.Lex,fisci.hoc dicit.

b ¶ Circa hãc ru. de errore aduocat.addatis vltra Ddo.q: si per imprudentiã aut negligẽtiã suaz aduocatus causam perdat.parti ad interesse obligat. ita in terminis decidit Spec. in tit.de aduocato. in.§.i.& notat pro singulari hoc.p do.Jacob.in ru. de procu.§. S. T.

SVMMARIVM.

Aduocati fisci nil debent omittere, aut litem per calumniam mouere, & sicut quilibet administrator bonam fidem agnoscere debent.

FIsci.hoc dicit.

Aduocatus † fisci nihil debet omittere nec litem per calumniam mouere.hoc dicit. debet enim agnoscere bonam fidem sicut & quilibet administrator:vt.l.fideiussor.§.quedam.ff.manda.&.l.quintus. eodem titu.quod facit contra multos religiosos qui putant sibi licere in causa ecclesie vexare laicos siue iuste siue in iuste.Lex,rationales.

c ¶ Circa hanc.l. i.& totuz hunc titulum videatis nouissimos in tracta.aduocatoruz in penul.& vlti. charta. S. T.

SVMMARIVM.

1 Procuratores cesaris non debent examinare causam fisci sine aduocato,& hoc est in fisco speciale.

RAtionales.

Procuratores † Cesaris non debent examinare causam fisci sine aduocato.h.d.& illud est speciale in fisco; vt dictum est.§.de postu.l.velamento.Rubrica, de errore aduocatorum Sequitur.

b *De errore aduocatorum*[b]. *Rubrica.*

COntinua rubricã vt

in gl. Lex prima, que incipit,Ea, que aduocati presentibus ijs.sequitur.

SVMMARIVM.

1 Illud quod presente parte,aduocatus profert ipsa pars proferre videtur,& subditur qualiter hoc percipiẽdum sit.
2 Non intelligens non dicitur presens.
3 Differentia inter deponentem de presentia sua & deponentem de presentia tertij.
4 Dictionis,perinde qualitas & virtus.

LEx prima.h.d.

c Illud † qđ presente parte profert aduocatus ipsa pars proferre videtur.hoc dicit.Intellige,scilicet quo ad preiudicium ipsius clientuli presentis,& intelligẽtis tunc sibi nocet sicut si ipse clientulus illud dixisset & non plus.vnde dicit Barto.Bald.& Angel. quod si clientulus vult illud dictum aduocati reuocare tanquam erroneum posset sicut proprium, scilicet probando errorem:vt.§.l.si.& si esset error in his que consistunt in iure certe in nichilo noceret:quia cum iura sint clara & certa:vt.l.ornamentorum.de aur.& arg.le. iudex potest imo debet supplere:vt.§.titu.j.dixi autem de cliẽtulo presente intelligente:quia si aduocatus loqueretur forte literaliter & clientulus esset quidã rusticus & ignarus literarum ita quod nõ intelligeret tunc dictuz aduocati non preiudicat sibi,vt sentit gloss.in verbo, presentibus.& Bart.Bald.& Ang.In quantum tamen di.gl. supplet & intelligentibus, dicta suppletio est vtilis ad maiorem declarationez,sed non necessaria:quia eo ipso quod text.dixit presentibus intelligitur includere & intelligentibus,nam non intelligens non dicitur presens vt.l.coram.de verb.sign.& diem proferre.§.coram.de arbitr.vnde consuluit Bald.tabellioni quod non scribat hec verba, parte presente nisi vulgarietur quando illa pars esset talis que nõ intelligeret literaliter,alias de facili posset conficere falsum instrumentũ. Ex quo qui nõ
2 † intelligit non dicitur presens actui:vt dictis iuribus. Sed alibi dicit Bal.in.l.testium.§.de testi.quod si testis deponat aliquem fuisse presentem non includit intelligentiam:secus si dicas se fuisse presentem & sic facit ibi,
3 differentiam † inter deponentem de presentia sua & deponentem de presentia tertij.quam differentiam nõ facit in notario dicente de presentia alicuius :vt.§.forte, quia verba testis referuntur ad merum factum sine aliqua mixtura iuris : vt.l.quod meo.de acquirenda possessione.sed verba notarij nõ sunt semper,& omnino abstracta a iuris mixtura : vt patet in verbo,promisit prolato per testes, & prolato in scriptura notarij quo vltimo casu includit stipul.solẽnitatem,vt habetur in.l.prima.infra,de vsuris,& ita in effectu vult dominus meus. ad hoc etiam institut.de verborum obligationibus.§.si scriptum. & tu ad predicta vide Bald.in.l.prima.in fine.infra,de secundis tabulis. & Bartol.in. l.prima.ff. de autoritate tutorum. & docto.in.l.prima.ff.si certum petatur.an autem si aduocatus,vel procurator aliquid allegat,vel facit in absentia clientuli preiudicet clientulo vide in capitulo primo,vt lite non contesta.& in. l.pri
4 ma.§.si quis ius dic.non obtemp. ¶ Ex not.hic † de dictione, perinde que significat actum verum non fictum vt & per Angelum.in.l.si finita.§.fina.ff.de damno infecto.& habetur in.l.item veniunt.de peti.her.sequitur Lex,errores.que hoc dicit in summa.

SVMMARIVM.

1 Error scribentis libellum.ipso probato errore,parti non nocet,& de quo errore dicatur,egregie do. Corn. declarat.

ERrores.

Error † scribentis libellum non nocet parti probato ipso errore. hoc dicit.& potest intelligi de errore nõ solũ commisso in libello supplicatorio sed & etiam de commisso in libello conuentionali. ¶ Item etiam potest intelligi de commisso

per partem & de commisso per alium scribentẽ: vt innuit tex. ibi scribunt. exempla autem de commisso per partem sunt clara siue loquamur de commisso in libello supplicatorio: vt si credidi me condemnatum in centum cum essem condemnatus in. l. vel non essem condemnatus in aliquo, & supplicaui quod remittat mihi aliqua pars & ipse remisit puta tertiam: quia si dictus error noceret sequeretur quod haberem soluere. lx. & vltra vbi non eram condemnatus, vel eram condemnatus in. l. siue loquatur in libello conuentionali: vt quia putans me condẽnatum in centum cum essem condemnatus in. l. appellaui tanquam condemnatus in cẽtũ & ita formaui libellum certe iste error probatus non nocet veritati, sed exempla de errore commissa per alium tertium scribentem videntur esse notabiliora siue loquamur de libello supplicatorio: vt dixi aduocatõ meo parũ docto, facias mihi supplicationem in qua petas cõmitti causas inter me & Titium & aduocatus scribit qualiter ego eram cõdemnatus ad restituendum fundum cum in vero non esset lata sententia, & hoc voluit dicere tex. ibi condemnationem &c. siue in libello conuentionali, vel accusatorio: vt contingit sepe in syndicis rusticis habentibus denũtiare maleficia: quia cum nesciant scribere ipsi faciunt scribi ab aliquo notario nomen delinquentis & locum. certe si iste notarius errat non debet puniri syndicus nisi constet quod falso fecerint: vt. ff. de custo. reo. l. diuus. nã in dubio magis presumitur error quam malitia argu. ff. de his qui sibi aseri. l. i. secundum Bal. & hoc vltimũ exemplum est de mente Iaco. butr. ¶ No. ergo ex predictis quod assertio supplicantis, vel libellantis non nocet veritati: vt & in. l. qui familie. ff. fam. er. sed bene trãsfert onus probandi negatiuam in ipsum libellantẽ, vel supplicantem qua probata sibi non nocebit dicta assertio: vt hic. In dubio autem stari debet assertioni: vt. l. cum precum. de liberali causa. & l. rura. ff. de omni agro deserto. lib. xi. ¶ Item not. quod quando quis respondet potiori confitendo, sed addit prout in tali instrumento continetur quod si in illo instrumento non sic continetur ista positio non dicitur confessata, licet dixerit, confiteor. est enim confessio inefficax. casus est hic secundũ Bal. vult dicere secundum quod colligitur ex. iii. dictis exemplis in quibus quis confitendo referebat se ad condemnationem cum non reperiretur condemnatus. ¶ In gl. in verbo, intercessisse prima responsio non est bona: quia imo hic erat fundata affirmatiua per libellum: vt s. §. vero responsio est bona & cõmuniter approbatur. ¶ Ex qua not. quod quando negatiua refertur ad aliquã scripturam, vel librum, vel quid si. tunc de facili probari potest per inspectionem illius scripture libri, vel si. & vide per Bal. in. l. si. in si. ff. de reb. cre. aduertat tamen volens probare negatiuam in terminis nostris ad modũ articulandi: quia debet secundum Bar. facere vnum articulum in quo ipse dicat quod vna tantũ sententia fuit lata inter te & me super talibus actis que est ista & sic per eam apparebit error & si diceres quomodo sic articulando probabo istã negatiuã quod nõ fuerit lata alia sentẽtia quam illa. si forte pars non confiteretur respõdeo presumetur ipsa sola lata: vt. l. i. ff. quando prouocare non. & habetur in. l. nam postea. §. si damnetur. ff. de iureiur. et in aliis etiam casibus pluralitas factorum non presumitur: vt in. c. cum Ioan. eremita. de fid. instr. sed tunc quero, si presumitur quod nõ fuerit lata alia sententia quare oportet sic articulari, respondeo: quia sola presumptio nõ sufficeret nisi allegaretur: vt est casus no. in. l. si adulteriũ cum incestu. §. idem pollioni. ff. de adulter. & per Bart. in. l. cum quid. ff. si cer. pet. & est ratio: quia si non dicerem quod vna tantum sententia lata fuit & non plures dictũ meum non concluderet necessario, vt debet: quia possunt esse late plures sententie & similiter in aliis terminis potuerunt esse plura facta, plures rixe, plura testamenta, plures contractus & sic de si. vnde non posset iuuari presumptione iuris de vnitate facti si illi vnitas non est allegata. faciunt notata in capitulo, in presentia. de probatio. & l. neque natales. ff. eodem titul. & l. non hoc. ff. vnde cog. tertia autem & vltima responsio gloss. vera est in se, sed non ita notabilis. & de materia qualiter probetur negatiua & cui incumbat onus probãdi dicit per Bal. in dicta. l. si. ff. de rebus credit. & in. l. actor. ff. de probatio. & per Baldum. in. l. hoc iure. & in. l. in illa. de verborum obli. vbi dixi. Lex, sententiis. hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 Aduocati error, aut rescriptum principis non rescindunt sententiam que transiuit in rem iudicatã: nam predictus error reuocandus est ante sententiam, vel in causa appellationis.

2 Quo pacto quid incontinenti fieri dicitur.

1 SEntentiis Nec † rescriptum principis nec error aduocati rescindit sententiam que transiuit in rem iudicatam: nam error predictus reuocandus est ante sententiam, vel in causa appellationis. hoc dicit. ¶ No. causas terminatas non retractari per rescriptum: vt. l. secunda. supra, de in ius voc. & l. causas. ff. de transactio. & l. fina. ff. sententiam rescin. nõ posse, imo talia rescripta non debent admitti: vt ibi. ¶ Item not. errorem aduocati & clientuli posse reuocari & corrigi vsque ad sententiam imo & postea in causa appellationis & ideo sepe confessus appellat: vt possit in ea instantia reuocare confessionem erroneam: vt habetur per Barto. in. l. non confitetur. de confessis, & hic per Ange. ad hoc etiam gloss. in. l. creditor. §. iussus. de appellat. & ita consultum fuit heri, de cõfessione presumpta ex forma statuti propter cõtumaciã. ¶ Itẽ no. tex. 2 ibi, incontinenti, id est, triduo quod idem quod fit intra triduum a tempore actus gesti dicitur fieri incontinenti. quod ideo est hic, quia tantum triduo causa durauit dicit Bart. hic. alias enim incontinenti dicitur fieri intra modicum tempus secundum subiectam materiam: vt dixi in. l. i. §. qui presens. de verb. oblig.

a ¶ Domini notate. hanc decisionem do. Cornei. per. t. c. dicto di padoua. & io studiando. lt. in tal modo. ho visto a padoua iudicare. S. T.

Vt quæ desunt aduocatis partium iudex suppleat[a]. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 Rubrice continuatio.

2 Nigrum est rubro generalius.

1 COntinua † vt in gloss. que etiam ponit qualiter iudex suppleat, sed de hoc latius dicetur in litera, & aduerte: quia † ipsa litera erat 2 plenior quam rubrica, nam in rubrica dicitur solum de defectu aduocati in litera nõ dicitur de defectu aduocati & etiã litigãtiũ. Lex prima.

SVMMARIVM.

1 Iudex potest supplere defectum aduocati, vel partis, & quomodo intelligatur optime declaratur.

IEx prima. hoc dicit.

b 1 [b] Iudex † potest supplere defectum aduocati, vt partis. hoc dicit. Sed dubitatio est quomodo & quid possit iste iudex supplere cum videatur debere dici contrarium. id est, quod non possit: quia debet iudicare secũdum allegata & probata. vt. l. illicitas. §. veritas. de offic. pres. & officium suum habet tacitam conditionem, si fuerit postulatum: vt. ff. de damno infecto. l. quarta. §. hoc autem. & ff. de iudic. l. ad peremptorium. timore istorum contrariorum glos. rubrice & etiam gloss. l. nostre posita in verbo, profert. dicunt quod iudex supplet de iure non de facto regulariter quod factum iudex potest probabiliter ignorare iura autem debet scire: vt. l. secunda. ff. quod quisque iuris. & ponunt gl. plura exempla que quidem sunt bene

b ¶ Circa hanc. l. i. & vnicam. vt que desunt aduo. par. iu. suppleat. videatis vltra Do. repetẽtes hic, Alber. & Bar. in. l. emilius in fine. ff. de mino. do. Fran. Aret. in. l. si seruũ. §. sequitur de verbo. obliga. & late do. Fely. in. c. ad petitionẽ. in. iii. col. de accusatio. ni. & inquantum do. florianus dicit hic. quod nõ valet sententia nisi ad alicuius instãtiã sit lata, videatis ad hoc declarationẽ & limitationes do. Fran. Aretini in authẽtica, hoc sacramentũ. ff. de iura. calũni. & do. Iasonis in. l. properandũ. in. §. & si quidẽ. in. iiii. notabil. ff. de iudiciis, & ad hoc vltra alios videatis Ang. in cõsi. cclxvi. S. T.

no. ¶ Et primo dum gl. nostra dicit de libello qui nõ potest cause cõuenire not. quod iudex potest ⁊ debet libellum ineptum reĳcere etiam si opponatur a parte: vt. l. si libertus patronum. de iureiur. ⁊. l. mercalem. ff. de condictio. ob tur. cau. ⁊ dictum fuit. s. de eden. l. edita. ¶ Item dum dicit de inductione casus similis tene menti: quia eius virtus sit in inductione legum: vt. l. non solu. §. qui primipilo. ff. de exc. tu. ⁊ nõ possunt singuli casus. ll. describi. plura enim sunt negotia quam vocabula: vt. l. nam natura. de prescrip. verb. Ad iudicem pertinet decidere casum non expressum secundum expressum ⁊ ad similitudinem expressi reducere: q bonum est arg. de si. ad similia: vt. c. cum secundum. de preben. ⁊ in. c. pastoralis. de causa poss. ⁊ proprie. ⁊ in. l. si in emptione. §. fi. ff. de contrah. emp. ⁊ vbi non est casus expressus est ad casum similem expresso recurrendum: vt. ff. depositi. l. i. §. si quis. ⁊. ff. de exer. actione. l. i. ⁊ ideo gl. no. in. l. quid ergo. §. pena grauior. ff. de infami. vult quod vbi pena non est determinata sit arbitraria. sed iudex debeat arbitrari secundum casum determinatum similem indeterminato ⁊ arbitrario, sed si pars cõtra quam allegatur casus dicitur similis negat illum casum esse similẽ cui incumbat onus probandi. vide per Archi. in. §. si quis peruentus. xxiĳ. q. ĳ. ⁊ per doct. in. c. translato. de consti. Quibus adde hanc nostram gl. notabiliter sentientem ⁊ volentem quod ad iudicem pertineat inducere hanc similitudinem. ¶ Item dum gloss. dicit de reductione ad conueniens facta per iudicem similiter est not. nec mirum est quod dicit gloss. q argu. ab inconuenienti ⁊ ab absurdo est potentissimum in iure. l. i. §. eius rei. de offi. eius, cui mand. est iurisdic. intantum quod potius toleratur quod dispositio nihil operetur quam quod nutriat absurdum: vt habetur in. l. si serui. nostri de nox. ⁊ in. l. exhibendi. ff. de procur. Et de his ⁊ aliis argumentis per Bal. in. l. conuenticulam. de epi. ⁊ cle. Et aduerte: quia sicut iudex potest supplere allegando. l. communem, expressam in iure, vt in primo exemplo gloss. nostre ⁊ etiam in rubrica ⁊ allegando simile expresse, vt supra: ita etiam allegando statutum cum ⁊ illud sit ius commune: vt. l. omnes populi. de iustitia ⁊ iure. similiter ⁊ stylum curie debet supplere iudex ⁊ informare se de illo secũdũ Cyn. ⁊ Bal. in. l. i. s. de sacrosan. ec. esto quod pars non probet. facit. l. ĳ. in fi. ff. de testi. secundum dominum meum. ⁊ maxime quando in plerisq locis idem seruaretur: vt in. c. sicut. de re iudi. Ius autem consuetudinarium non suppletur a iudice: q illud est probabile ⁊ ponibile secundum Bal. hic. facit quod ipse dicit in. l. cum virum. ff. de fideicom. ⁊ habetur in. l. consentaneum. ff. quom. ⁊ quando. In multis etiam casibus iudex supplet de facto etiam vltra casum expressum in gloss. vt est pro honore sui tribunalis: vt. l. quos prohibet. ff. de postula. Secũdo in pertinentibus ad suum officium, vt q instantia non duret vltra triennium: vt. l. properãdum §. i. ff. de iudic. ibi nullus tam audax inueniatur qui possit litem ⁊c. Tertio quando vertit publica vtilitas: vt in criminalibus: vt per Bart. in. l. is qui reus. ff. de publicis iudi. q tunc iudex inducit testes de se: vt per Bart. ⁊ hinc dicas etiã tu. q quando iudex processit cõtra aliquẽ ciuiliter de crimine potest sine alio accusatore procedere criminaliter contra delinquentem non tamen ex eadẽ instantia sed per nouum processum secundũ Bal. in. l. quod euitandi. ff. de cond. ob tur. can. faciunt que dixi in. c. vt circa. de elect. lib. vi. circa finem. Quarto quãdo subĳcitur oculis per inspectionem: q ad illud sedet, vel intendit: vt. l. si irruptione. ff. finium regu. ⁊ per glo. ⁊ Ang. ff. ⁊ in. l. ĳ. circa finẽ. ff. de ser. super verbo, atrox. ⁊ in. l. ĳ. ff. de in lit. iur. ⁊ hoc est quod voluit dicere gl. nostra circa fi. vnde dixit hic not. Bal. q si iudex videt ex inspectione notorie remansurã esse cicatricem ex vulnere poterit procedere ⁊ punire sine solẽnitate requisita a statuto puta quod deberet adhibere medicos qui viderẽt an sit remãsura ⁊ ita procedere. ex quibus verbis Bal. infertur quod notorium ex inspectione oculorum resultans excusat a forma, licet aliud notorium non soleat excusare de quo tamen per doc. in. l. hac consul. ff. qui testa. ⁊ in. l. i. ff. de liber. ⁊ posthu. ¶ Item infertur quod notorium predictum excusat non solum ab onere probandi, sed etiam ab onere proponendi ⁊ allegandi, licet ab hoc non soleat notorium excusare vt cle. appellanti. de appel. ⁊ in. l. ciues ⁊ incole. ff. de appell. ⁊ dicetur in. l. i. ff. qui ⁊ aduersus quos. nec mirum quod in predicto casu excuset a forma. s. d. q ⁊ alibi habes quod si statutum dicit quod stetur iuramento damnum passi de damno dato tamen si per inspectionem oculorum iudicis ad illud tendentis apparet damnum non esse datum non stabitur iuramento secundum Bal. in. l. i. ff. de re. cred. tu tamen aduerte: q in hoc dicto subest alia ratio, videlicet defectus fundamenti requisiti a dicto statuto hoc est q iurans fuit passus damnum alioquin non habet locum statutum loquens de dãnum passo. potest ergo esse notabile illud dictum ⁊ habere locũ quando iurans vere passus est damnum, sed non tantum quantum iurauit ⁊ hoc notorie apparet iudici per inspectionem oculorum vt. s. q etiam tunc non stabitur iuramẽto. ⁊ hoc videtur voluisse Bal. in. l. i. in fi. ff. si aduersus libe. vbi dicetur. Quinto supplet in causa appellationis inducendo testes pro absente, vt. l. ampliorem. ff. de appellat. idem videtur dicendum etiam in prima instantia si ad diffinitiuam potest deueniri contra absentem puta: q lis sit contestata, vt videtur velle Bart. in. l. penult. §. ad crimen. ff. de publi. iud. ⁊ Bal. in. l. presby. de epis. ⁊ cler. vbi dat notabilem cautelam quod si quis videat se non probasse ⁊ habeat alios testes qui probarent super eisdem articulis super quibus primi fuerunt examinati ⁊ non probauerunt, iudex in quo non timetur subornatio: vt not. in. c. cum clamor. de testi. ⁊ in auth. qui semel. ff. de probatio. etiam post publicatum processum supplebit iudex ex se inducet illos testes ⁊ examinabit pro illo absente ⁊ sic absens obtinebit vtẽdo hac cautela intellige nisi appareret quod se absentauerint in fraudẽ ar. l. heres. §. qui in fraudem. de cond. ⁊ demon. Sexto supplet iudex quando de se repellit agentem sine actione secũdũ quod declaratum fuit in glo. l. vbi pactum. s. de transac. aut calumniosam accusationem: vt. l. i. ff. nemo priuatus. aut inhabilem procuratorem, vel aliam personam inhabilem: vt. c. si. de procura. lib. vi. ⁊ generaliter si iudex nõ suppleret frustra procederet: quia exceptio ineptitudinis non excluditur per sententiã: vt not. in. c. cum dilectus. de empt. ⁊ vendi. Septimo supplet iudex etiam de facto in his in quibus potest secundum suam conscientiam iudicare: vt est in his que sunt voluntarie iurisdic. in quibus non habet locum. l. illicitas. §. veritas. de of. presi. ⁊ alia iura que volunt quod iudex habeat iudicare secundum acta ⁊ actitata non secundum conscientiam ⁊ in his qui haberent supremam potestatem, secundum Bar. hic puta in Papa, vel Imperatore, vel in quibusdam ciuitatibus ⁊ dominĳs siue vicarĳs habẽtibus talem potestatem qui dare procuratores fisci in rem eorum secundum Barto. in. l. cunctos populos. de summa tri. in fi. ⁊ Bal. in. l. ĳ. ff. de hereditate vel act. vendit. isti enim possunt de facto supplere ⁊ secundum consciẽtiã iudicare cum sint quasi. l. animata in terris. Alĳ vero inferiores non possent in his que sunt de contentiosa iurisdict. quia non debent ferre sententiam ex capite suo dicit Bal. in. l. vt vim. ff. de iust. ⁊ iure. Octauo supplet de facto in casu. l. si quis libertate. ff. de petitione hereditatis, ne fiat preiudicium centumuirali iudicio. Nono supplet interdum interlocutoriam: quia potest in ea pronuntiare aliter quam secundum acta secundum Bald. in. l. properan. infra, de iudic. de quo tamen ibi, dicitur. Decimo, dicit notabiliter Bald. hic quod vbi sententia fertur pro actore forte non esset necessaria alia petitio tempore sententie: q petitum est in libello reum condemnari. hoc tamen Bal. non affirmat, sed dicit cogitandum. tu aduerte: quia si dictum suum est verum nõ solum pro actore, sed etiam pro reo potest ferri sentẽtia, licet Bal. sentiat in hoc contrarium. nam quamuis actor petierit sentẽtiã p se ferri tamẽ si virtute dicte petitionis sententia ferri pōt: vt dicit Bal. poterit ferri etiam p reo: q sufficit quod sentẽtia sit cõformis petitioni in materia petiti, ⁊ nõ requiritur quod feratur semper pro ipso actore petente: vt dixi, supra, de edendo. l. edicta. Undecimo supplet iudex estimando rem petitam: vt. l. si quid ex Pamphila. de leg. secundo. ⁊ ibi per Bar. ⁊ habetur in. l. prima. ff. de sententĳs, que pro eo. ⁊ dicitur estimatio iudicis: vt per gloss. not. in. l. fi. ff. de magi. conueniendis. Duodecimo supplet vbi vertitur periculum anime ⁊ ratione peccati: vt in causa matrimoniali ⁊ si.

vel

vel in recuperando res ecclesie: vt per gloss. in capitulo, quia frustra. de vsuris. et in capitulo, ad dissoluendum de desponsa. impu. et per Innoc. in capitulo, quoniam. §. sunt et alij. vt lite non contest. et in capitulo, ad nostram de iureiurand. poteris etiam plures alios casus per te inuestigare maxime ex dictis causarum in capitulo, bone. de postula. prelato. et in capitulo, cupientes. §. ceterum. de elect. in sexto. et in canone, priusquam. xxviij. distinct. et capitulo, iudicantem. xxx. quest. v. et in cap. iudicem. iij. quest. vij.

Ex quibus causis infamia irrogatur. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 Infamia quid sit, et quotuplex, et quos effectus producit.

Quid sit infamia colligitur ex quidditate eius contrarij hoc fame: quia contrariorum eadem est disciplina: vt. l. inter stipulat. §. sacramentum. de ver. obligationib. fama autem est in lese dignitatis status moribus et ll. comprobatus, et in nullo diminutus: vt. l. cognitionum §. estimatio. de var. et extraord. cog. ergo infamia est eius oppositum. Et est duplex infamia. Vna facti quando opinio aggrauatur apud bonos et graues vt quando oritur ex aliquibus verbis extraiudicialibus vt. l. ea. d. j. eod. vel ex prolatis a iudice sine cause cognitione: vt. j. eo. l. verbum. Altera iuris quando. l. ipsa infamat ipso facto: vt. l. prima. et. l. decreto. ff. eodem: et. l. si quis maior. §. de transact. vel per sententiam, vel ex genere pene: vt. ff. e. l. ictus fustium. Effectus infamie facti est triplex. Vnus: quia repellit quem a dignitatibus non quesitis, sed acquirendis: vt. l. nec. et. l. iudices. infra, de digni. libro duodecimo. Fallit, propter inopiam: vt. l. generaliter. §. spurios. de decurio. Alius, quia querelam inducit: vt habetur infra, de inoffic. testamen. l. fratres. Interdum querelam repellit: vt. l. in arena. infra, de inofficio. testamen. Tertius, quia subijcit hominem male fame questionibus et ei non creditur sicut alijs: vt. l. tertia. ff. de testi. Effectus autem infamie iuris est: vt repellat a testimonio et dignitate: vt dicta. l. tertia. et. l. tertia. ad legem Iuliam maiest. Fallit in casibus exceptis: vt. l. nullus. infra, de dignitatibus. et. ff. ad legem Iul. maie. l. famosi. et habetur in regula iuris, infamibus. in sexto. Item repellit a postulando regulariter: vt. l. prima. §. quos prohibet. ff. de postu. et etiam ab accusando nisi suam vel suorum iniuriam prosequeretur. ff. de accusat. l. qui accusare. vel nisi in crimine lese maie. vt dicta. l. famosi. de quibus vide hic latius per Doc. Lex prima, hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 Non infamatur quis dato quod per iudicem fuerit carceratus, aut in vinculis detentus, et quomodo hoc intelligatur declarationes subijciuntur.

b 1 Lex prima. h. d. [b] Non infamatur quis eo quod per iudicem fuerit carceratus, vel detentus in vinculis. hoc dicit. Et intellige de carcerato, vel detento in vinculis causa inquirendi non causa pene: quia tunc si carceratio fieret ex causa famosa ad penam: vt fit interdum de iure Cano. de quo quis esset damnatus ad perpetuum carcerem: vt. c. quamuis. de penis talis carceratio redderet infamem. argu. l. seruus. §. de penis. et in iuribus allegatis in gloss. Et sic not. quod inquisitio pendens non abrogat infamiam inquisito. In gloss. secunda de hoc dic: vt §. eo. in rubrica, sed vide ne intelligas hunc titulum et dicta ibi, de fama: prout est dictum et opin. maioris partis hominum, sed prout est estimatio hominis in se ipso. iuxta notata in. l. de minore. §. tormenta. ff. de questionibus. Lex, neque furti. hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 Plus debito exigens si fuerit publicatus et damnatus ad duplum, an efficiatur infamis?

1 Neque furti. Publicatus et damnatus ad duplum quia plus quam debito exigit non est infamis. hoc dicit. Intellige si exegit a volente: secus si ab inuito: vt dicta. l. etiam. ff. de furt. et per gloss. nostram in primam et gloss. in verbo, condemnatus sin. so. vt modo dixi, vel dicas quod ista loquitur in eo qui egit actus ex edicto de publica. illa de eo qui egit alia act. puta furti vi bon. raptorum. vel alia infamante, et hoc magis videtur placere Ange, licet gloss. et Bart. ponat vtraque. Lex, et si seuerior. hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 Pena minorata, scilicet ex causa minorante delictum et infamia minorari videtur et videtur aggrauari pena ex causa extrinseca, et cum infamia transactum et remissa infamia censetur.

c 1 Et si seuerior. [c] Minorata pena, scilicet, ex causa minorante delictum videtur et infamia minorata et aggrauata pena ex causa extrinseca videtur cum infamia transactum et remissa infamia. hoc dicit. cum. l. seq. secundum communem intelligentiam. et habent iste. ll. fortem materiam, secundum Bart. sed pro intelligentia ipsarum considera quod in. l. et si seuerior. duo dicuntur in effectu. Vnum est quod iudex potest minuere penam ex causa: vt patet in pluribus exemplis positis in gloss. Aliud est quod pena diminuta videtur et cum infamia dispensatum vt. d. l. et si seuerior. in fi. vbi tamen aduerte: quia ratio dispensationis est quoniam si post biennium ille priuatus ordine decurionatus interim poterat eo vti tanquam post biennium restitutus ad officium censebatur etiam restitutus ad famam sine post biennium non priuatus fama quoniam ista dignitas decurion. non potest stare simul cum infamia: vt patet ex. §. dictis in rubi. et ad istud secundum dictum adaptari. l. ista. si Possidonium. siue intelligas eam quod ponat eundem casum de pena minorata: vt est secunda opi. glo. siue ponat casum econtra, hoc est de pena aucta: vt in prima opi. gl. exponentis tempus preteritum pro futuro. siue tertio modo intelligas tu quod in prin. ponat eundem casum, sed in ver. quoniam sentiens tacitum opi. que erat quod immo augendo penam videatur infamia minui: vt qui in vno grauatur etc. respondeat quoniam pro quantus hoc sit verum tamen verum est precedens dictum intellectum: vt. §. et hoc fuit de mente. Bal. licet non dicat hoc modo, sed doc. approbant communiter seu eundem intellectum in quo in effectu concluditur quod si pena est aucta videtur cum infamia transactum et minorata infamia, vt sic qui in vno grauatur etc. et hic intellectus colligitur ex. d. ver. quoniam seueritas. vbi Imperator assignat rationem precedentis dicti: quia seueritas sententie cum certis damnis transfigere videtur ergo in precedenti dicto sententia fuerat seuera et aggrauans et non mitigans penam sicut mitigabat in. l. et si seuerior. et quia hunc intellectum obstat text. ibi in tempus anni relegatum et sibi damnandum. glo. impropriat verba ponendo tempus pro tempore dic: vt in ea. In. l. et si seuerior, ibi, certis rationibus motus no. magnum arbitrium iudicis qui potest ex causa minuere penam: vt hic et interdum augere: vt. l. pro. l. si Possidonium. et obmissis pro nunc textibus circa primum de minoratione pene quid tunc sit de infamia, Conclude quod aliquando sit minoratio pene de corporali ad pecuniam, aliquando de corpo. ad minorem corporalem, aliquando de pecunia ad pecuniam

Sup ista ru. an appellatione infamie, veniat infamia iuris, vel facti alternatim, aut coniunctim, videatis do minos Canonistas in ca. super his. de penis. et concludatis quod cum sit nomen generale vtranque speciem complectitur. S. T.

Circa hanc. l. j. inquantum do. Anto. de alex. concludit quod stale statuto quod occidens occidatur comprehendit etiam dolo perpetrantem homicidium, videatis vltra eum Bal. in cons. cccxlviij. in. j. volu. S. T.

Circa materiam. l. et si seuerior vltra do. Corne. et do Alex. videatis Pau. de ca. in cons. xxviij. rom. in. l. e. ad turpil. et in consi. cccxix. Rom. in cons. ccvj. et omnino videatis decisionem Roma. in cons. cccxxix. Aneha. in consi. clxxxvj. Fulg. in con. lxxxiiij. do. Panor. in consi. iiij. l. j. vol. Pau. de cast. in consi. cxlviij. do. Fran. Aret. in cons. cxlvij. do Bar. vero. in cons. xxxvi. Pau. de ca in cons. ccvij. et do. Alex. in consi. lxvij. in. j. col. in j. volu. S. T.

minorem Aliquando de pecunia ad corporalem, sed iste quartus casus est impertinens: quia non cadit minoratio cum non possit esse corporalis minor pecunia, sed semper maior est minima corporalis quacunque magna pecunia: vt.l.in seruorum.in fi.de penis. In prima igitur dic quod causa minorans delictum ⁊ sic penam est talis que faciat abesse dolum ⁊ tunc sine dubio infamia non inducitur non quidem per viam materie nostre minorationis, sed quia sine dolo non est infamia, que veniebat per sententiam infringenda secundum dominum meum sed si talis causa minorans delictu͂ sit ⁊ non excludat dolum, tunc etiam in isto membro non videtur minorata infamia; quia non cadit proportio: vt sic possit dici respectiue quod inquantum est minorata ab illa corporali ipsa pena pecunia intantum intelligatur minorata infamia: quia non potest fieri hec proportionalis diuisio in hoc membro, ⁊ consideratio ⁊ diminutio, vt hic plenius per ipsum dominum meum. nam no͂ potest quis esse in vno ⁊ eodem tempore pro parte bone fame. ⁊ pro parte male secundum diffinitionem fame de qua.ff.in rubrica sed diuerso tempore sic, vt sunt termini nostrarum.ll. In secunda, scilicet de pena corporali ad corporalem minore͂ dic similiter quod aut cadit proportio minorationis: vt quia pena est in tempore: vt est casus hic ⁊ tunc ex causa minorante delictu͂ minuatur infamia in tempore; vt in posito ad confinia per tempus ⁊c. Et si relegatis, vel remotis ab ordine ad tempus, vel hodie etiam esset de iure Can. in pena carceris que potest imponi dicto iure: vt in dicto capitulo, quamuis.de penis.lib.vi.vel si simi.casus inuenires. Si vero non sit corporalis proportionalis de vna ad alteram ita quod cadat minoratio formalis: vt quia no͂ consistat in tempore pena principalis, tunc non potest cadere minoratio infamie. ⁊ dic in hoc, vt dictum est. ff.in primo membro. In tertio casu, de pecunia ad pecuniam cum no͂ cadat proportio predicta respectu temporis nec etia͂ de pecunia ad infamiam: vt.l.alias.de in litem iuran. et est dictum in.l.transigere.ff.de transac.non cadit minoratio infamie. ⁊ semper intellige predicta nisi causa minorationis excluderet dolum; nam tunc tolleretur infamia; vt est dictum. ⁊ non procederet per viam minorationis sicut est materia nostra. Quartus casus non est in consideratione: vt.ff.circa secundum quando pena est aggrauata; vt.l.si Possidonius.maxime in fine sic concludo quod autem est aggrauata ex causa intrinseca aggrauante delictum, ⁊ non videtur sublata infamia, quia non cadit tunc quasi transact.sed an videatur augmentata infamia sicut pena principalis que dubitatio cadit tantum quando ad tempus erat pena principalis vt pena relegationis, vel remotionis ab ordine, vel de stando in carcere de iure Cano.d.c.quamuis.tunc videtur quod censeatur aggrauata infamia ⁊ durare vltra tempus illud quo debebat originaliter pena imponi ⁊ sic per totum tempus quo sententia diceret ex identitate rationis terminorum: econtra de minoratione ex causa intrinseca causa contrariorum eadem sit disciplina: vt.d.l.inter sti.secundum dominum meum. Si vero sit causa extrinseca puta: vt in multis grassantibus ⁊c. tunc aut aggrauatio est de pecunia ad corporale͂ ⁊ videtur remissa infamia sine dubio: vt.l.quid ergo.§.pena grauior.ff.eo.quantuncunque magna esset pecunia ⁊ minima esset corpo.ar.d.l.in seruorum. Si vero sit de corporali minore ad maiorem corpo. ⁊ idem, vt hic. ⁊.d.§. pena grauior. etiam si excessus sit minimus ⁊ aggrauatio minima. nam si de pecunia ad corpo. etiam minima͂ dictum est tolli infamiam, magis est dicendum de corpo. minori ad corpo. maiorem; licet minimus sit excessus: quia in illo excessu aggrauatio est magna ⁊ maior videtur ne afflictio addatur afflictio. vt auth. nauigia.C.de furt. Aut est excessus de pecunia ad pecu. ⁊ nunquam videtur remitti infamia: quia non est bona proportio neque quasi transactio pecunie ad famam: vt.d.l.alias. ⁊ facit hec ad dicta in.l.transigere. nam minima corporalis est proportionabilis cum infamia ⁊ compensabilis, sed no͂ pecunia; licet maxime maxima. sed in.l.tra͂sigere est forte speciale in falso: quia illa infamia tanta equiparatur morti non sic forte alie infamie quam ex falsitate secu͂dum dominum meum. qui tamen dicit quod in nostra materia doct. non faciunt differentiam ex qua causa infamia ipsa insurgat. Quartus casus non datur de corpo. ad pecuniam; quia non potest esse grauior: vt dicta.l.in seruorum.in fi. ⁊ intelligit dominus meus hanc materiam de aggrauatione ⁊ minoratione quando sit ex certa scientia per iudicem causa cognita ⁊ no͂ per errorem: vt in tex.ibi certis rationibus ⁊c. ⁊ in gloss. nostra magna dum allegat.l.diuus.ff.de iniuriis. Ex quo infertur quod cum iudices hodie communiter in condemnationibus criminalibus soleant ponere illam clausulam, si in plus, vel minus quam de iure sit, vel statuta permittant sit condemnatio facta ex nunc reducimus ⁊c. per quam clausulam apparet eos non ex certa͂ scientia, sed potius per errorem auxisse, vel minuisse penam: vt habetur in.l.iudex post quam.ff.de re iud. ⁊ per Bal. hic ⁊ in.l.prima.qui accus.non possunt.in rubrica non habebit locum materia.l. nostre. vbicunque dicta clausula esset apposita nisi forte vltra dictam clausulam ex prefatione, vel aliter constaret de scientia iudicis puta aggrauantis expresse multitudinem, ⁊ frequentiam peccandi secundum terminos.l.aut facta.in fi.ff.de penis. vel aliqualiter excusantis delinquentis adolescentiam: vt hic.in gloss. ⁊ habetur in.l.prima.si aduersus delictu͂. ⁊ in capitulo primo, de delic.pue. nam tunc dicta clausula censebitur apposita: non, quia iudex errauerit imponendo penam. sed quia ita erat de practica ⁊ co͂suetudine: vt alias dicit Bartol.in.l.prima.de iure codicil. de clausula codicillari licet dictum suum ibi, non tenetur. appositio ergo dicte clausule nihil operabitur vbi alias non constaret de mente iudicis ⁊ esset in dubio: vt ff.quia ostendet penam fuisse auctam, vel minutam non scienter, sed per ignorantiam. ⁊ sic habebunt locum.ll. nostre, licet alias dicta clausula ⁊ cautela iudicum maleficiorum non soleat operari nec excusare eos in syndicatu; vt per Bartol in dicta.l.iudices.postea quam ⁊ per Bald.in dicta rubrica.C.qui accus.no͂ possunt. quod dictum Bal. ⁊ Barto. venit limitandum per predicta. na͂ operatur, vt.ff.quod est menti tenendum. ⁊ vltra hoc. quod interim potest iudex ex causa penam a iure determinatam minorare, vel augere, vel alterare propter magnum eius arbitriu͂: vt.ff.per.l.hodie.ff.de penis. quod eo casu non erit necesse quod sententia sit conformis libello: vt dicta.§.pena grauior. ⁊ per Angel.in.l.penul. ff.si ex noxa.causa aga. ⁊ patet in alteratione qua͂do forte propter delictu͂ debet dirui, vel deuastari domus delinquentis ⁊ est communis pro indiuiso cum altero nam tunc iudex poterit aliam penam imponere: vt.l.in iis que.ff.communi diuidundo. ⁊ in.l.tertia.in fine, quod quisque iuris. ⁊ si iudex potest predicta facere vbi pena est determinata a iure multo magis potest vbi est arbitraria ad similitudinem imponeda͂: vt dicto.§.pena grauior. ⁊ tetigi in.l.prima.ff.vt que desunt. sed dubium videtur de pena determinata a statuto maxime cum iudices communiter iurent seruare statuta. quo casu dicit Bal.in authent.hodie.C.de iudic.allegando ⁊ limitando Innoc.in capitulo primo.de constit. dum vult quod ratione casuum emergentium non liceat.ll.transgredi. dicens illud verum in minoribus qui iurant seruare statutum; tamen domino meo plus placet regula generalis.ff.dicta.non obstante dicto iuramento: quia debet intelligi secundum naturam actio. ⁊ nisi causa emergat vt.l.fina.C.de non nume.pecu. ⁊ in capitulo, quemadmodum.de iureiurand.cum simi. In omnibus igitur predictis casibus habent locum.ll.nostre.de minoratione, vel remissione infamie propter minorationem, vel augmentum pene per sententiam iudicis imposite. sed quid si non iudex, sed statutum aggrauat penam iuris communis sine causa intrinseca, ⁊ nihil dicit de infamia. Bart. dicit quod videtur remissa infamia propter considerationem nostram. sed Ange.in dicto.§.pena grauior.tenet contrarium; quia pena statuti est pena iuris co͂munis in propria ciuitate; vt.l.omnes populi.de iustitia ⁊ iure. vnde non cadit aggrauatio aliqua cum sit pena originalis ⁊ sic non sumus in nostra materia. quod videtur verum nisi vnum statutum imponeret certam penam ⁊ postea ex causa expressa. vt si multi sunt grassantes illud idem statutum. vel aliud imponeret maiorem penam: quia tunc habet locum dictum Bartoli. secundum dominum meum hic qui etiam dicit dictum Bar. habere locum quando statutu͂ simpliciter imponit maiorem

iorem penam quamuis commone non exprimēdo causam nec dicendo aliquid de infamia: q: remanebit omnino infamia: que de iure cōmuni imponitur, vt hic plenius per ipsum. ¶ Sed redeundo ad textualia not. tex. ibi, ex transacto tempore penam appositam ad tempus, post tempus ipso iure desinere, de quo. j. eod. l. ad tempus. ¶ Et sic not. etiam in ṡ. huius. l. & si seuerior. q̄ prohibitus ad tempus, videtur tacite post tempus esse permissum. & ideo si episcopo est prohibitus ingressus ecclesie per annum, videtur tacite permissus post annū, secundū Bald. vt ibi dicetur. ¶ In. l. si Possidonium. ibi vero excessisse. iuncta glos. not. quod non debet quis rumpere relegationes, vel cōfinia imo debet parere iudici, & si non obtemperat duplicatur tempus cum sua qualitate, id est, cū infamia, quod Bal. dicit esse notabile. ¶ In tex. ibi, transigere. not. quod quamuis in crimi. que non ingerunt penam sanguinis non liceat parti transigere, nisi secundum dicta in. l. transigere. supra, de transactio. tamen iudici bene licet: vt hic secundū Bar. & ad hoc nota. in dicto. §. pena grauior. ¶ In gl. in verbo, certis rationibus, no. bene exempla gloss. de etate, de conditione, de lascivia, & simil. que sunt cause intrinsece acte ad aggrauandum delictum. ¶ In gl in verbo remisisse circa fin. ibi post sententiam non potest. bene dicit, nam non pertinet ad minores iudices restituere, quem ad famam iam post infamiam incursam. ¶ In gl. magna. l. si Possidonium in verbo, relegatum. non & allegatur, quod interdū ponitur tempus pro tempore ad substentationem recti intellectus. Lex decuriones. hoc dicit in summa.

SVMMARIVM.

1 ☞ Decuriones & filij non fustigantur: tamen iniuriarum damnati, sunt infames, ex genere sententie, non ex genere pene.

1 DEcuriones. Decuriones † & filij non fustigātur tamen iniuriarum damnati, sunt infames. h. d. & sic incurrant infamiam ex genere sententie, non ex genere pene secundum Jaco. de aret. & Bald. ¶ Not. quod ad infamiam contrahendam sufficit pronunciatum esse super facto: licet nihil sit de infamia dictum. eo enim ipso quod quis est condemnatus de crimine infamante, succedit infamia sicut & alia pena ante determinata: vt. l. j. ff. ad Turpil. ¶ In gloss. in verbo, prohibitum. not. quod interdum delinquens tenetur propter delictum, quod commisit: sed tamen propter priuilegium persone, cessat executio pene, vt est in istis decurionibus secundum text. & glos. & sic patet interdum delictum esse commissum & penā impositam, sed tamen executioni mandari non posse. quod facit, vt stante statuto quod iudex de quolibet crimine debeat procedere per inquisitionem possit contra offendentem malpagā in procedere non obstante quod ✱ ex forma statuti ✱ malpaga possit impune offendi: quod non sequitur propterea quod dicta offensio de se nō sit delictum & maleficiū, & quod talis offendens de iure nō sit astrictus pene, vt hic: licet executio pene nō possit fieri alia ergo exceptio quod offensus sit malpaga nō respicit inquisitionē, sed respicit absolutionē: merito ergo iudex debuit inquirere, secundū Bal. In contrariū facit: quia inquisitio fit ad finē puniendi, & postea puniendi: sed cum puniri non possit inquisitio esset superuacua & frustratoria: vt. l. non cogendam. §. Sabinus. ff. de procura. & l. hec stipulatio. § diuus. vt leg. nomine caue. Solutio aut erat notorium delictum non esse punibile, & tunc nō debet super eo pcedi ex ratione predicta. Aut non erat notorium, & tunc iudex debet procedere: vt veritas inquiratur saltem, vsq; quo constet iudici delictum illud non esse punibile. facit. l. is qui reus. de publi. iudi. & ita videtur velle Angel. in. l. finali. j. vt nemo priuatus. & ibi. quid de syndico, an teneatur denunciare maleficium impunibile. circa quod concludit ipse q; sic: quia non pertinet ad syndicum, sed ad iudicem cognoscere, an maleficium veniat puniendum: vt. l. diuus. de custo. reo. & l. ea que. infra, qui accus. non poss. Quid autem si statutum dicit, quod homicida non possit esse de prioribus, an ille qui occidit bannitum, non ex officij necessitate, sed ex priuata inimicitia poterit esse prior: certe non. imo dicitur contraxisse infamiam facti, quoniam dictū homicidium, licet sit tolerabile non est laudabile sicut laudabile esset in iudice faciente illud, pro executione officij & iustitie. nō enim est ipse qui occidit, sed. l. dicit Bal. in. l. si seruus. ff. ad. l. Aquil. & est bonus tex. in Canone, cum minister, & non miles. & in Canone, homici. xxiij. q. v. ad hoc etiam que habentur in. l. quanuis. de in ius vo. de faciente phlebotomiam in palatio: licet statutum puniat extrahentem ibi sanguinē. Concludit igitur Bald. iudicem posse dictis casibus contra delinquentem inquirere, sed non facere executionem, et ita pro Bal. allega bonum tex. in. l. si. j. de generali abo li. & si statutum diceret quod quis possit licite & impune occidi dicit ipse Bal. quod tunc nullum erit maleficium: vt. ff. ad. l. Corn. de sica. l. iij. §. transfugas. & in. l. j. & ij. quando liceat sine iudi. vindica. & j. de sicca. l. is qui aggressorem, vbi nullam calumniam metuere debet, secundum ipsum Bal. Intellige tu preposita validitate predicti statuti, de quo tamen per Joan. andr. in additio. in rubrica, de constitu. & per Barto. in. l. ad missionem. ff. de capitis diminu. Lex si furti. hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 ☞ Furti damnatus licet non sit fustigatus est infamis: secus si damnatus est ex eo solo q; res furtina apud eū reperta sit.

1 SI furti. h. d. Furti † damnatus licet nō sit fustigatus est infamis. secus si dāmnatus est ex solo, quod res furtiua apud eum reperta sit. hoc dicit. Et prima pars est clara, secūda continet aliquam dubitationem maxime propter verba text. in fin. ibi durior sententia, ideo gloss. dat plures intellectus, & tandem residet in. ij. & iij. quod hic actus fuerit certi conditione generali, que non infamat, vel actio. ad exhiben. vel rei vendi. & postea iuratur in litem, quod iuramentum non fuit debite refrenatum a iudice. & hos intellectus sequitur Odo. & Ange. alijs reprobatis. inquantum tamen Marti. vult, quod damnatus de furto, quod non commisit non sit infamis, & sic quod quo ad infamiam respiciatur veritas, non sententia. gl. & Bar. dicunt quod communiter doct. determināt contrarium per. l. j. ff. de furtis. & in hac opinio. residet ista gloss. volens in effectu, quod autoritas sententie preualeat veritati, & hoc euenit secundum Bal. quia licet vere non sit infamis, tamen non poterit hoc allegare, quoniā sententia destruit sibi os. ita quod nō poterit dicere cōtra sententiam. ad hoc. cap. cum eterni. de re iudi lib. vj. & cap. cum ecclesie. de exceptio. vide etiam tu, an vltra gloss. & doctor. possit hic adaptari intellectus secundū ✱ dicta. §. eodem. l. & si seuerior. videlicet quod hic censeatur cum infamia dispensatum, propterea: quia sententia durior fuit quam debuit cum fuerit condemnatus furti qui ignoranter recipit rem furtiuam & aliter furtum tamen non commisit: nisi, quia forte restituere detractabat. qui intellectus non videtur absurdus, & ponitur hic per dominum meum, & vide in. l. inciuilem. j. de furt. Sequitur lex ad tempus. que. h. d. in summa.

✱ ¶ De hoc videatis do. Ant. de alexā in. l. j. §. eo. & Bal in cōsi. cccxviij. in j. vol. & notate vos quia frequenter accidit. S. T.

SVMMARIVM.

1 ☞ Damnatus ad opus publicum ad tempus, post tempus retinet pristinum statum: nisi quia infamis remanet.

1 AD tempus. Damnatus † ad opus publicum ad tempus, post tempus retinet pristinum statum nisi quia remanet infamis. hoc dicit. ¶ In gloss. in verbo statum. not. differentiam inter damnatum ad publicum opus et damnatum in metallum. ¶ In gloss. in verbo, subijciuntur. aduerte, et

declarat melius: quia hec sententia habet duos effectus. vnum expressum, videlicet pene ad publicum opus, et est iste temporalis, alium tacitum, videlicet infamie, qua delinquens potuit affici duobus modis, vno ipso iure, ex ipso delicto commisso: vt in certis casibus, de quibus in.l.i.ff. eodem. & vide bonum text. in cap. felicis. de penis in.vi. & istis modis procedit clare text. noster: quia cum talis infamia veniat ex sententia temporalis effectus sententie, non facit temporalem infamiam. alio modo infamia infringatur ipso iure ex sententia super tali delicto, ex illo titu. ff. eodem. l.i. & faciunt supra dicta in.l. precedenti. & l. decuriones. vbi ex sola sententia declaratoria delicti insurgit infamia sine alia pena. & iste tacitus effectus infamie nō est limitatus tempore sicut sententia: quia est infixum persone & personam sequitur, sicut lepra leprosum: vt per gloss. in.l. ex ea. ff. de postula. merito infamia est perpetua, licet alia pena sit temporalis, & finito tempore desinat ipso iure: vt dixi in.l.i. & si seuerior. & ibi, de posito ad confinia ad tempus, & qualiter infamia possit esse temporalis. Lex debitores. hoc dicit in summa.

SVMMARIVM.

1 ☞ Cedens bonis, licet nō efficiatur infamis infamia iuris efficitur bene infamis infamia facti.

Debitores. Cedens † bonis nō propterea est infamis. hoc dicit, quod intelligit verum Odo. de infamia iuris, non de infamia facti, que incurritur propter dictam cessionem. maxime faciendo aliquam turpitudinem: quando cedunt, vt colliduntur & percutiunt posteriora ad lapidem publice: vt dicit Odo quod seruatur apud Mediolanum, & hic est statutum. Lex nullam. hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 ☞ Tormenta ad inueniendum crimen illata non infamant, & qualiter hoc procedat pulchro modo postea declaratur.

Nullam. h. d. Tormenta † ad inueniēdum crimen illata, non infamant. hoc dicit. facit. C. eod. ¶ In gloss. i. ibi. sed facti. Barto. putat contrarium, quod imo tortus ad eruendam veritatem non infametur etiam de facto: quia text. hic dicit nullam &c. & sic loquitur per signū vniuersale quod predicatur de pluribus: vt per gloss. in.l. pacta, que. supra, de pactis. in verbo, nullam vim. ergo non infamatur. quod est verum, si secuta fuit sententia absolutoria, vel relaxatio interim non procedat opinio. gloss. vt tenet hic. dominus meus, & videtur fuisse etiam de mente Bald. si recte inspiciatur facit cap. finali. de testi. ¶ In eadem ibi, propter quam &c. no. effectum qui resultant ex infamia facti, & vide dicta supra in rubrica. ¶ In gloss. in verbo questionem ibi. vel dic hic causa non suberat, vt ex post facto apparuit hoc est: quia fuit absolutus, vel relaxatus. & sic. t. m. quod presumitur non fuisse culpabilis qui relaxatur, & ideo cauti iudices maleficiorum quod quando relaxant aliquem quem tormentauerunt pro aliquo crimine inueniendo solent retinere sibi indicia, propter que tormentauerunt: vt sic in syndicatu excusantur: quia cum presumantur non fuisse culpabiles illi relaxati non videntur etiam fuisse tormentandi, nisi iudex ostendet indicia. Lex neminem. hoc dicit.

a ¶ Ad hic. l. nullam. pōdera practicabilia dicta po. Sali. S. T.

SVMMARIVM.

1 ☞ Condemnatus alieno nomine non efficitur infamis: & est notandum pro procuratore, qui non efficitur infamis nec ipse do. quia non fuit condemnatus, et valde notabilis est huiusmodi cautela: vt dicit dominus Corneus.

Neminem. Legitur litera duobus modis secundum gloss. & docto. vno quod dicat ob non defensum: alio quod dicat ob defensam. primus modus est clarus, & ratio dubitandi erat illa quam ponit gloss. ibi pugna &c. quam hoc. Secundus modus, quod hic actum fuerit nomine alieno, hoc est rei publi. & propterea condemnatus † alieno nomine non fit infamis. est aliqualiter durior tamen valde notabilis ad euitandam infamiam eius qui esset conuentus ex causa famosa: quia si comparebit per procuratorem & procurator fit condemnatus non erit infamis procurator: quia dānatus nomine alieno: vt hic, & l. furti. §. si quis. ff. eodem. nec etiam dominus: quia ipse dominus non fuit cōdemnatus: vt plenius habetur in dicto. §. si quis alieno. Lex iniuriarum. hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 ☞ Cōdemnatus de iniuria seruo alterius illata infamis efficitur, & ratio declaratur.
2 Iniuria colono illata, domino illata censetur.

Iniuriarum. Condemnatus † de iniuria illata seruo alterius est infamis. hoc dicit. secundum communem intellectum: qui est, quod hic fuerit facta iniuria seruo alicuius, & propterea fuerit condemnatus iniurians actio. iniuriarum & effectus infamis. siue: quia non referat an quis damnetur pro iniuria illata persone vili, vel nobili, secundum Bartol. Bal. & Ange. siue: quia seruus quāuis sit vilissima persona tamen in hoc representat personam domini, secundum Odo. & gloss. ¶ Ex quo not. quod in honorando personam serui habetur respectus ad dominum. & alibi dicitur quod † iniuria illata colono nostro dicitur nobis illata: vt in l. si quis homicidiū. j. de accusa. per glo. Lex si te expilasse sequitur.

SVMMARIVM.

1 ☞ Crimine expilate hereditatis condemnatus licet alia non sit irrogata pena, infamis efficitur.
2 Furtum est triplex improbum, improbius & improbissimum.
3 Statutum disponens de furto non habet locum in rapina.

Si te expilasse. Condemnatus † de crimine expilate hereditatis infamis est, licet ei nō sit alia pena irrogata. h. dicit. ¶ Not. quod licet iudex in sententia nō imponat penam, tamen sufficit quod pronuntiet delictum esse commissum. ad hoc. l. i. §. i. ff. ad Turpill. & tetigi. s. in. l. decuriones. in princip. & hic in gloss. i. in primo intellectu, quem doctores sequuntur. In gloss. in verbo euitasti. in fin. tene menti perpetuo hanc gloss. de triplici † furto improbo, improbiori, & improbissimo. Improbum est simplex * furtum: improbius expilatio hereditatis. improbissimum vero est rapina, siue robbaria & sicut ista differunt nomine, ita differunt etiam effectu, in tantum quod, vt dicit Bald. hic, statutum † disponēs quod de furto non possit fieri concordia non habet locum in robbaria. facit: quia diuersus est titulus de furt. a titu. vi bonorum rap. & tu allega bonum tex. in. l. i. si duobus. §. si quis. de iureiuran. & vide que dixi in. l. transigere. s. de transactio. etiam eodem modo, si statutum disponit, quod stetur iuramento damnum passi. de damno dato puto, quod non debeat stari iuramento domini. de furto contra furem. argu. text. notabilis. in. l. si seruus seruum. §. si oliuam. ff. ad. l. Aquil. & ita videtur velle Bal. in. l. nauem. §. finali. ff. nau. cau. sta. esto, quod domi Ludoui. videatur sentire contrariū in. l. iij. de damno infec. eo quod damnum sit diminucio patrimonij & per consequens comprehendat etiam furtum, vt ibi plenius per eum

* ¶ De hoc triplici furto, videte vltra do. Corne. hic, Bal. in. l. de his. j. de furtis. S. T.

eum, & per Bal. facit: q alius est titulus de furt. alius de iniurijs & dãno dato. de quibus vide ibi, & in decre- talibus. Lex, ea que. hoc dicit. in summa.

SVMMARIVM.

1 ¶ An pater increpans filios eos infames reddat?
2 Infamia facti que sit, & eius effectus declaratur.

1 EA, que. Pater † increpãs filios nõ reddit propterea eos infames infamia iuris, sed infamia facti. h. d. quod vltimuz intelligit verum Bald. de increpatione facta per patrem animo deliberato: vt fuit hic in testamento, secus si ex abrupto, & inconsiderate: alioquin omnes homines mundi essent infames infamia facti, nam nullus est cui pater aliquando non dixerit aliqua verba & ignominiosa. Aduertant tamen parentes ne talia verba dicant publice: quia non transeunt sine lesione aliqua opinionis filiorum apud bonos & graues. ¶ In text. ibi, sed apud. &c. no. verba per 2 que describitur quid † sit infamia facti. de qua dixi. s. in rubrica, & ibi de effectu eius, de quo etiam per Iaco. de areti. & per gloss. aliqualiter hic, & latius supra eod. l. nullam. Lex, decreto. sequitur.

SVMMARIVM.

1 ¶ Vidua non propter remissionez luctus, & habitus vidualis, sed propter transitum ad secunda vota, efficitur infamis, ac eam scienter ducens.

1 DEcreto. [a] Vidua † non propter remissionem luctus, et habitus vidualis, sed propter transitum ad secunda vota efficitur infamis, & eam scienter ducens. h. d. ¶ Not. quod vxor non cogitur lugere mortuum, nec portare habitum nigrum, & tamen vidua est ante quam secundo nubat, & sic est argument. quod vidua debeat habere vestes viduales de domo mariti defuncti, si heredes mariti volunt, quod ipsa portet, vel consuetudo loci & personarum hoc dictat, secundum Ang. de quo plene per Imol. & Ludo. in. l. in his. §. si mulier. ff. solu. matri. ¶ Item no. & semper allegatur quod vestis lugubris non facit viduam, & habitus non facit monachum, & cappa non facit scholarem. ad hoc. l. si accepto. j. de iure fisci. lib. x. & l. finali. §. si quis. ff. de publi. indicat tamen eos esse tales qualem habitum portant: vt. l. si quis ignorans. ff. loca. & l. item apud Labeonem. §. si quis virginem. ff. de iniurijs. & ideo deberet puniri de falso qui portaret habitum & insignia alicuius dignitatis cum eam non haberet; vt habetur in. l. j. ad. l. Iuliam maiest. ll. & l. eos. de fals. & per Ange. in. l. sed si hac. §. prostituta. ff. de in ius voc. & si mulier habẽs virum vellet portare vestes & habitum vidualem posset a marito prohiberi, etiam si vna cum marito vouisset seruare castitatẽ, vt est bonus tex. in cap. quod Deo. xxxiij. q. v. vbi tamen dicitur q dicta mulier bene poterit portare alium habitum conuenientem matrimoniali honestati. ¶ Itẽ no. quod de iure ciuili mulier nõ debet nubere. j. annum a morte viri, & ratio erat duplex, Vna, propter honorem primi viri cui fertur quedaz iniuria per celerem transitum ad secunda vota, per que anima sua dicitur contristari, vt authen. §. qui vero. de nup. Alia ratio est pp̃ter timorẽ perturbationis sanguinis: vt. l. liberorum. §. 1. ff. eod. Et iste due rationes sunt eque principales & finales, vnde licet vna cesset sufficit quod altera remaneat, vt duret pḣibitio. vt. d. l. liberorum. §. not. & instit. de nup. §. affinitatis. quãuis gl. nostra in verbo contrahere ibi, item nisi partum edant contrarium innuat & Bal. expressius dicit se vidisse consiliuz Ray. de Forli. & Paul. de leaza. distinguentium, quod aut tempore, quo nubit poterit esse periculum perturbationis sanguinis, & tunc sit infamis, aut non poterit esse periculum, & tunc non est infamis. Est autem certum quod post tres menses in morte mariti, nõ potest istud periculum esse. & similiter in muliere sene & sterili secunduz Bald. quicquid sit certe de iure Cano. pene, que de iure ciuili erant in titu. ducte propter celerem transitum ad secunda vota sunt sublate per dictum Apostoli ad Corinth. vij. capit. in fin. mulier mortuo viro nubat in domino. de quo in capit. cum secundum. de secundis nup. & ita tenent communiter doctor. & sic contra consilium Raynu. & Paul. & contra opinio. gl. nostre. ibi punitur nimia festinantia. que gloss. siue que opin. in hoc communiter reprobatur, verum est tamen quod pene, etiam de iure ciui. in titu. ducte fauore filiorum primi matrimonij per transitum ad secunda vota: de quibus penis habetur in. l. femine. & l. hac edictali. & in authen. lucrum. & authen. ex testamento. j. de secundis nupt. remanent in correpto. Lex nemo. hoc dicit.

[a] ¶ Ad hãc. l. decreto. vltra do. Corneũ, & Pau. de cast. videatis do. pe. de Anch. in cõsi. S. T.

SVMMARIVM.

1 ¶ Abstinens se ab hereditate paterna non propterea est infamis: honorabilius tamen facit qui se immiscet cum beneficio legis & inuentarij saltim.

1 NEmo. h. d. Abstinẽs † se ab hereditate paterna nõ propterea est infamis. hoc dicit. Honorabilius tamẽ facit qui se immiscet saltem cuz beneficio. l. & inuentarij. nam licet abstinendo nõ incurrat infamiam tamen facit verecundiam patri: vt l. primo gradu. ff. que in fraudem creditorum. Lex fustibus cesum. hoc dicit in summa.

SVMMARIVM.

1 ¶ Ictus fustium ex interlocutoria lata, an infamet?

1 FVstibus. Ictus † fustium ex interlocutoria lata, cum cause cognitione infamat. hoc dicit. secus si sine cause cognitione: vt. l. ictus fustium. ff. eod. Item secus si ad alium finem, quam ad finem pene: vt. l. nullam. s. eodem. secundum Ange. & hoc voluit dicere gl. j. ¶ In tex. ibi per preconem. dicit Bald. quod iste modus seruatur Florẽtie: quia semper preco vadit ante miseros condemnatos, dicẽdo illa verba. Similiter etiam obseruabatur contra eum, qui deierauerat per principem. l. si duo. §. finali. ff. de iureiuran. l. vtruz.

SVMMARIVM.

1 ¶ Iudicis ignominiosa interlocutio sine cause cognitione prolata infamiam non irrogat.

1 VErbum. hoc dicit. Ignominiosa † interlocutio iudicis sine cause cognitione prolata non irrogat infamiam. h. d. ¶ In tex. ibi vllam. hec litera facit per gl. & contra Barto. s. in. l. nulla. vbi Bar. voluit quod propter dictionem, nullam. in illis terminis non incurratur infamia etiam facti, sed gl. ibi tenuit contrarium, pro qua facit iste text. iuncto ibi, verecundiam onerare. tamen distingue, vt ibi. In text. ibi, sycophantis ignominiosa verba sunt, siue importẽt clapulatorẽ, siue damnũ dantem, siue tergiuersatorem, vel calumniatorem secundum varias expositiones glos. in ipso verbo, sycophãtis. illa tamẽ expositio de damnũ dante non facit ad propositum: quia dans damnum non est propterea infamis nec cõtinetur verbis edicti. ff. eodem. lib. ij. ¶ Not. ipsam gloss. ibi, videdit aquam: quia ibi probat quod iudici permittitur facere experimentum naturale pro inuestigatione maleficij: vt hic, sed non diabolicas exhibitiones, ex quibus multa scandala oriuntur: vt in titulo de male. & math. & xxvi. quest. vi. in can. contra sortilegos. et ibi qualiter puniantur vtentes incantationibus & sortilegijs etiam in casu quo non saperent heresim. Lex non damnatos. hoc dicit in summarium.

SVMMARIVM.

Sententia ꝛ tranſactio in cauſa famoſa infamiam irrogat, ſed non pactum gratuitum, nec purgatio per iuramentum.

Pax ꝛ concordia pretio redempta, non minuit penam delinquenti, ꝛ ad ſtatutum infertur.

NOn damnatos. Sententia ꝛ tranſactio in cauſa famoſa irrogat infamiã, ſed nõ pactũ gratuitum nec purgatio per iuramentũ. h.d. de quo plene in.l. quoniã. ff. eo. ad quam glo. noſtra ſe remittit. ¶ In tex. ibi, minor. Ia cit in argu. quod † pax ꝛ cõcordia pretio redempta nõ minuat penam delinquenti, licet ſtatutum dicat, quod pena minuatur ppter concordiã ꝛ pacem, ex quo talis cõcordia, ꝛ pax improbatur: vt hic, ꝛ d. l. iij. ad hoc etiã. l. iij. ff. de donati. inter virum. ibi pretio ꝛc. tamen cõtrarium ſentit Bar. in. l. ab hereds. in fi. ff. eo. ¶ In tex. ibi, pro mala cõſcientia, ergo a contrario ſenſu ſi non mala cõſcientia: ſecus eſſet quod facit p his qui ſe redimunt a potentioribus, vel tyrãnis: qui nõ videntur cõteri delictũ ſed potius redimere vexationem. faciunt que dicentur in. l. ad inuidiam. §. quod metus cauſa. de puella cognita a tyranno Lex, interlocutio. ſequitur.

SVMMARIVM.

Admonitio preſidis, vt quis ad meliorem vitam redeat infamiam non irrogat.

INterlocutio. h.d. Admonitio preſidis, vt quis redeat ad meliorem vitam non infamat. hoc dicit. Lex improbum. hoc dicit in ſumma.

SVMMARIVM.

Fenerator improbus eſt infamis fortius de iure Canonico, ꝛ a quibus iuriſdice ſummouetur.

b 1 Vi stipendia. [b] Miles potest actiones suas deducere in iudicium, & scire etiã que sibi sunt ex honesta causa cesse siue mãdate ad suam vtilitatẽ. h.d. ¶ No. quod dictum est in summario. Item no. quod ille qui agit ad suã vtilitatem dicitur proprie negotium suum gerere. ad hoc.l. i. §. in propria. ff. quando appe. sit. siue sit procurator in rem suam: vt innuit tex. ibi, mandatas sibi actiones exercuerit siue sit. cessionarius: vt intelligit Bar. hunc text. ibi rem suam est tamen differentia inter ipsos: q: procurator in rem suaz exercet directas actiones que nõ possunt euelli ab ossibus domini.l. quis ergo casus. & l. quã Tuberonis. ff. de peculio. intẽtãdo eas pcuratorio nomine & petendo reuz cõdemnari sibi cessionarius vero intentat vtiles proprio nomine nõ procuratorio. vtroq; tamen casu narratur factum in persona domini, vt ibi, ex persona alterius &c. & conclusio fit ad vtilitatẽ ipsius procura. siue cessionarij: vt hic in fin. itaq; possunt considerari in effectu in hac materia, quatuor casus. Primus est, quando quis venit iure pprio non alieno neq; cesso, & iste agit proprio nomine, & propriũ factũ narrat etiam proprio nomine concludit. Secundus est econtra quando quis alieno nomine agit alienum factum narrat alieno nomine concludit, & ad alterius vtilitatez, vt est simpliciter pcurator. & in his nulla est dubitatio. Tertius casus est, quando quis intentat exercitium directarum, & sic nomine alieno agit, & alienum factũ narrat ad suam tamen vtilitatem concludit: vt est procurator in rem suam & interdum appellatur cessionarius, & debet hoc modo formare libellũ, dico quod Titius mutuauit tibi cẽtum, dico quod mihi cessit ipsum ius, quare vt procurator suus, vel procuratorio nomine, peto te condemnari mihi ad vtilitatem meam: vt in.l. si procuratorem. §. finali. ff. mandati. & habetur in.l. plane. ff. familie erciscunde. Quartus est, quando quis intentat vtiles que sunt proprie ipsius agentis, vnde suo proprio nomine intentande sunt non alieno. Dicit ergo hoc modo, dico, quod Titius mutuauit tibi centum, dico quod cessit mihi ipsum ius: quare peto te cõdemnari mihi ad centum, & siue dicat ad vtilitatem meam, siue non refert: quia subintelligitur secundum theoricam doctor. hic. & vide per Angel. in.l. prima. infra, de actio. & oblig. Et ex his eliciuntur plura notabilia. Et primo quod quando quis vtitur exercitio directarum etiaz ad suam vtilitatem habebit locum statutum loquens de procuratore: nam talis est vere procurator: vt supra, & tenet dominus meus hic secus, in proprio cessionario intentante vtiles actiones proprio nomine. Item non

¶ Super hac.l. quod quis. vltra alios, videatis Oldr. in cõs. cxxx. Ro. sing. cccxxxij. & cõs. ccclxxi. & cõs. ccxl. do. de rota deci. ccccxx. incipi. si cõmittatur auditori. & decl. cclij. in nouis. de pcuratori. do. Fely. do. ij. ss. hic. decitũ & do. meus do. Augu. berous in.c. ne innitaris. de constitutio. S. T.

¶ Et circa hanc l. quod quis. videatis docto. maxime Mod. in.l. procurator. ff. eo. cuius. in cõs. cxlviij. Rom. in fin. cccxvij. in fine. & Rom in sing. cclij. & per Bertachi. dicta in verbo. clausule rescriptorũ. in principio. S. T.

¶ Circa hanc.l. qui stipendia vltra do. Iaso. habetis pulchras decisi. Roma. in cõs. cxuij. & in cõs. ccccxx. Ange. in cõs. lxxxi. do. Franci. Aret. in cõs. cxxv. Rom. in consi. cccccxxix. do. Fely. in c.i. & ij. col. & in.c. ne innitaris. de cõsti. in.j. col. S. T.

¶ Circa hanc.l. procurator. habetis singulares & cõmunes decisio. Bald. in consi. cccxxxij. i. ij. vol. Pau. de cast. in cõs. cccxxxij. Roma. in consi. lx. & cõs. lxv. & cõs. xcij. do Alex. in cõs. xxij. in.i. vol. do. Alex. in cõs. xxij. in ij. col. i. ij. vol. do. Alex. i cõs. xl. col. pen. & cõs. cxv. col. i. i. v. vol. do. Alex. in cõs. xc. col. ij. in ij. vol. Ant. the. no. xxviij. et casus in qb[us] pcurator liberaz habere dicis, vltra do. Iaso. hic. videatis do. Frã in §. si. c. q ad agẽdũ. de pcu. in vi. do. Fely. i.c. nõnulli. in. §. sunt nõ de rescrip. S. T.

cadit dicto casu disceptatio illa, an exceptio que obstat cedenti obstante cessionario de qua in.l.apud Celsum, §.de autoris.⁊.§.sed cum legitima.de except.doli.⁊ habetur in.l.si donatarius.§.si quis indebitam.ff.de condic.ob cau.⁊ in cap.i.de iure patr.lib.vi. ¶ Itē necesse erit petente reo a princ.producere instrumentum pcuratorio ad legitimandū personā ipsius procuratoris, quod non habebit necesse ita a prin.⁊ ante litem cōtest. producere cessionarius instrumentum cessionis cū hoc magis respicit iustitiam.⁊ merita cause q̄ legitimationem persone secundum Iaco.but.in quadam sua disputatione,⁊ Bart.hic,⁊ in.l.si duo.ff.de solutio.cum quibus transit Ang.⁊.d.m.hic.sed Bald.dicit verum esse hoc vltimum nisi in libello fiat mentio de cessione: quia tunc debet edi copia instrumenti cessionis ante litē contest. nisi iuret se tunc edere non posse, per id quod not. Innoc.in cap.i.de probatio.⁊ ita vidi practicari. mentio autem de dicta cessione, semper debet fieri in libello vt.s.quando cessio facta esset ab homine, sed quādo cessio fit ipso iure alias ex solo ttu.contractus: vt in specialibus casibus de quibus in.l.i.j.de actio.⁊ oblig.⁊ in l.fin.j.ad Trebel.non erit necesse narrare cessionē, secundum Barto.faciunt dicta.s.de eden.l.edita. de illa conclusione libelli in causa criminali, secundum do,in. qui tamen dicit hic, quod vtile dicere q̄ talia iura fuerunt translata in actorē ipso iure. per que autem verba fiat cessio iurium,⁊ per que fiat procura.in rem suam ⁊ quid si dicatur ponens eum in locum suum. habetur, in.l.qui quadringenta.ff.ad Trebel.⁊ in.l.in prouinciali.§.sed si ego.ff.de noui oper.nun.⁊ dixi aliqua in cap, qui ad agendum.de procura.lib.vi. ¶ In glo.in verbo, inoffensa not.quod interdum ablatiui absolute positi non important cōditionem, licet soleat dici contrarium; vt.l.euictis agris.ff.de euictio.⁊ habetur in.l.i.de condit.⁊ demonstra.⁊ per Barto.in extrauagan. ad reprimendam in verbo, raptis. ¶ In gloss.in verbo, rem suam not.gloss.quia facit ad statutum, per quod aggrauatur pena offendentis aliquem in re sua; quia satis dicitur sua si ad eum pertinet damnum, aut commodum. Lex, si procurator.hoc dicit.

a ¶ Et circa hāc. l. procurator. in quibus casibus domino per pcuratorē damnū infert, vltra mo. hic, videatis do. alex.i cō.lxxvij. in.ij.vol.do. alexā.in consil.xlix. col.ij.eo. volu.ij. do.Alex. in cōsi. xcv.col. iiij. et.v. eo.vol.ij.do.Alexā.in cō.lxxxiij. in fin. in primo vol.⁊ bas do.alexā. deci. omnino do.mei videatis. S. T.

b ¶ Ad materiaz huiusce.l.neq; tutores.vltra M.o. hic videatis lapum. alle.xlix. ⁊ allega.lxxi. Fulgo.in cōsi.xxxv. Federi.in consi, ccxij.io.de imol. in clemen. finali de pcurato. Lu. roma.in cōsi.ccclxxix. Paul. de ca.in cōsi.cxlviij. ⁊ do. Frāci.Areti.in consi.xxix.⁊ omnino videatis decisiōes Olār. in cōsi.cxxx.⁊ cōsi.cccxvij.⁊ Bal. in cōsi.clxxvi. in i.vol.⁊ in his cōsideratiōibus post Ange. Areti. et Mo.alias legendo ordinariū insti.late dixi in.§. finali. de curatori. S. T.

SVMMARIVM.

¶ Procurator mandatum egrediēs non preiudicat domino, sed non egrediens bene preiudicat, ⁊ si dolo versatus sit quia tunc domino de suo dolo tenetur.

SI procurator.hoc d.

a Procurator † mandatum egrediens non preiudicat domino. sed non egrediens bene preiudicat etiam si dolo versatus sit; quia tunc ipse tenetur domino de suo dolo. h. d. ¶ No.quod fines mādati diligenter sunt attēdendi, l.diligenter.ff.manda.⁊ in cōcordantijs allegatis in gl. ⁊ ideo pcurator qui excessit non preiudicat mandanti, vt hic: intellige si excedat modum in forma, aut qualitate, que respicit totum actum: vt.l.iij.§.si reddita. ff.commo.⁊ est bonus tex.in.l.qui aliena.§.duo.alias incipit liberto. ff. de neg.gest.tunc enim, hoc est quādo est defectus in qualitate vitiatur totus actus.vt.l.i.§.eū qui. de cōstit.pecu.⁊.l.Flauius hermes.de verbo.oblig.sicut propter defectum forme: vt.l.cum hi.§.si pretor.ff.de transact.secus si excessus siue defectus esset in quantitate; q: tunc actus non est nullus, sed redigitur ad debitum modū.d.l.diligenter.⁊.l.i.§.si in pretijs.ff.de institor.⁊ in.c.cui de non sacerdo.de preben.in.vi.⁊ vide in.c. ad cōsultationē in fi.de re iudi. ¶ In tex.ibi, quod si plenam ⁊c.no.quod ille dicitur habere potestatem plenaz qui habet liberā, ⁊ potest dici, quod idem sit dicere cōcedo tibi liberā administrationē, vel plenā, vel totalez, vel quod possis facere que ego dominus possum: vt communiter reperitur in instrumētis: vt not.in.l.i.de off.pcura.Ces.per Bar.⁊ in.l.creditor.§.Lucius.ff.mand.secūdū Bal.⁊ in.l.qui Rome.§.Callimacus.de verb.ob.tales enim clausule, idem importaut ⁊ huiusmodi pcuratores poterunt nouare, alienare, transigere ⁊ rē in iudiciū deducere ⁊ omnia agere que nō requirunt mandatū speciale, vel specialissimū de quibus in.c.qui ad agend. de pcura.in.vi.⁊ per Bar.in.l.filius.ff.eo.⁊ in.l.contra iuris.ff.de pactis.⁊ in.d.l.creditor.§.Lucius. que loquūtur in donatione ⁊ dilapidatiōe, ⁊ in.l.pecuniam curatoris.s.de pac.⁊ in.l.preses.s.de transact. In quibus iuribus non permittitur administratoribus etiam habētibus liberam quod possint remittere debitū liquidum, licet, vt.s.pater possit facere multa que non posset facere habens simplex generale mandatū qui habens generale mandatū posset rem in iudicium deducere, tamen etiam si dominus pmisisset habere ratū ⁊ gratum quicquid pcura.gesserat, vt dicit Bald.hic, nō poterit alienare, vel nouare: vt.l.procurator toto. ⁊.l.mandato generali.ff.eo.nisi consuetudo domini ampliaret mandatum: vt.l.i.in fi.ff.de pig.actio.nam interdum consuetudo domini cū taciturnitate inducit mandatum de nouo: vt.l.fi.ff.quod cum eo.⁊ in.l.vel vniuersorum.de pig. act.ff.⁊ interdum verisimilis voluntas domini restringit, ⁊ limitat pp̄ter aliquam causam superuenientez; vt l.si hominem.ff.mand.⁊.l.ambitiosa.ff.de decre. ab ordi.facie. ¶ In text.cum si quid.not.quod pp̄ter dolum pcuratoris non rescinditur sententia, sed agitur contra ipsum de dolo, id est, pp̄ter dolum actione mandati, vel aliter ciuili actio.vt per glos.in.l.i.s.de aduoca.diuerso. iudiciorum.⁊.ff.manda.l.si pcuratorem. §.i. ⁊.ff.eo. l.licet.§.ea.allegata in gl.fi.vel crimine stellionatus criminaliter; vt in illo titu.de crimine stellio.⁊ habetur in.l.i. in fi.ff.de pigno.act.⁊ sic patet quod dolus pcuratoris nocet domino quantū ad pcessum ⁊ sententiam, de qua hic.licet postea ipsi domino subueniatur cōtra procura. vt.s.scilicet si est soluēdo, sed si nō est soluendo dicetur in gl.⁊ an sicut nocet quo ad pcessum ⁊ sententiam, idez dicendum sit quo ad primū, ⁊ secundum decretū, vel quo ad penam inuligendam domino vide per docto.maxime.d.m.in.l.i.§.sed si pcurator.ff. si quis ius di. nō obte. ¶ In glo.in verbo, potuit ibi hoc idem intellige not. pcedere arg.de pcuratore ad iudicem delegatū. ¶ In gl.in verbo cum si quid, dic quod si procura.qui commisit dolum.⁊ de suo dolo tenetur nō est soluendo subuenietur ⁊ consuletur domino hoc modo: q: aut aduersarius nō participauit dolum cum pcura.⁊ tunc facta discussione contra dolosum pcuratorem agitur cōtra aduersarium nō dolosum ex illa generali equitate ne locupletetur cum aliena iac. propter dolum alterius. l.si.ff. de eo per quem fa.secundū Bar.⁊ Bal.aut participauit dolū.⁊ tunc si dolus vtriusq; venit purgandus per actio.de dolo.vt q: ab vtroq; commissus est extra contractum quilibet potest pariter cōueniri: vt.l.si plures. ff.de dolo. Si vero dolus vnius venit purgandus per actio.ex contractu.⁊ dolus alterius per actio.de dolo, vt in terminis nostris in quibus pcura.commiserat dolū in iudicio ad quod habebat mandatū, ⁊ sic in contractu, aduersarius autē extra contractum prius debet conueniri ille cuius dolus purgatur per act. ex contractu: quia actio de dolo est subsidiuz, ⁊ ita potest intelligi hec.l.secundū Bal.qui etiā subdit argumēt. huius.l.quod non est sufficiens mandatum quando dominus promisit habere ratum quicquid legitime factum erit cum teneatur stare facto procuratoris, siue legitime, siue non legitime fiat: vt hic. Lex, neque tutores. sequitur.

SVMMARIVM.

1 ¶ Tutores ⁊ curatores actorē ante litem contestatā non procuratorē faciunt. Sed pupillo ⁊ adulto facienti autorizāt. post litem vero contestatam ipsimet faciunt.

2 Constituendi actorem duplex est modus.

3 Inter procuratorem, actorem, syndicū ⁊ oeconomū notabilis datur differentia.

b 1 NEque tutores. a Tutores † ⁊ curatores actorē ante litē contest. nō pcuratorē faciūt, sed pupillo ⁊ adulto faciēti autorizant post litem vero contestatam ipsimet faciunt. hoc dicit. ¶ Et diuiditur in tres partes. In prima loquitur de potestate tutorum ⁊ curatorum ante litem cōtest. dicens quod tales cōstituunt actorem, nō pcuratorem

rem.scilicet tutorio,vel curatorio nomine, vt ibi, ex sua persona qd intellige verum ad lites.nã ad negotia bene constituunt:vt.l.si procuratorẽ.§.si tutores.ff.mand. In secunda loquitur de potestate dominorum,dicens quod pupillus intellige maior infante,vel adultus potest ordinare procuratorẽ ante litem contesta.cum autoritate tutoris,vel cura. ¶ Ex quo infertur quod tutor & curator potest autorari in eo quod ipse pro se explicare non posset ad hoc etiam.ff.de man.vind.l.si pater.potest etiã interdum adultus solus constituere procuratorẽ in casibus in quibus ipse solus potest esse in iudicio:vt.l.momentanee.j.qui legi.personam.& in.l.ij.j.qui peta.tuto. verum est tamen quod talis procurator cauere debet q minor non petat restitu.in integrum : vt.l.ij.§.j.ff.rem ra.haberi. In tertia ibi,ipsi loquitur de potestate administratorum post litem contesta.dicens,quod tales possunt post conditionem constituere procuratorem , & sic possunt in ipsos procura.instantiã a se transferre & hoc ea ratione.vt videtur inferre.gl.nostra:q: per contestationem sunt domini litis sicut procuratores. ¶ Ex quo not.q tutores & cura.equiparantur procurato.interdum ¶ In glo.in prin.no.quod tutor & cura.non dicitur dominus,sed quasi dominus : vt.d.§.si tutor. allegato hic in gl.cum qua transit Bar.& doc. ¶ In.ea.ibi,idem in actore ciuitatis dic quod ciuitates & castra non constituunt procuratorem quia singuli non possunt & nullum ius habent & populus etiam si esset congregatus tamen multi sunt qui ibi nõ sunt dicit Bal.hic in si.vnde cũ presentes nomine suo & aliorũ debeant dare mandatũ certum est quod inquantum alios representant non sunt domini ideo non procuratorem,sed actorem,vel syndicũ habent constituere:vt.ff.quod cuiuscũq; vni.nomi.l.nulli.quem constituent in loco publico , & consueto solenniter populo congregato cum autoritate iudicis cõpetentis:vt.l.§.j.de decurio.lib.x.& l.i.j.de seruis reip.ibi,ab ordine constituente preside.&.l.si decreto.& facit.l.si.j.de legatio.lib.x.& que habent in.l.item magistri ff.de pac. ¶ In gl.in verbo,cõstituere ibi,si impediti omnes doc. tenent quod hoc nõ sit de necessitate : vt.d.l.decreto.secundum Barto.qui in effectu concludit quod duplex est modus constituendi actorem,vnus quod constituatur per tutorẽ,vel cura.iudice autorizante,vt hic.alius, vt per iudicem de voluntate tutoris,vel cura.& ita videtur velle gl.nostra.& tenet etiam Bal.hic in prin. ¶ In ead.ibi idem in episcopo.dic quod imo episcopus & alij prelati non sunt nudi ministri,sed equiparantur vsufructuariis in vita & reditus ecclesie pertinent ad eos & sic sunt administratores ad vtilitatem suam ideo non mirum si tales possunt facere procuratorem ante litem contest. vt in.d.authen.de sacrosanc.epis.§.si quando.licet glo.& in.l.i.ff.eo.exponat procuratorem.i.syndicum & non bene secundum communem opin.Bar.& Bal.& aliorum doc.qui idem dicũt in patre ex quo est legitimus administrator ad suam cõmoditatem.l.i.j.de bo.maternis.& l.cum oportet.de bon.que libe. ¶ In.ea.ibi.item not. † differẽtiã no.quis sit actor, quis procurator , quis syndicus,quis oeconomus & in quo differant: vide gl.insitu.de cura.§.si.& Barto.in.l.actor.ff.rem rat.haberi.& canonistas in.c.petitio.extra eo.vbi dicunt non esse curandum de nomine & quod attenditur effectus vnde si quis dicat,constituo te meum asinum ad sic faciendum & intelligitur constituere procuratorẽ & valet secundum Inno.vnde ad hoc etiam not per.d.in.in.l.testamentũ. j.de testa.& Bal.hic allegat bonum tex.in.l.pater seuerinam.§.cognouimus.de condic.& demon.in quantum tamen ista gl.vult q actor non possit constitui ad vnam rem:vt ibi , actor ad omnia &c.dicit contra casum in.l.si actor.j.de appell. ¶ In gl.si,ibi,in.l.in minorum idem tenet etiam Bar.allegans vltra gl.l.procuratorem. j.eo. ¶ I.ead.ibi,sed quid.de hoc dicetur in. d.l.licet.& in.l. non eo minus.an autem solus tutor possit reuocare procuratorem sine pupillo in nostro tex.vel econtra dependet.q: cum non constitueretur solus ergo solus non reuocat:vt alias habetur in.c.presentium.de testi.lib.vj. sed de hoc vide plenius hic per Bar.& Bal,

SVMMARIVM.

1 ¶ Ad rei defensionem admittitur non solum filius, sed etiam quilibet alius maior,prestando debitam satisdationem & in filio istud plus est quod pro patre admittitur sine mandato etiam ad agendum , & si periculum sit ne pater condemnationis damno officiatur admittitur ad defendendum ,etiam si legitimam etatem non habeat.

2 Maior ex priuilegio non admittitur ad officium procurationis.

3 Coniuncta persona vsque ad quem gradum inspiciatur.

4 An allegans causas absentie teneatur satisdare.

Exigendi. *Ad † defensionem ex parte rei admittitur non solum filius sed etiam quilibet alius maior prestando debitam satisdationẽ in filio est istud plus:q: pro patre admittitur sine mãdato etiam ad agendum & si periculum sit ne pater dãno condemnationis afficeretur admittitur ad defendẽdum etiam si legitimã etatem non habeat.h.d. ¶ Not. quod quilibet maior est idoneus defensor alterius cum satisdatione & intellige secundum Ange.de maiore † nõ priuilegiato vnde nõ admitteretur clericus, vel mulier secundum ipsum ad hoc.l.finem.& l.feminas. ff eo.titu. ¶ Item no.in prin.& in ver.aut quod filius etiam sine mandato potest actionẽ patris nomine intentare & sic venire,vt actor cauendo ea cautione de qua in gl.in verbo pro defensione. ¶ Vltimo no.q licet minor non soleat esse legitimus defensor : tamen fallit , in filio veniente ad defensionẽ patris vbi vbi verteretur periculũ condemnationis patris,vt in hac sing.l. ¶ In gloss in verbo, potest ibi , etiam inuitum.hoc verum nisi erat animo nouandi & liberandi reum principalẽ: vt.l.si mãdato in eo.§.i.ff.mand.licet gl.in.l.liberto. §.litem.ff.de neg.gest.videatur sentire contrariũ ibi. ¶ In gl.in verbo.pro defensione no.quam cautionẽ debeat prestare veniens sine mandato ad defensionem alterius & ista opi. in qua gl.insistit communiter approbatur tamen in filio non videt absurda.i.opi.de cautione de rato:q: consanguinitas supplet mandatũ siue consensum,vt.c.accedens.de preben. ¶ In gl.in verbo,non cogitur ibi.l.patri bene dicit secundum Bar.& adde alium casum videlicet quãdo dominus fecit alium procuratorẽ: vt.l.si lõgius.§.si filius.ff.de iudi.& dicam.j.eo.l.maritus.nam & tunc non admittitur coniuncta persona sine mandato similiter & quãdo dominus esset presens: vt.l.mutus.§. is qui.ff.eo. ¶ In.ead.ibi,idem qd dicit not.ergo q vbi est certũ de non mandato nõ admittitur quis ad agendum pro alio cum cautione de rato si non est persona coniuncta de quo.j.eod.l.i.coniuncta † autẽ persona in descen.vel ascendentibus intelligitur vsq; in infinitum.l. liberorũ.de ver.sign. In transuersalibus autẽ vsq; ad.x. gradũ de iure ciuili computandũ & sic successibilem , vt per gl.in.l.si.j.vnde legi.& per Bal.in rubr.j.qui accus. non possunt & per Bar.in.l.i.ff.de accus.licet quidã dixerint q in transuersalibus non intelligat persona cõiuncta nisi frater per tex.in.l.sed hec.in prin.ff.eo.de affinibus autẽ non reperitur.l.casuũ.secundũ doct.nisi in his qui locũ parentũ,vel filiorum obtinent:vt.l.q: parẽtis.ff.so.ma.vt est socer & gener. Affines enim proprie nõ sunt coniũcti.s.coniũctione sanguinis & sic cõiunctione legali de qua loquit.d.l.sed hec. Sed quid de marito dic quod potest : quia est coniunctus vxori coniunctione sacramentali.vt.l.manifestissimi. §.sin autem in consinio.infra,de furt.& est proximus vxori : vt.l.cum alienam.infra,de legat.& socij diuine,& humane domus:vt l.aduersus.infra, de crimine expilate hereditatis.& dixi in.l.in litem.supra eo.de concubino vero, vel amasio certum est quod ipsi non dicentur coniuncte persone quo ad terminos nostros, maxime hodie quo tempore cõcubinatus est phibitus , licet de iure ciuili esset permissus,vt patet in titulo de concubinis.& in.l.item legato.§.proinde.de legat.tertio. De amico vero an admittatur sine mandato pro amico magna amicitia coniuncto. Guil.in.l.sed etiam esse.& Cyn.hic dicunt quod sic quia amicitia honesta magne est estimationis: vt.l.item autẽ.§.si.qui.ex caus.in pos.ea.& facitũ que habent in.l. parentes.j.de test.& per Spec.in tit.de teste.§.j.ver.ite

* ¶ Ad hãc.l. exigendi. vltra do. Iaso. post alios videatis domi. Fran.Aret.in.c. post cessionem.in v. col. de proba. do. Feli.in.c. cõ rã.in.ij.col. de officio delega. do.alexã.in cõsi.xxvi.in j.vol.& do.Alex. in cõsi.xlvij. in.j. col.in.ij.volu. S. T.

¶ Ad dicta per Do.hic , in vltimo.videatis,vltra deci.rote.per eos allegatas, Bal. & sali. in.l. per hãc.j. de tempo.appella. bal. & do. Feli.in.c.cũ Io. heremi. de fide instr. Rom. in cõsi. ccclxxxiij. Roma. in consi. cccexix.& Roma. cõsi.ccclxxxiij. & do.Alex.in cõsi. xxxiij.col.j.i.iij. volu. S. T.

a ¶ Circa hanc.l. ita demũ.inquantũ Mo. tangunt clausulas quotidianas in practica. vel nõ deducta deducas ꝛ nõ pbata pbabo, ꝛ quid iuris si qd dolo, aut culpa seu ignorãtia esset obmissum, vltra eos habetis gl.in.c.ad audiẽtiam. de prescriptio.ꝛ ibi do. Feli.col.xi.do. Panor.in.c.cũ inter. in. iiij.col. de re.iudi.ꝛ do. Lu.roma.ꝛ Mo. in.l. admonẽdi.de iureiuran,ꝛ ibi plene dixi. S. T.

¶ Mod.in hac.l.ita demũ.oppo nit de.l.si querimus.ff. de testa. ꝛ plurima narrãt elegãtissima somnia vos videte ibi plurimus ꝛ do.Joannem de imola in principio.ꝛ Bal.in auth.ẽtica.generaliter de epi.ꝛ cleri. gl.ꝛ do. Panormi.in.c.ad audiẽtiam.de rescrip.ꝛ hanc.l. ita demũ singulariter declarat do.Jo. de imol. in. c.super his.de accu.ꝛ ad materiã.l.videatis Matheil. in no.suo.c.Bal.in consi. cccxxiij. in ij.vol. Pan.de ca.in ꝯ.lxxv.Roma.in ꝯ.cclxxx. siij.ꝛ ꝯ.cclxxij.ꝛ do. Feli.in.c. ad audientias. si secondo, de rescri. ac do.Alex.in cõsi xxvi.col.i.ꝛ.ij. in.ij.vol.do.Alexan.in cõsi.c.col. penul.in.v.volu. Ang.in ꝯ.cclvi. Roma. in consi. cxx. et videatis dominos canonistas, maxime do.Phili.francũ ꝛ do. Prepo si.alexandrinum in. c. vt debitus. ꝛ in.c.interposita.de appella. S. T.

quod est amicus,sed Angel.in dicta.l.sed hec.ꝛ Anto. de hut.in cap.ex parte decani.de rescript.dicunt cõtrarium ꝛ ita communiter tenent Canoniste in cap.qui ad agendum.extra eodem titu.in.vi,esto quod non reperiatur in iure cautum quod amicus possit agere p amico sine mandato. an autem iste coniuncte persone que per se sine mandato admittuntur, vt.s.admittũtur per procuratorem,puto dicendum quod non,quia non admittuntur ad ea que requirunt specialem mandatum.l. quod quis.s.eo.ꝛ dixi in cap.i.extra eod.in.vi.ergo ꝛc. ꝛ vide ad hec bonum text.in.l.filius.ff.eod. ¶ In gloss. in verbo,non iniuste in princi.hec vera secundum Bar. qui tamen dicit gloss.esse tenendam menti etiam in secũda solutione.ibi ante litem contesta.quia ex ea infertur quod exceptio minoris etatis,non potest obijci procuratori post litem contest.ꝛ quod exceptio, quod procurator est minor non reddit iudicium retro nullum,alias enim posset opponi:vt.l.licet.j.eo.sed de hoc latius dicetur in.l.non eo minus.j.eodem.ꝛ tangam. j. in.l.proxima. ¶ Et not.gloss.dum dicit aliquid esse iustum cuius contrarium est iustius: quia hec non videtur posse contingere,sed tu intellige:vt.s.in predicta prima solu. ¶ In ead.ibi,iure communi repellitur minor a procuratione tamen ꝛ que etas requiratur in procuratore ad iudicia varie fuerunt opin.de iure ciui.sed hodie de iure Cano.est expeditũ per cap.qui generaliter.extrã eo. in.vi.per quod disponitur,quod minor.xxv.annis. non possit esse procurator ad iudicia,ꝛ dixi iuri Canonico standum esse,etiam in terris imperij,ex quo de iure ciui.erat dubium iuxta ea que habentur in cap.licet ex suscepto.de foro compet.ꝛ in.l.placet.ꝛ in.l.priuilegia. s. de sacrosanc. eccles.hoc autem quod minor. xxv.annis. non possit esse procurator ad iudicia verũ est taliter,sed fallit in pluribus casibus. ¶ Et primo fallit in casu, qñ filius venit pro defensione patris: quia admittitur etiã minor interim,quod nõ petet restitu.in integrũ:vt in gl. in verbo,condemnatione ibi,si ergo cõdemnatur quam sequitur Bald.hic,ꝛ Petr.de anch.in.d.c.qui generaliter. ¶ Secundo fallit in causis spiritualibus in quibus etiam pprio nomine habet legitimam personam: vt dicto cap.de iudic.in.vi.fortius ergo nomine alieno secundum Joã.and.ibi. ¶ Fallit tertio,in iudicio possessorio:vt.l.momentanee.j.qui legitimam personã, secundum Bal.in.d.c.qui generaliter.ꝛ habetur in.l.minor.ff.eod. ¶ Quarto fallit,in iudicio voluntarie iurisdictionis in quo sufficit quod sit maior.x.ꝛ septẽ annis: vt per Bald.in.d.c.qui generaliter.qui tamen ibi,nihil allegat,ad hoc sed facit,quod habetur in.l.collectaneus. ff.de manu.vindic.ꝛ in.l.i.ꝛ in.l.bonorum.j. qui admit. ¶ Quinto fallit,quando contra ipsum procuratorem minorem.xxv.annis.ante litem contest.non opponitur exceptio minoris etatis:quia tunc iudicium valet: vt.s. dixi in glo.in verbo,non iniuste. de quo tamen in.l.non eo minus.j.eod. Exceptis ergo casibus supradictis maior.xxv.annis.nõ põt esse procurator ad iudicia. Ex quo infertur vnum notabile,ꝛ quotidianũ quod minor.xxv. annis non poterit esse syndicus alicuius castri , vel ville,cum tales habeant facere denunciationes ꝛ eas pro se in iudicio secundum Bal. hic. quod tene menti p ipsis minoribus ab hoc excusandis.ꝛ vide que dicam in.l.i.j. in quibus cau.in integ.restit.non est ne. Et hec de etate que requiritur in pcuratore ad iudicia, sed quid dicemus in pcuratore ad negotia extraiudicialia text.in.d. c.qui generaliter.in fin.videtur velle quod requiratur etas.xix.annorũ ad minus.dicit enim,quod minor.xxv. ann.nõ potest esse procurator ad iudicia,sed ad negotia sic post annum.xvij. sed Jaco.de areti. tenuit hic quod etiam minor.xvij.annis,possit esse procurator ad negotia:quia sibi imputare debet qui eum constituit:vt.ff.de exercito.l.i.§.cuius autem.ex qua ratione infertur, quod non refert cuius sit etatis,ꝛ si sit pupillus: vt.l.sed et si quis.§.finali.ꝛ.l.sequen.ff.de exercito.ꝛ ita sequitur Jo. andr.in dicto cap.qui generaliter.quod est verum, nisi caderet contradictio,vt si vnus socius vellet relinquere procuratorem minorem. xvij. annis , ad administrandum societatem ante : nam socius non tenetur ipsum admittere argu.l.idem que.ff.pro soc. secundum Bal. hic.regulariter autem dic:vt.s.nec obstat text. in dicto cap.qui generaliter a contrario sensu: quia imo non est

absumendus ille contrarius sensus,ex quo dispositio illius.c.potest operari in casu expresso de minore.xxv.annis,nõ dando ad iudicia. ad hoc que habentur in.l.i.§. eius rei.de offi.eius cui ma.est iurisdic. ¶ In gl.in verbo,in condemnatione in princ.not.illud quod dictũ est s.in textu de filio minore interueniente in iudicio pro patre sine mandato,ne cõdemnetur debet intelligi quãdo lis fuisset contracta cum patre,vel in casibus in quibus non requiritur litis contestatio ad condemnationem,ꝛ diffinitiuam.quid ergo si de alio preiudicio tractatur puta ne fiat missio in poss.ex primo decreto dicunt docto.quod non habebit locum.l.nostra. quia non est preiudiciũ requiritur hic: vt.l.Fulcinius.quibus ex cau.in posses.ea.ꝛ per Barto.in.l.si finita.§.Julianus. ff.de damno infecto.secundum dominum meũ,qui idem dicit de secundo decreto , ex alia tamen ratione valet: quia secundum decretum de iure communi interponitur contra latitantem ,id est, se contra dolose absentantem : vt dicta.l.Fulcinius.§.quid sit latitare, vnde tali non debet subueniri imo imputet sibi : quia non vult comparere argu.l.cum donationis.supra,de transactio. secundum ipsum. ¶ In ea.ibi,an autem vera est opi.in qua glo.residet ibi,ꝛ puto quod sic non obstat, quod libellus,ꝛ contestatio litis non concludant contra ipsum defensorẽ,sed contra dominũ absentem, qꝛ in ipsum defensorẽ fit trãslatio instãtie.ff.de solu.l.solutionẽ. ꝛ habetur in.l.liberto.de nego.gest.secundum Bald. ¶ In ea. ibi,in secundo ad causas absentie,allegandas. Mo.secũdum Ang.quod etiã inhabilis admittitur ad allegandũ causas absentie,ꝛ non solum in criminali de qua habetur in.l.seruum quoqꝫ.§.publico.ff.eod.sed etiam in ciuili, vt hic,quod tene menti ad materiam,de qua ibi, licet iste intellectus non conueniat litere hic. que loquitur de eo qui defendit plena defensione: vt.s.proxime. ꝛ de eo qui satisdat.gloss. autem nostra hic sentit, quod 4 †allegans causas absentie non teneatur satisdare. ꝛ idem dicit expressius in.l.nemo.ff.de regu.iuris. sed Jun.in cap.accedens.de accusa.dicit illud verum quando allegat causas absentie facti puta morbum:secus , si allegat causas absentie iuris puta priuilegium:quia tũc debet habere mandatũ,vel canonem ꝛ ita tenet etiã Bal.hic. ¶ In ea.ibi,item numquid restituetur. bene dicit gloss. quod hic filius iunior non restituitur: qꝛ in casu nostro, habet legitimam personam pro alio,ꝛ hoc voluit dicere ista gloss.ibi:quia magis patri.secus,si haberet legitimam personam pro se:vt per gloss.in.l.j.j.de momentanea poss.Lex,ita demum.hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 ¶ Miles agens in iudicio pro matre non potest post litem contestatam nec in causa appellationis exceptione militie repelli.

a 1 Ta demum. Miles agẽs in iudicio pro matre non potest post litem contest.nec in causa appellationis repelli exceptione militie. h.d. ¶ Mo.quod exceptio declinatoria vel dilatoria non potest opponi post litem cõtest.in causa principali. ¶ Itẽ not.quod exceptio declinatoria nõ opposita in prima instantia nõ potest opponi in causa appell. Ex quo infertur vnũ notabile,quod appellatio nõ reponit rem in pristinũ statũ,sed reducit causam ad statũ qui erat post litẽ cõtest.quod est menti tenendum scdm Bar.nõ enim veniũt in ea preiudicia litis,sed merita cause post cõtestationẽ.ita limita.l.eos.de appell.ꝛ simi. ¶ Vltimo no.quod declinatoria debet opponi ante litem cõtest.dixi in.l.exceptione.j.de pbatio. ¶ In glo.i. ibi, vel a iudice per hoc videtur qđ iudex suppleat isto casu etiam de facto,sed dic quod ratio est:quia ista repulsio pendebat ad fauorem publicum,ideo sibi permittitur ad hoc.l. quos prohibet.ff.de postula. ¶ In eadem ibi , respondeo sic not.quod sicut exceptio militie non potest opponi post litem contestatam. ita et exceptio, tu es maior vel tu es mulier quod est menti tenendum secundum Bartol. ꝛ Bald. ꝛ idem dicas in qualibet excep.reddente personam inhabilem ad procurationem.

facíunt

faciunt not. in cap. sciscitatus. de rescriptis. ⁊ supra eo. in. l. quia absente. ⁊ de reo criminis habuisti supra eodem. l. reum. ⁊ de minore, supra in. l. proxima. sed quid si iudex contra excipientẽ interloquatur, an vt intra. x. dies poterit procedere ad vlteriora, ⁊ videtur qd nõ: q2 innouaret pendente termino appellandi contra nota. in gl. in. c. si. de appel. ⁊ Bal. allegat gl. iuris ciuilis in. l. a pcedente. j. de dilatio. ¶ In gl. in verbo, appellatio. ibi, sed aliud si esset ta. sus. de hac dicetur in. l. licet. j. eo. in ista enim non dicitur, tu non potes esse pcurator, vt in precedentibus: sed dicitur tu non est pcurator ⁊ potest quandocũq3 opponi, secundũ Ang. q2 reddit iudicium retro nullum. ⁊ idem si opponatur quod pcurator nõ fuit legitime constitutus: vt tenet gl. in. l. ij. j. de eo qui p tuto. tene menti secũdum Ang. qui dicit quod ex hoc etiã apparet qñ pcurator nõ est legitime constitutus iudex cũ eo pcedens ad conuentionẽ nõ intelligitur eum legitimare, neq3 pars in eum tanquã in legitimũ consentire quod est practicabile secundum ipsum. ¶ In ead. ibi, secundo not. de hoc dicetur in. l. tutius. j. eo. ⁊ ibi de. q. que hic tangitur in si. videlicet, an aduocatus p eodẽ salario teneatur adiuuare in causa appella. vel non. de qua dixi etiam in. l. j. j. de suffra. Lex non eo minus. hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 ☞ Sententia lata pro procuratore minoris non legitime constituto valet: secus si contra.

a 1 **N**On eo minus. [a] Sententiat lata p pcuratore minoris nõ legitime cõstituto valet secus si contra. h. d. ¶ No. ⁊ semper allegatur quod minoribus subuenitur in duris non in prospere gestis, ne quod fauore eorũ est introductum in odiũ reuertatur ipsorum contra. l. quod fauore. ã. de le. ¶ Item no. in stabiliter ex hoc text. quod sententia lata p minore tenet contra minorez non ⁊ sic claudicat ista. l. contra. l. Iulianus. §. si a pupillo. ⁊. §. si quis. de act. emp. similiter ⁊ in restitutiõe in integ. vt. l. Iunius Diophãt. ff. de mino. sed potes notabiliter respõdere quod respectu eiusdẽ actus nõ debet esse ista claudicatio, vel minor, vel alius scindat eam, ⁊ pro parte acceptet, ⁊ pro parte non. puta materiam, ⁊ eandem sententiam velit p parte valere, ⁊ p parte non valere, ⁊ ita pcedant contraria, sed bene poterit acceptare sententiã in totum si facit pro se ⁊ in totum nõ acceptare si facit cõtra se. ⁊ ita videtur in effectu intelligenda hec materia, facit gl. in. l. i. ff. de pign. act. secundum. d. m. qui vlterius p intelligentia ⁊ complemento materie de actu iudiciali pertinẽte ad minorẽ considerat tres partes principales. Prima sit qñ minor est in iudicio per aliũ ab ipso solo minore constitutũ: vt hic. Secũda quando est in iudicio per se ⁊ p se. Tertia qñ est est in iudicio per se pro alio nõ pro se. Circa primã de qua est casus noster cõcludit, quod aut nunq3 est oppositũ, aut est oppositum ad prin. aut est oppositũ, sed nõ a prin. Primo casu habet locũ. l. nostra. vt. ã. in notabili. valebit ergo sentẽtia pro minore nõ cõtra minorẽ nõ tamẽ scindet iste minor sententiã: vt possit p parte valere, ⁊ pro parte nõ. nisi forte sm. d. m. capitula essent adeo diuersa, ⁊ separata quod faciãt cẽseri diuersas lites, licet fuerint cumulata in eodem libello, vt si actum est in vna manu ex mutuo, ⁊ in alia ex deposito ar. eorũ que habentur in. l. i. j. si aduersus rẽ iud. ⁊ in. l. i. j. si reus vel accusa. mor. fuerit. ⁊ in. l. Aurelius. §. idẽque sit. de liber. legata. ⁊ in. l. scire debemus. de ver. ob. ⁊ in. l. hoc iudicio. fami. erc. ⁊ in. l. Caremelia pia. de in. patr. Secundo casu, qñ fuit oppositũ a prin. quod quidẽ facere vtile est, sm Bal. dicendum est quod tũc acta que postea fierent nõ valebunt etiam pro minore secundũ ipsum, quod est verũ, siue iudex admiserit excep. cõtra pcuratorẽ, ⁊ tñ pcessit vlterius forte per errorẽ, vt q2 ignorabat precessorẽ suum pnũtiasse cõtra pcuratorez. siue scienter ⁊ pars nõ potuit appellare forte ex forma statuti, sed si pcessit scienter, ⁊ alie cũ potuerit appellare, ⁊ nõ appellauit videtur pars consentire. arg. l. j. si sepius in integ. restit. po. ⁊ l. ab eo. quomodo ⁊ quando. ⁊ clarũ est, quod intelligatur illa pnũtiatio reuocata per no. in. l. quod iussit. de re iudi. ff. ⁊ cap. ex parte. de appell. vnde habentur perinde ac si contra dictã excep. procuratoriam nõ pnũtiasset. quo casu videtur pcedendum ad vlteriora pnũtiare pcuratorẽ legitimum iuxta not. per Bart. in. l. ex quacunq3 ff. si quis in ius voc. merito processus tenebit etiam contra minorẽ nisi pcurator esset omnino falsus: q2 tunc pars tacendo nõ intelligitur in eum cõsentire, ⁊ ad iudicem nõ pertinet supplere mandatũ: vt dicetur in. l. licet. j. eod. ⁊ tactum est. ã. eo. l. eum qui res. ⁊ factũ, que dicuntur de iurisdictione in. d. l. ex quacunq3. ⁊ ad cle. i. de re iudi. et cle. primã de seque. poss. ⁊ fructuũ. ⁊ quod dicit notabiliter Ang. in. l. precedenti, dum vult quod iudex nõ intelligatur pcedendo legitimare pcuratorez non legitimũ. Itẽ nisi iudex admiserit talem pcuratorem cũ protestatione puta dicendo pcedendũ3 esse ad vlteriora reseruatis reseruandis: de qua tamen clausula per Bar. in. l. ille a quo. §. si de testamento. ff. ad Trebellia. ⁊ per doc. in. l. nam postea. in prin. ff. de iureiur. ita videtur p nunc intelligenda hec materia, licet doct. nõ dicant hoc modo. sed si iudex admisit excep. contra pcuratorẽ, ⁊ vlterius non processit potest contingere dubitari de primo actu ante oppositionem. vnde quid profit ipsi minori, vt dicit. d. m. quod fuit de facto in hac ciuitate, vbi est statutum quod testamenta ⁊ donationes debeãt insinuari a calendis maij, vsq3 ad calendas nouembris, alias habito integro semestri, ⁊ non facta insinuatione possit peti cassatio a calendis nouembris. vsq3 ad calendas maias, ⁊ pcurator minoris non legitime constitutus vel ipse minor per se vel alium vltima die octobris, produxit animo insinuãdi postea vero intrante nouembre fuit petita cassatio donationis pducte nõ insinuãdi per non legitimã personaz: querebatur, an deberet cassari, ⁊ videbatur quod sic: q2 iste petens cassationẽ non [a] potuit opponere prius contra pducentem, contrarium fuit determinatum argu. l. nostre. ⁊ etiam: q2 vt nõ possit peti cassatio sufficit ex forma statuti pductionẽ fuisse factam animo instaurandi etiam parte nõ citata: vt hic plenius per eum. Tertio casu quando fuit oppositum post aliqua acta, dicit Bal. quod sequentia acta non valent etiam p minore, sed precedentia bene valent p ipso minore: vt. ã. ad hoc not. per Inno. in. c. cum causam. de testi. Sed quero ad quid erãt vtilia precedentia si sequẽtia nõ valent cum precedentia non sufficiant ad sententiam obtinendam. arg. l. platam. j. de sententijs. respondeo restaurabuntur cum administratore vel pcura. legitimo ea que cum illegitimo fuerunt inualida, ⁊ si sententia feretur pro minore bene pcedet, si vero cõtra minorem adhuc potest dici quod pcedat, q2 ex quo precedentia acta facta ante oppositionem sunt inualida contra minorem acta facta post cum legitimo administratore repulso primo nõ legitimo quantũs valeant tamen erunt inutilia: q2 sententia inde ferenda non habebit firmum fundamentũ. sed Cy. dicit quod confirmantur illa acta precedentia per superuementiã ad minus legitimi facti, quod in simi. dicitur de iudice cui post acta aliqua superuenit iurisdictio per gl. in. l. i. j. qui p sua iurisdic. ⁊ habetur in. l. j. j. vbi de crimine agi op. quod pcedit maxime si dictus admini. legitimus processit recẽsendo omnia acta facta cũ illegitimo secundum illaz no. ⁊ sing. practicam Bartol. in. l. mutari. ff. eodem. Circa secundam partem de minore, qui agitauit iudicium per se, et pro se dic idem quod in casu nostre. l. argum. capit. qui per alium. de reg. iur. secundum communem opin. licet quidam dicant aliud esse dicendũ propter maiorem defectum in isto, quam in precedenti. vbi in iudicio est maior, licet non legitime constitutus: sed de hoc dicentur aliqua in. l. si curatorem habens. infra. de in integrum restitutione minorum. ⁊ certe cadunt etiam dubitationes posite in prima parte. Circa tertiã de minore existente in iudicio per se ⁊ non tamen pro se, sed pro alio. tex. est in. l. minor. ff. eo. qui videtur facere quod valeat iudiciũ quod dicit quod minor nõ potest esse procurator in iudicio: quia posset restitui ergo valet iudicium: quia si esset nullum non caderet restitutio: vt l. fin. j. in quibus cau. in integ. resti. cum si. sed doc. tenent contrarium: vt cap. qui generaliter. extra eo. in. vi. ⁊ leti gi in. l. exigendi. ã. eo. de syndico minore. xxv. annis. ex

[a] ¶ Circa istam. l. nõ eo min⁹. addas his pulchraz declarationẽ Bal. in. c. j. l. ij. col. de rescri. ⁊ ad huius l. intellectum videatis Panormi. in. c. causam que. in penul. et vlti. col. de iudicijs. ⁊ ad materiã l. videatis Ioã. de ananía. in cõsi. xcij. in. ij. col. in fine. ⁊ do. Antonio. de bu. in cõsi. xvij. in. j. col. et do. Alex. in cõsi. lix. in. i. col. in. ij. vol. ⁊ inquantuz do. Iason, hic gloriatur, se habere theoricam Ange. in. l. mutũ a Pau. de ca. nõ vidam, vos do. dicatis q nec ipse do. Iason vidit cõsi. eiusdẽ Ang. vltimũ in ordine nec vidit consi. Angel. cccvij. et vos aduertatis ad huiuscemodi Ange. decisi. singulares ⁊ practicabiles maxime propter statuta in Italia ⁊ hic in Gallia vigẽtia. S. T.

cuſando ab hoc onere propter exceptio.minoris etatis quam except.vult gloſſ.ibi,ꝛ in.l.ita demum. non poſſe opponi poſt litem conteſt.ꝛ cum ea tranſit Barto.ibi,ꝛ etiam Ange.ꝛ Bald.in dicta.l.minor.vbi Bartol.te-nuit contrarium,ſcilicet,quod poſſit quandocunq; opponi:qꝛ illa nõ eſt excep.procuratoria,ſed concernit inhabilitatẽ perſone ad hoc que habentur in.l.licet.ſ. eo. ꝛ ita tenet.d.m.hic,ꝛ ibi ſequendo Barto.ꝛ ita adde ad dicta.ſ.in.d.l.exigendi.ꝛ in.l.exigendi non obſtat. d.l. minor.qꝛ illa reſtitutio datur, non aduerſus iudicium quod eſſet nullum , ſed aduerſus promiſſionẽ de defendendo que cum ſit extraiudicialis obligat ipſum minorem ſicut obligatur in ceteris:vt dicta.l.ſi curatorem habens.Lex,litem.hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 ☞ Non admittitur procurator qui litem redemiſſe profitetur cum officiũ huiuſmodi debeat eſſe gratuitũ.

a 1 Litem. hoc dicit. [a] Non † admittitur procurator qui profitetur ſe litem redemiſſe nam officium procuratoris, debet eſſe quĩ gratuitũ.hoc.d. ¶ Not.quod procurator paciſcens de quota litis repellitur ab agendo:quia huiuſmodi pactum dicitur eſſe contra bonos mores:vt in.l.ſi remunerãdi.§.Maurius.ff.man.ꝛ hic. ¶ Item not.quod officium procuratoris debet eſſe gratuitum:vt hic,ꝛ.l.i.ſ.manda.ꝛ dixi in.l.ſalarium.ff.eod. Ex quo videtur inferri, quod ſi procurator recipiat ſalarium non admittitur quaſi non legitime ordinatus. cuius contrarium,videmus quotidie practicari.ꝛ probatur in dicta.l.ſalarium.dic ergo quod aut querimus de poteſtate agendi contra alium ꝛ quantum ad hoc dico procuratorem debeo admitti,ſiue habeaꝫ pecuniam ſiue non:vt dicta.l.ſalarium,quod eſt verum niſi ſit de quota litis,vt hic,ꝛ.d.§.Maurius. ſed quantum ad hoc,vt oriatur actio manda. inter dominum ꝛ procuratorem officium ipſius procura.debet eſſe gratuitum : vt dicta.l.i.ꝛ ſi interuenit merces,vel ex pacto,vel ex conſuetudine que actio oriatur dic,vt habetur in dicta.l.ſalarium.ꝛ in.l.naturalis.§.penult.ff.de preſcript. verbis. Lex,procuratorem.hoc dicit.

a ¶ Super hac.l. litem. vltra do. Corn. do. Alex. ꝛ Mo. videatis plumbi.do.Anto. de alexãdris, ꝛ do.Jacobinuꝫ. S. T.

b ¶ Circa hanc.l. procuratorẽ. videatis vltra dõs hic,do.Lud.roma.in ɔſ.cccc.v. S. T.

c ¶ Circa hanc. l.inuitus.videatis do.Feli.in.c. nõne.in.iiĳ. col. de preſcriptio.ꝛ do.de rota in deci. lxiĳ. in antiquis in ti. de procura. ꝛ deci. cclvĳ.in nouiſſi.ꝛ ꝙ pauperi nõ currat tempus ad appellãdũ Bal. decidit in cõſ.v. in.iĳ.libro.ꝛ an defenſor cogatur appellare vltra Mo. hic eſt caſus in.§.litẽ.l.liberto. de nego. geſt.ꝛ Rom. in ſin.cccclxxvĳ.ici. procurator decidit. S. T.

SVMMARIVM.

1 ☞ Emens a procuratore,vel actore alicuius , non habente ſpeciale mandatum ad alienandum, non efficitur dominus rei empte.

b 1 Procuratorem. [b] Qui † emit a procuratore vel actore alicuius nõ habente ſpeciale mandatum ad alienandum non efficitur dominus rei empte.hoc dicit. ¶ In tex.ibi,ſi nõ ſpecialiter ſupple,vel generale cũ libera:vt.l.procurator cũ libera.ff.eo.vel aliud equipollẽs ſecundum dicta.ſ.eod.l.ſi procurator. ¶ Et no.quod illa verba,cõſtituo te procura.actorem ꝛc.nõ operãtur in his que requirunt ſpeciale mandatum vel equipollens ſecũdum Bald. ¶ In gl.i.ꝛ in glo.in verbo actorem ibi a tutore conſtitutuꝫ hec vera,ſecundum Barto.ꝛ ſic etiã in actore tutoris requiritur ſpeciale mandatum ad hoc,vt poſſit alienare.quod eſt tenenduꝫ menti,ſecundũ Bal. ¶ In gl.ſi.no.quod procurator poteſt vendere fructus eſto quod non habeat ſpeciale mandatũ ad vendenduꝫ, ꝛ hoc ideo:qꝛ de facili corrumpi poſſunt:vt dicit gloſ.ex qua ratione infertur,quod vbi nõ eſt timendum de renuntiatione non poſſint alienari puta poſt triennuũ infra quod tempus fructus ſolent poſſe ſeruari: vt.l.i.ſ.ſi aduerſus vſuca.ꝛ habetur in.l.ſequitur.§.fructus.ff.de vſuca.tamen Ang.videtur velle quod quantum ad hoc hec meta tẽporis curanda nõ ſit:qꝛ fructus connumerantur inter res que ſeruãdo ſeruari nõ poſſunt etiaꝫ ſi eſſemus in regione in qua fructus vltra triennuũ durarent vnde tutor etiã ante confectioneꝫ inuentarĳ ꝛ ante ſatiſdationem poterit fructus vendere.ad hoc nota.in.l. finali.ſ.de tute.qui ſatis non de. ſecundum Ange.hic.

SVMMARIVM.

1 ☞ Procurationem quis ſuſcipere non cogitur nec ſuſceptam proſequi niſi vſq; ad appellationem incluſiue, nec defendere compellitur: ꝛ qualiter iſta dicta intelligantur.

c 1 Inuitus.h.d. [c] Nõ † cogitur quis ſuſcipere procurationeꝫ nec ſuſceptã proſequi niſi vſq; ad appel. incluſiue nec cogitur defendere. hoc.d. quod vltimũ de defenſione intellige in cauſa reconuentionis ſi loquitur in procuratore actoris,vt intelligũt antiqui doc.vel in alia cauſa quã mea in qua ſuſcipit procurationẽ ſi loquimur in procu.rei pro vt intelligit Jo.ꝛ Azo,predictum vltimũ ver.huius.l. ¶ No. primo quod non cogitur quis fieri procurator inuitus.eſt enim officiũ procuratoris a prin.voluntarium : vt.ff.eo.l. filius.§.inuitus.ꝛ ideo oportet quod appareat de volũtate ipſius procura.in ſuſcipiẽdo mandatũ intantũ quod ſi reperitur inſtrumentũ procurationis,dicens talis cõſtituit talem procuratorẽ preſentem ſi non dixit ꝛ acceptantem,nõ probatur ꝙ acceptauerit ſecundum Cy.ꝛ Bal. niſi ſit coniuncta perſona,vel multum amica : quia tunc preſentia cum taciturnitate inducit tacitũ cõſenſum ſecundum eos qui etiã dicunt quod licet alias quãdo res aliqua dimittitur in domo alicuius ipſo vidente nõ intelligatur per eum ſuſcepta cuſtodia : vt.l.ſi ergo verſus.ff.de iure do.ꝛ per Jo.and.in addi.Spec.in tit.de depoſito.ꝛ habetur in auth.habita.ſ.ne filius pro pat. ꝛ facit.l.i.§.recepit.ff.nau.caup.ſta.arguendo a ſpecialitate illius caſus.tamen talis conuentio perſonarũ inducit preſumptionem conſenſus ꝛ ſuſceptionis cuſtodie ſicut alias dicitur de preſentia ꝛ taciturnitate in iudicio.ad eam ergo euitandam cautum eſt quod nolens conſentire dicat preſente ꝛ cõtradicente : qꝛ magne ſunt dubitationes,an tacens in iudicio videatur cõſentire.de quo in.l.cum oſtendimus.§.ſi.ff.de fideiuſſo.tuto.ꝛ habetur in.l.ſiue apud acta.ſ.de tranſact.ꝛ in.l.que dotis. ſol.matrimo. ¶ Item not.in verſ.nec eandem ꝛc.quod qui ſponte ſuſcepit procuratorem ſi contra ſe ſententiam reportauit non tenetur cauſaꝫ vltra appellationẽ exercere niſi ad cauſam principalẽ , ꝛ ad cauſaꝫ appellationis fuiſſet datus:quia tunc tenetur proſequi etiam appel.vt.l.ſin.ff.an per alium.ꝛ.ff.eod.l.qui proprio. §.iteꝫ queritur.ꝛ hoc vult hic glo.ĳ.quod eſt veruꝫ niſi appellatio eſſet iniuſta ꝛ ſententia iuſta prout preſumitur eſſe. l.Herennius.§.qꝛ.de euictio.ex quo autem hic dicitur quod procurator nõ tenetur exercere litem vltra appella. infertur quod mandatum ad vnam litem non includit proſecutionẽ appellationis,ſed bene includit ipſam appel.pro cuius declaratione,vt colligitur ex dictis Bar. ꝛ ex quibuſdã.q.Bal.ꝛ Ang. Cõclude maxime etiã ſecundum.d.m.quod aut loquimur in procura.in reꝫ ſuam,aut in ſimplici,aut in defenſore,aut in exiſtẽte in iudicio proprio nomine tamẽ ad alienã vtilitatẽ officialiter, aut in tutore,ꝛ ſim.aut in cõiũcta perſona.Primo caſu,eſt clarum,quod poteſt proſequi ſicut in re ſua.ſ.eod.l.qui ſtipendia.ꝛ ſibi imputet qui nõ facit.Secũdo caſu de ſimplici procuratore, aut fuit generalis etiã ad futuras lites, ꝛ poteſt proſequi.d.l.ſi.an per aliũ.ꝛ ſic videtur etiã quod teneatur ex quo acceptauit mandatũ. aut eſt procurator generalis ſimpliciter non reſtrictus ad lites aliquas, et ſimiliter poteſt:qꝛ veniũt lites future etiã:vt.c.qui generaliter eo.in.vi.aut eſt cõſtitutus ad lites ita ſimpliciter ꝛ tunc dicit Angel.quod poteſt proſequi : quia veniunt future.argu.ff.de ſeruitut. vrbanorum predio.l.ſi ſeruitus.ſed tu aduerte ſecundam dominũ meum,ad ea que dicit Bart.in.l.hoc iure.ff.de ſolut.volens quod quando ad omnes lites eſt conſtitutus procurator ꝛ dominus non habeat niſi vnam litem non poteſt ſe referre tantum ad preſentem , vt ſaluetur ratio recti ſermonis, vt debet:vt.l.Plautius.ff.de auro ꝛ ar.leg. ꝛ.l.melius.§. eũ qui.de leg ĳ.ꝛ.l.Julius Phebus.ff. ad Trebel.ideo eſt opus intelligere etiã de futuris,ꝛ ſic ad proſequendum

quod licite potuit expelli. vt capit. accedens. vt lite non contestata. vel quia nollet cohabitare cum marito, quia non potest sine contumelia creatoris. vt capitulo, quanto. de diuortijs. vel quia non vult sequi virum casu quo tenetur. vt notatur in. c. de illis. de sponsa. ⁊ in capitul. primo. de coniugio leprosorum. vel in similibus casibus quos arbitrari pertinet ad bonum virum. tunc ergo quando mulier fuit in culpa quod tamen non presumitur secundum dominum Petrum de perusio. in consilio quod incipit, factũ sic proponitur. Decimo octauo char. decimo sexto libro consiliorum. maritus non tenetur eam alere. l. ediles. §. fin. de edili. edic. quia frustra petit debitum qui aliq̃ non impẽdit. vt. l. Iulianus. §. offerri. de actio. emp. ⁊. l. curabit. eo. tit. Aut culpa mariti qui forte sine causa expellit vxorem. vt capitulo, significasti. de diuortijs. vel ipsa discedit propter seuitiã viri. vt. c. literas. in fi. de resti. spoli. ⁊ habetur in dicto. §. finautem. vel quia non potest habitare cum eo sine contumelia creditoris. vt capitul. quanto. vel quia maritus commisit adulterium. vt dicto cap. accedens. ⁊ tunc maritus tenetur in omnibus, ac si esset in eius seruitio. de contrah. empt. l. Labeo scribit. ⁊. l. si quis ita. de condi. ⁊ demonstra. ⁊. l. Caio. §. fin. ff. de alimentis leg. ⁊ si non subit onera, tunc nec ex pacto nec ex forma statuti potest dotem lucrari, dicit Bal. hic. ad hoc. l. ab hostibus. §. si vir. solu. matrimo. Aut cessat culpa vtriusq;, vt quia vnus discedit ab altero propter magnum furorem. vt in. d. §. finautem. vel quia maritus peregrinatur pro succursu terre sancte. vt. c. quod super his. in fi. de voto. vel quia stant separati de communi concordia pro obseruanda continentia. vt in capit. tua. de iureiurand. vel quia muliere transeunte ad religionem maritus, de cuius incontinentia nulla est suspitio, remanet in seculo. vt in capitulo, placet. de conuersione coniugator. ⁊ generaliter vbicunque possunt esse ad inuicem separati sine culpa alicuius, ⁊ tunc tenetur maritus impendere secundum redditum dotis. vt. l. si cum dotem. §. fin autem. solut. matrimo. imo ⁊ si fructus non sufficiunt, cogitur isto casu etiam vltra redditus. argumen. d. l. quod si nulla. secundum Iaco. de are. quod est verum si non habet patrem ad quem onus principaliter pertinet, nec habet aliunde vnde se alat, vt sentit Iacob. de are. ⁊ Bald. secundum dominum Ludouicum. vt in. d. §. finautem. vbi tamen Raph. putat equum esse quod ex quo maritus habuit dotẽ vel acceptauit vxorem sine dote, vel cum parua dote habeat etiam onus alende vxoris integre, non obstante tex. dicti. §. finautem. quia licet dicat vxorem dicto casu alendam esse secundum dotis quantitatem, non tamẽ excludit quod si dos non sit sufficiens non teneatur vlterius, ⁊ pro hac equitate facit authẽ. preterea. infra, vnde vir ⁊ vxor. ⁊ quod habetur in. l. creditor. §. si inter. ff. mand. ⁊ maxime si vir esset diues. vt dicta authentica, preterea. pro communi tamen opin. facit, quia ita videtur conuentũ inter partes de communi consensu, vel in alio legitimo casu ab inuicem discedentes quod si vir expulit vxorem, quia sibi non soluebatur dos promissa: puta per fratrem mulieris, tunc quanuis sine culpa dicte mulieris: tamen quia vir iuste eam expulit. vt in authentico, de non elige. secundo nube. §. penultimo. non tenebitur ad alimenta ⁊ expensas secundum Bald. hic. quid autem econtra an vxor teneatur alere virum in casibus in quibus vir tenetur alere vxorem: gloss. in. l. si stipulata. ff. de donationibus inter virum ⁊ vxorem. dicit quod non, sed docto. tenent contrarium in. d. §. finautem. dicentes quod in subsidium pariter tenetur vxor sicut vir, quod ⁊ tenet Specula. in titu. qui filij sint leg. §. quid si mulier. ⁊ tex. in. d. §. finautez. dicit quod nihil est tam humanum, quam in fortuitis casibus vxorem viri ⁊ virum vxoris participez fieri, vnde pariter determinat de vtroq;. Quantum vero ad secundum dictuz, de quo in. l. nostra, videlicet de expẽsa funeris dicenduz est quod pertinet ad eum hoc onus ad quẽ vadit dos, ⁊ quatenus vadit. vt hic in gloss. ⁊ ideo si ex forma statuti vir lucratur aliquam partem dotis: puta tertiã, vt hic, pro tertia parte tenetur ad expensam funeris. vt. ff. de relig. ⁊ sump. fun. l. sicut. dicit tamẽ dominus meus hic esse consuetudinem quod vir faciat semper totã expensam funeris. sequitur Lex, si mandatum.

SVMMARIVM.

1 Ex gestione negotij etiam ad aliũ pertinẽtis, quã ad mandantem oritur actio negotiorum gestorum, sed inter gerentem ⁊ mandantem, actio mandati oritur.

a 1 SI mandatum. [a] Ex gestione negotij pertinentis etiam ad alium quã ad eum qui mandauit oritur actio negotiorum gest. inter gerentem ⁊ eum ad quem pertinet, sed inter gerentem ⁊ mandantem oritur mandati. h. d.

Et sic no. quod vnus actus respectu diuersarũ personarum potest deduci actiones diuersi generis. cõcordat. ß. e. l. qui pupille. In gl. prima opi. Io. volẽtis quod ad hoc, vt actio nego. gest. competat mulieri, oporteat esse gestum contẽplatione ipsius mulieris. videtur contra tex. nostrũ ibi. solius mariti. opi. vero gl. que est contraria videtur contra tex. in. l. si pupilli. ff. eod. §. si quis ita simpliciter, ⁊ contra regulã, de qua in. l. non omnis. si cer. pet. vbi actus agentium non operantur vltra intentionem ipsorũ, ideo pro solutione contrariorũ ⁊ pro pleniori declaratione, cum queritur an si negotiũ gerat non contemplatione domini detur domino actio neg. gest. cõclude quod aut ille qui gerit non habuit animũ obligandi sibi aliquem, quia credidit gerere negotium proprium, ⁊ tunc non habet act. nego. gest. nec dñs ex dicta ratione, quia actus agentium ⁊c. Et tamen possessore hereditatis, qui bona fide, ⁊ putans se heredem fecit expensam in rebus hereditarijs, qui si postea desinit esse heres, vel apparet eum non esse heredẽ habet actionẽ pro dicta expensa quaz fecit. vt. l. si pene §. 1. ⁊. l. repeti. ff. de condic. in. debiti. ⁊ hoc quia natura petitionis hereditatis non patitur bone fidei possessorẽ dãnificari. l. item veniunt. §. pn. die. ff. de peti. hered. ⁊ quia hereditas representat personam, vnde videtur gestũ contemplatione persone representate, puta tamẽ quod teneatur eas excõputare cum fructibus ab eo perceptis ⁊ consumptis, per ea que habentur in. l. diuortio §. impendia so. ma. ⁊ per gl. no. in insti. de re. diuisione. §. ex diuerso. licet antẽ quando gerens nõ habuit animũ obligandi sibi quenquã regulariter nõ habeat act. neg. gest. vt. d. tñ habet excep. ⁊ repetitionẽ ex equitate. vt. l. si in area. ff. de cond indeb. ⁊. l. cõmuni diuidundo iudiciũ. ff. cõmu. diui. Aut habet animũ aliquẽ obligandi, tamen nõ magis vnũ quã aliũ in specie, qui nesciebat ad quez negotiũ pertineret, ⁊ tunc propter animũ generalẽ habet act. nego. gest. contra illum ad quẽ negotium pertinet. ar. l. falsus. §. qui alienuz. de fur. ⁊. l. si.). vnde vir. ⁊ facit. l. qui iure militũ. ff. de mili. testa. Aut habet animum obligandi aliquem in specie, ⁊ tunc si ad illum pertinet dominiuz ⁊ ius plenũ, ⁊ non ad alium est clarum quod datur actio nego. gest. vt in toto isto tit. Si vero ille cuius cõtemplatione gerit, nulluz habet ius vel interesse, sed ad alium penitus spectat, ⁊ tunc contra illum aliuz datur actio nego. gest. vt. l. item si cum putaui. ff. eo. Ex quo nõ potest dari cõtra eum cuius contẽplatione gesta sit ⁊ hoc ex vtilitate, vt aliena negotia gerantur receptũ est. arg. l. si. ſ. eo. Si autem ille cuius cõtemplatione gesta sit habet aliquam pertinentiam, vt quia pertinet ad euz cura ⁊ solicitudine, ⁊ tunc est proprie casus noster ⁊ actio nego. gest. datur contra illum ad quem pertinet pleno iure ⁊ proprio, vt contra mulierem hic, licet eius contemplatione nõ gesserit, ⁊ vltra etiã datur contra illum cuius contemplatione gestũ cum ad euz pertineat cura ⁊ solicitudine. vt. l. si pupilli. ff. eod. ⁊ ideo in nostro text. si non esset mandatum, sed contemplatione mariti gessisset sine mandato, dicit dominus meus quod darẽtur due actiones nego. gest. vna inter maritum ⁊ gerentez, altera inter gerentem ⁊ mulierem. rationem autem assignat, quia nõ est tantũ interesse istius cure ⁊ solicitudinis quod debeat appretiari, vt tollat act. negotiorum gestorum inter principalem ⁊ gestorem, sicut nec quando ille cuius contemplatione est gestum nullum habet ius, vt supra ⁊ sed si non gessisset contemplatione eius, ad quem pertinet cura ⁊ solicitudo sine dubio non daretur aliqua actio inter eos. Aut ad illum, cuius contemplatione est gestum, spectat maius

Ad hanc. l. si mandatũ videantis Fulg. flor. ⁊ do. Antonium de alerã. optime loquentes. S. T.

intereſſe quam cure ⁊ ſolicitudinis. eſt tamen alius ad quem ſpectat magis, cuius contemplatione non eſt geſtum ⁊ contra illum talẽ, licet habeat maius ius ⁊ plus pertineat non datur actio nego. geſto. ex quo ſua contemplatione non geſſit, ⁊ ex quo ad illum cuius cõtemplatione geſſit pertinet, ⁊ maiori pertinentia quã cura ⁊ ſolicitudine contra quẽ datur actio nego. geſt. vt. l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. ſecundum Bar. quẽ etiam ſequitur d.m. hic. licet Bal. videatur potius velle quod in. d. §. ſed ſi ego. non ſit negotiũ noſtrum re ipſa, ſed ratihabitione: ideo non pertineat ad eum cuius nomine non geritur. vt. l. ſed ſi ſerui. ff. de precario. alias daretur vtilis actio vel in factum. vt. ff. man. l. ſi mandauero. §. ſi curator. Ex his apparet an ſit neceſſe in libello vel articulis ponere, vtrum negotium ſit geſtũ contemplatione eius contra quem agitur. vel vtrũ ille contra quẽ agitur geſſit contemplatione agentis, qualiter autem appareat cuius cõtẽplatione fecerit, dicit. d.m. quod deprehẽdi poterit ex coniecturis, ſecundum ea que habentur in. l. Fulcinius. §. quid ſit latitare. ff. ex quib. cau. in poſſ. ea. ⁊ inſtit. de rer. diuiſione. in. §. alie. in gl. in dubio autem videtur geri cõtemplatione eius ad quem pertinet. vt. l. ex maleficiis. §. 1. ff. de act. ⁊ obl. ⁊ inſtit. de oblig. que ex quaſi contractu. §. 1. ſecundum Bart. ſimile videmus, quod quãdo reperitur aliquod factũ requirẽs impenſam in dubio preſumitur factũ per illum cui incumbebat facere ſecundum Bartol. in. l. 1. C. arbitrium tutele. ſequitur Lex, ſi paterno.

SVMMARIVM.

1 Vitricus ſi paterno affectu in priuignum erogauerit non repetit: ſecus ſi animo repetendi.

a 1 SI paterno. [a] Vitric⁹ † paterno affectu in priuignũ expendens nõ repetit: ſecus ſi hoc fecerit animo repetẽdi. h. d. ¶ No. quod licet quis teneatur alere vxorem nõ tenetur propterea alere priuignum, nec recipere eum in domo ſi non vult, ſi enim teneretur tunc non repeteret, q2 debitũ impẽderet. vt. l. alimenta. C. eo. ¶ In gl. prima ibi, tu dic quod ipſe debet probare te animo donãdi ⁊c. hanc ſequitur doc. ¶ Unde no. quod vitricus impendens priuignis videtur in dubio facere animo repetendi, niſi ſit aliqua preſumptio contra eum, vt q2 ab ipſis percipiebat aliqua ſeruitia: nam tũc cẽſebitur animo donãdi ⁊ in compenſatione illorum ſeruitiorũ ſecundũ iſtã gl. no. hec tñ preſumptio tollitur per alias preſumptiones ⁊ cõiecturas. vt. l. diuus. ff. de in integ. reſti. ⁊ in. c. ſi. quod metus cauſa. ⁊ l. C. tranſmiſſe. qui filij ſint leg. vt q2 impẽſa erat magna, vitricus autem erat ignobilis ⁊ pauper. vt. l. ſi ſtius. ff. de donatio. vel vitricus faciebat librũ rationũ, in quo cõtinebatur, talis tenetur mihi in tãtum pro eo quod expẽdi. vt not. in. l. Meſennius. ff. eo. ex hoc enĩ apparet quod faciebat animo repetẽdi. ⁊ multo magis ſi hoc fuit proteſtatus expreſſe ſecundũ gl. noſtrã. tũc enĩ ſtamus certo, nec erit locus preſumptionibus ⁊ coniecturis. l. cõtinuus. §. cum ita. de ver. ob. ſiue dictus vitricus ſit nobilis ⁊ faciliter preſumatur donare, ſiue impenſa ſit parua, in qua etiam faciliter adſumitur preſumptio donationis. l. 1. ff. de don. inter virũ ⁊ vx. ſiue priuignus ſit in ſeruitio vitrici, vt dictũ eſt per noſtrã gl. que etiã ponit hic in fin. plures alias cõiecturas no. ſiue ſint alie cõiecture pro priuigno. verum eſt tamen quod vitricus repetit a priuignis impẽſam, vt q2 proteſtatus fuit priuigni qui fuerũt in ſeruitio vitrici poterũt ab eo petere ſalariũ iuxta not. per Bar. in. l. Titiũ ⁊ Meuiũ. §. altero, de admini. tuto. ⁊ per Bal. in. l. ſi patruus. C. commu. vtriuſ. iudicij. ⁊ hec procedunt niſi preſupponamus inter predictos contractã eſſe ſocietatẽ cõmunis vite. de quo genere ſocietatis per Bal. in. l. ſi. C. de colla. ⁊ in. c. ſi duo fratres. poſt mortẽ patris in communi caſa remanſerunt de fratribus no. benef. inueſtitis in vſib. feudo. que ſocietas potuit contrahi etiã tacite per actus ſociales. vt. l. iij. §. cum ſpecialiter. ⁊ l. ſi non fuerint. ⁊ l. ſocietates cõtrahuntur. ⁊ l. nec adiecit. ff. pro ſo. niſi dicti priuigni eſſent pupilli qui nõ habent ſufficientẽ cõſenſum ad ſocietatẽ. vt. l. vt in cõditionibus. ff. pro ſo. ⁊ hec ſunt valde notãda ad nepotes q poſt mortẽ patris ſteterunt cum patruo, ⁊ ab eo fuerunt alimentati, ⁊ ei aliqua ſeruitia preſtiterunt, vel non. Bald. etiã inducit ad ruſticos fratres, quorum vnus habet multos filios, alter nullũ ⁊ impenſa eſt facta pro omnibus de cõmuni, nunquid tempore diuiſionis debeat aliqua reſtauratio fieri huic fratri filijs carenti, ⁊ dicit ipſe quod nõ ſi aliquis opera percipiebatur ab iſtis pueris maxime que eſſet plene digna alimentis. tu declara, vt ſupra. ſequitur Lex, ſi negotium.

SVMMARIVM.

1 Soluens pro ſorore tributa habet actionem negotiorum geſtorum, ſi ſine mandato. cum mãdato vero habet actionẽ mandati, ⁊ optima declaratione poſt Bal. ad ſtatutum hoc applicatur.

b 1 SI negotium. [b] Soluẽs † tributa pro ſorore ſine mãdato habet act. neg. geſt. cum mandato vero habet act. mandati. h. d. iſta. l. quã Bal. inducit ad. q. ſi vẽdidi tibi rem, ⁊ tradidi tamen nondum eſt poſita in eſtimo tuo, ſed eſt adhuc deſcripta in meo, ⁊ propterea ego ſolui collectas quod poſſum eas repetere a te, quia onus ſoluẽdi ſpectat ad poſſeſſorẽ. vt. ff. de vſufr. l. ſi pendẽtes. §. ſi quid. ⁊ l. oẽs. C. ſine cenſu, vel reliquis. ⁊ in. l. inter debitorẽ. ff. de pac. ⁊ l. reſcripto. §. ſi. de muner. ⁊ hono. repetet ergo ſaltem act. nego. geſt. licet alius reperiat̃ in eſtimo vel cataſtro deſcriptus, ⁊ propterea videatur quaſi ex promiſſione obligatus. vt. l. incola iaz. ff. ad municip. ſecundũ ipſum Bal. quem. d.m. refert contrarium tenere, neſcio ſi erat corrupta lec. ſua vel mea, ⁊ puto quod ſua: quia reperio quod Bal. in. l. ea cõditione. C. de reſcin. ven. tenuit idẽ quod. ẽ. dixi, licet paucioribus verbis vtatur in tex. ibi, vel mãdati ⁊ in eius gl. ¶ No. quod alternatiua cadẽs reſpectu diuerſorũ refert ſingula ſingulis ſecundũ precedentem orationẽ. ¶ In tex. ibi, mandante vel rogãte ⁊ in eius gl. que eſt. ij. in ſi. veritas eſt quod inter verbũ, mando: ⁊ verbum, rogo: nulla eſt differentia quantum ad act. mandati. vt. l. prima. ff. mandati. ſequitur Lex, curatoris.

SVMMARIVM.

1 Cõtra heredes curatoris, ⁊ ſic ex neceſſitate geſtoris hec vtilis actio datur, in qua dolus ⁊ lata culpa venit, licet ad heredes officium non tranſeat, ⁊ per conſequens nec alienandi poteſtas.

2 An ſit differentia inter vtilem ⁊ directam actionem?

c 1 CVratoris. [c] Cõtra † heredes curatoris, ⁊ ſic geſtoris ex neceſſitate datur hec actio vtilis, in qua venit dolus ⁊ lata culpa, licet officium non tranſeat ad heredes ⁊ per conſequens nec alienandi poteſtas. hoc dicit. ¶ Not. quod heredes curatoris tenentur vtili actione nego. geſt. ſicut etiam teneretur ipſe curator vtili non directa, quia directa datur quando geritur voluntarie: ⁊ vtilis quando ex neceſſitate, vt declarabitur infra, in gloſſ. ⁊ hoc quod curator teneatur vtili, colligitur etiam ex iſta dictione etiaz, que eſt implicatiua. ¶ Item nota predictos heredes curatoris, ⁊ ſic adminiſtratoris neceſſarij teneri de dolo ⁊ lata culpa defuncti, non autem de leui regulariter, niſi in tribus caſibus poſitis hic, in gloſſ. in verbo, culpa: de qua leui culpa bene tenerentur heredes adminiſtratoris voluntarij non neceſſarij de quibus hic. ¶ Item nota quod officium non tranſit ad heredes, quia vt dicit Bald. eſt quid induſtriale. ¶ Item not. quod ſicut ad heredes non tranſit officium, ita etiam non tranſit poteſtas, que procedit ab ipſo officio. ¶ In gloſſa prima pro declaratione materie actionis vtilis ⁊ directe gloſſa noſtra ponit † duas ſpecies differentiarum, vna eſt inter directam ⁊ contrariam, alia

inter

a ¶ Pro dictis in hac. l. ſi paterno. vltra Mo. habetis optimam deciſionem do. Lud. roma. in cõ ſi. cclij. S. T.

b ¶ Circa hanc. l. ſi negotiũ. videatis Bal. ſalr. Ful. Pau. de ca. Florẽ. ⁊ do. Antonium de alexandris. a quibus omnia hic hauſerunt Mo. S. T.

c ¶ Super hac. l. curatoris. notate caſum ſingularẽ i quo facili⁹ trãſmittitur in heredem actio deſcẽdẽs ex dolo, quã illa, que cõpetebat cõtra defunctum ſine dolo. licet regulariter ſit cõtrariũ vt in. l. i. ne ex deli. defun. iũcta. l. ſi. de nau. feno. ⁊ de materia iſtius. l. videatis do. Anto. de alexan. hic ⁊ do. Barba. in conſi. xiij. in. i. vol. S. T. ¶ Alias diſputãdo cũ doctoribus collegij bononienſis publice ſubſtinui nullam dari differẽtiã, niſi nominalẽ, inter directã ⁊ vtilẽ actionẽ quicquid dixerint doctores. hic poſt bar. in. l. i. ff. de actio. ⁊ obli. ⁊ Cy. in. l. i. C. eod. tit. ⁊ inuenio hoc a mo. hic, factum fuiſſe poſt aliquos per eos citatos in. l. penul. ſi quadru. pau. feci. dica. ⁊ vos cogitate ſi quo ad iuris apices, et in effectu hoc dicit, poteſt tam de vtili ⁊ directa quã de natiua et datiua. et addatis hanc cõcluſionẽ in puncto iuris verã, ad dicta per Mo. in l. i. de actio. ⁊ obliga. S. T.

inter directam & vtilem: dicitur enim directa interdum respectu contrarie, interdum respectu vtilis. pro declaratione igitur prime speciei considera maxime, secundum Bartol. quod quandoque. §. Et primo non variatur nomen contractus nec contrahentium, vt in contractu societatis, & tunc ex vtraque parte actio est directa, nec distinguitur inter directam & contrariam, vt in toto tit. pro socio. ff. eodem, & instit. ¶ Quandoque & secundo variatur vtrunque, vt in tit. de emptione & vend. & in tit. de locato & conducto. & casu non distinguitur actio per directam & contrariam: sed omnibus competit ex nomine suo, vt mihi ex empto tibi ex vendito mihi ex locato tibi ex conducto. vtrique ergo competunt isto casu directe, quia vt dicit Bal. in. l. que fortuitis. C. de pignoratitia actione. eodē tempore a princ. in dictis duabus speciebus nascuntur equales, ideo equales debent esse directe. ¶ Quandoque & tertio nomen cōtractus vel quasi non variatur, sed contrahentium vel quasi sicut tūc aduerte, quia interdum vnum nomen non descendit ab altero, vt in gestione negotiorum, quia ex vtraque parte dicitur negotium gestum: sed vnus ex quasi contrahentibus vocatur dominus alter vocatur gerens & in pignore vnus dicitur creditor alter debitor, & tamen iste cōtractus ex vtraque parte dicitur pignus idem in tutore & pupillo vnum est nomen tutele & in curatore & adulto vnum est nomen cure, & in viro & vxore vnum est nomen dotis, & in his & si. actio diuiditur inter directam & contrariā & directa competit ei qui habet ius potētius contraria alteri. Interdum nomen descendit a nomine, vt cōmodans & commodatarius deponēs & depositarius & his similes, & tunc similiter variatur actio inter directā & contrariam: nam directa competit ei qui habet nomen proprium contraria enim ei qui habet nomen deriuatum. l. si mandatum. C. eo. & in toto tit. depositi, commo. & mandati. & vt. C. dixi. Bal. in. d. l. que fortuitis. dicit quod directa nascitur a princi. statim contrarie perueniunt ex aliquo accidenti post, puta pro expensis a depositario, commodatario & mandatario factis, & sic de simi. contractibus, in quibus vnum nomen descendit ab altero, ei qui habet nomen proprium datur directa, alteri vero contraria excepto contractu donationis, in quo licet nomen donatarij descendat a nomine donantis, tamē non reperitur iure cautum quod donatario detur contraria, quia iste nō est proprie contractus vltro citroque obligatorius, & natura ipsius nō est ad hoc apta, vt donatario detur aliqua actio nisi forte ex dolo donantis, quia tunc daretur actio de dolo, vt l. Aristo. §. fin. ff. de donatio. & facit glo. in. l. 1. C. de iure dot. similiter & in mutuo, in quo licet nomen mutuatarij descendat a nomine mutuantis, tamen nō reperitur iure cautum, quod mutuatario detur contraria, sed dabitur de dolo si mutuans dolo versatus esset. vt. l. ij. C. de dolo. secundum dominum meum. Et hec de prima specie differentiarum, hoc est de differentia inter directam & contrariam. Alia differentia est inter directam & vtilem. i. quia dicitur vtilis respectu directe & ecōtra, & ista vtilis diuersimode datur vni quandoque alteri persone in eodem facto datur directa, vt in cedēte & cessionario, & in herede cui cōpetit directa & in fideicōmissario vniuersali cui competit vtilis. vt. l. ex asse. ad Trebell. & in directa que competit procuratori & in vtili, que competit domino. vt. l. in cause. ff. de procura. & vide dicta in. l. qui stipendia. C. de procura. ista tamen vtilis si cedatur in isto casu dicit Bartol. quod nihil remanet apud cedentem, quia solam illam vtilem habebat. vt. C. de hereditate vel actione vendi. l. emptor. & ibi not. secus in sequentibus casibus secundum dominum meum, & maxime in ea vtili que dicitur respectu directe que competit in alio casu de qua dicetur vltimo loco. Aliquando datur vtilis eo casu quo iam competat directa, tamen nunc est extincta. vt. l. in honorarijs. §. sed cum rescissa. ff. de actio. & obliga. & in. l. cum mota. & l. si diuersa. C. de transac. Aliquando datur vtilis eo casu quo nunquam est data directa neque datur, sed eo casu quo alias in simili daretur directa. vt. l. quotiens. C. de donatio. que sub modo. Aliquando datur vtilis casu quo in alio diuerso datur directa, vt in nostra materia quam gl. nostra declarat dicēs, quod actio directa est illa que competit ex verbis & mente legis. exemplum, edictum pretoris loquitur de gerente negotia sponte. vt. l. iij. ff. eodem. huic ergo competit directa ex verbis edicti. sed vtilis competit quando casus fiat improuisus a lege, vt quia non habent locum verba. l. sed mens. vt quando quis gerit alterius negotia coacte: de quo non loquitur proprie edictum, tunc ergo datur secundum gloss. vtilis, vt in. l. nostra. & in. l. actio. ff. eodem. similiter verba edicti loquuntur de eo qui gerit negotia viuentis vel mortui. & ideo huic competit directa, sed non loquitur de eo qui gerit negotia non viuentis nec mortui, puta respectu fructuū & partus qui producūtur in esse in hereditate iacente, huic ergo non competit directa sed vtilis ex mente. vt l. si pupilli. §. si ego. ff. eodem. & l. iij. §. hec verba si quis. ff. eodem. & sic in effectu vult glossa nostra, quod actio directa oriatur ex verbis & mente: vtilis vero oriatur ex mente tantum: sed Barto. dicit quod istud dictum reprehenditur a docto. & quod vbicunque habet locū mēs. l. tunc oritur directa, licet verba deficiant. vt. l. 1. ff vnde vi. vbi licet interdictum loquatur de edibus, tamen habet locum in fundo. facit. l. non dubium. C. de legibus. & l. nominis & rei, de verb. signi. Concludit ergo quod directa habeat locum quando habet locum mens, & verba. l. vel quando mens tantum. vt. d. ll. vtilis vero quando nec mens nec verba. l. sed per iurisconsultum extenditur propter identitatem vel similitudinem rationis, vt. l. pen. ff. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. secundum Bartol. cum quo transit etiam Ange. hic. nec ab his multum discrepat Bald. fatetur enim quod directa datur, siue habeat locum mens & verba, siue mēs tantum: sed dicit quod vbi est identitas rationis dicitur concurrere mens. l. quia tacite videtur cautum, id in quo est eadem ratio. vnde ex tacita substitutione datur directa, sicut ex expressa. vt. l. in substitutione. ff. de vul. & pupillari. & l. iam hoc iure. eodem titulo. Quando vero non est identitas, sed similitudo rationis, tunc competit vtilis. & ita poterit saluari hec glos. secundum Bald. qui vlterius subdit quod vbi cessant verba. l. & etiam identitas, & similitudo rationis cessat omnis actio. argumento. l. milites agrum. ff. de re militari. ex quibus verb. Bald. colligitur differentia inter identitatem rationis. l. & ista producunt directam & similitudinem, & ista producunt vtilem. dicetur autem identitas rationis, quando. l. loquitur per rationem predicantem: ita quod ratio sit expressa in. l. vt. l. his solis. infra, de reuocandis donationibus. & per Baldum. in. l. vbi adhuc. infra, de iure dotium. vel quando ratio est vnica & finalis. vt dicta. l. milites agrum. similitudo vero potest dici vbi non est ratio iuncta vel expressa, quia quod simile est non idem est. vt. l. quod nerua. ff. depositi. & ista si sunt vera sunt bene notanda ad materiam extensionis, de qua. in. l. si vero. ff. de viro. soluto matrimonio. ¶ Inquantum tamen glossa nostra vult quod in persona actoris variatio inter directam & vtilem fiat per nomina: in persona autem rei fiat per aduerbia, & sic quod actor interdum habeat actionem directam, & interdum vtilem reus vero dicatur teneri directe, & interdum vtiliter & similiter possit reperiri directa vtilis & vtilis directo non placet Vltramontanis, nec Bartolo, nec mihi, hec differentia magistralis que non reperitur. l. cauta. nec esset rationabilis, quia variato vno extremorum variatur totum quod conficitur ex extremis. vt. l. electio. §. primo. ff. de noxalibus. veruntamen dicit Bartol. quod est notabile in casu nostro quod si ista vtilis, que vt supra patet, competit iure proprio cederetur alteri quod nihilominus remaneret apud cedentem directa istius vtilis, interim quod posset solui sibi per cessionem, nisi in casibus. l. iij. infra, de nouationibus. quod non esset secundum eum si ille qui habet vtilem cessam cederet eam alteri: nam tunc apud eum nihil remaneret. vt tetigi. C. in prin. huius secunde partis. ad hoc. d. l. ex asse. ad Trebell. & non haberet locum. l. nostra. d. l. iij. C. de nouatio. sicut non habet locum quando ista transferuntur, vt nihil remaneat apud transferentem; vt quia ponat in locum suum alterum. vt. l. qui quadraginta. ff ad Trebellia. & per Ange. in. l. si cum emptore. ff. de pactis. & idem videtur domino meo in casibus precedentibus, excepto primo de quo supra dixi. sequitur. L. ob negotium.

SVMMARIVM.

1 Geſtori voluntario, vel neceſſario tenetur dominus ad vſuras.
2 Vſure quedam ſunt lucratorie, quedam recompenſatorie.

OB negotium. hoc d.

a Dominus † tenetur geſtori voluntario vel neceſſario ad vſuras. h. d. Intellige, vel quia dominus fuit in mora vel ex alia iuſta cauſa: vt quia geſtor accepit pecuniam ſub vſuris, ⁊ expendit de ſuo pro neceſſitate domini, ⁊ erat ſolitus feneraři dicit gloſſ. noſtra, quam potes notare; 2 quia licet hodie de iure cano. non habeant † locum vſure lucratorie, tamen habebunt locum recompenſatorie tanquam intereſſe. vt per Bal. in. l. cunctos populos. de ſumma trinitate. ⁊ habetur in. l. non vtique. §. nūc de officio. de eo quod certo loco. ⁊ per gl. in. l. ſocium qui in eo. ff. pro ſocio. ⁊ vide textum ter. ⁊ gl. in. l. ſi vnus. §. ſi quid vnus. ff. pro ſocio. Et hec inducit domi. meus ad queſt. quando mercator pro negotio alieno extraxit pecuniam de fundico, ⁊ cum ea negotium alienum meliorauit ⁊ ſuum deteriorauit, quia non fecit lucrum cum ea, ſicut cum reliqua que remanſit in fundico poterit petere intereſſe ſuum, etiam ſi ille cuius negotia vtiliter geſta ſunt non fuiſſet in mora. ad hoc. ll. in contrarium allegate in gl. ⁊. l. at qui natura. §. non tantum. ff. eodem. ⁊ ita dicit fuiſſe conſultum Senis per iſtam gl. licet videretur dubitandum, ex quo dominus non fuerat in mora. Et no. ex hac. l. quod actio. nego. geſtorum eſt bone fidei. ad hoc. §. actionum. inſtit. de actio. ſequitur Lex, ab vno.

a Ad declarationem ⁊ limitationē iſtius. l. ob negotiū. videatis vltra alios hic, do. Panormi. in cōſi. xl. in. j. vol. S. T.

SVMMARIVM.

1 Vendens rem communem communi nomine actione negotiorum geſtorum tenetur ad partem pretij conſorti ratum habenti.
2 Vendens rem communem intelligitur vendere nomine communi, ⁊ quid iuris de venditione rei aliene.

AB vno. h. d.

1 Vendens † rem communem communi nomine actione negotiorum geſt. tenetur ad partem pretij conſorti ratum habenti. h. d. Et ſic no. quod etiam pro communi 2 negotio habet locum hec actio. Item no. quod † vendens rem, vt communem, vt fuit vendita hic: vt patet ibi, veluti communi intelligitur vendere nomine communi, ſicut vendens rem alienam, vt alienam intelligitur vendere nomine illius cuius aſſeruit eam eſſe. licet non dixerit quod illius nomine vendebat. vt. l. in familie. ff. familie erciſcunde. in dubio autem, an videatur quis vendere rem communem, vt totum, vt propriaz, vel tantum ius quod habet, vide quod habetur in. l. mater. j. de rei vendic. per Angel. ⁊ Bartol. in. l. ſerui electione. de lega. primo. ⁊ per Bal. in rub. j. de contrahenda emptione. ⁊ dixi in. l. qui tabernas. ff. de contrahenda emptione. ſequitur Lex, tutori.

SVMMARIVM.

1 Tutor ⁊ curator a geſtore multiplici differentia differunt.
2 Similitudo quo pacto capiatur.

TVtori.

b Tutor † ⁊ curator differunt a geſtore, quia primorum officium eſt neceſſariū, ⁊ finitur neceſſitate ceſſante: ſecundi eſt voluntarium ⁊ voluntate propria terminatum. Item primi intentant act. nomine domini, ſecundus non: vterque tamen de leui culpa tenetur. h. d. In tex. ibi, ſimilis 2 nō habetur. no. † quod nō dicitur ſimile, id quod habet plura diſſimilia quam ſimilia: vt patet hic in tutore ⁊ curatore qui non dicuntur ſimiles geſtori. Ex quo etiā quantum ad adminiſtrationem in pluribus differunt quā conueniant, vt patet in ſummario. ad hoc not. per Bal. in. l. j. in prin. j. de iure emphyte. ⁊ in. l. curatoris. §. eo. ſi tamen ego dixi aliquos caſus eſſe ſimiles, ⁊ probaui ſimilitudinē in aliquo: tu vero dicis eſſe diſſimiles habebis onus probādi diſſimilitudinē: vt vide que habentur in. c. tranſlato. de conſti. ⁊ per Archi. xvij. q. 8. in. §. at ſi quis. que nota ad ſtatutū quod procedatur de ſimi. ad ſimi. Itē no. in ver. quippe, quod vnūquodque officium finitur ſecundum naturā ipſius. Item not. in verb. ac ſatis, ⁊ allegatur ſemper quod ſufficit ſi amico cōſulatur in paucis, licet nō conſulatur in omnibus, ſola enim amicitia non imponit neceſſitatē gerēdi. Item no. in ver. ſecundum que, quod tutor ⁊ curator tenētur de geſtis ⁊ neglectis, quia non eſt in eorum libera voluntate quid gerant geſtor vero nō tenetur, quaſi neglexerit ſi ad id quaſi geſturus non acceſſit ſecundum Bald. an autem videatur acceſſiſſe cum ea intentione, vt illud gereret poteſt apparere, ſi hoc forte a princip. aſſeruit, vel ſi perſcrutatus ſit ſingula bona abſentis: vt ſentit hic dominus meus. Item no. quod adminiſtratores, ſiue voluntarij, ſiue neceſſarij tenētur de dolo lata, ⁊ etiam leui culpa quod videtur mirum, cum adminiſtrent tantum gratia dominorum, quorum negotia gerunt: quo caſu non ſolet quis teneri. niſi de dolo ⁊ lata culpa. vt. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. commodato. Et ideo circa hunc articulum cum queritur, an geſtor teneatur; quia non geſſerit vel quomodo teneatur, Conclude quod aut loquimur in neceſſario, aut voluntario; ſi in neceſſario dic quod tenetur de dolo lata culpa, ⁊ leui commiſſa in eo quod adminiſtrauit aut debuit adminiſtrare, vt hic. cum herede tamen ſuo mitius agitur, ita quod non tenetur de leui, vt ſupra eodem. l. curatoris. Aut loquimur in voluntario, ⁊ tunc aut obmiſit negotium quod incepit ⁊ tenetur. vt. l. ſicut. j. de actio. ⁊ obliga. ⁊ licet voluntas faciat finem in adminiſtratore voluntario, vt hic dicit text. tamen debet intelligi a princip. non autem quod poſſit penitere poſtquam incepit. vt. l. in commodato. §. ſicut. ff. commodat. Aut non incepit, ⁊ tunc aut acceſſit omnia geſturus ⁊ de omnibus tenetur. vt. l. Pomponius, in negotijs. ff. eodem. Aut acceſſit geſturus quedam ⁊ non omnia, ⁊ tunc tenetur de his tantuz ad que gerenda acceſſit, ⁊ de acceſſorijs ⁊ connexis. vt infra. l. ſequenti. ⁊. l. tres tutores. ff. de adminiſtratione tutorum ⁊ curatorum. quod videtur verum, niſi forte erat alius amicus qui volebat omnia gerere ſi iſte non acceſſiſſet: nam tunc tenetur de omnibus. vt. l. ſi pupilli. §. videamus. ff. eodem. ſecundum Bartol. ⁊ facit. l. ij. ſupra eodem. etiam ſi ignorauit alium fuiſſe omnia geſturum, ſecundum dicta. §. eodem. l. ſi ſeruum. in hoc tamen vltimo de ignorante videtur cogitandum. Item nota quod officium tutoris ⁊ curatoris eſt neceſſarium, ⁊ ſic datur inuitus ⁊ inuito ſaluo quam adoleſcenti, quantum ad generalem adminiſtrationem. inſtit. de curato. §. inuiti. ſed ad vnum actum bene compellitur habere curatorem, ⁊ ſic ad iudicium. vt. l. qui habet. §. ſi pupillus. ff. de tutelis. ⁊ que dicuntur in. l. j. de adminiſtra. Vltimo no. quod non imputatur geſtori volūtario, ſi non exegit ab alijs: cum non habeat act. vt. l. ſi pupilli. §. videamus. ff. eod. verum eſt tamen quod geſtor ⁊ amicus volens venire ad vtilitatem abſentis poteſt petere curatorem dari bonis ipſius abſentis qui mouebit actiones tempore perituras, vt habetur in toto titu. de cura. bonis dando. ⁊ eſt gloſſ. not. in. l. iij. in princip. ff. eodem. non tamen dico quod propter hoc dicatur in culpa ſi non petijt, quia imo videtur acceſſiſſe, vt gereret per ſe non per alium, vt hic ſentit dominus meus. Sed quero an talis geſtor teneatur exigere a ſeipſo id quod aut eſt debitum ex illa adminiſtratione, ⁊ tunc debuit a ſe exigere indiſtincte ſecundum gloſſ. ſuper verbo, poterit. in vltima opinio. ad hoc. l. ſi vero non remu. §. primo. ff. man. ⁊ tantum eſt illud dicere quantum quod debuit illud debitum conuertere in alijs negotijs domini, ⁊ non retinere penes ſe, ⁊ ſi non fecit domino tenetur ad intereſſe ipſius, quod ſi exegiſſet ⁊ conuertiſſet in vtilitatez domini, ipſe dominus vtilitatem

b Super hac. l. h tutori. vltra no. ibi videatis do. Alexā. in cōſi. cxxij. in j. vol. ⁊ cōſ. lxxxvi. in. ij. volu. ⁊ do. Franci. Areti. in cōſi. cl. S. T.

tatem percepisset. aut non est debitum ex illa administratione, & tunc si est administrator generalis debet etiam a se exigere. vt. d. l. Pomponius. & l. sequ. ff. eodem. nec obst. supradicta ratio nostri tex. videlicet quod non habeat act. quia quantum ad hoc non requiritur actio neque mandatum. aut est administrator particularis, quia accessit gesturus quedam, sed nõ omnia, & tunc non tenetur a se exigere, nisi accessisset a princi. etiam ad hunc actum & eo animo, vt exigeret etiã a seipso & in vtilitatem domini cõuerteret, ita colligitur in effectu ex dictis Bartol. Bald. & domini mei etiam hic. Quid autem si gestor est non solum gestor, sed etiã coniuncta persona nunquid possit exigere quod agere potest, sed exigere non dicit Bald. vt. ff. soluto matrimonio. l. non solum. & faciunt que habentur in. l. j. ff. eodem. sequitur Lex, si cognati.

SVMMARIVM.

1 ☞ Obligatio personalis non impedit libertatem serui & liber factus non tenetur de antea gestis separabilibus a postea gestis.

SI cognati.

1 Obligatio † personalis non impedit libertatem serui & liber factus non tenetur de ante gestis separabilibus a postea gestis. h. d. ¶ Not. quod gestio alieni negotij quã faceret seruus, nõ impedit ipsum produci ad libertatem, vt hic: sed bene impedit executionẽ sententie capitalis, quia debet suspẽdi executio, donec seruus damnatus ad mortem reddat rationem administrationis, secundum Cyn. in. l. prima. infra, de bonis proscriptorum. & dominus Ludo. in. l. fi. §. interdum. ff. de publicianis. & vide ad hanc materiam, que dixi in titulo, an seruus ex suo facto. ¶ Item no. & allegatur quod separatorum separata est ratio, & de connexis idem est iudicium. l. cum actum. ff. eodem. & de acquirenda possessione. l. naturaliter. §. nihil commune. & de procura. l. qui proprio. §. item queritur. idem de consequentibus. vt. l. quamuis simpliciter. j. de fideicommissis. idem de accessorijs. vt in regula, accessorium. de regulis iuris. in vi. idem de antecedentibus. vt. d. §. item queritur. & in. l. secunda. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. idem etiam de appenditijs. vt. l. si cum tibi. j. de iudicijs. sequitur Lex, negotium.

SVMMARIVM.

1 ☞ De casu fortuito non tenetur gestor, & quid si in se periculum suscepit.

NEgotium.

1 Gestor † negotiorum non tenetur de casu fortuito. h. d. De quo autem teneatur dixi. s. eodem. l. tutori. & quid si suscepit in se periculum casus fortuiti habetur. in. l. iij. §. quesitum. ff. si quis cautio. sequitur. L. de negotijs.

SVMMARIVM.

1 ☞ Actio negotiorum gestorũ est personalis non realis & ex gestione oritur.

NEgotiis. hoc dicit.

1 Actio † negotiorum gestorum est personalis non realis. hoc dicit. & oritur ex gestione, vt est dictuã in. l. si pecuniam. s. eodem. sequitur Lex, si quis nolente.

SVMMARIVM.

1 ☞ Prohibitio domini facit, vt gestor non habeat contrariam actionem negotiorum gestorum, pro his post prohibitionem gestis: sed non tollit actionem pro antea gestis.

2 Protestatio quo pacto fieri debet & ad statutum infertur per do. Corneum. post domi. Ludo. roma. & quos pariat effectus protestatio.

SI quis nolente. h. d.

a 1 [a] Prohibitio † domini facit, vt gestor non habeat contrariam act. nego. gesto. pro his que gerantur post prohibitionem. sed non tollit act. pro antea gestis. h. d. ¶ Not. quod prohibitio impedit oriri act. nego. gesto. sed iam natam non tollit. ¶ Item not. text. ibi, specialiter quod 2 † protestatio debet fieri specifice & in specie, ita quod protestatus reddatur clarus & certus. dicit tamẽ Bar. quod si volo prohibere simpliciter omnia satis est quod loquar generaliter: sed si volo prohibere de aliqua re particulari illam debeo designare distincte. & ideo dicũt doct. quod si statutum dicit quod syndicus debeat denuntiare maleficia protestata debet intelligi de protestatione facta specialiter & de loco & tempore prout in libello requiritur. vt. l. libellorum. de accusa. quod est menti tenendum ad excusationem syndicorum, vel iudicum. secundum dominum meum. ¶ Item not. quod protestatio non porrigit effectum suum ante ipsã protestationem: & ideo si statutum dicat, quod syndicus teneatur denuntiare maleficium. j. tot dies debet intelligi a die protestationis, quia protestatio retro non trahitur, & hoc vbi statutũ de protestatione loquitur astringendo syndicum, alias a die scientie curreret. sicut iudici. facit quod dixit Barto. in. l. j. j. publice leti. lib xij. de officiali ignorante delictum commissum & de dissimulante. l. i. j. de stratoribus. & vide in. l. genero. ff. de his qui notantur infamia. ¶ Item no. protestationem posse fieri in scriptis & sine & quando fit in scriptis sufficit quod mittatur, licet non fiat presentialiter, & quando protestatio habet vim libelli requirit de necessitate scripturam. vt. l. vt perfectius. j. de annali excep. & in auth. hanc autem querelam. j. de non numerata pecu. quando autem fit sine scriptis probabitur per testes, vt ibi sub testificatione, vel etiam per quamcunque aliã speciem probationis. ¶ In glos. super verb. geste, ratio est secundum docto. quia licet gerat vtiliter pro domino, tamen quia contra domini voluntatem gerens deliquit. ad hoc. l. qui aliena. §. i. ff. eodem. ¶ In gl. in verb. currentem. facit. l. preterea. & l. diligenter. ff. mand. ¶ Et sic no. quod non delinquit qui plus expendit quam voluerit dominus: licet non habeat pro illo pluri act. sed bene delinquit qui administrationem contra domini voluntatem administrauit, ad hoc instit. de act. §. preterea. & facit. l. qui aliena. §. i. ff. eodem. secundum dominum meum. ¶ In gloss. ibi, funeris impensa est ergo speciale in impensa funeris quod repetatur, si hoc videtur iudici. vt. d. l. at si quis. §. idem Labeo. de religio. & sumptibus funerum. non obstante protestatione, vt ibi similiter & in expensa facta pro redemptione captiui redempti a persona particulari vel mutationis status, secundum Barto. in. l. si cum. de peculio leg. & Jo. andr. in. c. cum. c. laicus. de foro competenti. similiter & in eo qui prohibentem redemit a seruitute. vt. l. ij. quibus ad libertatem procla. non licet. similiter & in expensa facta pro medicis curantibus egrotum prohibentẽ, secundum Bal. hic, adde glo. in. c. prouidendum. lxxxv. distin. similiter & in expensa facta per aliquem pro mutuando filio alicuius existenti in studio pro necessitatibus suis, vt per glo. no. in. l. sed Julianus. s. quod videtur. ff. ad Macedo. & per dominum Ludouicum, in. l. similiter diuerterit. §. fi. sol. matr. vbi etiam subdit quod regula legis nostre fallit in casu. l. si quis inuitis. §. si quis impubes. de institio. & de illo filio existente in studio. vide in. l. cum filius. ff. si cert. pet. habeo etiam quod interdum inuito nostro creditore soluimus creditoris creditori, vt quando nomen nostrum est obligatum, vt per Bald. in. l. solutum. §. solutam. ff. de pignoratitia actione. & vide ad hanc materiã in. l. si pro te. ff. manda. ¶ In ea. ibi, sed an de equitate opi. Bal. ibi, que vera est opi. secundũ Bulga. contraria est vera fm Ange. in d. l. si pro te. licet gl. in. l. soluendo. teneat contrarium, ne

[a] ¶ Ad materiã huiusmodi. l. si quis nolente. vltra do. Alnoni. de alexã. & Io. habetis notabiles, & communes decisiões Rom. in consi. cxxij. & cõsi. cccxxxij. do. Panormi in cõ. lxxiij. do. Alex. in cõsi. lxxij. & cõsi. cxxxiij. l. i. vol. & do. Bart. soci. in cõsi. cclxxxvi. inci. vsa prestatione. in. lij. col. & omnino videatis Pau. de cast. in cõsi. clxxij. & do. Balba. ĩ rũ. extra, de solutio. in fi. & do. Fran. de cremo. ĩ fin. cxij. S. T.

quis locupletetur cum aliena iactura, que gloss. forte posset procedere, vbi ille pro quo fuit facta impensa non potuit aliter liberari. et voluit Ioan. andr. in cap. fin. de foro competenti. lib. vi. sequitur Rub. de his que vi, metus ve causa gesta sunt.

De his que ui, metúsue causa gesta sunt[a]. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

☞ Continuatio rubrice, et de qua infirmatione loquatur hic.

SEquitur de negotijs † nostris, que fiunt ab alijs, siue propter alios interueniente mala fide, et propter ea infirmantur a nobis. dicit gloss. rubrice hic in fin. Ex quo verbo. infirmantur: apparet quod hic tit. non loquitur de actibus, qui propter metum sunt nulli, de quibus in. l. interpositas. supra, de transactionibus. sed loquitur de alijs, qui veniunt rescindendi. sequitur Lex prima.

SVMMARIVM.

☞ Ad furem et ad metum inferentem pertinet periculum interitus et non ad dominum.

LEx prima. h. dicit.

Periculum † interitus pertinet ad furem et ad metum inferentem, non ad dominum. h. d. ¶ No. quod licet pereat res furtiua vel violenta, tamen non perit actio, dicit Bald. et ratio est, quia dictis casibus semper est periculum debitoris, qui semper censetur esse in mora, que actionem perpetuat. vt. l. fi. j. de condictione ob turpem causam. et l. in re furtiua. ff. de condictione furtiua. et in. l. mora rei. de verborum obligationibus. et in. l. si fideiussor. et. l. in hac. ff. de tritico. imo non solum committit moram, sed etiam delinquit, vt hic. et in titu. de furt. quod quidem peius est. et ideo violentus et fur semper tenentur nec distinguitur in eis, an res fuisset eodem modo peritura. si fuisset penes dominum, vel non: sicut solet distingui in mora debitoris commissa per interpellationem, et sic in mora de non faciendo. vt habetur in. l. quod. ff. si certum petatur. ¶ Item nota istum text. qui videtur probare quod etiam re perempta debeat peti res non estimatio, contrarium videtur probari per tex. in. d. l. in re furtiua. Bar. et Ang. concludunt, vtrumque posse peti et quod condemnatio fiat in estimatione cum res prestari non possit: cautius tamen est quod a prin. fiat libellus subiunctiuus, in quo dicatur, peto rem si extat, alias communem eius estimationem. argu. §. item si in facto. de verborum obligationibus. et vide per Bartol. in. l. stipulatio non diuid. eod. titu. vbi dixi. ¶ In glossa prima ibi, gratia similitudinis. no. quod licet furtum et rapina non sint eadem: vt patet etiam ex diuersitate titulorum et nominum. vt. l. si idem codicill. j. de codicill. tamen habeat quandam similitudinem. vt dicit gloss. ad hoc. l. si duo patroni. §. si quis. de iureiuran. Ex quo infertur quod stante statuto quod procedatur de si. ad similia, tunc statutum specialiter puniens furtum, habebit locum etiam in rapina, de qua nullum statutum specialiter non loqueretur: tamen cogita, quia docto. non dicunt. ¶ In eadem ibi, distingue. no. diuersas species violentiarum, et que remedia competant contra ipsas statas. ad quod vide etiam glo in. l. extat. ff. eodem. et in singulis titulis, de per se. et vltra gloss. adde plura alia remedia possessoria que competunt contra violentum, siue pro re per vim subtracta, vt est illud de quo in. l. cum querebatur. j. vnde vi. que loquitur in quasi violentia. ¶ Item et illud de quo in. l. inuasor. eo. tit. quod est nouum remedium in illo speciali. ¶ Item et illud de quo in. l. meminerint. eo. tit. de misso in possessionem autoritate iniusti rescripti vel iniuste sententie. Et in his dantur conditiones ex illis legibus. ¶ Item remedium possessorium de quo in. l. si quis conductionis. j. loca. ¶ Item remedium. c. sepe. de resti. spolia. etiam diuersum ab interdicto, vnde vi. ¶ Item remedium canonis, reintegrande. tertia questione prima. quod est largissimum competens etiam contra bone fidei possessorem. vt vide per Cano. in dictis iuribus. et in. c. cum ad sedē. de resti. spolia. et per legistas in. l. rem que nobis. de acquirenda possessione. ¶ Item et aliud remedium. l. si coloni. de agric. et censi. lib. xi. et illud est etiam multum pingue. vt ibi per Bald. ¶ Item et aliud remedium detur detentori ad recuperandum detentionem, scilicet officium iudicis. l. manifestissimi. § fin autem. j. de furtis. ¶ Item et aliud etiam generalissimum. de quo in. l. si et me et Titium. ff. si certum petatur. sequitur Lex, cum te.

SVMMARIVM.

1 ☞ Superueniens solutio sponte purgat precedentem metum commissum in contractu promissionis, vel sic, Spontanea solutio facit presumi metum in promissione non fuisse adhibitum.

CVm te. hoc dicit.

b 1 [b] Superueniens † solutio sponte purgat precedentem metum commissum in contractu promissionis. h. d. vel sic, Spōtanea solutio facit presumi metum non fuisse adhibitum in promissione. hoc dicit. ¶ Et secundum primam lecturam tractatur hic de purgatione metus, secundum aliam de presumptione. Et ex prima infertur quod etiam si probetur solutio meticulosa non repetitur solutum postea sine metu. Ex secunda vero infertur quod probato metu repetitur solutum sine metu, sed prima communiter approbatur. ¶ Et sic no. quod qui soluit videtur approbare contractum precedentem, similiter et qui petit terminum ad soluendum. vt. l. ad solutionem. j. de re iudicata. aliud dicendum erit in recipiente solu. de quo. j. in. l. sequenti. ¶ In glossa magna ibi, tunc quia sublata est proxima causa. hec ratio. l. nostre communiter approbatur, vt tetigi in text. soluendo enim scienter videtur renuntiare exceptioni metus et approbare contractum precedentem: secus si per errorem qui error potuit contingere in soluente postea forte ex promissione meticulosa procuratoris generalis, vel autoris quam ignorabat meticulosum et licitum erat ignorare. vt. l. si res obligata. ff. de legatis primo. et in regula. is qui. de regulis iuris. et per Barto. in. l. non fatetur. ff. de confessis. Alie vero solutiones et rationes gl. non placent docto. quia quod hic soluens indebitum tractat de damno euitando. quo casu solet concedi repetitio etiam soluenti per errorem iuris. vt. l. regula. ff. de iuris et facti ignorantia. non repetat quoniam sit tutus except. odiosa. vt. l. qui except. ff. de condictione indebiti. non est bona, nam imo exceptio metus est fauorabilis respectu metum passi: ideo deberet competere repetitio, et ne sit melioris cōditionis delinquens quam non delinquens contra. l. non solum. ff. de noxalibus. similiter et alia ratio glos. ibi, quia vna solutio etiam non est bona: tum quia inferret idem esse, si etiam solutio fuisset facta per metum, cuius contrarium dicit expresse text. hic, in fi. tum quia quod vna solutio non soleat parere diuersos effectus est verum secundum Barto. quando solutio fieret ex obligatione efficaci. vt. d. l. qui hominem. de solutio. nam tunc non debet posse repetere, cum sit liberatus ab illa obligatione: secus quando non esset efficax obligatio, quia tunc non debet impediri repetitio, et tamen hic impeditur: ergo dicta ratio non est bona. tene ergo illam quam primo dixi. Et tamen nota predictam limitationem quam Bartol. dat ad dict. l. qui hominem.

---

a ¶ Ad hanc ru. videatis pe. Cy. Iacobum butri. Bal. et do. Anto. de alexādris, et No. in ru. ff. eo. post glo. ibi,

b ¶ Ad hanc. l. cum te. vltra No. habetis notabiles decisiones Ancha. in cons. cclxxxvij. et cōsi. ccc. et cōsi. cccc. do. Bar. vero. in cōsi. xlij. do. Alex. in cōsi. cxxvij. col. j. in. v. vol. Rom. in cons. cclxix. Fulg. in cōsi. clxxxvij. et videatis Bal. in. l. j. si a non cōpe. iudi. j. imo. et alios in. c. ij. de resti. spoliato. et videatis originalia verba Guili. de cugno in. l. omnem. quādo prouo. nō est necesse. j. et habetis etiam decisiones do. Alex. in cons. xlviij. et do. Bar. soci. in cōsi. cclxij. in. ij. vol. et do. Lanfran. in c. quā cōtra. in. §. cōfessiōes. de probatio. et vos do. notate has cōclusiones signanter in criminalibus in dies accidētibus in palatijs. S. T.

hominem, vt loquatur de solutione facta ex obligatione efficaci non ex obligatione inualida. ❡ In ead. ibi, presumitur. hec opi. ⁊ opi. Bulg. declarata est. ſ. in tex. dic vt ibi. ❡ In ead. ibi, item quid si parum post. bene concludit quod si promissum per metum solutum sit parum post cessante metu nõ repetitur, intellige si est certum quod soluerit sponte, sed si est certum quod soluerit per metum sine dubio repetitur, vt hic in si. tex. si vero promissio fuit coacta, sed de solutione dubitatur, ⁊ tunc dicas quod aut so. fuit facta incontinenti, ⁊ presumitur eodem metu. vt. l. i. §. que onerande. quarum re. actio nõ da. aut ex interuallo, ⁊ tunc aut durat eadem causa metus ⁊ presumitur meticulosa. vt. l. Fulcinius. §. i. ff. ex quibus causis in possessionem eatur. ⁊ in. l. nam ⁊ seruus. ff. de negotijs gestis. ⁊ extra, eodem capitulo primo. alias presumitur spontanea, nisi probetur meticulosa. facit. l. i. ſ. si quacunque preditus potestate. ⁊ l. i. ſ. si rector prouincie. Et hinc est quod confessus maleficium in tormentis, etiam si postea cessantibus tormentis ratificet, presumitur ratificare propter metum, ⁊ non valebit: siue hoc faciat incontinenti quod iudex pati non debet, secundum Iaco. butr. siue ex interuallo eo adhuc existente in manibus familie, quia presumitur durare idem metus cum adhuc duret causa metus. vt ſ. ⁊ colligitur ex. l. ij. ſ. de custo. reorum. quod vltimum est verum, nisi tormenta fuissent ei illata precedentibus indicijs, quia ista illatio tormentorum ⁊ metus cum sit iusta ex parte iudicis inferentis non facit actum dici meticulosum. vt. ſ. de questionibus. l. milites. §. oportet. ⁊. ff. de edil. edic. l. quero. secundum Bald. hic, ⁊ vide per Bar. in. l. pen. ff. de questionibus. ⁊ hec etiam consideranda sunt in renuntiationibus puellarum prius verberatarum a fratribus ⁊ in promissionibus vxorum factis non apparente metu, tamen prius verberatarum a maritis ⁊ tempore promissionis existentium in eadem potestate, vt vide que habentur per Bart. in. l. pe. de condic. ob turp. causam. ⁊ notatur in. l. Paulo callimacho. §. Iulius seuerus. de lega. ij. ⁊ per Barto. in. l. creditor. ff. de solutionibus. vbi ponit de debitore retento in palatio, vt solueret qui postea relaxatus soluit durante tyrannide, ⁊ sic de similibus. ❡ In eadẽ ibi. quid si iuraui. signa gl. quia ex ea colligitur quod nunquã purgat metum, nec id probat promissionem solutio. facta ex contractu meticuloso quando potest tendere ad aliũ finem: puta ad finem euitandi periurium. facit. l. nõ interest. ſ. eodem. ⁊ ideo pridie dicebam in quibusdam allegationibus, quod licet condemnatus non appellans videatur consentire sententie. vt. l. Labeo. ſ. quomodo ⁊ quando iudex. ⁊. l. i. ſ. si sepius in integrum restit. postuletur. imo ⁊ remittere si est actor in tantum quod nõ habebit locum denuntiatio euangelica. vt per Anton. de butr. in. c. nouit. de iudicijs. tamen illud verum nisi appareat quod ex alia causa destitit appellare quod satis bene probatur ex hac gl. iunctis dictis Barto. Bald. ⁊ Ang. qui etiam dicunt quod sicut qui soluit ex eo, quia statutum non permittebat opponere aliquam except. puta contra instrumentum guarentigiatum non videtur approbare instrumentum, sed poterit solutum repetere. ad hoc. l. Neratius. ff. de condic. indebiti. ⁊ que habentur in. c. debitores. de iureiuran. de iurante soluere vsuras. ❡ In gl. in verb. properasset. no. quod regula illa volens quod a primordio tituli posterior formetur euentus. vt. d. l. i. de impon. lucra. describ. nõ habet locum quando euentus est contrarius principio. vt erat hic, vbi spontanea solutio erat contraria promissioni meticulose merito posito quod fuerit vitiosa promissio nõ fuerit vitiosa sol. ⁊ potest induci ista. l. pro Papa vrbano quem Cardinales sponte recognouerunt in Papam: licet a principio diceretur quod electio fuerat meticulosa propter metum illatum ipsis cardinalibus per populum Romanum, sed tamen quantum ad illos terminos parum facit, quia in electione Pape est forma data in capitulo, vbi periculum. de electio. ⁊ capitulo, Romani. eodem titulo. vnde si vere fuisset a princip. meticulosa ⁊ per consequens nulla, quia contra dictam formam non potuisset validari postea ex superuenienti approbatione, ⁊ recognitione: nisi facta fuisset per noue electionis viam. sequitur Lex, si vi, vel metu.

SVMMARIVM.

1 ❡ Fundus per metum venditus restituto pretio per venditorem repeti potest ⁊ eius heredem, etiam a secundo emptore, si per eum non est prescriptum.

SI vi, vel metu. h. d.

a ❡ Super hac. l. si vi vel metu. vltra plurimum et do. Anto. de alexandris hic, videatis pulcherrimas decisiões Oldr. in cõsi. ix. Bal. in cõsi. scis matis. in. xij. col. Ang. in cõsi. lx. ⁊ cõsi. cxxxiij. ⁊ ad materiam, videatis singularẽ textũ per quem dicit Rom. in fin. suis l. flozenos lucratũ fuisse, in. l. iij. § quod ait. de. l. cõmis. ⁊ videatis Cald. hoc ti. l cõ. vltimo, ⁊ cõsi. i. ⁊ quod matrimonium metu cõtractum sit nullũ ⁊ quod absq; protestatione presumatur voluntas, egregie consuluit do. Alex. optime declarãdo in cõsi. xi. in. i. vol. do. Alex. in cõsi. vltimo in. ij. vol. do. Alex. in cõsi. xlvi. ⁊ consi. xlvij. ⁊ in consi. xcix. in. iij. vol. ⁊ ad d. materiã habetis etiam cõclusio. notabiles Aluch. in cõsi. cc. ⁊ cõsi. ccx. contra in cõsi. lxviij. do. Bar. vero. in cau. xliij. incl. tẽpore meo. ⁊ do. Iaso. in. l. interpositas. in. i. col. de transactio. ſ. S. T.

a 1 Fundus † per metum venditus restituto pretio repeti potest per venditorem ⁊ eius heredem, etiam a secũdo emptore, si per eum non est prescriptum. h. d. ❡ Nota. quod actio quod metus causa, licet sit personalis tamẽ est in rem scripta: ⁊ ideo datur non solum contra inferentem metum, sed etiam contra quemlibet possessorẽ. vt. ff. eo. l. metum. §. si. ⁊. l. si cum exceptione. §. in hac. ⁊ §. aliquando ❡ Item no. quod qui repetit rem metu venditam debet restituere pretiũ. Ex quo infertur quod licet spoliatus per vim expulsiuam sit ante omnia restituendus. vt. l. si quis a se fundum. ſ. ad legem Iuliam de vi. tamen secus est in coacto vendere. ⁊ sic in spoliato per vim compulsiuam, quia contra eum potest opponi exceptio pretij non restituti ⁊ res interim retineri, ⁊ sic non est ante omnia restituendus. vt etiam dicit glo magna hic, in si. circa medium. ⁊ ratio potest esse, quia hic intentatur petitorium non possessorium secundũ Bal. faciunt not per Bart. in. l. pen. de condic. ob turp. caus. ff. vbi notabiliter voluit quod interdictum quod vi aut clam non sit priuilegiatum ex capite quod clam, sed ex capite quod vi. ❡ Item nõ. quod licet res vendita per metum non possit prescribi per primum emptorẽ metum inferentem cum sit in mala fide, tamẽ poterit prescribi per secundum habentem causam a primo. ❡ Et sic no. quod mala fides autoris singulari successori bone fidei non nocet. ❡ In gl. in ver. reddito. in princip. de hoc tangit gloss. quia tex. dicit pretium esse restituendũ, sed non dicit cui: veritas est quod potest refundi emptori. Primo, quia metum passus sibi obligatus est. ideo potest offerri. Secundo, quia cum emptor secundus sit creditor primi contra quem ipse secundus habebit regressum de euictione licite potuit ei solui tanquam creditori sui creditoris. vt. l. si liber. ff. de negotijs gest. ⁊ cogitur creditor proximus habere ratam solutionem, cum eius negotium vtiliter gestum sit. vt. l. soluendo. de neg. gest. ❡ In eadem ibi, item quid si pretium. Bald. post Petr. tenet opin. de qua. ſ. in gl. ibi, quod prestitum est auo. ⁊ non quod sit in electione sua, hoc est ipsius aui ⁊ hoc ea ratione, quia ius retentionis sapit defensionem, ⁊ ius defensionis transit in singularem successorem sine vlla cessione: vt plene per Dyn. in. l. fluminum. §. ad ditur. de damno infecto. ⁊. l. si. ff. de contrah. empt. vnde etiam si successor iste succederet ex causa lucratiua esset ei offerendum secundum Bal. licet Bar. velit quod non transeant actiones in singularem successorem, nisi fiat cessio expresse. que opi. conformat se cum dictis, supra in tex. dum queritur cui debeat fieri restitutio pretij: nam est in potestate aui. ergo potest restimere maius ⁊ minus pretium respectu diuersarum personarum. hic tamen casus nõ habebit dubitationem, vbi de venditione secunda celebranda esset instrumentum, quia de consuetudine est, quod vendens cedat emptori omnes iura. ❡ In gl. in verb. in rem. in si. hanc tenent Bart. ⁊ Bal. dicẽtes, quod directum dominium fuit translatũ. vt dicta. l. si mulier. ff. eodem. vtile vero remansit penes tradentem, quia pretor eum in integrum restituit. vt ff. eodem. l. metum. §. volenti. ex qua restitutione metum passus sperat recuperare ius suum, ⁊ sic non censetur dominium amisisse. vnde not. Bal. ex hoc quod quandoque transit dominium ⁊ non effectus dominij. ❡ In gl. in verb. quoque in fin. not. tria remedia que dantur huic metum passo vel eius successori, datur enim vtilis actio in rem, vt. ſ. ⁊ actio quod metus causa, que similiter est in rem ⁊ exceptio metus. si modo adhuc ipse possideat ⁊ istud remedium exceptionis est perpetuum. vt l. pure in si. de excep. doli. ⁊ ex equitate descendit, vt patet ex dictis, supra. l. proxima. ❡ In glossa magna ponuntur plura notabilia, ⁊ primo dum opponit quod actio personalis non tollitur longo tempore, ⁊ soluit

quod ista est in rem scripta. habetis ergo notare quod actio personalis scripta in rem prescribitur longo tempore secundum Bart. quod est menti tenendum. Item dum in alia sol. ibi, vel dic. assignat rationem quare huic actioni personali prescribatur lōgo tēpore dicens ideo esse, quia datur ista actio contra eum contra quem non deberet dari, hoc est contra eum qui proprie nō est personaliter obligatus non est mirum, si in alia manu tempus abbreuiatur: ita vt tollatur longo tempore quasi sapiat de reali. arg. l. eum qui. de iureiuran. & ideo gl. hic dixit, quod qui excedit suos terminos, vt est ista actio, que datur contra eum contra quem. secundum regulas iuris, non videbatur danda excedatur a non suis terminis, vt sic non duret tantum quantum deberet durare secundum regulam iuris actio personalis. vt. l. ij. §. j. de constituta pecunia. & sicut. j. de prescrip. xxx. anno. Secundo dum opponit ibi, Item opponitur quod cū iste emptor sit factus dominus, vt dixi. s. in glos. in verb. in rem non deberet posse prescribere, quia semel dominus &c. vt l. sequitur. §. lana. de vsuca. & soluit quod dominus prescribit contra intentionem agentis, vel prescribit quo ad ius pretorium de quo iure pretorio non erat effectus dñs, dñs incommutabiliter, vt. s. ¶ No. hec ad limitationem. d. §. lana. nā dominus adhuc potest amplius effici dominus ratione iuris sibi deficientis. simile not. in. d. l. sequitur. §. fructus. vbi dominus fructuum factus per bonam fidem prescribit eos triennio: quia licet fecerit suos tamen per officiū iudicis tenebatur ad restituendum, vnde prescribit aduersus illud officiū tribus annis. Tertio, dum opponit ibi, Itē adhuc contra. quod res furtiua vel vi possessa nō possit vsucapi, & soluit illud verum in violentia expulsiua: secus in compulsiua tene menti quod violentia compulsiua non impedit prescriptionem. & est sol. ista valde notabilis & ratio potest esse, quia vis compulsiua non afficit rem, sed personam. simile dixi in secundo notabili, quod spoliatus per talem violentiam non erat ante omnia restituēdus. Quarto, dum gl. nostra circa finem videns quod ista actio personalis datur, etiam contra bone fidei possessorem querit, vnde nascatur & respondet quod nascitur ex varijs figuris causarum: declara, quia hec datur contra possessorem tanquam obligatus ideo quia possidet. vt. l. de eo. in fin. ff. ad exhiben. & sic oritur contra bone fidei possessorem eo ipso quod res peruenit ad ipsum. contra illum vero qui metum intulit oritur tantum ex delicto, & sic oritur ex varijs figuris causarum. Quinto, dum glo. querit in fi. an contractus venditionis factus a debitore metu sit nullus ipso iure, sicut quando dolus dedit causam contractui & concludit quod non, quia aliud est in dolo aliud in metu, hāc sequitur Bart. & Bald. & ratio est, quia dolus qui inest metui non facit omnino cessare cōsensum, sicut facit dolus simplex & velatus, secundū Bal. quod enim fit per dolum, sic velatum dicitur fieri per errorem decepti. error autem est contrarius consensui. vt. l. si per errorem. ff. de iurisdic. om. iud. secus in eo qui fit per metū, quia voluntas coacta voluntas est saltem causatiua. l. si mulier. §. fin. ff. eodem. de quo credo dixisse in. l. si. s. de pac. siue in. l. interpositas. s. de transac. Licet autem iste dolus qui inest metui non vitiet contractum tantū quantū dolus simplex, tamen alio respectu punitur magis, scilicet quo ad punitionem extrinsecam, vt patet in. l. proxima. j. iuncta. l. j. in fi. ff. de furtis. seq. L. si per vim.

SVMMARIVM.

1 ☞ Actio quod metus causa intra annum datur ad quadruplum extra annum ad simplum, si non est alia actio.

a
1

SI per vim. h. dicit.

[a] Hec actio † quod metus causa intra annū datur ad quadruplū extra annū ad simplum, si non est alia actio. h. d. ¶ Not. quod consensus post contractum meticulosum adhibitus tollit except. metus. ad hoc. l. cum te. s. eod. ¶ Item no. quod spontanea receptio pretij ex re vendita per metum non inducit confirmationem venditionis meticulose, alioquin non posset dicta venditio retractari. cuius contrarium dicitur hic, nec obst. d. l. cum te. quia illa loquitur in solutione, que non potest fieri alio respectu, nisi appareat ista in receptione pretij, que ideo fit: vt recipienti sit magis cautum, & nō vt confirmet contractum secundum Barto. vel vt approbet ipsum, ad hoc notata per Innocen. in. c. super hoc. de renunc. vel dic secundum Bal. quod hic fiebat receptio ex consequentia eiusdem metus. & vide dicta in. d. l. cum te. ¶ Item no. quod actio quod metus causa post annum non concurrit cum alia, ex quo enim post annum datur ad simplum, & sic actor non consequitur plus per eam quam per aliā sufficit illa alia, quia non concurrit cum pari, sed bene concurreret cum maiori, vel minori, vel extraordinario. ff. eodem. l. si cum excep. §. si eum. sequitur Lex, non interest.

SVMMARIVM.

1 ☞ Coactus vendere vel minori pretio vendere, siue ab emptore siue ab alio hanc actionem habet, declaratur & ad statutum infertur.

b
1

NOn interest.

[b] Coactus † vēdere vel minori pretio vēdere habet act. istam, siue coactus fuerit ab emptore, siue ab alio. h. d. ¶ No. quod paria sunt vim illatā esse ab emptore vel ab alio emptore sciēte, vt detur hec actio. quod inducit ad statutum prohibens cōcordiam fieri pretio, quia intelligitur, siue per se, siue per alium solueretur. arg. huius tex. similiter si quis adeptus esset beneficiū si in curia commissum a tertio, sciente ipso beneficiato debet cedere beneficio. arg. huius text. imo & idem forte eo ignorante, quia quantum ad rescissionem & repetitionem rei non curatur scientia secundum gl. & Bart. sed bene requiritur scientia quantum ad periculum interitus. vt. l. si cum except. §. aliquando. ff. eodem. secundum Bart. ¶ Item no. quod sicut paria sunt nolle vendere & plus iusto pretio querere. vt. l. si seruus. ff. de condictione furtiua. ita etiam paria sunt cogi vendere & minoris pretij vendere, quam intendebat. quod est verum quantum ad hoc, vt ista actio competat, sed quantum ad modum libellandi & concludendi in libello est differentia, quia coactus vendere petit rescindi contractum & rem restitui, sed coactus viliori pretio vendere non petit simpliciter restitui, sed petit iustum pretium suppleri secundum Barto. & Ang. vt. l. si res. §. j. de iure dot. & hic per gl. si. vel alternatiue petit pretium suppleri, aut rem restitui. facit. l. ij. j. de rescindenda venditione. sequitur Lex, ad inuidiam.

SVMMARIVM.

1 ☞ Metus non illatus presumitur ex solo eo, quod quis sit in dignitate constitutus.

c
1

AD inuidiam.

[c] Ex solo † eo quod quis sit cōstitutus in dignitate, non propterea presumitur metū inferre. h. d. Dignitas enim prodesse debet, non nocere. l. si lōgius. §. si. de iudi. ideo sola potentia non sufficeret, vnde sola reuerentia vxoris ad maritum vel filio ad patrem non sufficit ad rescindendum contractum meticulosum: verū est tamen quod propter potentiam & qualitatem persone facilius adsumeretur presumptio metus, iuxta not. in l. i. §. que onerande. ff. quarum rerum actio non datur. & facit. l. pen. s. de procur. & dixi. s. de transac. l. interpositas. & per cano. in. c. accedens. de conuersione coniug. & ideo dixit Bal. in. l. eam quam. j. de fideicomm. in tertia, id quod licet natus ex damnato coitu non succedat patri neque matri. vt in auth. quibus mo. na. effi. sui §. si. & quibus mo. na. effic. legit. §. si. & per gloss. instit. ad officia. §. nouissime. tamen vbi quis natus est ex puella & tyranno vel domino, & sic in ea non fuit damnatus coitus. vt

---

a ¶ Ad materiā huius. l. si per vim. videatis, vltra do. Anto. de alexā. practicabiles conclusiones do. Franci. Aret. in cōsi. xiij. & Mo. hic. S. T.

b ¶ Super hac. l. non interest. notate dicta Pau. de ca. & Mo. hic, & flo. ac Mo. in. l. qui in carcerem. ff. eo. ti. S. T.

c ¶ Ad hanc. l. ad inuidiam. videatis Bal. in. l. officiales. s. de epi. & cle. & Ange. hic, & do. Alex. in cō. si. xvi. in. ij. volu. do. Alex. in cōsi. xciij. in. ij. col. in v. vol. do. Franci. Areti. in consil. xxiij. in penul. & vlti. col. & do. purpura. in. l. interpositas. de transa. s. S. T.

tun. vt. l. vim passam. ꝗ. de adulter. ⁊ in. l. i. §. remouet. de postul. ⁊ hoc quia in tali viro vltra dignitatem sunt alie qualitates inferentes metum: vt hic per dominum meum, cui adde vnum quod dicit Bald. hic, videlicet quod metu adhibito per familiares alicuius potentis non presumitur propterea quod hoc sit factum de conscientia domini. vt notatur in. c. cum ad sedem. de resti. spolia. sequitur Tex. si donationis.

SVMMARIVM.

1 ¶ Quilibet contractus per iustum metus celebratus ipso metu probato rescinditur.
2 Contractus qui proprie dicantur.

1 SI donationis. Quilibet † cõtractus celebratus per iustum metum, rescinditur ipso metu probato. h. d. ¶ No. donationem, stipulationem, ⁊ transactionem, appellari contractum, quod intellige verum esse improprie loquendo. vt in. l. si quis emptionis. ꝗ. de prescript. xxx.
2 anno. proprie vero † non dicuntur contractus, nisi illi qui sunt vltro citroque obligatorij. vt. l. Labeo. §. contractus. de verborum significatione. secundum Bart. ⁊ Bal. ⁊ hinc est quod in statutis loquentibus de cõtractu in materia exorbitanti non veniret donatio, secundum Bal. in. l. contractus. ꝗ. de fide instrumen. ⁊ de stipulatione, vide que dixi in. l. omnem. ff. de iudic. ¶ In glo. in ver. capitales Bar. intelligit simpliciter de minis inducentibus metum mortis future instantis, sicut de instanti metu mortis, aut cruciatus corporis intelligantur alia verba precedentia, ⁊ sic non sunt superflua verba in text. vt etiam exponit gloss. sed Bar. magis simpliciter. ⁊ facit hoc, vt si quis minatur alicui se futurum illi capitalem inimicum inducatur ex illis minis iustus metus intellige, si minans erat solitus mandare verba sua executioni: vt alias per Bald. in. l. i. si quis Impera. maledixerit. ⁊ ꝗ. eodem. l. metum. sequitur Tex. cum te domus.

SVMMARIVM.

1 ¶ Vendens sperat ob id recuperare instrumentum, vel timens, ne ad ciuilia munera vocetur, non habet actionem quod metus causa ad rescindendum.
2 Domo vendita, an intelligatur venditus ortus?

1 CVm te domus. h. d. Qui † vendidit sperans, propter hoc recuperare instrumentum, vel timens ne ad ciuilia munera vocetur, non habet act. quod metus causa ad rescindendum. h. d. an autem habeat aliquod aliud remedium, dic vt in glos. que potest induci, inquantum loquitur de persona habili ad munera dante aliquid, vt ea euitet contra extractos ⁊ publicatos ad aliquod officium sordidum: puta, vt sit custos carceris, quia omnis aliquid ad ea officia euitanda non repetit, cum turpiter dedisse videatur: nam turpe est vitare ciuilia munera. vt. d. l. quod euitandi. non tamen debet remanere illud datum penes recipientem, sed debet applicari fisco. vt. l. in herede. ff. de calumniatoribus. secundum Bald. ¶ In textu ibi, domus ⁊
2 orti. facit iste text. vt † vendita domo non intelligatur venditus ortus. Ex quo hic ponuntur, vt diuersa. quod est verum, nisi ortus sit contiguus domui: vt per Bal. in. l. alienorum vsus. de relig. ⁊ sump. fun. ⁊ in. l. prediorum. §. balnean. de lega. tertio. ⁊ dixi in. l. Olympiaco. ff. de seruit. vrb. predi. ⁊ intellige si per ipsam domum habeatur aditus ad ortum, vt consuluit Bald. multum etiam esset aduertenda qualitas pretij. seq. Tex. metum.

SVMMARIVM.

1 ¶ Pluribus modis secundum plurimas lecturas legitur iste textus.

1 MEtum. ᵃ Legitur † tribus modis in gl. vno, vt loquatur ex parte inferentis metum ⁊ secundum hunc modum. h. d. Ex solis minis non probatur metus, nisi fuerit ventum ad aliquem actum. h. d. supple vel metum inferens non sit persona loquax ⁊ solita facere plura verba quam facta, vt dixi. ꝗ. l. proxima. nam ex qualitate personarum dicta ⁊ facta pensantur. vt. l. i. ꝗ. si quis Impera. maledixerit. quod faciunt ad. q. quando aliquis reperitur interfectus post minas. Alio modo legitur, vt loquatur ex parte patientis vim vel metum. vt per gl. ibi, vel contra secundum quem. h. d. Ex sola protestatione vel acclamatione eius, qui dicitur passi metum non probatur metus. h. d. facit. l. si maior. ꝗ. de transac. ⁊ vidi semel de facto hunc casum. Alio ⁊ tertio modo legitur in gl. vbi potẽs vel nõ vt comprehendat vtrunque, ⁊ inquantum dicit de iactationibus referatur ad inferentem metum, sed inquantum dicit de protestationibus referatur ad metum passum, qui certus intellectus resultat ex coniunctione duarum precedentium lecturarum: vt sic dicamus quod siue sint probate mine ex parte inferentis, siue facta sit protestatio vel acclamatio ex parte asserentis sibi metum illatum, non tamẽ intelligit probatus metus. quod dominus meus videtur intelligere verum nisi presente vel consitente vtraque parte concurrat iactatio ⁊ adclamatio siue protestatio: quia tunc non videtur, quod oporteat aliud querere. argu. l. publia. ff. depositi. seq. T. accusationis.

SVMMARIVM.

1 ¶ Metus accusationis institute vel instituende, non est sufficiens ad rescindendum contractum per actionem quod metus causa.

ACcusationis. hoc. d. ᵇ Metus † accusationis institute vel instituende non est sufficiens ad rescindendum contractum per act. quod metus causa. h. d. ¶ In gloss. prima. not. quod licet dannum faciens aliquid timore accusationis nõ habeat act. quod metus causa: quoniam metus iudicis non est iustus ex parte metum passi, quia cum iudex sit minister legis licite infert metum, vt dixi. ꝗ. in. l. ij. tamen interdum dantur alia remedia, de quibus in gl. cui adde quod notatur in. l. seruo. ꝗ. de adulter. ¶ In eadem ibi, non iure precipiente, sed permittente. no. hanc gloss. ad. q. vtrum priuatus faciendo pacem cum inimico possit renuntiare statuto permittenti bannitum occidi impune: nam ex quo ille priuatus non est minister. l. ⁊ ei permittitur non precipitur. ve in hac gl. videtur quod possit renuntiare. quod esset verum secundum Bal. si talis permissio esset inducta fauore certarum personarum: puta, quia statutum permittat ipsi offenso, vel eius heredibus offendere bannitum. quo casu non intelligitur etiam quod possit per alium facere secundum Bal. hic. ad hoc. l. cum fundum. ff. de vi ⁊ vi armata. secundum opi. Ioan. ibi. secus si fauore publico, ad hoc que habentur in. l. iurisgentium. §. si paciscar. ⁊. l. si vnus. §. item ne experiar. ff. de pactis. licet Bar. disputãdo tenuerit indistincte talem pacem non esse seruandam, per id quod not. in. l. i. ff. de dolo. ⁊ fuit etiam disputata ista questio per Oldr. ⁊ Iaco. de belui. seq. T. si per impressionem.

SVMMARIVM.

1 ¶ Venditio facta per impressionem officialis, vel alterius ab eo suppositi conditione ex hac. l. retractatur ⁊ pretium non restituitur.

1 SI per impressionẽ. ᶜ Venditio † facta per impressionem officialis vel alterius ab eo suppositi conditione ex hac. l. retractatur ⁊ pre-

a ¶ Super hac. l. metum. videatis cuma. late loquẽtẽ in cõsi. lxviij. Bal. in ꝯs. cxxvij. in. ij. volu. Anch. in ꝯsi. ccc. Ang. in ꝯs. ccxv. Fulg. in cõsi. cxci. do. Alex. in cõsi. xvi. in. ij. vol. do. Alex. in ꝯsi. xcix. in. iij. vol. ⁊ do. Alex. in cõsi. lxv. in. i. col. in. v. vol. S. T.

b ¶ Ad hãc. l. accusationis. ponderate Bald. distinctionem, ⁊ videatis do. Lud. roma. in consil. cccclxxxiij. ⁊ videatis Bal. in. c. i. in. §. iniuria. de pace iu. fir. ⁊ bal. in. l. vt vim. de iu. ⁊ iu. ⁊ do. barba. in ru. extra de homi. S. T.

c ¶ Super hac. l. si per impressionem videatis do. Alex. in ꝯsi. cxlij. in. i. vol. S. T.

tium non restituitur. h.d. ¶ No. ex hac singul. primo, quod ubi quis propter metum vendit officiali, etiam in mediocri officio constituto non requiritur metus mortis vel cruciatus corporis ad rescissionem talis venditionis, ut solet requiri in aliis: sed sufficit quod talis venditio fuerit facta per impressionem: puta, quia iudex dicebat quod volebat contra eum procedere vel maleficium denuntiare secundum Bart. ¶ No. secundo, quod licet alias venditor intendens rem per eum venditam recuperare teneatur restituere pretium emptori. ut. l. si vi, vel metu. & l. si per vim. S. eo. tamen in singulari casu non tenetur, & hoc odio istius officialis, cui non licebat emere, etiam sine metu contrahere cum subditis ff. si cert. peta. l. principalibus. & l. presidis. & ff. de cōtrah. empt. l. non licet. ¶ No. tertio, in ver. simili pena quod qui non potest recipere instrumentum in sua persona non potest facere recipi instrumentum per alium secundum Bal. qui hanc l. inducit contra feneratores qui faciunt recipi instrumentum per uxores vel familiares ipsorum quod tene menti, Et idem contingit sepe in prelatis habentibus filios ex concubinis, quia faciunt describi nomen filiorum in emptionibus quas faciunt & non proprium, vide per Bal. in l. mancipia. j. si quis alteri, vel sibi. & habetur in l. uxor marito. de donatio. inter virum & ux. & per Inno. in c. cum in officiis. de testa. & ea que hic dicta sunt de contractu venditionis habēt locum etiam in aliis contractibus secundum communem opin. ut. j. in. l. seq. quamvis ista. l. loquatur & exprimat solum contractum venditionis, & sit multum specialis & sing. sequitur Lex, venditionis.

SUMMARIUM.

1 ¶ Contractus per potentiam extorti infirmantur.

VENDITIONES. [a] Contractus † per potentiam extorti infirmantur. h.d. & potest intelligi quod loquatur in sua generalitate, ut iacet. Item potest intelligi quod loquatur in casu. l. precedentis. & quod ad eam referatur, ut sic dum illa loquitur solum in venditione ista extendat, etiam ad alios contractus. seq. Rubr. de dolo malo.

De dolo malo[b]. *Rubrica.*

SUMMARIUM.

1 ¶ Continuationes rubr. & quare de dolo malo subiicitur.

QUARE ADIICIATUR adiectivum malo, & quomodo rub. † cōtinuetur dic, in gl. quam sequitur Bart. & bene, quia hec continuatio probatur per. l. 1. ff. de in integr. restitut. vel cōtinua, sic, supra visum est de metu in quo inest semper quidam dolus. ut. ff. quod metus causa. l. si cum exceptione. §. eum qui. & dixi. S. tit. 1. in. l. si vi, vel metu. in fin. ideo sequitur videre de simplici dolo. sequitur Lex prima.

SUMMARIUM.

1 ¶ Fideiussor a creditore emens pignora debet ea restituere cum fructibus recepto pretio, alias de dolo tenetur.

LEX PRIMA. h. dicit. [c] Fideiussor † emens pignora a creditore debet ea restituere cum fructibus recepto pretio, alias de dolo tenet. h.d. concordat. l. si mandato Tith. §. 1. ff. mandati. ¶ Et sic not. quod vinculum suscepte fidei facit, ut illud quod non possum, ut ego non possim, ut quilibet alius: nam iste fideiussor debuit pignora habere nō emere. si igitur emit non attento quod fideiussit, & sic venit, ut quilibet extraneus & postea qui non restituit malefacit, & videtur fregisse fidem. facit. l. indebitam. ff. de condi. indeb. ubi qui habet mandatum de promittendo intelligitur habere de solvendo, & sic de relevādo pignora ad utilitatem domini ne vendantur & pereant: non autem de emendo ad propriam utilitatem, ubi autem hoc posset fieri salva fide non esset prohibitum facere, ut quilibet ille qui est prohibitus facere, ut ipse. ut. l. item eorum. in prin. ff. quod cuiuscunque universita. nomi. ¶ Item no. quod non prohibetur fideiussor emere pignora: sed si emerit, debet ea cum fructibus domino restituere recepta sorte & usuris. i. secundū hec tempora interesse, est ergo dolus in non restituendo, non autem in accipiendo. sic alias per glo. no. in. l. qui se debere. de condict. ob causam. ¶ Item no. quod contra fideiussorem ementem pignora, & ea nō restituentem est presumptio doli. & ista presumptio est iuris, & de iure dicit hic gloss. magna, in prin. contra quam presumptionē non admittitur probatio in contrarium, nisi per confessionem partis adverse. ut habetur in auth. sed iam necesse. j. de donatio. ante nup. ergo non sufficeret probare per testes quod debitor dederit fideiussori licentiam de relevādo pro se ipso. sed bene videtur sufficere hoc probare per confessionem partis, ut infertur ex predictis: cogita tamen, quia videtur etiam mirum, quod plus operetur probatio confessionis quam probatio veritatis, ut ex his etiā sequitur unum notab. quod pactum. l. commissorie. quod in pignoribus est improbatum cum creditore. ut. l. j. & fin. de pac. pigno. & c. significante. de pigno. non est improbatum cum fideiussore qui nō pretendit causam pignoris. de quo bonus tex. in. l. si. in prin. ff. de cōtrah. empt. & doc. nō dicūt hic. ¶ In gl. in ver. de dolo ibi. l. si mandato Tith. §. 1. prima so. est vera, secundū Bar. & Bal. & ista actio mādati nomine doli, est famosa. ut. ff. de his qui not. infamia. l. furti. §. mandati. & ideo textus hic, dicit consultius restituet.

SUMMARIUM.

1 ¶ Doli actio non concurrit cum alia.
2 Requisita ad hoc, ut actio doli prestari possit.

DE DOLO. hoc dicit. 1 Actio † de dolo nō concurrit cum alia. h.d. Datur enim ubi alia non datur. exemplum potest poni secundum terminos. l. cum quis. & l. rem quandam. ff. eod. & in pluribus aliis in quibus non est aliquod sperate nomen actionis, sed illa pulchra exempla pro nunc sufficiant. 2 ¶ Et no. quod ipsa actio de dolo datur cum cause cognitione. in pari autē cause cognitione versantur principaliter tria, videlicet persona, res & tempus. persona, quia non datur cuilibet iure non datur liberis adversus parentes. ut. ff. eo. l. non debet. & j. eo. l. si superstite. res, quia pro modica re non datur. ut. ff. eo. l. si oleum. cum. l. seq. tempus, quia non est perpetua, licet sit personalis: sed olim durabat anno hodie per bienniū continuum. ut. j. eo. l. fi. & hoc propter sui odiositatem. Item versatur in cause cognitione quod alia actio non competat, ut hic, & plura etiam alia possunt considerari. ut. l. eleganter. in prin. ff. eo. & l. ait Pretor. in fi. ff. ex quib. cau. maio. ¶ In glos. prima, usque in fi. no. quod ista actio de dolo est de natura in iudi. quia non concurrit cum pari & non vult parem sibi, sed cum maiori vel minori, sic ad hoc gl. in. l. si cum except. §. eum qui. ff. quod metus cau. & ideo concurrit cum certi conditione generali ad certū, quia illa est superior. ut. l. certi cōdictio. in prin. ff. si cer. pet. & concurrit cum actione quod metus causa, que est inferior: quia omnes qui metum inferunt sunt in dolo, sed non omnis qui est in dolo infert metum, tamē non concurrit cum pari, ut cum act. mandati, depositi & si. Unde adverte, quia quādo se habet: ut genus ad inferiorem

[a] ¶ In hac. l. vide additiones. ultra No. videatis do. plūbinū & do. Anto. de alexandris. S. T.

[b] ¶ Circa hac ru. de dolo malo. videatis No. hic, & in ru. ff. eo. post plūbinum & do. Anto. de alex. S. T.

[c] ¶ Super hac. l. i. videatis Bar. in a l. fi. C. de metall. li. xi. & Ancha. in cōsi. ccxviij. & ad dicta Nod hic, de minore preferēdo in emptiōe rei maiorū suorū existentis, ultra ipsos est casus in. l. si emptione. de mi. & facit textus in. l. lex, que tutores. j. de admi. tuto. et novissime copiosissime. tractant. in tra. iuris. Prothomisseos et iuris retractus. S. T.

riorem & superiorem, tunc fit concursus, vt. ß. adsumendo genus & speciem secundum. l. ij. §. creditum. ff. si cert. peta. sed quando se habent adinuicem, vt excedentia & excessa & actio mandati & simi. tunc non concurrunt. ad hoc notata in. l. j. ß. eo. vbi exponitur tex. de dolo. i. propter dolum. Et ex his dicit Bar. & Bal. quod actio de dolo concurrit cum titulo dicto, vnde vi. tanquam cum sua specie, vt etiam sentit gl. hic, non autem cum actione iniuriarum, quia ad diuersa dantur: nam actio iniuriarum datur ad vindictam. vt. l. Pretor edixit. ff. de iniurijs. actio de dolo ad interesse. vt. j. eo. l. cum proponas. & ff. eo. l. arbitrium tutele. tunc ergo nõ est proprie concursus cum non tendant ad idem. sequitur Lex, non possunt.

SVMMARIVM.

1 ☞ Actioni de dolo prestitum tempus non currit impedito ex causa reipublice, sed demum impedimento cessante.

1 NOn possunt. Tẽpus † prestitum actioni de dolo non currit impedito ex causa reipub. sed currit demum impedimento cessante. h. d. ¶ In gloss. in verb. filio. in fin. hec glo. intelligit quod tempus istud nõ currat, scilicet effectualiter, quia datur restitutio in integrum, sed vide in. l. fi. j. eodem. & per Bal. in. l. cum quidam. ff. de acquirenda hereditate. sequitur Lex, cum proponas.

SVMMARIVM.

1 ☞ In contractu facio, vt des si facienti non seruatur fides si factum non sit repetibile datur actio doli ad interesse, sed si est repetibile datur condictio ob causam, vt res in pristinum statum reponatur.

a 1 CVm proponas. [a] In cõtractu † facio, vt des si facienti non seruatur fides & factum non sit repetibile datur actio de dolo ad interesse, sed si est repetibile datur condictio ob causam, vt res reponatur in pristinum statum. ¶ No. hanc singularem. l. in materia contractuum innominatorum, quod vbi licet factum est repetibile detur condictio ob causam, contra non implentem ex parte sua ex capite cause non secute. vt. l. dedi. & l. si pecuniam. de condic. ob caus. tamen quia non datur dicta conditio vbi factum est repetibile sicut in datione libertatis competit actio de dolo ad interesse, vt. ß. ideo non est bonus intellectus gloss. nostre, in verb. tradidisti. secũdum Bar. quod actio de dolo detur ad obseruandum promissa & fidei placiti isti qui manumisit ancillam, quia imo, vt dixit Bar. daretur act. prescrip. verbis. non de dolo, cum ex facto ipsius qui impleuit adsit alteri parti, vt requiritur secundum eum. Sed tu aduerte secundum dominum meum, quod non videtur quod ex manumissione istius ancille adsit alteri parti in cõmodo pecuniario, vt requirit ad hoc, vt detur prescr. ver. in facio, vt des facienti, vt est dictum in. l. cum mota. ß. de transactio. bene tamen placet quod dicit Bar. contra gl. quod in. l. nostra non queritur de agendo ad implendum, vt in tex. ibi, reuocande libertatis, sed querebatur agi ad resoluendum & repetendum, vt in text. & sic loquitur hic de actione de dolo diuersa quam sit in illa. l. naturalis. §. quod si faciam. ff. de prescriptis verb. ¶ No. ergo duas actiones in hac materia innominatorum contractuũ dari posse de dolo. Unam in facio, vt des ad cogendum aduersarium dare ipsi facienti tale factum, ex quo non adsit incommodo pecuniario, & datur ad interesse semper. d. l. naturalis. in prin. iuncto. §. quod si faciam. Alterum de dolo ad repetendum loco condictionis ob causam similiter ad interesse quãdo factum est irrepetibile, vt in nostro casu, & erunt diuersi modi libellandi, vt de se patet & diuersimode considerabitur interesse: nam quando adimplendũ erit interesse quantũ intersit mea mihi impleri. s. dari vel fieri mihi. quando vero ad repetendum actione de dolo erit interesse quantum intersit mea me reponi in pristinum statum in casu nostro rehabere ancillam in dominio meo secundum. d. m. ¶ In gl. in verb. tradidisti ibi, solu. hic, tradidit. tene menti quod vbicunque datio tendit ad finem faciendi: tunc illa datio habetur pro facto, & sic ecõtra. vnde inducit Bar. ad statutum, quod pena apposita dationi nõ possit peti quasi intelligatur apposita in fraudem vsurarum si est factum compromissum & partes promiserunt stare laudo sub certa pena, si in laudo venit datio fundi, quia condemnatus fuit vnus ex litigantibus ad dandum fundum & non dedit, & sic non seruat laudum: dicit Bar. quod non poterit peti pena adiecta in compromisso, quia nõ pareatur laudo eo quod obtemperare laudo, licet in se simpliciter consideratum sit factum, tamen quia effectualiter est datio: ergo illa pena tanquam apposita dationi non poterit peti propter dictum statutum secundum ipsum Bartol. multi tamen tenuerunt contrarium, vt dicit Bal. hic. & tu vide eundem in. l. cum allegas. j. de vsuris. tenentem secum Bar. hic, & in. l. v. §. si forte. & l. si ita stipulatus fuero re. §. possunt. de verbo. obliga. Ang. autem in. d. §. si forte. tenet contra Bar. sed Imol. ibi, distinguit & non male quod attendenda est conclusio libelli iuxta notata per Innoc. in. c. super literis. de rescrip. an concludatur in facto. i. quia non sit paritum laudo, vel concludatur in datione. i. quia non dedit fundum: & hoc etiam videtur fuisse de mente Bald. in. d. l. cum allegas. & in. l. i. j. de his, que pene nomine. & dixi in. d. §. si forte. vbi latius referendo opi. dixi quod docto. communiter tenẽt contra Barto. quia non quo ad arbitrium datio que venit ex sua sententia est quid facti. vt. l. liber homo. §. fin. de verb. oblig. & videtur adiecta non tam solutioni quantitatis, quã ne de eius sententia cõtendatur, & ita tenet do. Ludo. ibi, & videtur fuisse de mente domini mei hic. facit. l. promissis. ß. de transi. ¶ In ea. ibi, licet in faciendo fuit preuentum secundum hanc gl. contractus innominati denominantur ab ordine verborum, non ab implemento, quod an sit verum. fuerant opin. varie, de quibus dixi in. d. l. cum mota. ¶ In gl. in verb. remansit ibi, incontinenti dicebar se daturum. Nota quod sicut non transit dominium in contractibus nominatis, nisi soluto pretio, vel de eo fide habita. vt. l. quod vendidi. ff. de contrahenda emptione. & insti. de rerum diuisio. §. vendite. ita in contractibus innominatis non transit dominiũ, nisi sit habita fides de implemento vel actualiter impleatur. facit gl. in. l. si seruus. §. locaui. ff. de fur. & ita tenet Bartol. ibi, sed gloss. in. l. traditionibus. supra, de pactis. & in. l. ij. j. de rerum permutatione. videtur velle contrarium, & eas sequitur Bal. hic, quoniam in contractibus innominatis videtur fieri impletio, vt agi possit & non nascatur actio ante implementum, scilicet per factum, & sic ante translationem dominij. vt. l. ex placito. j. de rerum permutatione. & per glossam in. l. i. in princip. ff. de pactis. & sic siue habeatur fides de implemento, siue non dominium censetur translatũ. quod est verum nisi constet de contraria intentione tradentis qui non intendebat transferre dominium, nisi sibi impleretur, & ita procedat glossa nostra. erit ergo ista differentia inter contractus nominatos & innominatos, quia in contractibus innominatis in dubio censetur semper res tradita animo transferendi dominium si aliud non apparet. in contractibus vero nominatis nõ censetur esse translatum, nisi recepto pretio vel habita fide de eo que an in dubio censeatur habita, nec ne dependet ex qualitate persone tradentis & eius cui traditur, vt per Baldum, in. l. si non donationionis. j. de contrahenda emptione. & dixi in. l. heres absens. §. si quis. de iudic. & facit. l. si quis nec causam. ff. si certum petatur. sequitur Lex, si superstite.

a ¶ Ad hanc. l. cũ pponas. videatis do. Bar. soci. post Barto. Io. de imola, & alios in. l. Iulianus. de cõdit. & demon. S. T.

SVMMARIVM.

1 ☞ Si filia emancipata transegit cum patre debitore agẽdo postea exceptione repellitur si accepto tulit ipso iure repellitur, si tamen lesa fuerit dolus patris purgatur per actionem in factum, non per doli actionem.

2 Filio contra patrem non datur actio de dolo.

SI superstite.[a] Si filia emancipata trāsegit cum patre tutore agendo postea repellitur exceptione, si accepto tulit repellitur ipso iure: si tamen lesa fuerat dolus patris purgatur per act. in factum, nō per act. de dolo. h. d. ¶ In tex. ibi, legitimum tutorem. not. patrem esse legitimum tutorem filie emancipate, & tunc tenetur reddere rationem administrationis sicut extraneus: secus quando non vt tutor, sed vt pater vsufructum administrasset. vt. l. cum oportet. de bonis que lib. ¶ In tex. ibi, postea transegisti. no. quod valet transactio bona fide facta inter patrem & filium emancipatum. In tex. ibi, except. not. quod per transactionem simplicem actio eliditur ope exceptionis. sed per stip. & acceptillationem nouatur & tollitur ipso iure, vt in ver. si vero. ad hoc & etiam ex dictis. s. de transac. in. l. actione. & l. cū mota. & l. vbi pactū. ¶ In tex. ibi, sane. no. quod † contra patrē non datur actio filio de dolo, sed datur actio in factum, & ratio est, quia actio de dolo infamat. sed nō infamat actio in factum: sed intellige de ista actione in factuꝫ que datur contra parentes: nam sunt quedam alie actiones in factum que infamant, vt sunt ille que competunt ex publicis iudicijs, vt per Bart. in. l. infamem. ff. de publicis iudicijs. sed quero ad quid erit vtilis hodie ista prouisio quod contra patrem non detur de dolo, sed in factum cum omnino nō preponatur hodie nomen actionis, vt dixi in. l. edita. s. de edē. respōde quod que actio intentetur cognoscetur ex medio concludendi, vt ibi dixi, & habetur in. l. certi condictio. in prin. ff. si cert. peta. In ipsa ergo conclusione debet filius temperare verba contra patrem: puta dicendo, quia non congruit bone fidei quenquam locupletari cum aliena iactura, ideo peto eum condemnari &c. non autem dicat sic, quia nō congruit patrem locupletari ex dolo suo, ideo peto &c. imo & in ipsa narratione non debet facere mentioneꝫ quod sit dolo versatus, q2 tunc excluderetur ab actione tanquam proponens act. sibi non competentem, & hec practica colligitur ex tex. in. l. nō debet. ff. eod. quam refert & sequitur Bar. Bal. & Ang. hic. ¶ In gl. in verb. bona fide ibi, quia nō intercessit dolus patris, quero quid si intercessit in transactione respondeo filius aget primeua act. & si pater excipiat de transac. filius replicabit non de dolo, sed in factum. vt. l. apud Celsum. §. aduersus de excep. doli. secundum Bar. hic, in fi. & secunduꝫ gloss. in verb. exceptione: & sic temperabit se verbis replicando sicut agendo, vt. s. ¶ In gl. fi. ibi. ff. de furtis. l. si quis. §. 1. vera solu. est ibi, in factum nomine furti, & eadem solut. datur ad. l. sed & si. & l. Pretor ait. ff. de iniurijs. ad. l. vero primam. de vi, & vi armata. dicas quod illud interdictum non infamat. sequitur Lex, dolum.

a ¶ Ad hanc. l. si superstite. vltra Mod. post do. Corn. & do. Alexā. videatis Fulgo. in cōsi. cxij. et do. Lu. roma. in cōsi. lxviij. S. T.

b ¶ In hac. l. dolum. de modo probandi dolū vltra Mo. hic, habetis decisiōes Fulg. in cōsi. xxv. & do. Mariani socini. in cōsi. cciiij. et de contractu per ebrium peracto. pro nullo ipso iure cēsendo. vltra do. Corn. do. Alexā. hic, & Mod. habens singularem decisionem Fulg. in cō. lxxx. & ita in Gallia & in germania hoc in dies practicatur. & ad materiā l. videatis Bar. in tra. de testi. in ver. dolus. domi. Anto. de butr. in cōsi. xiij. do. Fely. in. c. si autem. de restī. in. i. & ij. col. & hanc. l. limitate, in quatuor casibus in qbus dolus nō probatur sed presumitur. quos casus notabiliter enumerat do. Fely. in. c. si autem. in i. col. extra, de rescri. S. T. ¶ Et super hac l. doli. de materia notate egregias decisiones Rom. in cō. liiij. in ij. col. Joā. de imo. in cō. lxxviij. & cō. clvij. col. ij. Bald. in. c. super literis in. iij. col. & do. Panormi. ibidē in. vi. extra, de rescri. & ibi copiosissime domi. meus do. Augustinus berous. & de materia vltra alios hic habetis cōsilium do. Andree Barba. xlij. in. x. col. in. i. vol. do. Fran. Areti. clix. in. iij. col. et do. Alexan. lviij. col. finali. in. ij. vol. S. T.

SVMMARIVM.

¶ Dolus non presumitur, nisi probetur ex perspicuis indicijs, & qualiter hoc sit intelligendum pulchro modo declaratur.

DOlum. h. dicit.[b] Dolus † nō presumitur nisi probetur ex indicijs perspicuis. h. d. ¶ No. doluꝫ non presumi intellige in his que sunt de genere permissorum: secus in his que sunt de genere prohibitorū. vt. l. si non conuitij. ff. de iniurijs. & facit quod dictum fuit. s. de transact. l. interpositas. quid autem si est tale factum quod potest esse de genere prohibitorum & de genere permissorum, & sic est iustum, dic aut fit clam & presumitur dolus. vt. l. non intelligitur. §. si quis palam. ff. de iure fisci. & per glossam. in. l. i. s. de interdictis. aut fit palam, & tunc secus. vt dicto. §. si quis palam. & hec in commissis. in obmissis autem dic quod aut in his que tenebatur ex debito facere, & videtur dolo obmisisse. vt. l. si procuratorem. §. dolo. ff. mandati. ¶ Item nota quod ad probanduꝫ doluꝫ sufficiunt indicia perspicua: nec requiritur directa probatio. & ratio est, quia dolus cōsistit in animo & animus non potest probari directo, sed probatur per signa exteriora. vt. l. Fulcinius. §. primo. ff. ex quibus causis in possessionem eatur. & in clemen. exivi. vbi dicit textus, quod exterius agitur interiorem mentis dispositionem & habitus representat. ad hoc etiam capitu. si quam. §. primo. de procurator. libro sexto ad hoc autem non sufficiunt leuia inditia: vt dicit hic Bartolus, per istum textum ibi perspicuis. ¶ In glossa prima ibi, & pondera exemplum, alia exempla ponuntur in. l. si dolo. infra, de rescindenda venditione. not. quod qui inuitauit aliquem ad prandium & inebriauit eum postea cum eo contraxit & eum decepit quod presumitur dolo induxisse. sequitur Lex, si maior.

SVMMARIVM.

1 ¶ Alterius dolo inductus ad repudiandum hereditatem eam amplius adire non potest, sed contra inducentem habet doli actionem.

SI maior. Inductus † dolo alterius ad repudiandum hereditatem non potest eam amplius adire, sed habet act. de dolo contra inducentem. hoc dicit. ¶ Nota quod dolus dans causam renuntiationi hereditatis non reddit ipsam renuntiationem nullam, de quo tamen in gloss. ¶ In gloss. in verbo, potes ibi, respondeo tantam vim habet &c. No. hanc glossam, ad ea que dicta sunt in. l. sub pretextu. la prima. supra, de transactionibus. de venditione, que licet sit nulla propter dolum dantem causam venditioni, tamen secuta traditione requiritur actio de dolo contra dolosum emptorem recipientem, vt per eam reponatur venditor deceptus in pristinum statum, sic vult glossa nostra in repudiatione hereditatis, que licet de se fuerit nulla, tamen quia trahit secum suam executionem, censetur, sicut quando in venditione sequitur traditio, ideo contra dolosum agitur de dolo, & sic vult gloss. quod repudiatio hereditatis dolo alterius facta sit de se nulla ipso iure. contrarium videtur sentire text. noster, ex quo concedit act. de dolo, & denegat facultatem adeundi in eodem casu, preterea ponderat casum de maiore, quasi velit quod si esset minor restitueretur in integrum, ergo non esset nulla, & ita videtur velle Bald. hoc, in suo notabili. ista ergo equiparatio quam facit gloss. de repudiatione hereditatis ad venditionem secuta traditione potest esse bona considerata venditione & traditione pro vno actu, quo casu ad reponendum venditorem in pristinum statum requiritur aliquod remedium. vt dicta. l. sub pretextu. Quid autem de aditione dolo alterius facta, vtrum sit nulla ipso iure, nec ne reperio Bald. in. l. fin. ff. eodem. dicentem quod si heres ex suggestione dolosa creditorum adiuit hereditatem non tenetur eis vltra vires hereditarias, licet non fecerit inuentarium. Ex quo dicto infertur quod aditio hereditatis facta non solum per dolum vnius, sed etiam si fiat per dolum omnium pretendentium interesse in hereditate & eius aditione, vt sunt creditores non reddit ipsam aditionem nullam ipso iure, quia si redderet frustra diceret Bald. ibi, quod non tenetur vltra vires hereditarias, licet non fecerit inuentarium, & idem tenet Ludouic. in rubri. de acquirenda hereditate. referendo Baldum in dicta. l. finali. Lex, optimum. hoc dicit in summa.

SVMMARIVM.

1 ¶ Actio doli olim durabat anno vtili hodie biennio continuo, quo ad initium, progressum & finem intra quod etiam supradicta instantia, doli actione finitur.

Optim

OPtimum. Olim actio † de dolo durabat anno vtili hodie biennio continuo, quo ad initium, progressum & finem, intra quod etiam instantia super dicta actione de dolo finitur. hoc dicit. ¶ In textu ibi, ascriptus. no. quod quando aliquod est prohibitum fieri post tempus, tunc illud faciens debet allegare tempus non decursum esse, & ita ponere in libello, siue exceptionibus. faciunt notata per Bartolum, in. l. non solum. §. sed vt probari. ff. de noui operis nuntiatione. & ideo seruatur quod in libello appellationis dantur tantum decem diebus elapsis exceptiones. ¶ In textu ibi, siue absfuerit &c. not. quod tempus in dubio currit etiam absenti & ignoranti, quia de natura sui debet esse continuum & semper fluere. vt per glossam, in rubrica. ff. de diuersis, & tempo. prescri. quod Bald. inducit ad statutum disponens quod de maleficijs non possit cognosci post sex menses, nam istud est intelligendum siue maleficium erat manifestum siue occultum, quia non a die scientie, sed a die delicti commissi connumeratur tempus. idem tenuit Guil. in. l. prima. de prescriptione triginta annorum. in fin. dicens quod vbi agitur de odio faciendo, vt hic, omne tempus est continuum: idem videtur velle Angel. in. l. fin. ff. si quis testam. liber esse iuss. fue. quia cum tale tempus currat sine facto alterius non est curandum de mala fide prescribentis, vt habetur in. l. sequitur. §. si viam. de vsucapionibus. & quia succedit loco prescriptionis triginta annorum. que currit etiam ignoranti. vt. l. omnes. & l. sicut. infra, de prescriptione triginta annorum. & cum hac transit bonus docto. dominus Flor. in dicta. l. genero. & tu pro hac opinione adducas vnum bonum textum, in capitul. fin. de prescript. in. vi. Bartol. vero in. l. eum qui. §. in popularibus. de iureiurando. tenuit contrarium maxime, ne delicta remaneant impunita. Angel. in dicta. l. genero. idem tenuit ex predicta ratione ne delicta &c. tamen quia tempora prescriptionum sunt vtilia & impedito a princip. non currit prescriptio secundum ipsum ad hoc. l. annus. ff. de calumnia. & l. Attilicinus. ff. de seruitutibus vrbanorum prediorum. & l. semper. §. hoc interdicto. ff. quod vi aut clam. & dicit se habuisse hanc questionem Perusij, & quod fuit decapitatus quidam non obstante predicto statuto, ex quo delictum fuerat occultum: & idem tenet dominus meus ibi, & in dicto. §. in popularibus. & cum hac videtur pro nunc esse transeundum, nisi forte officialis sciuerit delictum esse commissum, sed ignorauerit personam delinquentis, quia tunc iudex debuit inquirere. argum. l. congruit. de officio presidis. & l. si vacantia. de bonis vacantibus. lib. decimo. & ibi per Angelum, & ita voluit dominus meus. ¶ Item nisi statutum exciperet certos casus & certa delicta de natura sui occulta: puta, quia dicat quod post sex menses non possit cognosci de delictis ante ea commissis nisi de furto, quia tunc ex quo exceptio debet esse de regula. vt. l. Rutilia polla. ff. de contrahenda emptione. etiam regula statuti debet intelligi quod loquatur etiam de occultis, & ita vidi his diebus consultum. per quendam excellentissimum docto. cui tamen requisitus nolui me subscribere propter varietatem opinionum, & quia Angel. supra, in supradicta questione, de illo decapitato presupponit casum fuisse Perusij, vbi est statutum predictum excipiens certos casus de natura sui occultos, & etiam quia non semper exceptio est de regula. vt. l. qui duo. de seruitutibus rusticorum prediorum. ita quod in effectu iudex processit ad condemnationem, non obstante predicto statuto & consilio: vide etiam per dominum Ludouicum, de huiusmodi questionibus. in. l. prima. §. occisorum. ff. ad Sillenianum. ¶ Vltimo no. quod licet instantia soleat durare triennio. vt. l. properandum. in princip. infra, de iudici. tamen in casu nostro non durat vltra biennium. ¶ Et sic nota casum, in quo litis contestatio non perpetuat act. sicut alias solet. vt. l. nam postea. §. si is qui. ff. de iureiurando. sequitur Rubr. de in integrum restitu. mino. &c.

De in integrum restitutione minorum viginti quinque annis. Rubrica.

GLo. bene continuat rubricam secundum Bald. qui vlterius subdit quod pro illa restitutione in integrum, que conceditur iure actionis non est opus adire iudicem, sed pro illa que competit officio iudicis: secus est, quia debet per iudicem decerni. vt plene notatur in. l. de pupillo. §. is cui. de noui operis nuntiatione. sequitur Lex prima.

SVMMARIVM.

1 Minor restituitur aduersus querelam expresse, vel tacite renuntiatam.
2 Per quos actus censetur, quis renuntiare querele inofficiosi testamenti.

LEx prima. h. dicit. Minor † restituitur aduersus querelam expresse. vel tacite renuntiatam. hoc dicit. ¶ Not. quod querela inofficiosi tollitur per renuntiationem expressam, & hoc est clarum & per dissimulationem tacitam, & hoc declarabitur in gl. ¶ Item no. quod minori renontianti querele succurritur per in integ. restit. ¶ In gl. in ver. dissimulatione. no per quos † actus censeatur quis renuntiare querele inofficiosi testamenti, videlicet agnoscendo iudicium defuncti, accipiendo aliquid ex testa. vel prestando patrocinium legatarijs, & in huiusmodi renontiatione quamuis tacita opus est restitutione in integr. vt hic, in text. quem ita intelligit gloss. ista, & gloss. in ver. cadere. que tamen gloss. dum subdit tacendo quinquennio, & sic vult quod per quinquennium tollatur minori querela inofficiosi testamenti recipit oppositionem. de. l. §. j. in quibus causis, in integrum restitutio non est necessaria. allegata in glo. vbi non requiritur in integrum restitutio. sed seruatur minor illesus ipso iure, quia sola taciturnitas sibi non nocet, sed dicas gloss. loqui hic secundum tempora. l. nostre, que tamen hodie est correcta, vt ibi secundum Bartol. & Bald. qui vlterius querit nunquid pupillus vel adultus possit dissimulare iniuriam faciendo pacem de morte patris, vel de aliqua alia graui iniuria concludens, quod sic cum autoritate tutoris vel curatoris, & forte poterit solus tutor si pupillus est infans, & idem in curatore furiosi & prodigi. secundum eum in quo non insisto, quia non est materia nostra. sequitur Lex, eo tempore.

SVMMARIVM.

1 Numerus liberorum non excusat a beneficio restitutionis in integrum, secus est in odiosis.

EO tempore. hoc d. Numerus † liberorum non excludit beneficium restitutionis in integrum. h. d. videbatur dicendum contrarium, quia filius solet computari pro anno. vt. l. ad rempublicam. ff. de mon. & honorib. ergo numerus liberorum debet supplere defectum numeri annorum, vt sic si ista soror habebat. xx. annos, censeatur habere. xxv. propter predictos quinque filios, vt in simi. in. d. l. ad rempublicam. sed dicas quod illa loquitur in fauorabilibus, dum minor vocatur ad honores. & sic & alibi excusat a tutela ipse numerus liberorum. vt. j. qui nume. liberorum. sed ista in damnosis minori secundum glossam Bald. & docto. sequitur Lex, si curatorem habens.

¶ Super hac. l. optimum. quo ad statuta, de quibus hic per do. Paulum. do. Corne. do. Anto. de alexan. do. Alex. & Mo. vltra eos. videatis omnino notabilissimum consilium Anch. iiij. in ordine. & ad hoc videatis etiam do. Alex in consil. xxiij. in. §. volu. & ista addatis ad dicta egregia Bald. et do. Sali. hic. S. T.

¶ Ad euidentiam istius titu. de in inte. re. mi. premittatis quod restitutio in integrum aliquando conceditur maioribus ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videbitur. de qua est casus in. l. j. in. §. finali. ff. ex qui. cau. maio. Aliquando vero conceditur huiusmodi restitutio minoribus lesis beneficio etatis, & de ista restitutione titulus iste loquitur. que autem istarum restitutionum sit magis priuilegiata habetis gl. ordina. in. l. cum quidam. in princip. ff. de acqui. here. & Mo. in. i. col. ff. eo. tit. nostro. S. T.

¶ Super hac. l. i. videatis Bal. in. l. captatorias. & Mo. ibi. j. de testa. & Bal. in. c. i. in. §. item sacramenta. de pace iura. firman. Roma. et do. Fran. Areti. in. l. is qui. in. §. fina. de acqui. here. ff. & Federi. in consi. ic. S. T.

¶ Habens filios dedum in fauorabilibus eos in annorum computatione retinet: sed etiam ceteris paribus est non habentibus preponendus. casus est in. l. in albo. j. de decurio. li. x. & ibi Bal. & Mod. notant. et hic expresse do. Iacobinus in fine. & Mo. in. l. §. ff solo. ma. in. iiij. col. & late Mo. in

tracta. de legi.cō nubialib^9. & hoc non intelligit de i filijs incestuosis & nefarijs cū ipsi cōsideratione iuris non sunt filij nuncupandi. canonicis & ciuilibus vulgatis legibus. S. T.

a ❡Super hac.l. si curatorē. vltra Moder. habetis Fulg.in cōs.lxxx. Rom.cōs. cliij. & do. Frā. Aret. in cō.cxxx.in vlt. col. ac do. Iaso. post alios in.l.videamus.in principio.in vlt. col. ff. de in litē iurā. & videatis Ang. ampliantē hāc.l. in secundo casu, in.l.ea quidē.ff. qd cuiusq; vni. nomi. & limitate hāc.l. vt p Bar. & alios in.l.i.in §.fuit quesitū. ff. ad trebelliā. & ad materiā.l. videatis Roma.in cōs.xcix. S. T.

b ❡Super hac.l. si minorē. habetis & vltra alios, decisiōes Bart. in cōs.xliij. Bal. in cōs.cxliij. in.i. vol. & Bal.in cōs.cxxij.i.iij. vol. Pau.de ca.in cōs.cxl. Ancha. in cōs.cccvij do Alexan.in cōs.cxlix. col.pen.in.v.vol. do. Alex. in cōs. xxi.col.i.in.i.vol. & ij.col.& do. alexā.in cōs. lxviij. in ij.col.& cons. cxvi.col.penul. & do. Alex. in cōs. lxix.in.v.vol.& videatis do.Alex. & do. Iaso. in.l. nam & postea. in §.minor.ff. de iureiuran.in.ij.no. S. T.

c ❡Circa hanc.l. minoribus. habetis vltra Mod. hic decisiōes optimas do Bartolocini.in cōs.cexix. incī.capio primū & in cons. clxvij. S. T.

SVMMARIVM.

☞ Si minor curatorem habens contrahit sine eo contractus efficitur ipso iure nullus, si eum non habet contractus valet, sed si lesus fuerit minor restituitur.

SI curatorem habēs.

a Si minor † curatorem habens contrahit sine eo contractus est nullus, si eum non habet contractus valet, sed restituitur minor si ledatur. hoc dicit. ❡No. quod dictū est in summario, ex quo infertur quod vbi actus est nullus non datur nec opus est dare restitut. in integrum. ❡Item infertur quod magis vitiatur actus minoris si curator existat, & non interueniat, quam si omnino non existat. ❡Item no. in ver. cum nō absimilis quod adultus habens curatorem equiparatur prodigo cui bonis est interdictum, & quia prodigus equiparatur pupillo. vt.j. in gloss. & habetur in.l. certi condictio. §. item queritur. ff. si certum petatur. sequitur quod adultus habens curatorem similis est etiam pupillo in contractibus & distractibus. quod dicit esse verum nisi interuenerit iuramentum. quia iuramentum in pupillo nihil operatur secūdum ipsum, sed in adulto operatur efficaciter. vt in authen. sacramenta. j. si aduersus vendi. vbi dicetur esse etiam differentiā in alijs secundum glos. nostram. quibus adde secundum Bald. quod adultus habens curatorem potest donare causa mortis sine eo. vt ff. de liber. lega. l. Aurelio. §. vltimo. & sic non solum differunt. quo ad actionem vltime voluntatis, de quibus in gloss. sed etiam in his qui partim sapiunt vltimam voluntatem & partim contractus. ❡In eadem ibi, sed quid si habens dic cum queritur, quid si solus index auctoratur sine curatore vel tutore, secundum Barto. quod si actus est necessarius, vt solutio debiti sufficit autoritas iudicis. vt. l. ait Pretor. §. permittitur coniuncta. l. fideicommissa. §. si rem. de lega. tertio. si est voluntarius, & tunc iudex potest supplere defectum curatoris ex certa scientia. si non potest supplere, defectum siue interuentum tutoris casu quo, pupillus habeat tutorem qui non adsit: nisi forte, vbi tutor non posset haberi, vel nollet soluere debitum. vt notatur in. l. si longius. de iudici. secundum Bartol. vt hic vide plenius per eum, & hec quo ad alienationem rerum immobilium & aliarum pretiosarum, que possunt seruando seruari. de alijs vero dic, vt hic in tex. & gl. posita in verb. reo. sequitur Lex, si minorem.

SVMMARIVM.

☞ Minorem se dicens potest petere restitutionem in integrum, nisi aduersarius probet transacta esse tempora restitutionis in integrum prefixa, & ille probat etatem qui eam allegat, siue actor, siue reus.

SI minorem.

b Pretendens † se minorem potest petere restitut. in integrum, nisi aduersarius probet transacta esse tempora ad restit. in integrum prestituta. hoc dicit. vel sic iuncta gloss. in verbo, comprobatur. Ille probet etatem qui eam allegat siue actor ad fundandam suam intentionem, siue reus ad fundandam exceptionem. hoc dicit. ❡Not. quod qui se fundat in tempore debet illud probare siue sit actor: vt in primo dicto huius. l. siue reus, vt in secundo. in primo, quia petens restit. in integrum aduersus contractum debet fundare se in minori etate, & sic probare se fuisse minorem tempore contractus. in secundo, quia si aduersarius vult infringere in effectu istam probationem, eo quod dicat, nunc lapsa esse tempora, & sic opponat quandam exceptionem prescriptionis, & in ea se fundet, debet probare excessum illius temporis. hoc voluit dicere ista. l. faciunt notata in. l. cum te. infra, de probationibus. & in capit. literas. de rescript. licet gloss. in. l. de etate. ff. eodem. faciat differentiam vtrum verba concipiantur affirmatiue vel negatiue. que differentia non est fienda, quia non refert, an ego dicam me esse minorem, vel me non esse maiorem, vtraque enim locutio significat priuationem secundum Bartolum, & docto. effectus ergo consistit tantum in hoc, videlicet in cognoscendo quis sit ille qui se fundat in tempore, quoniam ipsi incumbet onus probandi, sed occurrit mihi semel dubium quod in anno Domini. Mcccel. fuit concessa exceptio cuidam rustico per decem annos inchoandos, a tempore quo venerat cum familia sua ad habitandum in comitatu Perusij, in anno autem Domini nostri Mcccclxij. cogebatur subire onera quasi decennium esset decursum a tempore concesse exemptionis: rusticus detractabat allegans se non venisse ad habitandum ante mille quatercen. sexag. tertiū annum, & sic decennium non esse decursum a tempore sui aduentus, prout dictabat instrumentum exemptionis querebatur, cui incumberet onus probandi Domini. tunc interrogatus respondit onus incumbere ei qui dicebat tempus esse decursum, argumento istius. l. quamuis vterque se fundaret in tempore tu considera rationem, quia in probatione temporis semper est probandum principium ipsius temporis: nam ignorato principio necesse est ignorare id quod ex eo sequitur secundum Iacobum de are. & Bald. argumento. infra, de testibus. l. testium. & vide notata per Dynum, in. l. spadonem. §. absolutus. de excusationibus tutorum. ergo qui allegabat principium illorum decem annorum. & sic diem quo ille venerat ad habitandum &c. debet illum probare, probatio autem etatis est satis difficilis, secundum Baldum: tamen multum operantur indicia. vt. dicta. l. de etate. & admittuntur coniuncti. vt. l. etiam matris. ff. de probationibus. & aspectus faciet presumptionem talem, que transfert onus probandi in aduersarium, vt hic. non autem faciet probationem necessariam. vt. l. minor viginti quinque annis ex aspectu. ff. de minoribus. nisi euidenter appareat, puta si quis diceret maiorem eum qui est in cunabulis, quia tunc aspectus inducit notorium. argumento. l. prime. de ventre inspiciendo. alias non probat necessario, nec sententia lata vigore talis probationis, tenet Baldus hic, quod transit in rem iudicatam, quibus adde quod ipse dixit in. l. prima. infra, si minor se maiorem dixerit. de actu exercitato & exercendo. ❡In glossa, in verbo, comprobatum ibi, ideo quia solo contractu temporis. Nota ex hac ratione quod in his que solo cursu temporis mutantur presumptio non potest esse vniformis, & ideo aliud dicendum est in possessione in qua est ratio diuersa. vt hic in gl. & dixi in. l. siue possidetis. infra, de probationibus. & si quid in dominio, de quo hic in fin. gloss. vez quod qui fuit dominus presumatur hodie dominus, est dicendum quod sic, & vide gloss. singu. in. l. certum. §. i. ff. de confessis. & que habentur in capitulo, preterea. de probationibus. sequitur Lex, minoribus.

SVMMARIVM.

t ☞ Minoribus lesis competit in integrum restitutio, etiam si lesio contingat sine dolo alterius, & est impetranda dicta restitutio etiam ante xxv. annum.

MInoribus. hoc dicit.

c Minoribus † lesis competit in integrum restitutio, etiam si lesio contingat sine dolo alterius. & potest dicta restitutio etiam ante vigesimumquintum annum impetrari. hoc dicit. Intellige tamen quod isti minores sint lesi sui facilitate. vt. l. fin. infra eodem. sequitur Lex, de tutela.

SVMMARIVM.

1 ☞ Qui etatem minorem sciens cum minore contraxerit non impedit restitutionem in integrum.

2 Coniuncti presumuntur scire etatē, statum, egritudinē, & mortem coniunctorum, & etiam tutores & curatores presum

presumuntur scire etatem pupillorum ⁊ adultorum.

De tutela. hoc dicit.

[a] Qui minorem † sciens etatem, cum ipso minore contraxit non potest impedire restitutionem in integrum. hoc dicit. Durum est quod hic fuerit probata maior etas ⁊ tamen non stetur huic probationi nec excusetur qui contraxerit cum huiusmodi probato maiore ideo admittatur ipse ad restitutionem in integrum non obstante sua assertione ⁊ ratio est: quia hic tutor idemque auunculus sciebat probationem fuisse falsam, ⁊ etatem illam fuisse minorem, ⁊ hoc ea ratione: quia auunculus ⁊ tutor, vt vult iste text. Ex quo infertur quod † coniuncti presumuntur scire etatem, statum, egritudinem, ⁊ mortem coniunctorum: vt. l. optimi. ff. vnde cognati. ⁊ l. filium. j. de liber. causa. ⁊ ideo qui inter consanguineos habetur pro mortuo presumitur mortuus: vt. l. de submersis. j. de naufra. libro vndecimo. ¶ Item infertur quod tutor ⁊ curator presumitur scire etatem dominorum ⁊ hec faciunt quod si huiusmodi persone haberent deponere de etate, vel egritudine, vel morte tanquam testes ⁊ integre in causa scientie, respondeant se scire: quia fuerunt tutores, vel quia sunt consanguinei dicantur allegare sufficientem causam scientie, ⁊ quod ista ratio concludit argu. huius text. sed tunc opponitur: quia ratio testis debet esse per aliquem actum qui percipiatur sensu corporeo: vt. l. qui testamentum. in fine. ff. de probationib. ⁊ per gloss. in. l. quod meo. ff. de acquiren. possessio. ⁊ habetur in. l. testium. infra, de testibus. ⁊ per Innoc. in capitulo, causam. de testib. sed iste rationes non sunt huiusmodi ergo ⁊c. Bartol. hic non soluit hoc contrarium imo dicit esse cogitandum. sed in. l. prima. ff. si certum petatur. dicit quod iste testis probat: quia licet non reddat causam scientie immediatam tamen per causam mediatam presumitur immediata. ad hoc gloss. in. l. cum quedam. j. de administrat. tutorum. secundum Baldum. qui tamen in hoc tenet contra Bartol. quia si minor testificatur de etate maioris, vel par de pari illa testificatio non est bona: quia veritas non potest cadere in sensum corporeum talis testis nisi iudex interrogasset de tot circunstantiis quot eis adhibitis induceretur probatio, vt hic. vbi erat auunculus ⁊ tutor qui verisimiliter erat longe maior illo. de quo deponebat ⁊ sic plura concurrebant. ex his ergo colligitur quod dicta dispositio concludit presumptiue, ⁊ non necessario nisi aliis circunstantiis adiuuetur. ⁊ ita videtur velle dominus meus in dicta. l. i. sed redeundo ad tex. quero quomodo hic minor, qui se asseuerat maiorem potest nunc dicere se minorem, ⁊ sic allegarem se dixisse falsum cum per hoc allegaret turpitudinem suam que sibi prodesse non debet: vt. l. transactione finita. supra, de transactio. ⁊ l. mercalem. j. de condictione ob turpem causam. respondeo quod tunc quando illud dixit credebat se maiorem nunc autem scit se fuisse minorem, secundum veram sol. gloss. nostre aliis obmissis. ⁊ sic probauit falsum sed non dolose vnde non debet dicta probatio ⁊ allegatio in effectu nocere minori. sed debet nocere auunculo ⁊ tutori scienti, vt hic. ⁊ ita non obstat. l. minor. xxv. ff. eo. allegata in gloss. Quod facit pro puellis que sepe renuntiant fratribus hereditatem maternam asserentes se esse maiores: quia non obstante dicta renuntiatione, ⁊ assertione poterunt probare contrarium maxime cum dicti fratres presumantur scire etatem ipsarum. ¶ In gloss. magna ibi, quod facit in venditione traditio. vide dicta in. l. sub pretextu. C. de transacti. ⁊ l. si maior. supra, titu. primo. ¶ Ex quibus not. quod tantum operatur liberatio per accepti. ⁊ sic in distractu quantum vera traditio in contractu, ⁊ hinc est quod iste minor non agit de nullitate doli, vt alias in. l. non solum. ff. de dolo. sed petit restitut. in integrum. Ex quo transferat secum suam executionem.

SVMMARIVM.

1 Causa restitutionis in integrum nō impeditur morte rei a minore inchoata, ⁊ sic instantia restitutionis in integrum, ad heredes transit.

Si intra. hoc dicit.

[b] Mors rei non impedit causam restitutionis in integrum a minore inchoata. hoc dicit. ¶ Not. quod instantia restitutionis in integrum transit ad heredes eius contra quem fuerat inchoata.

SVMMARIVM.

1 Minoribus subuenitur in omissis etiam per ignorantiam ⁊ ponitur exemplum.

Minoribus.

Minoribus † subuenitur in obmissis etiam per ignorantiam. hoc dicit. in obmissis pone exemplum si testator legauerat minori sub certa conditione implenda. j. certum tempus: quia si eam non impleuit minor restituetur. sequitur Lex, non videtur.

SVMMARIVM.

1 Minor quo pacto circunscriptus intelligendus est.
2 An valeat statutum indistincte compellens litigantes ad compromittendum.

Non videtur.

[c] Docto. communiter non summāt aliter quia se ipsam summat, ⁊ vult dicere in effectu, quod non tenet hec consequentia quod minor est ergo circunscriptus est non tamen intendit dicere quod † quotiēs minor vtitur iure communi non possit esse circunscriptus quia imo potest esse circunscriptus: vt. j. si vt se ab hereditate absti. l. prima, ⁊ secunda. sed non propterea videtur nec presumitur circunscriptus ⁊ iste est vnus intellectus qui videtur de mente glo. in prima expositione Irnerii. Alius intellectus est contra quod imo qui vtitur iure communi non videtur circunscriptus. ille autem vtitur iure communi qui facit quod fecisset homo diligens ⁊ expertus: vt. l. pignus. j. de pignor. act. non obstat dicta. l. prima ⁊ secunda. quia ibi, ille minor adiōs hereditatem non fecit quod fecisset homo diligens. nam homo diligens fuisset bene perscrutatus vires hereditarias ante, quam adiuisset. quod non fecit ille minor propter sui facilitatem merito datur sibi restitutio. ⁊ iste intellectus videtur verior secundum Bartolum: licet gl. aliter loquatur. ¶ Unde not. ex eo quod minor faciens illud quod faceret quilibet maior non restituitur in integrum. quod facit, vt minor non possit petere restitu. 2 aduersus compromissum factum ex forma statuti compellentis litigantes ad compromittendum. eodem enim modo compulisset quemlibet minorem ⁊ valet predictum statutum sic generale secundum Bartol. in. l. ambitiosa de decretis ab ordin. facie. ¶ Item facit ad practicā que obseruatur in formandis libellis super restit. in integrum. nam debet dicere se minorem, ⁊ lesum addendo, scilicet sui facilitate, vel dolo aduersarii nec sufficeret dicere se lesum: quia posset esse lesus casu, ⁊ tunc non veniret restituendus. quia esset vsus iure communi secundum hunc intellectum. de quo etiā in. l. nam postea. §. si minor. ff. de iureiurand. vbi doctor. ponunt plures casus in quibus minor restituitur etiam si aliter quam sui facilitate, vel dolo aduersarii fuerit lesus, vt aduersus sententiam iudicis, vt in titulo, si aduersus rem iudica. ⁊ aduersus factum sui tutoris, vel curatoris vt. l. etiam. j. si tutor vel curator interuenerit. ⁊ interdum aduersus factum iudicis, vel curatoris sui, vt in decreto interposito per iudicem cum autoritate tutoris: vt. l. prima. infra, de fideiussoribus minorum. regulariter autem debet fieri mentio quod sui facilitate ⁊c. vt supra.

[a] ¶ Circa hanc. l. de tutela. vltra do. Anto. de alexā. hic, ⁊ Mo. videatis Ange. in cōsi. cxi. Anch. in cō. ccxvii. Pau. de ca. in cōsi. cxli. Roma in cō. xii. ⁊ cōsi. cclxxxi. do. Frā. Aret. in cōsi. xliii. ⁊ cō. lvii. ⁊ in cōsi. cliii. Ange. in cō. cclxxvii. ⁊ do. Alex. in cō. lxxxi. in. i. vol. do. Alex. in cōsi. cii. ⁊ cōsi. clxi. ⁊ cōsi. xcii. in. v. volu. S. T.

¶ Et ad hāc re. huius. l. de tutela. quod coniunctus presumatur scire facta coniuncti, videatis declaratiōes ⁊ limitatiōes do. Fely. in. c. quoties. in i. col. de testi. ⁊ in c. literis. de presumptio. ⁊ domi. Fran. Aret. in. l. titius in. §. lucius in. i. nota. de li. ⁊ posthu. S. T.

[b] ¶ Ad hanc. l. si intra. videatis do. Alexan. in. l. sciendum in. viii. col. de verbo. oblig. ⁊ in. l. si duo. in §. idē iulianus in iii. col. de iurem. ff ⁊ do. Bar. socī. in cōsi. ccxix. inci. capio primus. S. T.

[c] ¶ Ad materiam huius. l. non videt. videatis Oldra. in cōsi. cviii. in vlt. col. Jo. de anania in consi. xlviii. cuma. in cō. cxxv. in fine. S. T.

a ¶ Super hac. l. i. videatis Bal. in. l. filius famillias. j. de fideiusso ⁊ docto. in. l. filiusfami. ff. qui sa tisda. cogan. ⁊ docto. in. l. si dubitetur. in. §. si filius. ff. de fideiusso. S. T.

Sedquero, an si non fuit facta mentio in libello sufficiat hoc probare in processu videtur quod non argu. predictorum. contrarium tenuit dominus meus in dicto. §. si minor. argu. l. prime. §. si quis argentum. ff. depositi. ⁊. l. prime. j. de annali except. Ita. contr. coll. ¶ Item quero, an sit necesse in libello restitutorio exprimere causam lesionis specialez dic quod aut petitur restitutio coram principe, ⁊ tunc est necesse aut coram iudice, ⁊ tunc secus: vt l. minor autem magistratus. ff. eodem. saluo quando petitur secunda restitutio: quia ea non permittitur nisi specialiter dicatur causa, ⁊ hoc ne intelligatur super eodem super quo fuit semel petita ⁊ denegata iterum petere: quia tunc non admitteretur: vt. l cum circa. j. si minor se maiorem dixerit. ¶ In gloss. prima ibi, fecit autem Irnerius ⁊c. Barto. reducendo ⁊ adaptando verba Irner. ibi, consequentiam tollit ⁊c. ad predictos duos intellectus aliter eam interpretatur, quam gl. videlicet, vt dum dicit cõsequentiã tollit intelligatur, id est tollit illud quod videbatur sequi ex antecedẽti. antecedens autẽ istud, vsus est iure communi consequens est ergo circunscriptus ⁊ istud consequens tollitur per hanc. l. quasi dicat ista non est bona consequentia vsus est iure communi ergo circunscriptus. ¶ Item dum dicit non oppositum infert intelligatur, id est, ex dicto antecedenti non sequitur oppositum, scilicet, vt dicamus vsus est iure communi: ergo non est circunscriptus. ¶ Item duz dicit: quia pars eius est. assignat rationem predictoruz ⁊ intelligitur, id est, quia hoc circunscriptuz esse est pars eius. id est, est pars eius quod dicit iure communi est vsus quod est quasi genus respectu dicte partis. sed ad positionez generis non sequitur positio speciei, vt patet quia non sequitur animal est: ergo est homo. ⁊ sic eodem modo non sequitur vsus est iure cõmuni qđ est genus ergo est circunscriptus qđ est species: quia vt colligitur, ex. d. dicto primo intellectu potest esse vsus iure communi puta adeundo hereditatez, vel repudiando ⁊ tamen non sit circumuentus. ⁊ ista sit Prima intelligentia ⁊ expositio dictorum verboruz consequentiam tollit ⁊c. Secunda intelligentia sit, vt fiat punctus post dictionez non, quasi dicat dictio non, posita in text. tollit consequentiam. d. dictam que videbatur sequi ex illo antecedenti vsus est iure communi: nam ex eo antecedenti non valet consequentia ergo circunscriptus, deinde subdit oppositum infert, id est, facit vt non videatur circunscriptus, qui iure communi est vsus: quia pars eius est, id est, quia est species vnde merito infert genus. nam facere illud quod faceret diligẽs paterfamil. est species non circunscriptuz est genus ergo ad positionem speciei sequitur positio generis igitur bona est consequentia vsus est iure communi ergo non videtur circunscriptus. ⁊ ista expositio adaptatur ad secundum intellectum. supra dictum. Tertia expositio potest esse, vt intelligamus illa verba, consequentiam tollit, scilicet hec l. vt. d. in prima intelligentia deinde subdit non oppositum infert, id est, hec. l. infert illud, quod non est oppositum ad primum dictum ⁊ ad princip. l. ibi non videtur circunscriptus, suum enim oppositum erat videri circunscriptus, ⁊ istud non infertur ex eo quod quis sit vsus iure communi, sed bene infertur id quod non est oppositum ⁊ contrarium: vt est illud quod tenet medium hoc est quod possit esse circunscriptus, ⁊ non circunscriptus qui iure communi est vsus: qr pars eius est, id est, qr istud medium videlicet esse circunscriptuz ⁊ non circunscriptũ est pars illius generis ⁊ clauditur sub illo genere iure communi est vsus ita potes tu adaptare: tamen communiter docto. transeunt cum precedentibus. Sequitur titulus, de filiofamilias minore.

b ¶ Super hac. l si frater tuus. vltra Bo. videatis Bald. hic ⁊ do. Alex. in. l. singularia. in. viij. col. ff. si cer. peta. S. T.

De filiofamilias minore. *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 ☞ Minor filiusfamilias pro extraneo fide iubendo vel pro patre potest impetrare restitutionem in integrum, nisi per successionem tollatur lesio.
2 Casus singularis in quo filiusfamil. sine patris consensu potest esse in iudicio.

LEx prima. [a]Filiusfamil. † [1] minor fideiubendo pro extraneo, vel pro patre potest impetrare restitutionem in integrum nisi tollatur lesio per successionez. hoc dicit. quando enim fideiussor succedit ei pro quo fideiussit frustra peteret restitutionez aduersus suam fideiussionem cum omnino post quam est heres remaneat obligatus: vt principalis: sine, vt successor principalis debitoris. ¶ In text. ibi, fideiussit aduerte: quia text. non requirit probationem alterius lesionis, vt requiritur in titu superiori, quod probetur lesio. sed ratio est hic: quia lesio includitur immediate in ipsa fideiussione. ¶ Et sic no. quod eo ipso quod quis fideiubet pro aliquo intelligitur lesus, vt. l. prima. infra, de repudia. que fiunt in iudicio. ⁊ in capitulo primo, de fideiussor. quod est verum etiam si filius fideiubeat pro patre quod est mirabilius cum ad hoc interdum naturaliter obligetur argu. eorum que habentur in. l. prima. j. de patr. qui filios distra. ⁊ ideo videtur limitandum hoc, vt intelligamus verum nisi hic filius minor fideiubeat. Eo casu quo quilibet diligens homo fideiussit secundum dicta. d. titu. primo. in. l. fina. vt videtur velle hic dominus meus putatu si fideiussit, vt extraheret patrem de carceribus, vt alias dicitur in. l. quamuis. soluto matrimo. ¶ In text. ibi, siue pro patre ergo pater consensit ⁊ prestitit autoritatem filio minori fideiubenti pro eo ⁊ tamen dicitur hic quod filius restituitur. Ex quo infertur notabile quod autoritas patris non firmat cõtractum filij minoris contra restitutionem in integrum sic etiam nec decretum iudicis, vt dicetur. j. titu. primo. l. fina. Ulterius aduerte: quia si intelligis hanc. l. quod pater istius minoris viuebat tempore quo petita fuit in integrum restitutio potes notare vnum singularem casum in quo filiusfam. potest esse in iudicio sine consensu patris licet olim non potuerit esse regulariter in iudicio. l. si long. §. si filius. de iudic. ⁊ hodie similiter non possit regulariter sine consensu patris: vt. l. cum non solum. §. necessitatem. j. de bonis que lib. adde ergo hunc casum ad alios in quibus fallit regula predicta, de quibus dixi in. l. vix certis. ff. de iudic. ⁊ ita notat dominus meus hunc text. tamen posset intelligi, quod iste filius minor petijt restitutionem post mortem patris innuitur ibi diem suum finito ⁊c. ⁊ tunc non caderet predictum notabile. ¶ In gloss. prima in fi. ibi, quia interest sua ⁊c. vult dicere quod licet fideiussor habeat regressuz contra eum pro quo fideiussit tamen interest sua non esse obligatum: quia interest sua potius non soluere quaz solutum repetere. ⁊ ita solet allegari hec gloss. sequitur Tex, si frater tuus.

SVMMARIVM.

1 Minor filius famil. mutuam pecuniam recipiens non iussu patris vel Macedoniani exceptione nõ tutus in integrum restitui potest ⁊ quomodo hoc intelligatur.
2 Casus duo in quibus filiusfamil. minor impeditur petere restitutionem in integrum.

SI frater. hoc dicit. [b]Filiusfami. † [1] minor mutuam pecuniã recipiens non iussu patris, vel non tutus exceptione Macedoniani potest in integrum restitui. hoc dicit. qualiter autem filiusfam. possit capere mutuum ita, vt non dicatur habere exceptio. Macedon. dic vt in gloss. sed tamen quantum ad propositum intellige quod fuerit lesus: quia pecuniam ex necessaria causa acceptam consumpsit in malos vsus, vt hic. in gloss. fina. ¶ Et not. † [2] ex hac singulari l. duo, que impediunt filiumfamil. minorem accipientem pecuniam mutuo impetrare restitutionem in integrum. Unum est, si dictam pecuniam accepit iussu patris: quia tunc excusatur creditor qui mutuauit

de exp

de expressa patris voluntate, qui pater habet in hac specie contractus iuris precipuum secundum Baldum vnde propter interuentum sue voluntatis redditur contractus firmus & inexpugnabilis. Aliud est si habet except. Macedon. quia & tunc non habet restitut. in integrum quoniam satis est, vt dicta exceptione iuuetur & sic de iure communi. Ex quo infertur quod tutus iure communi non eget beneficio restitutionis in integrum: vt. l. in cause. ff. eodem. excepto ergo de duobus casibus filiusfamilias minor restituitur in integrum, aduersus illum qui sibi pecuniam mutuauit intellige si eam consumpsit in malos vsus & sic sit lesus sui facilitate, vt hic in gloss. fina. sequitor Rubrica, de fideiussoribus minorum.

a *De fideiussoribus minorum*[a]. *Rubr.*

Continua titulum, & rubricam, vt in gloss. rubrice. sequitur Lex prima.

SVMMARIVM.

1 ☞ Minor venditor restitutus in integrum non tenetur de euictione sed eius fideiussores, & ipsi contra minorē habebunt mandati regressum, nisi contra eos fuerit minor restitutus.

1 Lex prima. hoc d.

Minor † venditor restitutus in integrum non tenetur de euictione, sed bene tenentur eius fideiussores, & ipsi habebunt regressum mandati contra minorem nisi & contra eos minor fuerit restitutus. hoc dicit. ¶ Not. quod restituto minore non intelligitur propterea restitutus eius fideiussor, & sic durat obligatio fideiussoris sublata obligatione principalis que tamen obligatio principalis non fuerat ipso iure sublata secundum Bald. ¶ Itē in casu nostro accessorium non sequitur naturam sui principalis. ratio: quia beneficium restitutionis est personale ideo non transit in alium, vt in regula, priuilegiū. in sexto. & l. quia tale. ff. soluto matrimonio. quod Ange. putat verum esse nisi esset casus in quo minori non possēt dari restitutio contra fideiussorem puta: quia statutum denegat huiusmodi restitutionem, tunc enim restitutio concessa minori contra emptorem proderit etiā fideiussori ne alias per indirectum restitutio minoris reddatur frustratoria propter regressum quem fideiussor haberet cōtra minorem, ad hoc notata. in. l. Labeo. ff. de arbitr. secundum ipsum Angel. Ex quibus infertur quod cum dicta restitutio regulariter non prosit fideiussori solus fideiussor remanebit in damno: quia minor restituetur aduersus emptorem, & etiam aduersus fideiussorem, & non video quo remedio ipsi fideiussori succurratur. quod videtur iniquum, sed forte quod sibi imputet: quia sic incōsiderate fideiussit pro minore, quē sciebat posse petere restitut. in integrum, & relinquere fideiussorem obligatum & sine remedio nisi quando creditor fuisset in dolo: quia tunc etiam fideiussori subuenitur, vt. §. l. seq. & vide Bartol. in. l. cum filium. de verborum obligationibus. ¶ Item not. tex. ibi, condemnati. quod fideiussor statim quod est condemnatus habet regressum contra principalem per actionem mandati etiam antequam soluat vnde Bald. in. l. certum. §. familie erciscunde. & Angel. in. l. fideiussor pro venditore. ff. de fideiussor. dicunt quod vbi fideiussor est obligatus per instrumentum guarentigiatum, vel confessionatum tanquam condemnatus habet statim regressum contra principalem debitorem per actio mandati de quo tamē latius per dominum meum in dicta. l. certum. ¶ In gl. in verbo, non cogeris ibi. aliq̄ dicunt ad rem veodicandam not. quod ita tenetur fideiussor venditoris de euictione si res euincatur per ipsum venditorez sicut si per extraneum secundum hanc intelligentiam gloss. Lex, si ea que. sequitur.

SVMMARIVM.

1 ☞ Minore sui facilitate restituto non propterea intelligitur restitutus eius fideiussor, sed si dolo aduersarij fuerit lesus & tunc vtrique competit huiusmodi beneficium.

Si ea que. hoc dicit.

b 1 [b]Si minor † lesus sui facilitate restituatur in integrum, non intelligitur propterea restitutus eius fideiussor, sed si fuit lesus dolo aduersarij, & tamen tunc per beneficium restitutionis consulendum est vtrique. hoc dicit. intellige quod ista restitutio fideiussoris sit separata a restitutione minoris: non autem quod concessa minori transeat ad fideiussorem vnde ipsemet fideiussor restituetur si minor pro quo intercessit fuit dolo aduersarij lesus. Ex quo infertur quod dolus facit in integrum restitutionem competere fideiussori que non cōpeteret ex mera facilitate. minoris est ergo tunc restitutio beneficium reale non scriptum in persona minoris tantum & est ratio: quia dolus magis afficit contractum quam mera facilitas ad hoc. l. qui reo. §. huic applicatur. de solut. & etiam: quia causa restitutionis sumit originem a conuento & ab eius dolo. ¶ Et not. ex hac. l. id quod dictum est in summario, & quod dictum est in. l. precedenti. de beneficio restitutionis cōcesso minori leso propter sui facilitatem qualiter, non extenditur ad fideiussorem & qualiter succurratur confideiussori. si creditor fuit in dolo & aliter non. ¶ Item not. quod decretum iudicis prestitum in alienatione minoris non impedit restitutionem in integrum sicut nec consensus patris de quo supra tit. i. l. prima. ¶ In gloss. presidis ibi. sed minori pretio vendidit quod habet locum in. l. secunda. §. de rescind. vendit. nunquid poterit fideiussor conueniri de euictione respondeo non: quia vt dicit Angel. fideiussor non fuit obligatus in plus, quam esset obligatus principalis a princ. nec etiam obligari potuisset, vt. ff. de fideiussor. l. generaliter. & habetur in. l. rogatus. ff mandat. ergo sicut obligatione principalis qui tenetur, de euictione non impeditur quo minus possit aduocari ita nec obligatio fideiussoris. ¶ In glo. in verbo, dolo malo ibi. sed incidit dolus & potest esse vera in se quasi dicat quod dolus interuenit circa minoritatem pretij rei vendite quaz venditor fuisset omnino pro equo pretio venditurus & sic non fuit lesus: quia vendiderit, sed q: paruo pretio vendidit. ¶ In eadem ibi, facta fuit traditio, hec videtur falsa: quia non precedenti legitimo contractu minor tradendo non posset transferre dominium cum alienare non possit. l. i. in princip. ff. de rebus eor. ¶ In eadem ibi. nō emptoris, sed tertij ista est in se vera quoniam essentia contractus non pendet a tertio tamen quantum ad terminos nostros non placet Bald. quia restitutio in integrum regulariter propter dolum tertij non transit in fideiussorem. ¶ In gloss. in verbo. vtrique dic: vt. §. post summarium. ¶ In. ead. ibi, sed si minor ibi, respondeo sic idem dicit Bald. in qualibet alia defensione que reperitur penes fideiussorem sicut penes reum, vt in illa defensione que procedit ex forma statuti & ist ratio, non solute gabelle, vel simili: quia licet nolit opponere reus, poterit opponere fideiussor per istam glo. in. l. si minor. xxv. annis. ff. eo. secundum Bal.

a ¶ Sup hac ru. de fidei. mino. habetis decisiones do. Anto. de bu. in cōsi. xviij. Ancha. in cōsi. cccxx. in. v. &. vi. col. et do. Iaso. in. l. pacto quo penā. §. de pac. & cōsiderate dicta Bar. ad hanc. l. in. l. nō eo minus §. de procura. S. T.

b ¶ Super hac. l. si ea, que. vltra Mo. post Bal. & do. Corne. hic, videatis Pau. de ca. & do. Franci. Areti. in. l. si pupillus. ff. de acqui. here. S. T.

Si tutor uel curator interuenerit, *Rub.*

Continua rubricam vt in gl. rubrice sequitur. Lex, prima.

SVMMARIVM.

1 ☞ Minor aduersus aditionem hereditatis potest in integrum restitui in legitimuz tempus, quo elapso contra eius curatorem succurritur.

1 **LEx prima.** Minor † potest adversus aditionem hereditatis restitui in integrum. §. legitimum tempus. quo elapso contra eius curatorem qui subautoratus est succuritur. hoc dicit. ¶ Not. duo remedia que competunt minori, videlicet ordi. contra curatorem ⁊ extraordinarium, id est, restitutionis in integrum respectu eius adversarij cum quo contraxit, vel quasi contraxit: nec mirum quod ita concurrunt: quia contra diversos competunt, vt dicetur in l. etiam. §. eod. ⁊ licet vnum ex istis remedijs tollatur, tamen aliud remanet. ¶ Et sic not. quod quando duo remedia procedunt per eandem rationem contra diversas personas, licet prescribatur in vno. non prescribitur in alio. ¶ In text. ibi, adite ⁊ ibi, convenite. not. quod verba, imparativi interdum important potius consilium quam preceptum. preceptum autem important caussative, vt hic ⁊ in. l. age. §. de transact. ¶ In gl. in verbo, adistis ibi, vnde videbatur ista potius esse ratio dubitandi, vt dicas quod ratio dubitandi erat, quia ista prescriptio videbatur venire ad confirmationem actus. ⁊ excludere omne remedium agendi secundum Bal. Lex, minoribus. sequitur.

S V M M A R I V M.

1 ☞ Minor etiam cum autoritate tutoris, curatoris, aut iudicis contrahendo restituitur in integrum.

1 **MInoribus.** Minor † etiam si contrahat cum autoritate tutoris, vel curatoris potest petere restitutionem in integrum si ledatur. hoc dicit. imo etiam si interveniat decretum iudicis: vt. l. ij. §. titulo primo. ¶ Et sic not. quod nec autoritas tutoris vel curatoris nec decretum iudicis firmat contractum contra restitutionem in integrum. ¶ In glo. fi. in fi. no. casus in quibus fallit regula. de qua hic, in summario.

a ¶ Super hac. l. etiam tutoribus. videatis Io. in l. i. de re. iudi. S. T.

S V M M A R I V M.

1 ☞ Minori leso ex contractu tutoris vel curatoris datur personalis actio contra predictos ⁊ in integrum restitutio contra secum contrahentem.

1 **ETiam. hoc dicit.** Minori † leso ex contractu tutoris, vel curatoris datur actio personalis contra ipsum tutorem, vel curatorem ⁊ restitutio contra eum qui contraxit. hoc dicit. ¶ No. quod sicut remedium extraordinarium restitutionis contra vnum non tollit ordinarium contra alium, vt. s. in. l. prima. ita nec ordi. tollit extraordinar. eodem modo, vt hic. ⁊ sic remedium cum extraordinario concurrit contra diversos de quo. §. in. l. fina. ¶ Et not. casum in quo restitutio datur minori etiam si lesio non contingat sui facilitate, vel dolo adversarij. nam hic contingebat lesio ex facto tutoris, vel curatoris cuius facilitas reputatur facilitas minoris. faciunt que habentur in. l. prima. §. si adversus rem iudic. ⁊ vide in. l. nam postea. §. si minor. de iureiuran. vbi de alijs casibus in quibus non attenditur facilitas minoris aut dolus adversarij quo ad concedendam restit. ¶ Item not. ibi tex. probari possunt quod ille qui allegat administratorem male gessisse debet hoc probare. quod intelligo verum quando hoc allegat ad finem petendi restitutionem in integrum contra tertium cum quo administrator gessit: secus quando ad finem petendi restitutionem rationis contra ipsum administratorem ⁊ vide not. in. l. que sub conditione. ff. de condition. ⁊ demonstra.

¶ Super. l. vnica si in communem ea. causa. videatis Bal. in. l. fin. in. xij. que. §. de codit. emptione. S. T.

S V M M A R I V M.

1 ☞ Qui voluit habere solum curatorem obligatum nullam habet actionem contra minorem.

1 **SI creditor.** Qui † voluit habere solum curatorem obligatum nullam habet actio. contra minorem. hoc dicit. quasi dicat ideo non oportet dare minori restitutionem in integrum ⁊ sic facit ad titulum. ¶ In gloss. in verbo, nullam. ibi, ⁊ dicas, an actus factus ab administratore censeatur in dubio factus contemplatione officij, vel sue persone, vel persone eius cuius administrationem gerit vide plene in dicta. l. si pupilli. §. primo. de nego. gestis. ⁊ in. l. ex pro quo. ff. quod cum eo. ⁊ per Bartolum. in. l. post mortem. ff. quando ex facto tut. ⁊ per Bald. in. l. procurator, qui pro evictione. de procur. ⁊ per dominum meum in l. civitas. si certum petatur. Lex, etiam tutoribus. sequitur.

S V M M A R I V M.

1 ☞ Licet minor, facto administratoris, lesus possit in integrum restitui: tamen potest etiam contra administratorem experiri, nec electione vnius remedij sibi in alio preiudicat.

a 1 **ETiam tutoribus.** a Licet † minor, facto administratoris lesus, possit in integrum restitui tamen potest etiam contra administratorem experiri, nec per electionem vnius remedij preiudicat sibi in alio. hoc dicit. ¶ Not. text. ibi, vel alias contrahentibus. qui videtur probare quod appellatione contractus non venit distractus. ¶ Item not. ex hac. l. que semper solet allegari simul cum. l. etiam. supra eodem. quod remedium extraordina. vt restitutio concurrit cum ordinario quando dantur contra diversas personas ⁊ ad diversa, vt erat hic vbi restitutio dabatur ad finem rei recuperande, ⁊ actio ordinaria dabatur ad interesse, sed pro pleniori declaratione huius articuli prout colligitur ex dictis gloss. hic in verbo, generando ⁊ Bart. ⁊ domini mei hic ⁊ Bartol. in. l. in provinciali. §. primo. de novi operis nuncia. Conclude quod aut querimus de pluribus remedijs ordin. aut de pluribus extraordinarijs, Aut de pluribus quorum aliquod est ordinarium aliquod extraordinarium. De prima parte vide per Dy. in regula, nollus pluribus. de regu. iuris in sexto. ⁊ per Cyn. ⁊ Bald. in. l. i. §. de furt. ⁊ per gloss. in. l. rei communis. ff. pro so. ⁊ habetur in. l. quod in herede. §. eligere. de tribu. ⁊ in. l. fina. infra, de codicillis. De secunda parte dic quod ambo dantur ad diversa ⁊ concurrunt: vt. l. qui bona. §. si quis. de damno infecto. Aut ad idem ⁊ tunc aut est vnum famosum alterum non. ⁊ tunc non datur famosum, sed alterum, vt supra, de dolo. l. si maior. ⁊ supra titu. primo. l. fina. in fine, ⁊ de in integrum restitut. l. de tutela. Utrumque enim de dictis remedijs est subsidiarium in dictis casibus. Aut nullum est famosum, ⁊ tunc aut vnum succedit loco alterius, vt loco ordinarij ⁊ alterum non ⁊ tunc habet locum illud quod loco ordinarij succedit, vt dicta. l. in provinciali. §. primo. ⁊ argumento. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caus. Aut vtrumque est mere extraordinar. ⁊ neutrum famosum ⁊ tunc neutrum tollitur, ⁊ vtrumque habet locum quando neutrũ succedit loco ordinarij: vt. l. quemadmodum. §. magistratus. ad legem Aquil. ⁊ hec de secunda parte. De tertia parte quando vnum est ordina. aliud extraordinar. ⁊ tunc aut extraordin. venit ad adiuvandum ordin. aut venit ad supplendum. primo casu concurrunt: vt. l. prima. §. dixerit aliquis. de public. ⁊ in. l. prima. §. per hanc. ff. de rei vendicat. in gloss. notabili. ⁊ ita dicit Bartol. in hoc membro in dicta. l. in provinciali. §. primo. sed in. l. si maritus. §. si extraneus. de adulter. dicit hoc verũ respectu originis, vt concurrant, sed in actione debet preferri ordinarium ⁊ allegat.

l. cum

lecum in secundo. ff. de iniusto testa. & arg. eorum que ibi dicuntur. sed Bartol. extensius principalius loquitur in dicta. l. in prouinciali. secundo casu, quando venit ad sappiendum & tunc aut remedium extraordina. est facti aut iuris. Si facti & tunc concurrit: vt. l. de pupillo. §. meminisse. de noui operis nunciatione. Si iuris, & tunc aut ordinarium est generale aut speciale & concurrunt, vt dictum est in. l. secunda. C. de dolo. Aut vtrunque est speciale, & tunc siue contra diuersos siue contra vnum tollitur si alterum est famosum: vt. l. prima. cum seq. ff. de dolo. Si vero non est famosum illud extraordi. & tunc aut est pinguius & vtilius illo ordi. & concurrunt: vt. l. si. C. si aduersus rem iudi. & ibi, per gloss. notabilem de restitutione in integrum & appellatione aut equaliter est vtiles tunc aut ordinarium competit ad id ad quod datur extraordina. per quandam consequentiam & tunc vnum non tollitur per aliud: vt dicto. §. meminisse. in fine. Si vero competit directo ad id ad quod datur extraordinarium, & tunc aut descendit ex eodem fonte & concurrit: vt. l. cum filius. ff. si certum petatur, aut non veniunt ex eodem fonte, & tunc aut dantur contra diuersos, aut contra eund. Si contra diuersos aut habent originem a negotio voluntario & non concurrunt: vt. l. cum mandatum allegata in gloss. aut a negotio necessario & concurrunt, vt in casu nostro. Fallit in casu, l. properan. §. fina. de iudiciis. & intellige contra diuersos ad eundem effectum, vel qui pro eodem habentur, vt est casus noster non aduersos penitus: quia non esset dubium quod concurrerent: vt. l. naturaliter. §. nihil commune. de acquirenda possessio. Si vero contra eundem hec remedia competunt, & tollitur extraordinar. vt. l. secunda. C. tit. secundo. & in. l. in cause. la. ij. ff. eo. Et predicta intellige de extraordinario remedio etiam si non sit contra ius commune, vt patet supra in pluribus membris. secundum dominum meum vltra alios hic. seq. Rubrica, si in communi eadem. causa in integ. restit.

Si in communi eademque causa, in integrum restitutio postuletur. Rubrica.

Ontinua rubricam, vt in gloss. rubrice &c. Lex prima. seq.

SVMMARIVM.

1 Sicut maioris factum consorti non nocet non mandanti nec ratum habenti ita nec factum minoris merentis pro se restitutionem in integrum maiori ratificanti prodest.

Ex prima. h. d. Sicut & factum minoris non nocet consorti non mandanti nec ratum habenti ita nec factum minoris merentis pro se restitutionem in integrum prodest maiori ratificanti. hoc dicit. ¶ No. quod factum vnius fratris siue sororis non prodest nec preiudicat fratri non mandanti nec ratum habenti. ¶ In tex. ibi, cognitis no. quod ratificatio requirit scientiam ratificantis. nam ignorans non potest ratificare argu. istius litere a contrario sensu secundum Bal. quod facit ad ratificantes lauda non visa, vt dici possit quod non valeant & si diceretur sufficeret quod ratificans habuerit scientiam implicitam, & in concreto arg. eorum que habentur in. l. Aquiliana. ff. de transact. respondeo quod talis scientia non extenditur ad laudum quod diceretur esse latum per dolum: quia dolus futurus non potest remitti: vt. l. si vnus. §. illud. ff. de pact. & si diceretur quod iste est dolus preteritus pro futuro habetur non futurus. Ex quo erat occultus & ignorabatur: vt. l. in legem. de contrahend. emptio. ff. De his tamen vide per Bal. xij. quest. i. C. de contrah. emptio. ¶ Vltimo no. quod restitutio vnius consortis alteri non prodest nec nocet. quod intellige verum in his

que sunt diuidua & separabilia. nam separatorum separata est ratio: vt. l. cum actum. de nego. gest. & l. si cognatis. C. eod. titu. in his vero que sunt indiuidua, vt est seruitus. nam omnis seruitus est indiuidua excepto vsufruct. vt. l. prima. §. si vsufruct. lega. ff. ad legem Falcid. dic, vt in gloss. hic que bene loquitur. seq. Rubrica, si aduersus rem iudicatam.

Si aduersus rem iudicatam restitutio postuletur. Rubrica.

Ontinua rubricam vt in gloss. rubrice. Lex, prima. seq.

SVMMARIVM.

1 Minori cui debitor in minus debito extitit condemnatus aduersus sententiam maiori non succurritur.

Ex prima h d [a] Minori cui debitor in minus debito extitit condemnatus aduersus sententiam non succurritur maiori. hoc dicit. hec. l. quam Bartol. habet pro multum subtili licet circa tex. sit clara & potest intelligi duobus modis. vno quod actor petijt. x. sed in quinto obtinuit & in aliis succubuit. alio quod petijt reddi rationem administrationis de certis speciebus administrationis & iudex condemnauit in vna, & in alia absoluit. Primus intellectus colligitur ex prin. text. & ex gloss. prima. Secundus ex fine tex. ibi de eisdem speciebus & ex gloss. fina. & iste secundus magis placet arg. ¶ In text. ibi de superfluo. scilicet de quo reus fuerat absolutus secundum quod intelligit gloss. prima ibi, in ver. si. absolutus & probatur ex ver. ceteru. vbi sententia fuit lata in totum sine dubio. ¶ Ex quo not. quod sententia potest esse pro parte condemnatoria & pro parte absolutoria nec dicitur propterea non conformis libello: quia imo satis est conformis ex quo non egreditur materiam petitis: vt not. in. l. vinum. ff. si cert. petat. ¶ Item no. quod minor potest pro parte approbare sententiam & pro parte improbare ex quo infertur quod sententia ex post facto potest pro parte valere & pro parte non si quantum ad effectum: quia valuit in totum, sed p parte rescinditur beneficio restitutionis & sic euanescit. ¶ In ver. ceterum not. quod maior non restituitur contra sententiam. vnde nota autem sic si sententia tenuit, an autem tenuerint iste ne dixi. C. de in integrum minor. l. si curatorem habens. Sed quero quid si iudicium fuit inchoatum cum minore & sententia fuit lata cum ipso effecto maiore, videtur rescindenda arg. huius tex. qui not. sententiam ibi, sententia prolata est, sed dominus meus dicit quod restitutio dabitur aduersus illa acta in quibus minor fuit lesus & consequenter aduersus illam sententiam, que in dubio fundabatur in actis arg. l. si quis ad exhibendum. ff. de excep. rei iudic. & eorum que dicta sunt in. l. prima. C. de errore calcu. facit tex. hic ibi, iudicijs. id est, processus nisi tu exponas iudicijs. scilicet sententie prout videtur de mente Bald. & si lesio fuit in sententia tantum acta precedentia non rescindentur nec habebit locum iste text. ibi. habere actio. & ibi iterato eandem actio. qui videtur velle quod iterato possit agi. acta enim in quibus non reperitur lesio manebunt firma argu. eorum que dicta sunt in. l. non eo minus. supra, de procurat. & hoc videtur velle Bartol. hic circa finem. ¶ Item quero, an restituto minore etiam aduersarius restituatur siue intelligatur restitutus quatenus fuit condemnatus videtur quod sic argumento. l. etiam. §. ff. eodem. & l. secunda, tertia. & fi. supra, quod metus causa, quasi restitutio reponat totum negotium in pristinum statutum tamen dominus meus firmat contrarium: maxime quia restitutio fit de minore quatenus est lesus & non vltra ergo in aliis sententia manet firmat. facit quod dictum est in dicta. l. non eo minus. & supra titulo precedenti. l. prima. facit etiam

[a] ¶ Super hac. l. i. si aduer. rem iudi. videatis Cy. Jacobum butri. Bal. & Pau. de ca. hic, vltra mo. post do. Corne. do. Alexan. post Dy. Barto. & alios in. l. si constante in vi. col. solu. matri. do. Aluch. do. Card. Zaba. butrul. do. Panor. & do. Fely. in c. cum inter. de re iudi. & videatis decisiones Federici. in q. xxxix. & do. Lu. roma. in consil. cxvij. Bald. in. c. inter cetera. in. ij. que. de re iudi. & do. Barba. in consi. xxxvi. in. ij. dubio in. iiij. vol. S. T.

quod in simil. dicitur de appellatione, quod licet appellatus possit uti appellatione adversarij quatenus pretendit se lesum ex sententia a qua ipse non appellauit. ut not. in. l. ampliorem. §. de appellat. tamen quando quis appellauit cum cautela in parte, & partibus &c. appellatus non posset uti dicta appellatione, secundum Imol. in capitulo, cum Ioan. heremita. de fide instrum. ubi refert dominos de Rota idem tenuisse. ita ergo & in casu nostro adversarius minoris non possit uti restitutione minoris & ipsi soli minori concessa pro sua lesione. ¶ In gloss. prima ibi, quid si de alijs tacuit. potes hunc articulum recolligere ultra gloss. ex dictis docto. hic & in capitulo, cum inter. de re iudic. quod aut in parte condemnauit & in altera parte absoluit expresse & valet, ut hic in tex. idem si absoluit quasi expresse puta per dictionem taxatiuam dicendo, condemno in quinque tantum: nam illa dictio tantum includit absolutoriam in alijs. v. ut intelligit Bald. hic. pro quo optime facit glo. in. l. rationes. §. de probatio. facit etiam: quia quo ad iudicem, & eius debitum non est dare medium inter condemnare, & absoluere. Aut in una parte condemnauit & in altera tacuit & tunc aut sunt diuersa capitula, aut unum. & idem primo casu aut sunt connexa aut separata. Si connexa puta ea connexitate de qua in. l. si ex falsis. in gloss. notabili. & in. l. si quid. §. de transac. & de neg. gest. l. si cognati. & tunc dicas idem quod dicetur. §. quando est unum & idem capitulum. Si vero sunt separata & tunc aut diuersa, ut principale & accessorium, aut diuersa equaliter. primo casu aut sententiauit, & in accessorio tacuit & valet: ut. l. Plautius. ff. de re iud. sententiauit in accessorio & in principali tacuit non valet: ut. l. fundum. & l. fundi. & l. sed si ante. ff. de re iudica. Aut sunt diuersa capitula equaliter & in uno sententiauit & in altero tacuit & tunc valet in sententiato: ut. l. in hoc iudicio. & l. plane. ff. famil. ercisc. & in. l. Carmelia pia. de iurepatro. quia dicitur tot libelli quot sunt diuersa facta, vel capitula argumen. §. si reus, vel accusator. l. prima. & l. scire debemus. de verborum obligationibus. & ideo Anto. de butr. in capitulo, Quintaualis. de iureiuran. dixit quod illa potestas data arbitris quod possunt laudare semel & pluries prout eis placuerit debet intelligi quando sunt diuersa capitula, & in uno capitu. laudassent & in alijs tacuissent quod in illis alijs iterato laudaret non vero quod in eodem capitulo super quo laudauerunt iterato laudent argu. l. post rem iudic. ff. de transact. & l. fratris. §. eodem titu. & eorum que habentur in. l. i. §. quando prouocare. & in. l. nam postea. §. si damnetur. de iureiuran. sed si esset unum tantum capitulum compromissum cum potestate predicta. tunc. quia non potest salua ratione recti sermonis: nisi quod super eodem iterato laudare possint, intelligitur quod super eodem possint iterum laudare. l. Plaucius. de auro & argen. leg. & l. Iulius phebus. ad Trebell. & l. Meuius. §. cum qui. in gloss. de lega. secundo. & facit ad predicta quod dixit Barto. in. l. qualem. de arbi. & quod dictum est de compromisso quo ad unum capitulum, potest dici etiam quo ad plura capitula connexa, secundum dominum meum. Si vero unum sit capitulum & tunc aut queramus, an a prin. possit valere sententia pro parte & in altera parte sit obmissum: aut querimus an ex post facto possit hoc contingere. primo casu non potest valere: quia non est conformis libello: ut. §. nec dicitur absoluere in alia parte, licet in una condemnet: quia est opus quod sententia feratur in scriptis: ut. l. si. §. de sententijs ex peri. reci. & in scriptis intelligitur, scilicet taliter quod possit legi, id est, oculis inspici. ut. l. i. de his que in te. delen. & sic quod tacite contineretur cum non possit oculis corporeis inspici, non dicitur in scriptis ideo alibi dixit Bal. hypothecam tacitam contentam instrumento non habere priuilegium guarentigie instrumenti, videlicet non cauetur de eo. §. de dotis promiss. l. si pro te. ut dixit Bal. in. l. approbationem. de probatio. intellige contra ipsum nominatum in instrumento. contra tertium enim non nominatum etiam hypotheca expressa in instrumento non habet priuilegium guarentigie secundum Bald. not. in. l. i. §. communia de leg. & Ange. in. l. i. §. si unus ex pluribus. & facit quod dixi Bart. in. l. si is qui. ff. de test. dum loquitur de actu in scriptis. facit etiam quod habetur in. l. iurisgen. §. quod fere. ff. de pact. Si vero queri-mus, an ex post facto contingat sententiam iam latam valere pro parte, & pro parte non in uno capitulo, aut per restitutionem in integrum, & videtur hoc fieri posse: ut supra est dictum. aut per appellationem & tunc sine dubio potest cum iudex appellationis possit reformare: ut dicit. l. ampliorem. & pro parte confirmare, & pro parte infirmare: ut. l. eos. §. de appellat. secundum Bald. Unum dicit Bartol. posse valere etiam si in altera nihil sit dictum quando instantia super illa erat tantum in qua est sententiatum & non in altera in qua est obmissum, puta conuentus rei vendi. ad unam rem confessus est possidere partem & alteram partem non, vel est probatum quod possideret partem tantum. in altera enim parte non est instantia: ut. l. i. de alienatione iudicij. vel si desierit possidere pro parte a princ. non tamen sua culpa, vel dolo: quia tunc haberetur pro possessore & esset instantia: ut. l. is, qui dolo. & l. qui culpa. de rei vendicatione. & non valeret in parte secundum Bartol. Aliud dictum valde notabile, dixit quod stante statuto quod non valeat sententia si non soluatur gabella tunc si non soluatur tota gabella pro re siue pro summa petita, ut sunt termini Bald. sed pars gabelle in nihilum valebit. quod dominus meus intelligit, quando unum est capitulum, vel connexa sunt plura, ut colligitur ex predictis: sed puto idem si sunt capitula separata & non appareat pro quo sit facta so. quia tunc, cum solutio censeatur facta pro utroque proportionabiliter defectus afficit utrunque per ea que dixi, supra, de transactio. l. si ex falsis. & que habentur in. l. post motam. ff. de eo quod certo loc. dar. op. & l. illud. de solutio. sequitur Tex, cum pater. que hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 ☞ Filius minor potest restitui aduersus sententiam latam pro patre in causa status.

1 CVm pater. Filius minor & potest restitui aduersus sententiam latam pro patre in causa status. hoc dicit. ¶ In text. ibi, minimeque emancipationem a se factam valere. not. quod actor in suo libello potest facere mentionem de defensione, siue excep. rei, & de replicatione sua contra dictam exceptio. ut hic erat: quia pater dicebat filiam in potestate, & quia filia potuisset excipere de emancipatione pater preuenit dicens in libello, si tu diceres te emancipatam replico, quod emancipatio non tenuit. ad hoc allegat Bald. Innoc. in capitulo, super literis. de rescript. quem Innoc. etiam Barto. allegat, sed dixerat se nescire in quo loco. ad hoc etiam not. per Innoc. in capitulo penul. de libelli obla. simile cum dico te debere mihi. x. si tu diceres me fecisse tibi pactum de non petendo respondeo quod postea fecimus aliud pactum de petendo ut. l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. faciunt etiam not. per Bal. in. l. tertia. §. de repudian. hered. de eo qui agendo petitione hereditatis dicit in libello se heredem ab intestato & quod testamentum est nullum, vel falsum. que sunt valde notanda, ad statutum nostrum de compromissis: nam licet dicat quod omnis causa debeat compromitti non veniet exceptio & replicatio separata a petitione puta exceptio compensationis, vel prescriptionis. cautela igitur erit quod de his fiat mentio in libello, ut sic arbiter cognoscere possit, ut notabiliter dixit hic, dominus meus. ¶ Item not. quem posse venire contra factum suum, ut faciebat iste pater, qui dicebat emancipationem a se factam non valere. de quo articulo, an & quando possit quis venire contra factum suum per Bartolum in. l. post mortem. ff. de adoptionibus. & dixi in. l. secunda. ff. de seruitutibus. ¶ Item not. casum in quo potest esse lis inter patrem & filium, videlicet: quia admittitur ad disputandum de statu, & persona sua, ut dixi alias in. l. lis nulla. & l. vix certis. ff. de iudicijs. ¶ Item not. presidem restituere posse aduersus sententiam superioris: quia in hoc est sibi commissa iurisdictio specialiter. sic supra, ne liceat potentioribus patrocinium litigant. prest. l. i. sic etiam in ciuis

l

in ciuitate nostra a sententia potestatis appellatur ad capitaneum.cui specialiter est data hec iurisdictio, licet in alijs sit inferior potestate. ¶ Ultimo not.filium restitui contra patrem,siue contra sententiam latam pro patre.scilicet in hoc casu speciali,vt est causa status secundum vltimam sol.gloss.fina.quam sequitur Bart. hic.regulariter autem secus esset: vt.l.fi.j.qui & aduersus quos.allegata in gl. ¶ In gloss.i.ibi.l.post mortem. veritas est secundum Barto.quod quandoque obijcitur patri solus cursus temporis quo filius stetit in libertate.& tunc requiruntur.xx.anni ad excludendu eum.l.i.j. de patria potesta.& ibi no.quandoque patri obijcit factu suum cum cursu temporis tunc sufficiunt.x.anni ad excludendum patrem.d.l.post mortem.quandoque patri obijcitur factum suum tantum tunc ista obiectio non excludit eum si factum est inualidum casus est hic secundum Bartol.

SVMMARIVM.

1 ☞ Aduersus sententiam vicarij, vel delegati principis solus princeps restituit.

a 1 ADuersus.h.d.[a] Aduersus † sententia vicarij,vel delegati principis solus princeps restituit. hoc dicit. ¶ In tex.ibi,solus princeps. quero quid de ipsomet delegato, vtrum possit de restitutione cognoscere, videtur quod no propter istam dictionem solus.in contrarium facit.l.fi.j.vbi & apud quem. Bar.post Iaco.butr.dicit quod aut loquitur de restitutione aduersus aliquam interlocutoriam, & tunc ipsemet delegatus poterit restituere:vt.d.l.fi.facit.l.qui proprio.§.item qr.ff.de procura. Aut aduersus diffinitiuam & tunc secus vt hic.& est ratio: quia mandatum iurisdictionis habet certam formam qua explicata iurisdictio non potest reintegrari dicit Bald.hic qui vlterius subdit quod idem esset in legato:quia etiam ipse nihil potest aduersus sententiam delegati principis.vnde illud quod no potest legatus per sententiam non potest etiam per constitutionem.vnde posito quod legatus prouincie fecerit constitutionem quod procedat appellatio,licet nunqua petant Apostoli tamen si appellatur a sententia delegati principis si infra.xxx.dies non petantur Apostoli intelligitur appellatio deserta contra sententiam delegati principis legatus nihil potest,vt hic in.c.studuisti.de offic.delega.ergo & constitutio domine legati nihil operatur si facta fuit autoritate legationis secundum Bald.de qua tamen.d.in.videtur dubitare:quia delegatus tenetur obseruare consuetudines & statuta loci quo ad ritum & ordinem iudiciorum vt not.in.d.c.studuisti.& in rubrica de consuetudine.bene verum est quod dictum Bald.habet locum sine dubio in constitutione facta per legatum post commissionem illam specialiter datam delegato.tu potes concludere quod dicta appellatio no tenet inspecta autoritate legati,sed teneat inspecta consuetudine approbante constitutionem.& ita videtur fuisse de mente Bal.vnde volens substentare dictam appellationem habebit fundare se in consuetudine & ita articulari & in constitutione & catione predicta. ¶ In glo.in verbo,solus ibi aliud videtur in appellatione imo idem in appellatione secundum Bart.hic: non obstante.d.§.fi.in authe.de appell. quia ibi ,appellatur ad principem , licet alij iudices ab eo deputati super hoc cognoscant, vt vide plenius in.l. precipimus.j.de appell.per Barto.sed quero quid de nullitate nunquid inferior possit cognoscere de nullitate sententie late a superiore videtur idem quod in restitutione: qr is demum potest declarare qui potest restituendo inducere ar.l.fi.ff.de.ll.& ita putat Iaco.butr. quod est verum nisi forte nullitas apparet ex ipsa inspectione sententie:quia tunc non est necessaria alia declaratio secundum Bal.natura se ipsam demonstrat & vitium patet:vt.l.si quis legem.ff.de falsis.facit.l.edicto.j. de edic.diui. ¶ Item est verum nisi incidenter dicetur de nullitate:quia ratione incidentium questionum augetur iurisdictio : vt.l.quoties.j.de iudic.superior bene potest cognoscere de nullitate sententie inferioris : vt.l. absentem.j.de accusa.intellige sententie diffinitiue,non interlocutorie cuius nullitas non potest per se moueri: vt not.Innoc.in capitulo ,dilectus.de appellat.nisi inferior sit delegatus & superior sit eius ordinarius : quia tunc superior potest cognoscere de nullitate per viam simplicis querele etiam sine vlla appellatione : vt not. ff.qui satisda.cogi.l.arbitro.& vide que alias dixi in.l.si vt proponis.j.quomo.& quando iudex.

SVMMARIVM.

1 ☞ Sententia lata cotra minores indefensos est ipso iure nulla contra defensos autem tenet sed contra eam possunt in integrum restitui.

b 1 CVm & minores.[b] Sententia † lata contra minores indefensos est ipso iure nulla:contra defensos autem tenet, sed possunt in integrum restitui aduersus eam.hoc dicit.Diuidit in tres partes.in prima loquitur de sententia lata contra minores indefensos.in secunda de lata contra minores defensos per tutores,vel cura.in tertia de lata contra minores defensos per legitimos procuratores.secunda ibi,nam si.tertia ibi,eodem obtinente. ¶ Ex prima igitur parte no.sententiam latam contra minores indefensos nullam esse & per eam nullum eis preiudiciu generari. quod est verum in sententia mere diffinitiua,vt hic.& in diffinitiua habente vim interlocutorie , vt si iudex appellationis pronunciauit male appellatum & bene iudicatum contra sententia est diffinitiua quo ad iudicem appellationis,sed habet vim interlocutorie quo ad partes , & eam non patitur minor indefensus secundum Bartolum.argumen.l.si preses quasi.infra,quomodo,& quando iudex sententiam proferre debeat. idem in interlocutoria habente vim diffinitiue : vt dicta. l.si preses.nisi sit talis interlocutoria , que licet habeat vim diffinitiue:tamen possit non de natura sui ferri nisi contra indefensum, vt missio in poss.nam minor patitur talem sententiam quamuis habeat vim diffinitiue : vt.l.si minor.de bonis autoritate iudicis possidendis seu venundandis. & ideo dicit Baldus etiam bannum posse promulgari contra minores indefensos .argumento predictorum . & multo magis sententia mere interlocutoria poterit ferri contra ipsos minores:vt.l.apud Iulianum. ff.ex quibus causis in possessione eatur.quod declara , vt infra, in secunda parte.& hec quo ad iudicia damnosa minori fauorabilia non finguntur valida per.l. non eo minus.supra , de procurat.quo ad contractus autem dic, vt.j.de in integrum restitut.nisi.l.si curatorem habens. ¶ Ex secunda parte not.quod vbi minores sunt legitime defensi,valet iudicium & sententia , sed si ledantur possunt petere restitut.in integr.quod est verum si defensi fuerunt legitime a princi.in medio & in fine. Si vero aliquo tempore defecit defensio , & tunc si defecit omni tempore videlicet,in princip.in medio , & in fine certum est quod non tenet , vt hic,in primo responso. idem si defecit defensio.in princip.quia non interuenit tutor, vel curator in litis contestatione,licet interuenerunt postea : vt supra,de procurat.l.non eo minus.nec fuit fundatus processus cum legitima persona , vt.l. clarum posteritati.de autoritate prestanda.sed si defensio defecit in medio:tamen adfuit in principio & in fine.Bartol.tenet sententiam non valere. sed Baldus in effectu distinguendo concludit quod quedam sunt acta concernentia rectitudinem & ordinem iudicij & processus , vt dilationes probatorie,& ista non legitime facta vitiant totum processum & sententiam , vt habetur in capitulo,ecclesia san.Marie.de constitu.& tunc procedat opin.Bar.quedam vero concernunt veritatis indaginem & no sunt de necessario ordine puta productio testium & instrumentorum . & ista obmissa non reddunt sententiam nullam:vt.l.eo tempore.ff.de peculio.& l.cum putarem.famil.erci.Si vero defensio deficit tantum in fine , & post conclusum in causa : quia in reliquo processu interuenit tutor ,vel curator, sed in sententia

a ¶ Super hac.l. aduersus.ponderate dicta Cy. Bar.& Bal.hic, ac Ang.& Bar. in.l.i.in fine. ff. de questioni.& videatis vltra mo. post Florianum & do.Corn.hic,do. Panor. in consi. lxxvij. in vlti. col.in.i.volu. S. F.

b ¶ Super hac.l. cu & minores.videatis Floria.plu binum.& do. Iacobinu hic, post do. Corne. Cy. Bal.Fulg.& Ange. S. T.

¶ Super hac.l. cu in rem. vltra Floria.& do.Corne. hic, videatis Dy.Ray.Barto.Cuma. & imolam in. l.in prouinciali.in.§.i.ff. de no.ope.nunci. & Roma.in consi. ccxx.in.iij.col. S. T.

a ¶ In hac famosa singulari & practicabili authentica, sacramenta puberum. considerate quod in iure non datur rigor nisi equitate connexus & econuerso, vt clara extant iura & decisiones in casu nostro rigor iurisiurandi doli capacitate demulcet. & ista est vera ratio fundamentalis decidendi in hoc textu: quia nedum puberes, verum etiam & impuberes doli capaces, tamen hac authentica ligant vt conuer concluditur hic, & in.l.fin. de li. can. et in.l. qui iurasse. in.§. responso.ff. de iu. iuran.ac in.l.impuberem.ff.ad.l. Cor.de fal. & domini Canouiste ita communiter dicunt l.c.j.de deli.puero. & secundum hanc opi.inter ceteros ita decidit do. Panormi. in consi.xxxix.in.j. vol. & hoc pacto sum mouentur ridiculosa dicta Cy.Alberi.& do. Iacobini ac Mo.repetentium hic: statutis italie presertim bergomi papie & padue, contra hanc constitutionem, in sui robore permanentibus. & ad materiam istius not.ibi lis tertius vltra do.Corn.& repetentes hic, & docto. in cor.vnde sumit, videatis sali.hic, & Bald. in.l.iij.j.plus vale.qd agi. & in.l. generaliter. de in.in.& Bald. in re.l.ij.ff.de in.in. Jo. de imola. in c.quintauallis.& in.c.cum contingat de iuiu. & in.cons. lxviij.& cons.cxxi, Bar.in cons. clxiij. & in cons. clxxvij. Roma.in cons.xij. & cons.cccclxxvij. & an tertius noster in iudeo procedat, videatis do.Soci. in cons. lxv.in.viij.col. et an in donatione

non interuenit Bart.dicit quod sententia valet argu.l. quamuis.j.de adulteriis. melius facit.l.vltima.de in integr.restitut.tim.generali secundum Bartol.nam.d.l. quamuis.loquitur de sententia lata pro absente non contra absentem, sed si defensio defecit in appellatione, siue quia tutor & curator noluit appellare, siue quia appellauit & non fuit appell. prosecutus dic quod fatalia currunt tamen si ledatur minor subuenitur sibi per restit. in integr. secundum Bal.hic in fine. ¶ Ex tertia parte no.quod idem operatur procurator legitimus quod tutor, vel curator in iudicio. Ex quo infertur secundum Bal. quod procurator legitime constitutus potest prestare autoritatem minori in iudicio sicut ipse tutor & curator, & per hec patet declarata gloss.l.nostre.

SVMMARIVM.

1 ☞ Sicut minor restituitur aduersus latam sententiam contra se, ita & contra sententiam latam contra suum administratorem.

In rem pu. Sicut† minor restituitur aduersus sententiam latam contra se ita & contra sententiam latam aduersus suum administratorem. hoc dicit. ¶ Not.quod minor restituitur etiam in non suo facto & sic vbi non interuenit facilitas sua, vt dixi.§.si tutor, vel curat.inter.l.minoribus.factum enim administratoris reputatur factum domini etiam proprie secundum C...r.sicut percussus cum pila, vel sagitta dicitur procussus a ludente, vel sagitante, vt.l.item mela.§.j.ff.ad.l.Aquil.& per Barto.in.l.seruus.§.primo.ff.de interdictis.& sic non obstat.l.ait pretor. ff.eodem.que loquitur de negotio gesto cum minore. ¶ In gloss.in verbo, constat ibi an antea tempora. Bar.concludit quod si minor non habet defensorem tempora appellationis non currunt: vt.l.si presens.j.quomodo & quando iudex, sed si habeat defensorem: secus sit. & ita loquatur gloss.nostra & tetigi.§.in.l.precedenti. ¶ In.ea. ibi, sed certe & si non currerent tempora &c. not.quod remedium extraordin.pinguius & vtilius ordinario concurrit cum ordinario, vt patet hic in restitutione & appella-2 tione: nam licet minori consuli possit per appellationem quod est remedium ordi.de iure communi.tamen dabitur etiam restitutio per quam pinguius subuenitur quoniam restitutus poterit proponere dilatorias except.quas non posset proponere appellans si eas obmisit in prima instantia: vt.l.ita demum.§.de procura. ¶ Item poterit opponere omnia alia que obmisit in primo iudicio, vt per Inno.in capitulo, coram felicis.de in integr. restitu.non sic in appellatione in qua non possunt fieri idem articuli, aut de directo contrarij nec testes produci super illis, vt not.in.l.eos.j.de appell.& in.l.per hanc. de tempor.appell.& in cle.testibus.de testib.

Si aduersus uenditionem. *Rub.*

Ontinua rubricam vt in gloss.

SVMMARIVM.

☞ Aduersus venditionem iuramento firmatam minor non restituitur.

Ex prima. Minor† non restituitur aduersus venditionem iuramento firmatam. hoc dicit. ¶ In text. ibi controuersiam non facturum ad quid astringatur ille qui promisit non facere controuersiam dic, vt plene per text.& docto.in. l.fina.§. que sit.de condic.indeb.& tetigi in.l.post quam liti.§.de pact.& in.l.causas.§.de transac. ¶ In text.ibi corporaliter prestito not.quod iuramentum debet esse corporaliter prestitum ad hoc, vt sequatur effectus huius.l.de quo tamen dicetur in authen.sacramenta. ¶ In text. ibi, neque perfidie &c. not.non esse credendum, quod Imperator & conditor legis velit esse auctor periurij, vel perfidie. Ex quo infertur quod bonum est argu.hoc: ne Imperator sit auctor periurij, vel perfidie. quod facit, vt et qui fecit pacem cum bannito non liceat ipsum offendere.seq.authen.sacramenta.que est notabilis.

SVMMARIVM.

1 ☞ Minor tenetur obseruare iuramentum prestitum de non retractando contractum a se factum: nisi vi, vel metu fuerit extortum: quia tunc etiam a maioribus prestitum non valet.
2 Iuramentum est multiplex.
3 Quid sit sacramentum.
4 Quid iuris si quis iurauerit per caput suum.
5 An dispositio istius authentice habeat locum in impuberibus.
6 Notabilis differentia inter factum sponte & factum voluntarie.
7 Iustus metus duobus modis dicitur.

Vth. sacramenta.

a 1 Minor † tenetur obseruare iuramentum prestitum, de non retractando contractum a se factum nisi vi vel metu fuerit extortum: quia tunc etiam a maioribus prestitum non valet. hoc dicit. ¶ Et diuiditur in duas partes. In prima dicitur de iuramento confirmatorio interposito sponte. In secunda ibi, per vim autem de iuramento interposito vi, vel metu & est extracta hec auth.de.§.item sacramenta.de pace iuramento fir.in vsibus feudo.& venit ad.l. C.adhibitiue, & extensiue: quia loquitur non solum de contracta empt. & vendi.de quo loquitur tex.C.sed etiam de aliis contractibus. ¶ Item venit restrictiue siue interpretatiue: quia restringit & interpretatur.l.C.vt inquantum dixerat de iuramento intelligatur de spontaneo & non extorto per vim aut per metum, vt hic declaratur: & quia iuramen-2 tum † est multiplex, vt habetur per glo.& doct.in rubrica.de iureiuran.ff.& dixi in rubrica.j.de rebus cred.& in. Nam quoddam est obligatorium & introductorium de quo per Bar.in.l.si quis pro eo.ff.de fideius. Quoddam est decisorium litis de quo in titulo, de iureiur. Quoddam est confirmatorium quod prestatur per maiorem, vel minorem ad confirmandum contractum, vel actum super quo apponitur. & de isto vltimo proprie loquitur ista authen.non de precedentibus, vel aliis.de quibus per doct.in.l.j.ff.de iureiu. Videnda igitur & ponderanda sunt pro ipsius declaratione singula verba tex. Et primo dicit text.sacramenta. 3 sacramentum † vt dicit Bar.est signum rei sacre vt patet in ti.de sacramentis non itera.ideo dicit Bar.quod Imperator improprie loquitur sacramenta.i.iuramenta & hoc forte quia in terminis nostris videtur quod debeat iurari per rem sacram puta per Deum, vel euangelia Dei, vt in.c. 4 & si Christus.de iureiuran. Unde quero quid si † iurauit quis per caput suum seruare contractum videtur sufficere: vt.l.ij.& l.qui per salutem.ff.de iureiur.contrarium tenuit Iaco.butr.per hunc text.loquendo & bene in dicto iuramento confirmatorio: nisi forte iurans habeat sacros ordines, vt dicit Bal.tu aduerte primo, quia quod Bal.dicit de habente sacros ordines habet locum etiam in clerico in minoribus constituto secundum Imol.in c.cum conti.de iure.in.xxx.charta.& ipsi minores ordines sunt sacri, id est, sacre rei signa, vt per gloss.xxij.quest. prima.in summa imo plus tenent etiam canoniste, vt refert Imol.ibi, quod quamuis per creaturam iurare non liceat, vt & in.d.c.& si ipsius.tamen postquam iurauit seruandum est iuramentum etiam si per demonem iurauit, quod Dei creatura est, quamuis ita iurando peccet, vt.xxij.quest.prima mouet.& multo magis si iurauit per membra Dei quod iuramentum etiam est illicitum, vt in authent.vt non luxurientur contra naturam.& de iurantibus per capillos Dei & nihilominus obseruandum est secundum Imol.ibi, sed quero nunquid sufficiat iuramentum verbale, vel requiratur etiam corporale tex.

in.l.

in.l.C.dicit de iuramento corporaliter prestito. vnde et autben.nostra,que ab ipsa.l.recipit interpretationem: vt in autben.de filijs ante instr. dota.nat.in princip .et per Bart.in.l.nihil.de coniun.cum emācipato liberis. ꝛ per gloss.in cap.statutum.de electio.in.vi. ꝛ dixi in.c. vt circa.eodem titu.etiam de corporali iuramēto,debet intelligi.facit.l.si alterius.§.si minor se.ma.dix. ꝛ text.in dicto cap.vt circa.ꝛ ita tenet gloss.in corpore,ꝛ Bald.ꝛ Salic.hic,sed Bartol.dicit se credere quod Canoniste tenent cōtrarium.ꝛ ita fuit de mente Ange.hic,et bene quia:vt dicit Jmol.in dicto cap.cum contingat.in.xxx. char.tota vis leg.ꝛ autben.stat ad periurium euitandū. ꝛ vt iuramentum seruetur merito quantum ad votum, eadem ratio est in iuramēto verbali,que est in iuramen to corporali:vt.d.c.ꝛ si Christus. quando autem quis corporaliter iurat debet manu tangere euangelia. ꝛ ita dicit Bald.quod seruatur in magnis factis per eccle siasticos,si tamen iurans tangeret aliam chartam,vel scripturam euangeliorum sufficeret : quia relatio quam iurans habuit ad scripturam , facit quod illa scriptura habeatur loco euangeliorum quantum ad firmandum iuramentum:non enim dicit iurans,iuro per ista euan gelia,sed dicit generaliter ad sancta Dei euāgelia,secū dum. Ultramo.ꝛ Bal.adhoc etiam gl.in cle.i.§.porro, de hereti. quid autem si iurans tangeret aliam materiā quā scripturam,vel chartam:puta aliquā materiam la pideam,vel ligneam videtur breuiter cōcludendum, ꝙ si queramus antequam iuretur , qualiter debeat iurari ad fine:vt videatur an debeat admitti ad sic iurandum ꝛ dicas quod debet iurari,prout dispositio prouidet:vt per Innoc.in.d.c.ꝛ si Christus.ꝛ per gloss.in cap.si.de iuramento calum. vel vt dicat consuetudo per notata in cap.fina.de consuetudine. ꝛ in.l.i.de carbo.edic.ꝛ in l.ij.ff.qui satisda.cogan.si vero querimus postquam iu ratum est quid operetur dictum iuramentum prestitū non secundum debitam formam,dicendum est quantū ad preiudicium alterius quam iurantis,nihil operatur sicut nec iuramentum testis iurantis preter debitam formam,vel consuetudinem:vt dicto.§.porro. sed quan tum ad preiudicium iurantis : vt post iurauit licet non sub debita forma non possit venire contra:bene opera tur faciendo contrarium verteretur periculū anime iu rantis non dico:quia per ipsum iuramentum contra ctus firmetur de hoc enim videtur dubitandū,sed quia iuramentum seruandum est si potest sine dispendio sa lutis eterne:vt cap.cum cōtin.de iureiuran.Ex quo in fertur qꝺ heredes huiusmodi iurantis poterunt veni re contra:quia vinculum iuramenti non transfertur ad ipsos:vt in cap.veritatis.de iureiuran.ꝛ per Bald.hic, ꝛ in.l.criminaliter.infra,de rebus credi.ꝛ per Barto.in l.quisuperstitis.ff.de acquiren.heredi.sed an volenti iu rare sufficiat tangere scripturam absqꝫ alia prolatione verborum,videtur quod non:quia iuramentum requi rit verba:vt in autben.de mandatis princi.§.sed neqꝫ. contrarium tamen seruat consuetudo secundum Pau. de cast.in.l.i.in verbo,infans.de verbor obliga.ꝛ dixi in verbo vtroque loquente vbi gloss.sed quid si interuenit simplex loquela non autem interuenit iuramētum,neqꝫ iuramenti signum,an habeat locum ista autben. vide tur quod sic , ex quo retentum est quod sufficit verbale iuramentum ꝛ Deus non faciat differentiam inter iu ramentum ꝛ simplicem loquelam:vt.xxij.quest.v. iura menti.ꝛ dicto cap.ꝛ si Christus.tamen veritas est in cō trarium:quia autben.nostra notat iuramentum,ꝛ simi liter iura Canonica:vt dicto cap.cum contin.cum simil. non obstat dic.canon.iuramenti vbi,Deus nō facit dif ferentiam ꝛc.quia licet dicta differentia nō fiat a Deo: vt sibi:tamen interdum fit ab ecclesia militante.secundū Jmol.in cap.debitoris de iureiurando.vel dicas quod ibi loquitur respectu obligationis secundarie queren de parti:vt per Antonium de but.ꝛ Jmol.in dicto cap. cum contingat.in.xviij.charta.vel dicas secundū quan dam notabilem considerationem, quam facit hic domi nus meus,quod ille canon loquitur de iuramento de preterito:quia sine quis dicit mendacium de preteri to cū iuramēto siue sine iuramento Deus nō facit dif ferentiam,nisi quo ad grauitatem peccati ; omni enim modo peccatum est. aliud est quando promittitur ali quid de futuro:vt in eo qui iurat non venire contra : vt

hic. hoc enim casu magis astringitur quis Deo pro mittendo cum iuramento,quā sine dicto cap.ꝛ si Chri stus,quasi tunc Deo promittat ꝛ voueat.facit quod ha betur in.l.secunda.infra,de iureiuran.ꝛ hoc voluit dice re Antonius de butri.in dicto cap.cum contin. de illa secundaria obligatione secundum dominum meum.pro hoc bene facit gloss.in.l.Lucius.ff.de his qui notantur infamia.vbi fit differentia inter iuramentum de prete rito,ꝛ iuramentum de futuro quo ad incurrendam in famiam:vt ibi latius per doctor. Quid autem si quis non loquendo.aut tangendo aliquid concipit iuramen tum in mente tantum:dic quod ista non est materia no stra:quia nihil operatur ꝛc. argu.l.si repetendi . infra, de condictione ob causam.solus enim Deus est scruta tor cordium. capit. in ciuitate.de vsuris. ꝛ per gloss. in.§.alie.instit.de actio.ergo soli Deo obligatur : vt in toto titu.de voto. ¶ In text. ibi puberum. quero ergo
5 quid de † impuberibus,an habeat locum hec autben. in ipsis,videtur quod non:quia hec autben. promittit, ꝛ loquitur specialiter de pubere : ergo in alijs videatur prohibere.l.cum pretor.de iudicijs. ꝛ maxime si veniet correctiue ad.l.C.vt quidam voluerunt: quia.l.correcti ua.non solet extendi.l.precipimus.infra,de appellatio nibus.ꝛ.l.iubemus.infra,de testamentis. ꝛ in autben. quas actiones.supra , de sacrosanctis ecclesiis. et hanc opinio.quod autben.ista non habeat locum in pupillo tenuit gloss.magna in cor.ꝛ hic excipiens tamen casū. l.finali.ff.de libera. causa.vbi valet impositio operarū iureiurando impositarum impuberi manumisso.idem tenuit Odo.Petr.ꝛ Cyn.Idem etiam concludit Bal. dicens,quod iuramentum pupilli nihil operatur ,sed iuramentum puberis tria operatur: quia facit contra ctum valere,etiam sine decreto:vt infra dicetur , ꝛ quia tollit beneficium restitu.ꝛ quia addicit forum foro eccle siastico:vt in cap.finali.de foro competenti. libro sexto. quos effectus producit in impubere inconueniens vi detur.facit etiam : quia iuramentum est religio : vt.l.ij. infra,de rebus creditis.cuius religionis non est capax pupillus: vt habetur in.l.qui iurasse.ff. de iureiuran. et hanc partem tenuit etiam Angel.dicens hanc quest. fuisse disputatam Bononie,ꝛ ita fuisse obtentum: quia cum ius ciuile requirat tempus determinatum , opor tet illud interuenire,nec sufficit minus tempus etiam si deficiat vna dies.adhoc.l.qua etate. ff.de testamē. ꝛ.l.i. §.pueritiam.ff.de postnlaudo.idem tenet ipse Angel. in dicta.l.si quis pro eo. de fideiuss.licet fateatur quod pupillus doli capax veniendo contra peccet in contra rium hoc est quod autben.nostra habeat locum in im pubere dummodo sit proximus pubertati,ꝛ sic doli ca pax hoc est in decimo anno cum dimidio , vel vbi deli ctum est graue per sex menses, ante pubertatem:vt mi rabiliter dixit Bald.in.l.excipiuntur de iure codicillo. ꝛ dicetur infra si aduersus delic.in.l.prima. facit : quia tales equiparantur puberibus ; vt.l.impuberem. ff. de furtis. ꝛ in.c.secundo de delic.puer. ꝛ obligantur ex de licto sicut puberes : vt dicta.l.prima. si aduersus deli ctum.sed quando duo casus reperiuntur equiparati in iure:tunc.l.etiam correctiua loquens in vno casu habet locum etiam in alio secundum gloss.not.in cap.si post quam.de electio.in sexto.ꝛ Bald.in.l.si quis seruo alie no.infra,de furtis.ergo ꝛc. De infante vero,vel alio nō doli capace non est dubium autben.nostram nō loqui: vt.l.prima.de falsa moneta.ꝛ in dicta.l.qui iurasse.ꝛ hāc partem,quod autben.nostra habeat locum etiam in im pubere doli capace tenuit Bartol.dicens ita communi ter teneri per doctor.idem tenet Hostie.Joan.and.An tonius de but.ꝛ Jmol.in dicto cap.cum cōtin.quia do li capax teneretur seruare iuramētum,quod seruari po test sine dispendio ꝛc.vt ibi,ꝛ in cap.finali.de iuramen to calum.vnum est tamen quod ipse pupillus quamuis doli capax,tamen cum non habet plenum animi iudi cium si sit enormiter lesus, facilius impetrabit absolu tionem quam pubes in quo requiritur maior lesio : vt infra dicemus.hoc voluit Jmol.in dicto cap. cum con tingat.in.xiij.charta.argu.eius quod dicit Jnnocen. in cap.scripture.de voto. vbi dixit quod doli capax, licet astringatur voto ꝛ iuramento , tamen cum eo facilius dispensatur,si est impubes . adhoc etiam, que dicentur in dicta.l.si aduersus delictum,ꝛ quia Canoniste com

ll

procedat decisio nostra , videatis do.Fran.Areti. in.c.in presentia. in.ij.col.extra de probatio. S. T.

¶ Secundam ꝛ etiā solēnem re pe.istius authē. sacramenta. ha betis.i. post tit. de li.cōtesta.post repe.l. si pascen da pecora , que re.iusta de causa. fuit ibi situata ꝛ nō hic in impres sione cōtinuata. S. T.

¶ Circa hāc au thenticam videa tis quo ad iuiu rādū episcoporū do.de rota in de ci.cccclx.de iu.iu ran.in anti. ꝛ de materia huius deci sacramenta. videatis Cald.in cōsi.viij.do Car. Zaba.in cōsi.xcij. Pauli de ca. in consil. cexv. do. Panormi.in cō si.xxxix.in.i. vol. Bar.in cōsi.ccv. Bal.in ꝯs.lxxxix. ꝛ cōsi.cccxix. ꝛ cō si.cclxix.in.i.vol. Bal.in ꝯsi.cxlij. in.ij.vol Bal. in ꝯs.clxxxiij.in.iij. vol.ꝛ in ꝯsi.xliij. i.iij.vol. Anch. in cōsi.ccclxxxij. do.Panormi.in consi.xi.in.i. vol. Federi. in consi. cclxxij. Ange.in cōsi.clx.do.Bar ba.in cōsi.liij. in ij.vol ꝛ do.Alex. in cōsi. xxv. in.i. vol.do Alexā.in cōsi. cexxix. in.ij. vol.do Alexā.in l. stipulatio hoc modo cōcepta.in v.ꝛ.vi.col.de ver bo. obliga. ꝛ do. Phili. deciū in cōsi.xlv.in.i. vol. in.i.ꝛ vlt.col.ꝛ vl tra nouissimos repe. hic omni no videatis egre gias decisiuas cō clusiōes do.Jaso. i.x.ꝛ.xi.col.l.sciē dū.de verbo.obli. Anto. de but.in cōsi.xlv.in.i.ij.ꝛ. iij. col. cuma. in consil. clxx. do. Barba.in ꝯs. vi. i.iij.vol. Anch. in ꝯsi. cccxxx.do.

Fra. Areti. in cō. l. lxxiii. in. iii. col. vo. Alexā. in cōsi. liii. in. iii. vol. ⁊ consi. xxi. in. v. vol. Bald. in. c. i. in. §. itē sacramēta. de pace iu. fir. man. ⁊ an dispositio hui⁹ authē. tice procedat in enormissima lesiōe vltra do. Iaso hic col. x. videatis do. Alexā. in consi. clii. in. ii. ⁊ iii. col. s. i. vol. do. Barba. in consi. xvi. in. iii. volu. ⁊ hanc decisionē limitate, vt p An cha. in ɔsi. clxxvi. ⁊ ɔsi. cccxl. ⁊ cōsi. lxxxviii. S. T.

muniter tenent hanc partem, ⁊ quia sumus in materia in qua agitur de periculo anime non videtur discedendum ab eorum opin. ¶ Ex qua infertur quod etiam. l. exorbitans. ⁊ alias restringibilis fauore anime extenditur, ⁊ ampliatur. faciunt nota. in cap. i. in. §. sacri. de homicidio. libro sexto. vel dicas ⁊ verius atque subtilius, quod proprie authen. nostra loquitur de pubere non de impubere, etiam doli capace, nec ius ciuile locum habet in eo. sed bene habebit locum ius Cano. quod dum loquitur de iuramento confirmatorio astringit non solum puberem. sed etiam quemcunque doli capacem: vt habetur in dicto cap. cum contin. ⁊ in cap. licet. mulieres. de iureiurando in. vi. ⁊ in cap. primo. de noui oper. nuntia. ⁊ hoc non per viam extensionis, sed per viam alterius dispositionis. Ex quo infertur, quod vbi nō esset in terris ecclesie, nec tractaremus de periculo anime, vt si quis quereret euitare solutionem illicite gabelle, aut pene que regulariter potest euitari salua conscientia: vt per gloss. in cap. fraternitatis. xii. quest. ii. ⁊ per Abbatē siculum in cap. i. in. iii. colum. de constitut. ⁊ per Petr. de ancha. in regula, possessorem. de regu. iuris. in. vi. et per. d. dominicum in cap. commissa. de electio. in. vi. vbi dixi. ⁊ per Bald. in. l. id quod pauperibus. supra, de episcopis ⁊ clericis. tunc contractus impuberis non firmatur iuramento quod est notabile si est verum, ⁊ videtur fuisse de mente domini mei, tamen nec ipse, nec alii dicunt hoc modo ¶ In text. ibi sponte facta. dixit sponte ad differentiam que interponuntur per vim, secundum Bartol. vt infra videbimus, vel per errorem secundum Angel. quia nihil est tam contrarium consensui, quam error: vt. l. si per errorem. ff. de iurisdictione omnium iudicum. ⁊ dominus meus strictius exponit, id est, nullo cogente imperio: vt. l. si quis maior. supra, de transactionibus. facit quod dixit Bald. in dicto. §. sacra-

6 menta. de pace iuramento fir. vbi ponit notabilē differentiam inter factum sponte, ⁊ factum voluntarie dicēs, quod notarius non debet scribere, quod quis fuerit spōte confessus si aliqua precesserunt tormēta, etiam ex interuallo sed scribat. quod fuit confessus voluntarie, secundum ipsum Bald. prout refert hic dominus meus, qui tamen videtur velle sine inclinare, quod ista differentia non assumatur hic, adeo stricte, ꝓpter id quod postea dicit de iusto metu, quasi velit, quod vbi metus non est iustus respectu passi. id est, non est alias productiuus actionis. quod metus causa, secundum dicta in. l. interpositas. C. de transactio. vt quia iuridice fuerit a iudice illatus, tunc satis firmetur iuramento per hanc authenticam, quamuis non sit proprie factus sponte, tu potes dicere quod ad impediendum confirmationem que deberet fieri per iuramentum minoris sufficiat metus etiam iuste illatus a iudice: quia in minore iuramenta debent esse facta sponte, ⁊ nullo cogente imperio ꝓpter maiorem instantiam talis etatis, sed in maiore requiratur iustior metus. ⁊ ita intelligatur iste versic. per vim ibi etiam a maioribus, de quo infra dicetur. ¶ In text. ibi. super gloss. intelligit quod dicatur super actu fieri siue fiat in ipso actu, siue ante, siue postea, videlicet relatiue ad actum. ⁊ cum ea transit Bartol. hic. ⁊ sic non requiritur quod iuramentum istud confirmatorium contractus prestetur in ipso contractu: imo, vt dicit Bart. non requiritur quod prestetur in presentia alterius partis aduerse: quia in actibus qui dependent ex sola voluntate vnius nō requiratur partis presentia. l. Pomponius scribit. de negotiis gestis. que loquitur de ratihabitione. ⁊ sic in fin. ⁊ hanc gloss. inducit Ang. ad statuta, quod non valeat contractus nisi super eo interueniat certus quid: quia sufficit quod interueniat alio tempore quam gestionis per hanc gloss. quod domi. meus intelligit verum nisi ille interuentus requiratur per modum forme, vel solennitatis. vel autoritatis: quia tunc debet interuenire in ipso actu non ex interuallo. per ea, que habentur in. l. prima. de autori. tutorum. et. l. cum hi. §. si pretor. ff. de transactionibus. ⁊. l. cum non solum. infra. de bonis que liberis. tu etiam aduerte: quia si statutum loquitur per verbum interuenire: vt sunt termini Ange. videtur requiri. quod illud adsit tempore gestionis, non quidem ex virtute dictionis, super. sed ex virtute verbi, interuenire. ⁊ de hac dictione super, vide per Bald. in. l. prima. versicu. ⁊ insuper in gloss. alle-

gata in verbo, pro securitate, vbi dicit quod stante statuto quod omnis causa debeat compromitti exceptis his que vertuntur super instrumentis confessionatis, quod tunc non compromittitur quoties moto super hypothecaria que descendit ex instrumento confessionato. ⁊ ita dicebant antiqui aduocati Perusini per itā gloss secundum Baldum. ibi. ⁊ sic apparet quod dicto super, apposita principali includit etiam accessorium. ¶ In text. ibi. contractibus. idem dicit Bartol. et Angel. in quasi contractibus ⁊ distractibus: vt not. gloss. in. l. tertia §. secundo. de contrario iudi. tutele. ⁊ in iudiciis: vt infra, de tempo. appellatio. in. l. finali. ⁊ ff. de pecu. l. licet. allegata in gloss. de quibus videbatur magis dubitandum: quia iudicium redditur in inuitum: vt. l. inter stipulationem. §. i. de verborum obligatio. ⁊ propter dicta, supra titu. primo. l. cum ⁊ minores in gloss. sed dic quod licet minor nō possit esse in iudicio absque autoritate tutorum: vt. l. clarum. de autoritate prestan. tamen si ipse vult iudicium iuramento firmare potest, ⁊ valet: quia ⁊ in iudicio quasi contrahitur: vt dicta. l. iii. §. idem scribit. ff. de pecu. et appellatione contractus venit quasi contractus, ⁊ omnis obligatio: vt. l. omnem. ff. de iudiciis. ⁊ sic non obstant dicta in dicta. l. cum minores. similiter non obstat quod iudicium reddatur in inuitum: quia iste minor non propterea iurat inuitus, nec intelligo de iuramento prestito ad inchoationem iudicii. siue ad litis contestatio. sed ad veritatem ret. et ita videtur intelligere Bald. habet etiam locum authen. nostra in contractu qui non sit vltro citroque obligatorius: vt dicit gloss. quia appellatione contractus venit largo modo etiam donatio: vt. l. si donationis. supra quod metus causa. ⁊. l. si quis emptionis. infra, de prescription. triginta annorum. ⁊ hec non ex verborum significatione sed ex identitate rationis, videlicet ne aut iudex sit autor periurii aut perfidie: vt dicitur in. l. prima. supra eodem. In vltimis autem voluntatibus secus est, quia licet quis iurauit non venire, contra tamen poterit testamentum reuocare. nam vltima voluntas debet esse ambulatoria, vsque ad mortem. l. prima. supra, de sacrosanctis ecclesiis. ⁊ contra bonos mores esset eam impedire: vt. l. stipulatio, hoc modo concepta. de verborum obligation. verum est tamen, quod dictus iuramentum facit dictum testamentum valere omni meliori modo quo potest. vnde si non potest valere directo valebit iure fideicommissi perinde ac si fuisset expressum secundum Bartolum, in. l. si quis pro eo. de fideiusso. circa finem. ⁊ per gloss. in. l. cum pater. §. filius matrem. de legatis secundo. Et predicta possunt induci ad puellas renuntiantes cum iuramento hereditati paterne. de quo in. l. finali supra, de pactis. ⁊ in dicta. l. stipulatio. ⁊ ad refutationes factas per minores cum iuramento tutoribus ⁊ curatoribus, de administratione tutele ⁊ cure, ⁊ ad confessiones factas per minores, sine curatore in iudicio cum iuramento de non veniendo contra intellige de iuramento ad veritatem: vt supra. ¶ Item intellige de iuramento sponte prestito. et non propter iudicis iurisdictionem, vt supra in verbo sponte. vnde si iudex compellit maiores ad compromittendum, vel ad faciendum pacem, vel trengam, cum iuramento non habebit locum hec authen. vt videtur colligi ex isto text. secundum dicta supra in verbo sponte, licet dominus meus de hoc videatur dubuisse. Sed quero vna cum gloss. nunquid habeat locum hec authen. si contractus nullus videtur dicendum quod non: quia text. dicit super contractibus ⁊ contractus nullus non est contractus: vt. l. quarta. §. condemnatū. de re iudicata. ⁊ quia text. dicit non retractandis: ergo presupponit contractum inesse, ⁊ sic in effectu videtur quod iuramentum non det esse sed impediat rescissionem esse, ⁊ excludit ius retractationis non ius dicendi nullum, ⁊ ita tenuerunt Vltramon. vt refert hic Bartolus, sed gloss. in hoc verbo contractibus. in princip. dicit quod imo habet locum, ⁊ quod iuramentum firmat etiam inualidum. quod Bartolus intelligit verum quando contractus erat inualidus propter defectum etatis: nam tunc iuramentum facit eum videri maiorem per istam authenticam, sed si contractus esset inualidus, alia ratione tunc iuramentum prestitum simpliciter a minore non validaret illum contractum, nisi vltra adiiceret,

quod

quod iuraret non venire contra ratione minoris etatis, vel alia quacunque de causa: nam ex eo, quod iurat non venire contra ratione minoris habetur pro maiore, et ex eo, quod subdit vel alia quacunque de causa habetur perinde, ac si maior veniret contra. vnde in casibus in quibus iuramentum maioris confirmaret contractum, & hic confirmabitur etiam in casibus in quibus non cōfirmaret, & hic non confirmabitur secūdum Bartolum, quod videtur etiam tenere Bald. dicens, quod secundum canones, vbi est iuramentum non requiritur decretum. scilicet. quod solet requiri in cōtractu minoris, sed Angel. ulter subdit, quod si quis iurat simpliciter non venire contra tunc iuramentum tunquam generaliter prestitum refertur ad omnem casum, & sic transit Angel. simpliciter cum gloss. & in hoc aliqualiter contra Bartol. qui voluit, quod in dubio iuramentum operaretur nisi vnum effectum, & non plures. Et ex predictis infertur, quod si minor alienauit res, que seruando seruari possunt sine decreto & iurauit non venire contra tunc dictus contractus, alias inualidus confirmabitur per authen. nostram. que authentica, vt quidam dicūt fuit facta propter discordiam que erat inter Bulg. et Marti. super quo articulo, de qua discordia habetur in l. prima. huius tituli. & hic per Odo. disponitur ergo sive declaratur quod contractus factus a minore etiam sine decreto valeat & firmetur iuramento, prout erat opi. Mar. & ex hac dispositiōe resultāt multe lesiōes minorum, qđ videtur contra omnez equitatem: vt patet in istis maxime renuntiationibus puellarum: que quotidie fiunt in graue preiudicium ipsarum, & valeret etiam sine curatore propter autoritatē & virtutē dicti iuramēti: vt supra. propter quam redditur etiam inutilis totus tractatus de predījs minorū. & l. lex que tuto. cum simil. de administratione tutorum. & ideo, vt refert dominus meus hic, Bartol. dixit quod iste casus egeret noua Cesarea dispositione & prouisione sicut & plures alij casus dubitabiles quos refert hic ipse dominus meus. cessante autem prouisione pontificis et imperatoris, prout cessat, Quero an detur aliquod remedium sufficiens contra dispositionem huius authentice, & dicti cap. cum contin. Imol. ibi in quarta charta, dat vnam limitationem ad hanc authenticam nouam dicens quod si minor iurasset a princip. non alienare sine decreto, vel legali solennitate, quod si postea alienet sine eu, licet cuz iuramento non valebit propter primum iuramentum, quod fuit honestum & conforme legi per gloss. in cap. ij. de iureiurando in sexto. facit, quod habetur in. l. duobus. §. finali. de iureiurando. Erit ergo remedium sine cautela vtile: vt immediate quod minor venit ad etatem capacitatis doli iuret non contrahere vel alienare, vel quid simile facere sine tali solennitate: quia tūc alienatio aliter facta non valebit etiam cum iuramento secundum ipsum Imol. Aliud remedium datur ipsis minoribus, ex post facto hoc est, quod postquam contraxerint & iurauerint: quia vt dicit Ant. de butr. in dicto cap. cum contin. si sunt enormiter lesi poterunt petere absolutionem a iuramento, & sic venire contra & diluere hanc authenticam nisi iurassent non venire cōtra rationem enormis lesionis. quo casu poterunt petere absolutionem ratione enormioris & enormissime lesionis, nisi iurassent etiaz ex dicta causa non venire contra. quo casu, adhuc poterunt venire cōtra, ratione doli partis aduerse, & quidem si probatur dolus commissus re ipsa. vt quia apparet de lesione requiritur absolutio: vt supra secundum ipsum Antonium de butri. quicquid aliqui aliter dixerunt. quod patet, quia & donando minor leditur re ipsa, & tamen contractus non est nullus, sed opus habet petere restitutio. in integrum: vt notatur in. l. prima. infra, si aduersus donationem. Si vero dolus fuit commissus ex proposito, tunc iuramentum nihil operatur, vt hic. quod procedat non solum de iure ciuili vt hic. sed etiam de iure Cano. quia cessat ratio peccati: vt concludunt communiter Canoniste in dicto cap. cum contin. & in cap. quintauallis de iureiuran. in materia recursus ad arbitrium boni viri. quem recursum quis faceret, etiam absque alia absolution propter dolum commissum ex proposito non obstante quod iurauerat non recurrere ratione enormissime lesionis. probari autem poterit dolus ex proposito per indicia, secunduz dicta supra, de dolo. l. dolum. Aliud remediuz est, quod si non prouideat contrahentes prouideant municipalia iura et statuta locorum dirigendo prohibitionem ad personas puta dicendo quod nullus contrahat cum minore, vel muliere: vel quod nullus minor, aut mulier, aut filiusfamil. contrahat sine tali solennitate, tunc quia sine illa solennitate cōtraheret peccaret mortaliter quoniam faceret contra preceptum. l. vt cap. ij. de maior. et obedientia. ibi, qui non obediret principi &c. & alibi dicit Apostolus, omnis anima subdita sit principi &c. et infra sequitur, qui voluntati eius resistit voluntati Dei resistit. cū ergo superior populus, vel princeps hoc precipiat qui contra facit mortaliter peccat, sed iuramentum interpositum super peccato mortali non est obligatorium: vt cap. secundo de pactis. & in cap. non est obligatorium. de regulis iuris. in sexto. ergo tale iuramentum non obligat secundum Bartolum, etiam naturaliter: quia quando statutum tollit potentiaz impedit naturalem obligationem: vt. l. si non sortem. in princip. de condictione indebiti. & potest hoc fieri per statutum: vt. l. bona fides. ff. depositi. aliud esset si statutuz prohibet contractum valere dirigendo verba ad rem. & sic verba statuti sunt diligenter attendenda, vtrum diriguntur in rem, vel in personam: quia tunc non obstante prohibitione statuti contractus firmaretur iuramento, secundū Bartolum hic. alibi vero hoc est in. l. si quis pro eo. ff. de fideiussoribus. videtur subdistinguenduz illud quod dixit de prohibitione in personam: quia si sunt directa verba in personam aduersarij puta quod nullus contrahat cum minore, tunc minori non liceret venire contra suum iuramentum: quia imo cum minor non peccet contrahendo sine dicta solennitate, ex quo nihil precipitur sibi obligaretur, ex eo contractu et iuramento, et ideo volens postea venire contra, propter lesionē opus habet petere absolutionem a iuramento argumēto cap. debitores. de iureiurando. & ita videtur velle Angel. in dicta. l. si quis pro eo. & Imol. in. l. si quis inquilinos. §. finali. de legatis primo. Sed certe quod per statuta notorum possit derogari dispositioni iuris Cano. maxime in his que concernunt spiritualitatem, videlicet iuramentum, videtur durum, & forte non verum, siue hec statuta nitantur facere directo, puta dicendo quod contractus minoris non valeat sine decreto, non obstante iuramento, siue per indirectum: vt in supradictis exemplis: quia statuta laicorum non valent super spiritualibus: vt in cap. tuam. de ordi. cogni. & quia inuitant minores ad deierandum argum. l. si vnus. §. illud nulla. de pactis. & quia imperator specialiter, & expresse confirmat in authen. de defen. ciuita. §. interim, secundum Baldum. propterea in hoc articulo de statuto loquente in personam fuerunt varie opin. docto. Bart. Ang. & Imol. tenerunt: vt supra. & Bald. non discrepat multum ab ipsis: vt dicetur in sequenti remedio, & sic concludunt, quod si statutum loquitur in rem, tunc contractus firmetur iuramento. quamuis sit a statuto prohibitus, dum modo non sit cōtra bonos mores iuris Cano. Idē si loquatur non in personam minoris, vel similis persone, sed in personam aduersarij prohibendo, ne contrahant cum minoribus vel simil. &c. nam & tunc minores & simil. contrahentes cum iuramento obligantur cum non sint prohibiti ipsi, sed aduersarij. Si vero sunt prohibiti ipsi, & sic statutum loquitur in personam ipsoruz, tunc non confirmetur contractus iuramento secunduz ipsos: quia statutum potest mandare subditis suis, ne contrahant etiam cum iuramento, & valet tale statutum ita factum, ne minores decipiantur secundum Bald. vt infra, de hoc repetetur. Anto. de but. precise. & etiam Imol. in cap. cum contin. tenent contrarium dicentes, quod imo minores & simil. obligantur propter iuramentum non obstante predicto statuto: quia non obstat quo minus iuramentum possit seruari sine dispendio salutis &c. quoniam non incidit quis in peccatum, licet predictum statutum non seruet: quia verba prohibitoria in fauorem eius cui diriguntur inducunt consiliū non preceptū: vt. l. age supra, de transactio. & l. si cum fundum. ff. de pactis. & l. cum pater. §. rogo. de legatis ij. & si dices quod hec ratio non habet locuz in filiofamil. quia

non propter suum fauorem solum est prohibitus sic contrahere, sed etiam propter fauorem patris. assignatur ⁊ alia ratio videlicet: quia l. ciuilis non videtur in dubio illaqueare animas ad peccatum cum non tendant principaliter ad bonum anime, sed ad conseruationem societatis humane, secundum Joan. andr. in cap. male fidei. de regulis iuris. in. vi. ⁊ maxime quando imponit penam pecuniariam: quia per hoc apparet quod non intendit se impedire de pena spirituali: vt. l. nemo martyres. de sacrosanctis ecclesiis. ⁊ l. si diuortio. de verborum oblig. licet in quandam cōsequentiam veniat etiam pena spiritualis, quando concurrunt eadem de quibus infra. quis per temporalem non euitat quis diuinam: vt in cap. perpetue. de electio. imo, ⁊ si ius ciuile vellet illaqueare animam directo non posset: quia non est data hec potestas laicis, sed Petro ⁊ successoribus eius: vt in Euangelio, quodcunque ligaueris ⁊c. ⁊ notatur in. c. ⁊. de maio. ⁊ obedi. ⁊ in cap. qui resistit. duodecima quest. iij. ⁊ ibi per Archidiac. qui exponit illa verba qui principis voluntati resistit, voluntati Dei resistit, scilicet, quia propter inobedientiam pot. est licite condemnari ad penam temporalem. facit glos. in dicto cap. tuam. de ordi. cog. Et sic non incurrit quis peccatum mortale, propter non obseruationem statuti: nisi contra faciat in contemptum ⁊ per elationem: vt exponitur alio modo distin. canon. qui resistit. ⁊ vide que dixi in cap. generali. de electio. in sexto. an incurrat penam spiritualem veniens contra. Item nisi materia que prohibetur de sui natura sit nutritiua peccati: quia tunc sine dubio non firmaretur iuramento: vt in regula iuris, non est obligatorium. in sexto. Unde concludunt communiter canoniste, quod contractus minoris, non tendens de sui natura ad peccatum firmetur iuramento non obstante predicto statuto loquente etiam in persona ipsius minoris, vel similium personarum. ⁊ sic tenebuntur predicte persone ad obseruantiam predicti contractus eo modo iurati imo plus videtur esse dicendū: quod etiam posito sine preiudicio veritatis, quod dictum statutum constitueret in peccatum eum qui contrahit contra dictam prohibitionē tamen non sequitur propterea quod quāquā contraxit non teneatur ad obseruantiam cōtractus predicti eo modo iurati. Aliud enim est contrahere, aliud obseruare contractum argu. cap. debitores. de iureiurando. ⁊ eorum que habentur in. l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiuran. ⁊ sic licet possit esse, quod peccauerit minor contrahendo contra dispositionē predicti statuti secundum opinio. Bartol. Angel. ⁊ Jmol. ⁊ etiam Bald. per supra dicta tamen non peccat obseruando postquam contraxit: vt videtur fuisse de mente domini mei, licet aliter loquatur. cum igitur non sufficiat dispositio predicti statuti, tum ex ista, tum ex aliis rationibus supra dictis, Datur ⁊ aliud remedium siue cautela, quod statuta vlterius dicant quod fingitur contractus aliter factus extortus per dolum, vel metum. potest enim statutum inducere fictionem qua inducta, per authenticam istam patet contractum non valere: vt in versicu. per vim autem. ⁊ ista cautela est satis bona secundum Baldum, qui tamen credit, quod etiam si ista verba non sint in statuto valeat statutum, si habet rationem puta: quia malitia hominum illius loci erat multum prompta ad decipiendum minores, et ideo emanauit statutum: nam cum haberet in se equitatem, ⁊ rationem naturalem non potest dici statutum esse iuri communi contrarium, ⁊ ita dicit Bald. quod de facto seruatur, quod ⁊ placet Abbati siculo in dicto cap. cum contin. nec ab aliis doctor. improbatur. ⁊ sic dictum statutum, tunc non videtur factum in fraudem iuramenti, merito debeat obseruari. Si igitur hec opinio vera est, qui se fundat in ea habet multum aduertere ad modum articulandi, vt ponat qualiter in dicto loco fiunt multe deceptiones ⁊c. ea enim cessante communis opinio est in contrarium, etiam si statutum loqueretur per modum predictum fingendo dolum. vel metum ⁊c. quia ista cautela presumitur facta in fraudem iuramenti ⁊ nihil valet. Aliud remedium ⁊ cautela est quod imponatur pena notariis, ⁊ testibus rogatis de huiusmodi contractibus sine interuentu certe solennitatis: vt in terminis. l. volumus. infra de testamen. nam timore pene notarius, ⁊ testes non suscipient rogitum, neque deponēt, ⁊ si quis contractus fiet reddetur inutilis propter inopiam probationis, ⁊ hoc statutum habet in ciuitate nostra consortium notariorum, ⁊ esset optimum si esset magis generale, vt communitatis. et certe valet cum non disponat aliquid contra iuramentum directo, vel per indirectum. quo casu conclusum est regulariter non valere maxime: quia impediendo se de iuramento, ⁊ sic de spiritualibus immittet falcem in messem alienam contra cap. seculares. de foro competenti. cum simil. quod est verum in simplici statuto laicorum: vt supra. sed constitutiones prouinciales confirmate per legatos in terris ecclesie, habentes potestatem a Petro ⁊ successoribus eius bene valent: vt in cap. final. de offic. lega. et si quidem prohibeant minores, vel similes contrahere etiam cum iuramento non est dubium quod valent: vt dicto cap. finali. ⁊ contractus non confirmabitur iuramento. Si vero prohibēt contrahere, ⁊ adnullant contractum tamen nihil dicunt de iuramento putat dominus meus, dictas constitutiones non extendi ad casum quando est iuratum: quia ius Cano. magis appretiat iuramentum, ⁊ propterea constitutio illa generalis non videtur trahenda ad casus grauiores argumento eius quod habetur in cap. qui generaliter. de procuratorib. libro sexto. ⁊ faciunt notata in. l. si serui vestri infra, de noxali. ¶ Et de istis constitutionibus legatorum: vide per Hostien. in cap. quemadmodum. de iureiurando. ¶ In text. ibi rerum suarum. suam rem intellige quo ad obligationem que oritur ex contractu, etiam si contractus fiat super re aliena, ⁊ obligetur ipse minor contrahens prout obligatur vendens rem alienam: vt. l. rem alienam. ff. de contrahenda empti. nam respectu obligationis est sua: quia sua dicitur ⁊ propria multis modis: vt. l. omnibus. infra de testibus. Quid autem si non ipse minor, sed alius eius nomine habens mandatum contrahat: vel si ipse minor contrahat, ⁊ alias iuret de mandato minoris, videtur quod non habeat locum hec authen. que simpliciter loquitur de minore iurante. argumentu. l. fideicommissaria. de legatis. iij. et l. vnica. §. ne autem. infra, de caducis tollēdis. Odo. hic tenuit contrarium dicens, quod si alius iurauit in animam minoris sufficit: quia habetur perinde ac si iurasset. nam qui per alium facit videtur facere per seipsum: vt. l. ita autem. §. gessisse. de administratione tutorum. et sic ligatur etiam ille cuius nomine iuratur, imo etiam dicendum est, quod quamuis iuramentum sit in personā ex parte iurantis: vt not. Jnnoc. in. c. veritatis. de iureiuran. tamen quantum ad robur contractus transit ad heredem, scilicet quo ad vinculum temporale, ⁊ quo ad obseruantiam iuramenti, licet non quo ad vinculum spirituale, nec quo ad sortiendum forum episcopi: vt not. Joan. andr. in cap. finali. de foro competenti. in. vi. ⁊ hic, per Bald. in fin. ⁊ per eundem in. l. generaliter. infra, de rebus creditis. ⁊ ideo consului, quod heres nō habeat necesse petere absolutionem a iuramento. sicut haberet eius autor. ¶ In text. ibi, non retractandus. ex hoc videbatur inferri, quod hec constitutio non habeat locum vbi contractus est nullus in quo non cadit retractatio, sed de hoc dic: vt supra in verbo, super contractibus. Sed quero quid si iuramentum non terminat verbum non retractare, vel reuocare, vel simil. sed simpliciter apponitur super contractu dicit dominus meus, quod ex quo iuramentum, non potest ad aliud referri, nec alie intelligentie conuenire intelligitur confirmare contractus argu. eorum que habentur in clemen. appellanti. de appellatio. ⁊ quia iurans videtur velle actū valere omni meliori modo quo potest: vt. l. cum pater. §. filius matrem. de legatis. ij. ¶ Quod not. ad questiones ⁊ puto que transmittuntur ad consultores in quibus dicitur contractum fuisse iuratum. nec dicitur aliter quid contineat illud iuramentum. ¶ In text. ibi, inuiolabiliter custodiantur. id dicitur inuiolabiliter custodiri, quod nullo remedio potest frangi, scilicet, nec ipso iure, nec per viam exceptio. imo nec per viam restitutionis in integrum. vt dicit Bartol. se consuluisse, ⁊ in practica obseruari, licet Dyn. consuluerit contrarium. quod dictum Bartol. puto esse verissimum: quia ad hunc finem videtur facta hec authen. ⁊ l. precedens,

cum

cum sit posita in ista materia restitutionis ergo tollat restitutionem, & maxime si minor iurans fuisset de beneficio restitutionis, & de veritate iuramenti certioratus per ea que habentur in. l. si ex falsis. supra, de transactio. & in. l. finali. infra, de non numerata pecunia. & sic etiam actus qui alias esset nullus ipso iure puta: quia sine decreto validabitur virtute iuramenti: vt supra dictum fuit nec rescindetur per restitutionem, et solum dabitur exceptio contra non obseruantem & venientem contra, sed etiam actio ex eo contractu: vt. l. statutis. de acquirendo rerum dominio. allegata in gloss. quam gloss. sequitur etiam Bartol. in eo quod dicit & declarat, que actio detur & distinguit quid si tradidit, & quid si non tradidit rem venditam, & si tradidit an emptor possideat, vel ceciderit a possessione, vel quo modo dic vt in ea. ¶ In text. ibi per vim autem not. text. hic, iuncto fine ad ea que dixi in. l. interpositas. supra, de transactionibus. de actibus qui propter vim vel metum redduntur nulli ipso iure, nec requirunt rescissionem inter quos est prestatio iuramenti facta per vim. ¶ In text. ibi, iustum metum. † iustus autem metus dicitur duobus modis. Uno respectu metum passi, hoc est talis metus qui cadat in constantem virum per id quod habetur in. d. l. interpositas. & l. ij. ff. quod met. cau. & iste adnullat actū. interdū producit exceptio. vel actio. quod metus causa: vt in illo titulo, quod metus causa: & de hoc loquitur hic. Alio modo dicit iustus metus respectu inferentis metum: vt est metus qui infertur a iudice qui iudex habet iustam causam inferendi metum de quo non loquitur iste text. sed quid dicemus de dolo text. nō ster non aperit, imo dicendo per vim que inducit dolum apertum, & sic improbiorem videtur sentire aliud in dolo occulto, forte ergo dabitur actio ad interesse, de dolo siue propter dolum, secundum ea que habentur in l. vbi pactum. supra, de transactionibus. & non impedietur confirmatio per iuramentum fienda, quamuis interuenerit ipse dolus, vel dicas quod si dolus dedit causam contractui bone fidei reddat contractum nullum ipso iure secundum terminos. l. eleganter. in princip. ff. de dolo. vnde sicut talis contractus in maiore non iurante remaneret nullus ita remaneat nullus in minore iurante quasi iuramentum non operetur aliud nisi quod representat illum minorem esse maiorem: vt supra, & ita sentit dominus meus. tu vltra aduerte: quia Angel. vt supra relatum fuit in verbo, sponte voluit, quod etiam si per errorem quis contraxerit, atque iurauerit talis contractus non firmetur iuramento, nec habeat locum ista authen. ergo nec si per dolum siue sumus in contractibus bone fidei, siue stricti iuris quantum ad vim iuramenti: quia vbi ex vna est dolus necesse est, quod ex alia parte sit error: quia scienti & consentienti non infertur iniuria, neque dolus, vt in regula, scienti, de regulis iuris in sexto. vnde cogita, & vide que dixi in dicto verbo, sponte tenens quod minor metus viciet actum minoris quam maioris propter minorem constantiam talis etatis, & de dictione, etiam quid importet dicetur infra titulo primo. in. l. etiam. ¶ In text. ibi, ne querimoniam expone, id est, ne vt non: vt habetur in. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. et de querimonia vide in. l. non solum. §. si status. de procuratoribus. & in. l. Lucius. §. tres heredes. ad Trebellia. & l. existente. §. latinus. de exceptio. rei iudi. & in. l. nam postea. ff. de iureiurando. & in. l. Julianus. §. si filius. de inofficioso testamento. ¶ In text. ibi, maleficiorum commissoruz. hoc potest intelligi duobus modis. Uno quod per vim iuratum sit per contrahentem & promittentem non venire contra, vel iuratum sit simpliciter quo casu intelligitur iuratum non venire contra: vt supra. Alio modo potest intelligi, quod iuratum sit per vim non facere querimoniam maleficiorum commissorum. id est, non conqueri, nec reuelare maleficium, id est, violentiam, aut dolum, aut lesionem contra eum commissam. circa contractum. Primus modus est conformis ad text. ibi, super contractibus non retracta. & concordat cum dicto cap. cum contingat ibi, huiusmodi iuramēta siue vi, vel dolo spōte prestita. Secundus conuenit litere ibi ne querimoniam maleficiorum faciunt extorta, & fuit de mente Bald. vt patet ex suo summario in quo ipse vult, quod istud iuramentum de quo in hoc versicu. per vim. vbi maxime &c. fuit iuramentum de non exponendo querimoniam maleficiorum. dicit enim eius summarium sic, contractus puberum iuramento firmata nequeunt infirmari, nisi vis, vel iustus metus interuenerit, vel nisi sit iuratum de non exponendo querelam maleficiorum. & vterque intellectus est bonus in se. & potest ad literam adaptari: vt supra, quanquam iste secundus non placeat domino meo, eo quod text. illud non dicat secundum ipsum, & etiam quia dolus potest remitti preteritus, si sumus in casibus in quibus de dolo preterito possit transigi de quibus in. l. transigere. supra, de transactionibus. Sed tu aduerte, quia ratiōes domini mei nō obstant predicto intellectui, nam imo text. dicit vt supra, et etiam licet dolus preteritus possit remitti si sponte fiat: tamen remissio que fieret per violentiam, vel cum iuramento per vim prestito: vt in casu nostro non tenēt maxime in materia nostra: vt in casu nostro, & in casu dicti cap. cum contingat. & cap. quamuis. de pactis. in sexto. facit: quia dicta remissio & promissio de non faciendo querelam maleficiorum contra per vtilitatez, etiam si iuramentum prestaretur per metum posset esse de se turpe argu. eorum que habentur in. l. iurisgentium. §. si paciscar. de pactis. & vnde. §. si tibi indictum. l. idem si ob stuprum. ff. de condic. ob turpem causam. quo casu forte iuramentum non confirmaret predictam promissionem inualidam, de quo tamen in cap. quemadmodum in fine. de iureiurando. & per Bartol. in. l. si quis pro eo. ff. de fideiussoribus. ita pro nunc occurrit ad saluandum predictum intellectum tamen cogita: quia doctor. nō dicunt isto modo. ¶ In text. ibi, nullius esse momenti not. quod iuramentuz vi, vel metu extortum non est obligatorium, ita etiam dicitur in dicto cap. cum contingat. & in dicto cap. quāuis. de pac. in. vi. aliqui videntur dicere, quod imo obligat mero iure, licet peti possit absolutio a iuramento. ad hoc & c. Abbas. & c. ad aures. quod metus causa. & cap. autoritate. xv. quest. & c. si vero. & cap. verum. de iureiurando. quidam dixerunt primam opinio. procedere de iure ciuili. secundam de iure Cano. per dicta iura contra quam opinio. videtur text. in dicto cap. cum contingat. vbi a contrario sensu videtur velle, quod illud iuramentum per metum extortum non obligat iurantem, & tamen ibi loquitur de iure canoni. & similiter in dicto cap. quamuis. verites videtur quod aut iuramentum, vi vel metu extortum apponitur in contractu a lege non prohibito, & tunc valet mero iure & obligationem inducit, sed peti poterit absolutio & ita procedit dictū cap. verum. & cap. ad aures. cum simil. & hoc cap. verum regulariter. sed fallit in quibusdam casibus, in quibus etiam absolutio non requiritur, quia iuramentum ipso iure non obligat: vt extra, de sponsa. cap. cum locum. & in voto prolatuz, quod metus causa. secundum gloss. in dicto canone, autoritate. & forte, quod in alijs casibus in quibus propter metum cōtractus redditur nullus de quibus in. l. interpositas de transactionibus. Aut apponitur in contractu a lege prohibito, & tunc ipso iure non obligat: vt hic, & dicto cap. cum contingat a contrario sensu: & in dicto. c. quamuis facit. xxij. quest. iiij. in malis. & cap. seq. & cap. quod Dauid. & que dicta sunt in. l. fina. supra, de pactis. & in l. stipulatio hoc modo. de verborum obliga. Quid autem si iuramentum fuit prestitum per dolum dixi supra in verbo iustum metum, vel dicas & melius, quod aut iuramentum dolo aduersarij prestitum fuit interpositum super contractu inito contra dispositionem iuris: vt in casu dicti cap. cum contingat. & tunc non firmetur contractus iuramento: vt ibi secundum dominū Nicolaum. aut super contracta a lege non prohibito, et tunc aut fuit talis dolus qui facit omnino abesse consensum contrahentis, alias non contrahentis si dolus non interuenisset, & quia dolus dedit causam cōtractui: vt tunc deceptus poterit venire contra etiam non petita aliter absolutione a iuramento. arg. l. tres fratres. ff. de pactis. & notatur in cap. i. de commo. & sentit Feder. in consilio. cxcvi. Aut dolus non erat talis qui excluderet mentem iurantis, & eius intentionem: vt quia non dedit causam contractui, sed fuit incidens. puta si iuris

¶ Sup hac subtili & practicabili authentica, sacramenta puberum videatis Bar. in consi. xcix. Jo. de imo. in cōsi. i. in. ij. col. & in cōsi. clxi. Ancha. in consi. xxxviij. & in repe. c. i. de cōsti. in. xli. col. do. Alex. in cōs. xlij. col. ij. & iij. in i. vol. & omnino videatis optimas deci. do. Fely. post alios in c. in presentia. in iiij. col. de proba. Bar. in cōs. lxxvij. Anto. de but. in cōs. xlvi. do. Alex. in cōsi. cxxv. col. v. in. i. vol. do. alexā. in cōsi. cxxvij. in. ij. vol. & do. alexā. in cōsi. liiij. in vlt. col. in. iij. vol. Bal. in cōsi. cxxxiij. & cōsi. liij. & cōs. xlvij. in. iij. vol. & cōsi. xl. in. v. vol. do. Fely. in. c. ij. & in. c. si nō. de iureiur. & in. c. ij. in penul. col. de spōsa. Et aduertatis q licet secunduz cōmunez opinio. docto. hic, & in locis per Mo. post do. Corne. d. ista authentica eitatis, ista dispositio ad doli capaces impuberes porrigatur, nihil ominus in puncto iuris contrarium regulariter potest substineri quo ad impuberes restituendos & doli capacitate plectendos iurisiurandi nō obseruātia, presertim cū lesione liquidata huiuscemodi pcedat determinatio. et ita alias legendo hāc authēticā disputādo asserui, antequaz viderem nouissimos hic. & in corpore vnde istu sumuntur decisio. S.T.

nolebat vendere ꝛ credebat rem esse certi valoris,ꝛ sibi fuit persuasum,quod non erat dicti valoris.sed alterius ꝛ tunc exigetur absolutio per nota in dicto cap.si vero.ꝛ cap.debitores.secundum dominum Anton.de butr.in dicto cap.cum contingat.quem in hoc sequuntur Moder.esto quod Imol.videatur velle quod semper requiritur absolutio,quando iuramentum fuit prestitum per dolum quod quod cautius esset non necessarium,nisi vt supra,ꝛ ita tenent communiter doctor. quidquid dixerim .§.in versic.iustum metum. ℂ In gloss.in verbo,in contractibus ibi,ꝛ hec videtur.hanc sequitur Barto.et etiam Bal.sed non ita precise concludentes,quod si iuratum est generaliter non venire contra cõtractum aliquem a se fiendum non poterit venire contra contractũ quem postea faciet sine iuramento pro qua opin.vltra gloss.facit secundum Bald.quia tale iuramẽtum seruari potest sine dispendio salutis eterne:vt dicto cap.cum contingat.ꝛ dicto cap.quamuis.facit etiã quia iuramentum videtur operari,vt etiam in absentia queratur obligatio prout voluit gloss.singu.i.quest.vij.quoties cordis oculus.secundum Imol.in dicto cap.cũ contingat. qui ex his dicit,quod hec opin.videtur verior.de iure. pro qua facit in simili casu cap.licet mulieres.de iureiuran. in.vi.sed dominus meus,qui idem tenet.Salic.autẽ hic tenuit contrarium per rationes huius gloss.in princip. questionis.ꝛ etiam:quia iuramentum videtur indiscretum,ꝛ propterea non ligat:vt dicto cap.ꝛ si Christus.de iureiuran.que opin.potest procedere de iure ciui.maxime:quia iuramẽtum debet prestari in presentia:vt obliget:vt.l.ij.ff.de iureiurando.sed de iure cano.videtur verior opinio precedens nõ obstante dicta ratione de absentia:quia cum iuramentum principaliter prestetur Deo vt cap.i.de iureiuran.ꝛ Deus sit presens vbiq;: vt.d.canone,quoties oculus.ꝛ habetur in.l.illud. de sacrosanctis eccles.sufficit ergo presentia Dei, absque presentia hominis.facit.l.i.§.de sacrosanctis ecclesiis. ꝛ ita tenẽt Moder.in dicto.c.cũ contingat.in tertio membro in.vi. fallentia,quarti casus. ℂ In gloss.in verbo custodiantur in fin. conclude quod aut minor iurans expressit vtrunq;:quia iurauit non venire contra ratione minoris etatis.neq; per remedium,dicta.l.ij.infra,de rescin. vendi.ꝛ tunc est clarum,quod non poterit vti dicto remedio idem si iurasset non venire contra aliqua ratione,vel causa:vt communiter dicitur in instrumẽtis. aut expressit alterum tantum,ꝛ tunc similiter est clarũ quod non poterit vti expresso sed alio sic.argu.l.cum pretor. de iudic.ꝛ.l.maritus.§.de procura.aut simpliciter iurauit non venire contra,etiam si nõ appareat allegatur quod fuerit certioratus ipse minor de dispositione huius authentice,ꝛ de beneficio etatis secundum Barto. Bald. ꝛ Ang.cum hoc iuramentum sit spirituale vinculum cuius debet habere cognitionẽ minor doli capax, sicut minor secundum Bald.hic,ꝛ in.l.i.ff.de rebus credi.licet in d.l.ij.videatur in fini.variare de hac certioratione fienda, vel non fienda, sed ex remedio.d.l.ij.bene videtur quod possit venire cum etiam secundum multos nõ noceat renuntiatio decepto,vltra dimidiam iusti pretij,nã eodem errore labitur ad iurandum ꝛ renunciãdum quo labitur ad contrahendum:vt alias per Bar.notabiliter in.l.si.§.idem que sit.de condictione indeb.de quo tamen per Bald.ꝛ doctor.in dicta.l.ij.ꝛ hoc maxime procedit,si illa veritas apparebat minor ex aspectu cum tunc iuramentum videatur prestitum,secundum qualitatem persone ꝛ sic tanquam minori ad finem supplendi defectum minoris etatis.§.equitã.de vsu ꝛ habi.ꝛ cap. solite.de maio.ꝛ obed.si autem apparet maior videretur magis dubitandum, ne iuramentum, vt aliquid operetur videatur prestitum etiã iure medio.dicta.l.ij.per ea que habentur in cap.si papa.de priuilegijs. in.vi.sed vide per Imol.in dicto cap.cum contin.ꝛ hic per Salice.ꝛ Angel.qui dicit quod quando minor iurat simpliciter,ꝛ tunc ad omnem casum refertur tanquam generaliter prestitum secundum gloss.ꝛ doctor.ꝛ sic mixto casu de iuramento generaliter prestito,aliter non distinguit:tamẽ precedens cõsideratio satis placet:quia frustra renũciaret beneficio minoris etatis ille qui expresse apparet minor, nisi dicta simplex renuntiatio trahatur ad beneficiũ.d.l.ij.vel ad alia beneficia iuris.ꝛ cautũ est quod fiat certioratio de huiusmodi beneficijs,vt dicit Cyn.in dicta.l.ij.ꝛ refert Dyn.ita consuluisse:tamen non videtur esse necessarium quantum ad terminos.l.nostre. secundum Ange.maxime ea ratione:quia cum iuramentum sit vinculum spirituale minor doli capax debet habere cognitionem:vt supra dixi. Sequitur.l.in integrũ restitutio.que hoc dicit in summa.

ª ℂ Super hac.l. ij.ꝛ.§.si aduersus vendi.pigno.videatis vltra do. Iacobinũ, post do. Corne. hic, Bart.ꝛ alios in l.si societatem in §.arbitrorũ.ff. pro so.gl.Cy.Bal.ꝛ Sali.in.l.finali.de con.empti.Fely. i.c.i.col.vi.de rescri.Ang. in authentico,de he.ꝛ falc. in.§.si vero absunt.Dy.ray. Bart. cu. ꝛ Io. de imo.in.l.petẽ. §.predium.de.l. ij.petrũ.Cy.bal. Fulg.ꝛ Do.in.l. i.ʃ.debi.ven. pigno. impe. non pos. S. T.

SVMMARIVM.

1 ☞ Minor lesus potest restitui aduersus fraudulẽtas venditiones ꝛ curatorum insidias.

IN integrum.h.d.

1 Minor † lesus potest restitui aduersus fraudulentas venditiones ꝛ aduersus insidias curatorum.hoc.d. ℂ No. quod dolus tutoris ꝛ curatoris non participatus cum emptore non reddit contractum nullum,vt patet: quia opus est restitutione in integrum,secus si esset cum emptore participatus:vt.ff.de actio.empt.l.Iulianus.§.si quis a pupillo. ℂ In glos.i.no.quod venditio facta per curatorem si est damnosa presumitur fraudulenda. Sequitur rubrica,si aduersus venditionem pignorum.

Si aduersus uenditionem pignorum. Rub.

COntinua rubricam,

vt in gloss.rub.Lex prima sequitur.

SVMMARIVM.

1 ☞ Aduersus venditionem pignoris pretorij minor potest restitui si ea causa magnum damnum sustinuit: ꝛ aduersus venditionem pignoris cõuentionalis quod a maiore incepit minor nõ restituitur aduersus emptorem,sed bene subuenitur ipsi minori contra venditorẽ vel administratorem.

LEx prima.h. dicit.

ª 1 Aduersus † vẽditionẽ pignoris.scilicet, pretorij minor potest restitui si ex ea magnũ damnum sustinuit.h.d. l.i. Sed aduersus venditionem pignoris conuentionalis quod a maiore incepit minor non restituitur aduersus emptorem tamẽ cõtra venditorem,vel administratorem bene subuenitur ipsi minori.hoc dicit.l.ij. ℂ In gloss.l.i.in verbo,magno.ꝛ in glo.l.ij. in verbo,versatus ibi,ꝛ circa hoc potes pro declaratione tituli glossarum ꝛ materie sic distinguendo concludere,quod aut loquimur in pignore pretorio,vel iudiciali aut in conuentionali. Primo casu,aut pignus cepit a maiore autoritate ipsius maioris,aut ab ipso minore. Si a maiore non restituitur minor nisi pro magno,vel maximo damno: vt hic,in.l.i.si tamen creditor dolo versatus est ipse creditor etiam de paruo damno tenetur : vt hic,in.l.ij.in fin. aut cepit ab ipso minore.ꝛ tunc siue debitum erat suũ, siue sui autoris,etiam pro parua lesione restituitur, sed non pro minima pro qua minima nunquam datur restitutio:vt.l.scio.ff.de in integrũ restitutione.intellige de illa restitutione que dari solet officio iudicis , que non presupposit obligationẽ:vt.l.si per collusionem. §.preter sortem.ff.de actio.empti.non de illa restitutione que petitur iure actionis ex precedenti obligatio. quia ad istam etiam pro minimo datur actio: vt.l.si proprietarius.ff.de damno infecto.Secundo casu,cum loquimur de pignore conuentionali,ꝛ tunc similiter dicas , quod aut incepit a maiore:quia fuit contractum cum maiore defuncto, aut incepit a minore:si a maiore.ꝛ tunc aut nihil fuit gestum cum minore puta: quia creditor vendidit ex pacto inito inter eum,ꝛ patrem minorem, et non restituitur aliquo modo:vt.l.Emilius largianus.de mi

no.nisi

no, nisi forte ex clausula, si qua mihi iusta causa esse videbitur ⁊ sic nõ pretextu etatis, sed potius ignorantie: allegãdo, quod ignorabat talem obligationẽ pignoris, iuxta notata per Dyn. in cap. si quis in ius. de regulis iuris. in sexto. ⁊ facit contra. l. ij. de iure emphyt. ⁊ ita tenuit Angel. hic, ⁊ Imol. in l. cum filius. §. in hac. de verborum obligatio. ⁊ facit. l. si sic. ff. quemadmodum seruitus amittitur. ⁊ ita memini me consuluisse, vel nisi creditor fuisset in dolo: quia datur contra ipsum, vel contra administratores ipsius minoris, vt hic in fin. aut cum ipso minore fuit aliquid gestum, ⁊ quia fuit interpellatus, vel aliter sciuit, ⁊ tunc restituitur. dicta. l. cum filius. de verborum oblig. licet non, pro minimo: vt supra, quicquid aliter dicat gloss. hic. ¶ Ex quo infertur quod est valde notabile, quod heres minor si non soluit censum promissum per defunctum suum, ⁊ propter hoc inciderit in commissum restituetur minor: licet factum principale fuerit ipsius defuncti, ⁊ hoc quia interuenit mora ⁊ negligentia huius minoris ⁊ heredis, si vero incepit a minore: vt quia a princip. pignus est cum eo constitutum, ⁊ tunc semper restituitur, licet non pro minimo: vt supra. que autem sit lesio parua, ⁊ que magna, vide per doctor. in. l. ij. infra, de rescin. vendi. ⁊ in cap. ad nostram. de emptio. ⁊ venditio. ⁊ per Bartol. in. l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. et per Imol. in cap. quintauallis. de iureiurando. Sequitur rubrica, si aduersus donationem.

Si aduersus donationem. Rubrica.

Continua rubricam,

vt in gloss. rub. Lex prima sequitur.

SVMMARIVM.

1. ☞ Minor non restituitur aduersus donationem ante nuptias moderate factam.
2. Curator potest dari ad autorandum in donatione propter nuptias, licet sit secus in alijs donationibus.
3. Donatio facta sponse etiam de rebus, que seruando seruari non possunt non requirit iudicis decretum aliter non valet.

Lex prima. h. dicit.

a 1 [a] Minor † non restituitur aduersus donationem ante nuptias moderate factam. hoc dicit. ¶ In text. ibi curatorem. not. quod † potest dari curator ad autorandum in 2 donatione propter nuptias, licet in alijs donationibus secus sit: quia curator dandus est causa cognita, et non est aliqua iusta causa dandi curatorem ad donandum, cum donare sit perdere arg. l. contra iuris. ff. de pactis. §. filius. ⁊. ff. quod vi aut clam. l. prohibere. §. plane. ⁊ ff. de donationibus. l. filius. ⁊ in qualibet libera administratione intelligitur exclusa dilapidatio ⁊ donatio: vt. l. creditor. §. Lucius. ff. manda. ⁊ tetigi supra. de pactis. l. pactum cura. ⁊ supra, de transactio. l. preses. nisi forte cõsueta, ⁊ conueniens donatio puta quam administrator faceret magistris: quia illa est licita: vt. l. cum plures. §. i. ff. de administratione tutorum. ⁊ huiusmodi donationes propter nuptias non requirunt insinuationem: vt in authen. eo decursu. infra, de donatio. propter nup. et hic per gloss. ¶ In gloss. finali ibi, hic de mobilibus. hec 3 vera: nam † donatio que fieret etiam spõse de rebus que seruando seruari non possunt requireret decretum iudicis, alias nõ valeret, vt. l. lex, que tutores. infra, de administratio. tut. Lex, si in te. hoc dicit.

SVMMARIVM.

1. ☞ Pater donando alteri rem filio emancipato datam, non preiudicat filio, ⁊ si res erat immobilis non sufficit ipsius filij minoris consensus: ideo restitutione non indiget que sibi daretur si res esset mobilis ⁊ consensus prestitus valuisset.

Si in te, ac fratrem.

b [b] Pater † donando alteri rem, quam prius donauerat filio emancipato, non preiudicat ipsi filio, ⁊ si res erat immobilis, non sufficit consensus ipsius filij minoris, ideo non indiget restitutione, qua sibi daretur, si res esset mobilis ⁊ consensus prestitus valuisset. hoc dicit. ¶ Not. in princip. quod valet donatio inter patrem, et filium emancipatum, sed inter patrem ⁊ filium in potestate, aliud est dicendum. de quo plene in. l. ij. infra, de inofficio. donatio. ⁊ in authen. vnde ⁊ si parens. infra, de inoffic. testa. ¶ Itẽ not. quod donãs vni, id quod prius alteri donauerat non preiudicat primo donatario, licet aliud sit in venditione in qua preiudicatur primo per secundam venditionem: nisi primo fuisset facta traditio. l. quoties. infra, de rei vendi. sed donatio presupponit traditionem, ideo ipsa prima attenditur. in versic. nec si frater Not. quod si consentio alteri donanti rem meam videor illam donare donanti. ad hoc not. per Barto. in l. que dotis. soluto matrimonio. ¶ Item not. quod vbi actus est ipso iure nullus non est opus restitutione: sic ⁊ in. l. si curatorem habens. supra, de in integrum restitu. minorum. ⁊ in. l. si cũ ⁊ minores. supra, si aduersus rem a iudi. ¶ In versicu. in alijs vero not. etiam quod qui donat ei a quo fuerat eadem re donatus, dicitur ledi. quod patet: quia habet in integrum restitutionem, sed tunc opponitur: quia cum iste donatarius esset obligatus ei qui sibi donauerat ad antidora per ea que habentur in. l. sed ⁊ si. l. §. consuluit. de petit. heredi. ⁊ in. l. si testamento. ff. de fideiusso. videtur quod fecerit illud, quod quilibet diligens maior fecisset, ⁊ sic non habeat restitu. in integrũ secundum dicta in. l. finali. supra, de in integrum restitu. mino. ⁊ maxime cum redonauerit patri secundum dicta in. l. i. supra, de filiofamil. minore. sed responde, quod b hic redonauit patri volenti donare tertio, et sic magis leditur, quam si redonasset patri ad vtilitatẽ ipsius patris, circa quod vide dicta in dicta. l. i. supra, de filiofamil. mi. ¶ Item not. quod qui cõsensit alicui alienãti dicit ipse alienare, ⁊ ideo phibitus alienare a statuto, etiã in materia exorbitanti, intelligitur etiã prohibitus consentire alienanti: quia ⁊ illud consentire dicitur propria alienatio. l. alienatus. de verborum signific. sed si statutum dicat de vendente dicit Bald. quod in materia nõ exorbitanti includit, etiam consentientem vẽditioni, sed in exorbitanti. aliud est vẽdere proprie, aliud venditioni consentire: ⁊ sic non includit s̃m eum, ⁊ an prohibitus vendere intelligatur prohibitus alienare alio titu. vide bonum text. in. l. statuliberis a ceteris. §. quintus. de statuliber. Sequitur rubr. si aduersus libertatem.

a ¶ Super hac. l. i. si aduersus dona. videatis bal. in. l. de tutela. C. de in inte. resti. ⁊ Bald. in. l. si minor. C. de dolo. ⁊ in. l. ij. de iud. vl. iol. vltra Mod. hic. S. T.

b ¶ Super hac. l. si in te, ac fratrẽ. videatis Bald. in. l. si liqueat. j. de inio. dona. ⁊ in. l. finali de pat. pote. C. S. T. ¶ Et in hac. l. si in te, ac fratrẽ. videatis vltra mo. hic, egregias decl. Iaco. butri. et Ange. in consil. cexiij. ⁊ Ange. in l. estimationibus. ff. de peti. here. do. Barba. in. c. ij. de iudi. et do. Barba. in ru. ⁊ in. c. si quis presbiter. de reb⁹ eccle. nõ alie. S. T.

Si aduersus libertatem. Rubrica.

Continua rubricam,

vt in gloss. rubr. Sequitur lex prima.

SVMMARIVM.

1. ☞ Minor potest restitui aduersus libertatem prestandaz: non autem aduersus iam prestitam. sed tunc minori succurritur in eum qui fuit causa sui damni.

Lex prima. h. dicit.

c [c] Aduersus † libertatem prestandã minor potest restitui non autem aduersus prestitam, sed tunc minori succurritur contro illum qui fuit causa sui damni. hoc dicit. vel sic. ¶ Aduersus sententiam de libertate futura prestanda restituitur minor. sed aduersus iam datam non restituitur, sed pro interesse habet actio. contra administratorẽ. hoc dicit. ¶ Et sic not. quod aliud est pronuntiare quẽ liberandum, aliud pronuntiare, quem esse liberũ, quod

c ¶ Circa hãc. l. i. si aduersus libertatẽ. considerote dicta Paul. de ca. ⁊ do. Cornel. ⁊ videatis Anto. de butr. in. c. trãsmissa. de ele. ⁊ in. c. super eo. de offi. dele. Ange. in cõs. ccxxiij. alias. ccxxiij. bal. in. l. cõtra negantẽ. j. ad. l. acqui. Angel. imo. do. Ludo. roma. do. Alexã. ⁊ Mo. in l. dãni. in. §. qui bona. ff. de dãno. infecto. S. T.

est notandum:vt.j.dicetur in glos. ¶ Item no.quod sententia pura lata super conditionali dispositione, valet non expresso errore in sententia,nec intelligitur conditio tacite repetita,⁊ ideo hic est opus restit. in integrũ. quod est nota.dignum secundum Bald. quod etiã aduertit glo.in verbo,conditionem. ¶ In gl.in verbo,admittit ibi,de rescin.vendi.l.penult.⁊ ibi.l.si quis sub conditione.ff.si quis obmiss.testament. solutiones gl.sunt satis bone secundum Barto.vel dicas secundum ipsum, quod ille.ll.contraria loquuntur de conditione que tacite inest ex dispositione.l. hic de ea que venit ex dispositione hominis. ¶ In ead.ibi,hic liberandus ibi liberatus fuit iudicatus semper allegatur ista glo.quod aliud est liberare,aliud pronuntiare liberandum.aliud absoluere,aliud pronuntiare absoluendum,aliud cõdemnare,aliud pronuntiare condemnandum, aliud punire, aliud pronuntiare puniendum,aliud mittere, aliud pronuntiare mittendum : vt. l. cognitio.§.vt bonorum. ff. de offic.eius cui man.Item aliud publicare, aliud pronuntiare publicandum:vt.l.cum duobus.§.pegasus.ff. pro socio.⁊ sic de simil.Ad hec notata in.l.iubere cauere.ff.de iurisdictione omnium iudic.in gl.in verbo,restituere. que omnia sunt notanda ad plures.q. ¶ Et primo pone,statuto cauetur, quod officialis non possit in fine sui officiĩ,aliquem absoluere:quero, numquid poterit pronuntiare absoluendum.videtur,quod sic.argu.huius glo.⁊ gloss.in.l.fina.in verbo,compromissarios.⁊ ita tenuit Jac.de Aret.dicens,quod ipse iudex pronũtiabit,⁊ eius successor mandabit sententiam executioni. in cõtrarium facit.l.iĩ.vbi cause fisca.j.⁊ quod dixit Bal. in.l. nequicquam.§.vbi decretum.ff.de offic. proconsu. ibi voluit quod qui ex defectu iurisdictionis qui nõ potest absoluere non possit pronuntiare absoluendum. prima opi.est verior per dicta iura,⁊ dicta.l.iĩ.si recte inspiciatur parum facit:quia loquitur in aliĩs terminis,et illud dictum Baldi, in.§. vbi decretum procedit, vbi iurisdictio est adempta omnino in omnibus. non autem vbi est adempta in vno,⁊ in aliĩs remanet:vt in terminis predicti statuti de officiali,qui licet nõ possit absoluere,⁊ in hoc sit sibi adempta iurisdictio poterit tamẽ pronuntiare absoluendum,⁊ in hoc sua iurisdictio durat,⁊ ita videtur de mente domini mei hic.⁊ tu vide gl. §.q.vi.biduum.quod quidem est magni effectus: quia post istam pronuntiam non poterit amplius refricari in dubium coram iudice habente restituere, vel absoluere de causa restitutionis,vel absolutionis, ⁊ an sit sufficiens necne cum semel fuerit super ea iudicatum: vt supra,per Jaco.de areti.⁊ intellige quod ita fuerat petitum,videlicet,quod pronuntiaretur restituendus, vel absoluendus,⁊ sic de futuro prout sunt termini glos.nostre.secus si fuisset petitum de positi. quia tunc sententia non esset cõformis libello,vt debet esse.l.vt fundus. ff.communi diuidun.⁊.l.finali.infra,de fideicommissi.libert.⁊ ita intelligit hic dominus meus. Secundo pone consultor assumptus in causa consuluit aliquez.condemnandum,iudex pronuntiauit secunduz formam cõsiliĩ,puta dicendo pronuntiatio,prout in consilio contineatur,an videatur condemnasse, ⁊ cum Bartol. dicit quod non,cum aliud sit pronuntiare condemnandum, aliud condemnare,sed Bald.post Jaco.de areti. tenuit contrarium per.l.fundus.de rescin.vendi.⁊.l.quero. de edili edic.nam verba consultoris dirigũtur iudici,⁊ ideo sunt verba de futuro,quia cõsultor non potest loqui per verba de presenti,⁊ videtur quod illud futurum, quod verba consultoris important non extenditur,vltra tempus ferende sententie per iudicem, itaque iudex pronuntians modo predicto referendo se ad consilium sapientis intelligitur se referre ad predictam intentionez sapientis.quod condemnatio fieret de presenti, et iste intellectus et adaptatio, videtur de mente domini mei hic, ⁊ sic quod dicta sententia teneat: vt tenent communiter doctor.in hoc autem in sententia, an sit differentia inter verba futuri temporis ⁊ presentis puto pro nunc dicendum,quod aut iudex loquitur de futuro nihil immiscendo de presenti: vt quia dicat condemnabimus, vel dicat absoluemus, ⁊ tunc dicta sententia non valeat:vt.l.preses.infra,de sententiĩs, ⁊ habetur in.l.cum iudex.eodem titulo.talia enim verba nõ disponunt sed enuntiant:vt.l.Titia cum testamento.ff. de legatis secundo. Si vero cum verbis de futuro immiscet aliquid de presenti puta:quia addit infinitiuz, quod est aptum comprehendere omne tempus:vt.l.v.§.fina. de verborum oblig.⁊ tunc aut actus de quo loquitur est talis.quod eius executio nõ pertinet ad iudicem,sed ad partes vel tertium,⁊ tunc etiam sententia valeat tamen aliud important verba presentis temporis, aliud futuri, vt hic vbi iudex non poterat fideicommissariam libertatem prestare:quia debeat prestari de manu heredis.aut est actus talis cuius executio pertinet ad iudicem:vt quia dicat mihi videtur Titius condemnãdus, ⁊ intelligatur condemnare ⁊ exequi,ac si concessisset verba de presenti:vt.l.quid tamen.§.si arbiter. ff.de arbit. ⁊ dicta.l.penultima.de rescind.vendi.⁊.l.secundum electio. de lega. primo. secundum Ange. in hoc vltimo. Ex quo infertur quod si iudex pronuntiauit dicẽdo mihi videtur Titius rebanniendus,tunc non poterit amplius offendi Titius stante statuto quod bannitus possit impune offendi,quasi per dicta verba censeatur rebannitus,sed vide circa hoc per Imol.in.l.i.§.si quis ita.de verborum oblig.vbi dixi.⁊ que habentur in cap. transmissa.de electio. ⁊ in dicto cano.biduum. §.quest. vi.Tertio pone statutum dicit quod stetur siue credatur dicto syndici de damno dato,an debeat sibi credi si denuntiat falsum,dicit Jaco.de areti.quod sic per.l.nostram.⁊.l.finali.nam vbicunq; debet stari dicto alicuius impossibile est,quod reuocetur sicut ⁊ hic, postquam iudex pronuntiauit quem liberum non indulgetur restitutio,secus si pronuntiasset liberandum.facit.l.iĩ.§.dato.ff.de iureiurando. ipse tamen syndicus in predicta quest.tenetur actio.in factum criminaliter ⁊ ciuiliter ei quem falso denuntiauit secundum ipsum Jaco. de areti.⁊ Jaco.butr.in.l.prima.infra, de re iudi.in predicta quest.dicit quod debet stari in dubio, sed si probetur contrarium non debet stari argu.l.diuus. de custo.reorum. Azo in summa ad.l.Aquil.dicit quod si per inspectionem suam,vel sui iudicis apparet damnum nõ esse datum,quod ista esset efficacissima excusatio: vt refert Bald.hic.qui idem tenuit in.l.si tutor infra, de periculo tuto.⁊ in.l.i.infra,de re mili.in fin.⁊ in.l.contra negantem.j.ad.l.Aquil.⁊ in.l.i.j.de reb.credi.vbi etiã voluit quod si statutum non dicit quod stetur,sed dicit, quod deferatur iuramentum tunc poterit probari cõtrarium non solum per inspectionem.sed etiaz per omne genus probationis imo plus,videtur velle sibi,quod si statutũ requirit aliquid aliud pro fundamento, puta damnum esse datum:vt quia dicat stetur iuramento damnũ passi tunc poterit excipi per reũ de defectu talis fundamenti ⁊ allegari damnum non esse datum. Sequitur.l.⁊ si minor.

SVMMARIVM.

1 ¶ Minor non restituitur aduersus manumissionez dolo factam manumissi:sed tamen manumissus ex solo dolo tenetur ad interesse.

1 ET si minor. Minori non restituitur aduersus manumissionem factam per dolum manumissi, sed tamen manumissus propter solum doli tenetur ad interesse.h.d. ¶ Et quomodo teneatur manumissus de eo quod gessit tempore seruitutis:vide in.l.i.j.an seruus ex suo facto,⁊ in.l.eleganter.§.i.ff.de dolo.⁊ tetigi in.l.si cognati.de neg.gest. ⁊ recte hic non est miruz:q2 dolus fuisset cõmissus circa ipsum actum manumittendi. ¶ In tex.ibi,consilio glos. Odo.⁊ Bald.multum ponderant hoc verbum significans manumissionem factam fuisse cuz cause cognitione.⁊ hoc etiam ponderatur.j.in.l.seq.propterea que habentur in.l.minor.§.quod si minor.ff.eodem.

SVMMARIVM.

1 ¶ Manumissio per minorem data sine cause cognitione ipso iure non tenet sed data cum cause cognitione tenet tamen curator qui dolum aut culpam cõmisit ciuiliter ⁊ criminaliter tenetur.

Quos

Vos retrahi. hoc.d.

1 Manumissio † data per minorem sine cause cognitione ipso iure non tenet, ideo ad eius retractationem non requiritur in integrum restitutio, sed data cum cause cognitione tenet, nec retractatur per restitutionem, tamen curator qui dolum & culpam commisit tenetur de dolo, vel culpa ciuiliter ad interesse, & de dolo criminaliter ad penam. hoc dicit. ¶ In text. non per in integrum restitutionem. not. quod inepte petitur restitutio in integrum super eo quod est nullum, secundum Baldum, tamen toleratur in hoc libellus conditionalis, et subiunctiuus puta de nullitate contractus, & si quis esset contractus de restitutione. argu. eorum que habentur in. l. si expressim. ff. de appella. & ita vidi practicari. ¶ In text. ibi, nō dubitaturus etiā &c. not. & ad hoc allegatur, quod resarcitio damni, & punitio criminis possunt procedere, ex eadem instantia, & sic iudex qui cognoscit ciuiliter si reperit crimen potest punire criminaliter quod et tenet Bald. in. l. quod euitandi. infra, de condictione ob turpem causam. ad quam Bartol. se remittit, licet dicat hic quod hoc non bene probatur per hunc text. quia nō apparet verum eodem iudicio, vel diuerso, sed tu vide bonum textum in. l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis. ¶ Item not. quod sicut quando ad esse delicti requiritur dolus, tunc culpa quamuis latissima non punitur: vt. l. si quis id quod. ff. de iurisdictione omnium iudic. vt in furto de quo in. l. prima. ff. de furtis. & in falsitate de qua in. l. quid sit falsum. ff. de falsis. ita & vbicunque actus de sui natura non est delictum, vel maleficiū quod quando sit dicetur in. l. i. infra, si aduersus delic. tunc licet dolus puniatur criminaliter in illo actu tamen culpa quecunque sit nullo modo punitur criminaliter dicit dominus meus, & non oritur accusatio criminis ex culpa incidente contractui vel iudicio, secundum Bal. hec probantur ex isto text. qui primo premiserat de culpa vel fraude, deinde loquitur de fraude, tamen vbi loquitur de criminali regulariter tamen in delictis punitur culpa lata & leuis sine dubio, & secundum aliquos leuissima: vt. l. i. ff. de priuatis delic. licet metus: vt. l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de penis. & l. i. ff. si quis testamento liber esse ius. fuerit. & l. i. de sica. & l. data opera. C. qui accusare non possunt. vbi tamen dixit Bald. multum notabiliter si est verum quod iudex non debet pro leuissima culpa facere inquisitionem de aliis culpis sic de casu autem fortuito sine aliqua culpa non est dubium, quod quis non tenetur: vt. l. que fortuitis. infra, de pig. actio. & d. §. delinquunt. ¶ In gloss. in verbo liberti ibi, vel dic quod quidam aliud. hec vera, secundum Barto. nam de dolo manumissi loquitur. l. precedens. Lex in iudicio. hoc dicit in summa.

SVMMARIVM.

1 Aduersus sententiam qua quis pronunciatus est liber non datur restitutio per etatem, sed appellatio.

N iudicio. h. dicit.

1 Aduersus † sententiam qua quis pronuntiatus est liber non datur propter etatem restitutio sed appellatio. hoc. d. ¶ No. quod fauor libertis preualet fauori minoris etatis, sed non tollit remedium iuris cōmunis, hoc est appellationis: quia fauorabilior est via ordinaria, quam extraordinaria. Sequitur rubrica, si aduersus transactionem.

Si aduersus transactionem. Rubrica.

Ontinua rubricam,

vt in gloss. rub. Lex prima sequitur.

SVMMARIVM.

1 Minore restituto aduersus transactionem vel diuisionem intelligitur restitutus aduersarius quo ad pristinam actionem.

Ex prima. h. dicit.

a 1 Restituto † minore aduersus transactionem, vel diuisionem intelligitur et aduersarius restitutus ita quo ad pristinam actionem. h. d. ¶ In gl. i. ibi. l. cum minor. ff. eo. Bart. aliter soluit dicens quod aduersarius non restituitur nisi ad illam actionem in qua lesus erat per illum actum contra quem petita est restitutio. secus si illam actio. alias amiserat: vt in contrario. ¶ In gl. in verbo, veteris no. quod cum hic transactū fuerit super actio. et actio nō sit proprie res mobilis, neque res immobilis, sed sit quoddā ius incorporale cōstituens tertiā speciē bonorū de per se: vt. l. mouentiū. de verb. sig. & l. a diuo pio. §. in venditione. ff. de re iudi. & l. quā Tuberonis. §. pen. ff. de pecu. tamē in terminis nostris ascribitur rei immobili, secundū quod erat res ad quā ipsa actio dabatur & si qō erat res immobilis requiritur decretū iudicis ad validitatē ipsius transactionis si mobilis nō. & hoc: quia in hac materia nō cadit cōsideratio tertie speciei, nā cum queritur an in alienatione rei minoris requiratur decretum necne sit distinctio inter mobilia & immobilia: vt. l. lex que tutores. C. de admi. tuto. & in titu. de prediis mino. & in tit. de rebus eorū, nec dicitur aliquid de tertia specie. ¶ Ex quo no. quod quando sumus in materia, in qua non possumus assumere iura pro tertia specie de per se considerabili, sed oportet illa applicare mobilibus, vel immobilibus: tunc dicuntur mobilia & immobilia, sicut sunt illē res super quibus sunt illa iura, vel dantur ille actiones: vt est intentio huius glo. ita quod tunc appellatione rerum mobilium, vel immobilium venient iura & actiones, & applicabuntur: vt. S. & multo clarius veniunt iura & actiones appellatione rerū nō dicēdo mobilium & immobilium: vt per Barto. in. l. si. ff. de vsufru. leg. & in authen. sacramenta. C. si aduersus vendi. & in. l. i. ff. si cer. pet. nisi forte fiat mentio de loco: quia iura non circunscribuntur: vt. l. Caius. de lega. ii. & tetigi in. l. si. C. de pact. Et appellatione bonorū non veniunt: vt. l. princeps bona. & l. subsignatum. §. bona. de verb. sig. & l. non amplius. §. si quis bonorum. de leg. i. & l. si quis seruum. §. i. de leg. ii. & tu vide bonum text. in. l. vxori mee vsufruc. ff. de vsufruc. & Barto. in. l. quintus. ff. de auro & argē. leg. & per eūdē in cōsilio, quod incipit, Mattheolus. & appellatione meorū & tuorum sine alio subiunctiuo: vt l. meorum. de verb. sig. que omnia sunt vtilia pro dispositionibus statutorū de predictis facientiū intentionem puta pro decimo soluendo, vel estimatione facienda. et si statutum dicit quod de omnibus rebus petitis soluatur decimā, deinde daret formam diuidēdo inter bona mobilia & immobilia, & nihil dicendo de iuribus & actionibus intelligitur: vt. S. & non quod relinquat habent casum indiscussum, & pro obmisso, ex quo in princ. dixerat de omnibus rebus indistincte iuxta ea que habentur in Lex traneus. de condictione ob causam. vnde dixit Bal. hic in quibusdam repotationibus suis, quod mihi videtur durum & periculosum, videlicet, quod minor potest renuntiare & remittere hypothecas, & sic actionē hypothecariam sine decreto iudicis argu. l. iubemus. & authē. sine a me. C. ad Velle. & etiam: quia cum actio hypothecaria aduocet nudam possessionem rei: vt. ff. de euict. l. si causa vendita. & nuda possessio rei possit transferri et concedi per minorem sine decreto: vt. l. magis puto. §. i. ff. de rebus eorum. ergo & renuntiare hypothece que competit ad ipsam possessionem, etiam sine decreto, secundum Bal. arg. istius gl. que vult quod minor possit alienare iura super rebus mobilibus sine decreto, sed hoc dictum Bal. videtur durum, vt dixi: quia hypotheca habet plus iuris quā nuda possessio respectu eius quod importat, & respectu futuri euētus. L. si ex persona. h. d.

a ¶ Super hac. l. i. si aduersus trāsactio. vltra Mo. videatis Bar. in cōsi. l. & in cōsi. c. Ang. in cōsi. lxv. inci. comes robertus. Cy. & Iacobū butriga. in. l. inter omnes. C. de pre. mi. Bal. in. l. si. in. i. col. C. si ex fal. instru. Bal. in l. frater. post glo. & antiquos. C. cōmu. diui. & Pau. de ca. in. l. qui fidem. ff. de trāsacti. S. T.

¶ Et super hac l. i. si aduersus trāsacti. videatis gl. in. l. si. C. in qui. cau. in inte. re. nō est nece. specu. & Io. andr. in ti. de fructi. & interesse. in. §. i. in ver. qd si debeo. & do. Iaso. in. l. iusiurandum. §. pupillus col. i. de iureiurā. S. T.

SVMMARIVM.

1 Minore restituto aduersarius restituitur ad replicationem si prima actio durat & quomodo primā actionem durare intelligitur.

a ¶ Super hac.l. si ex persona. videatis vltra mo. hic Bal. in.l.i.j. de repu.que si.in in. S. T,

SI ex persona. [a] Restituto † minore restituitur aduersari⁹ vt habeat replicationem si actio prima durabat, alias actionem. hoc dicit. durat autem prima actio, si non fuerat extincta per Aquilianam stipula. & acceptilationem: vt.l. actione. supra de transactio. ea vero aliquiliana stipulatione interueniente extinguitur, prima actio, & tunc instauratur vtilis a pretore propter restitu. in integrum: vt hic, in fin, ibi tributa actio. non enim dixit re nata, sed tributa, quasi dicat actionē istā dari non oriri ex edicto pretoris concedentis vtilem non directam ciuilem, vt est alias dictum in.l.cum mota. C. de transactio. et de ista vtili habetur in.l.curatoris. supra, de nego. gest. et quanto tempore duret vita huius restitute actionis dicetur in.l.finali.j.ex quibus cau.ma. ¶ In gloss.in verbo, restaurationē ibi, alij dicunt quod per officiū Bar. dicit quod quelibet istarum est vera recte intelligendo, nam verum est, quod ista actio restituitur per officium iudicis ex edicto, de minore. quod apparet: quia restituitur vtilis, & C. tamen debet restitui, ipso iure hoc est quod restituto minore, licet iudex, nihil dicat de restitutione aduersarij, tamen ipsum ius restituit: vt in hac.l. finali. & non est opus alia restitutione, & non displicet hec consideratio Bartol. tamen Bald. simpliciter tenet primam opin. dicens, quod ex eadem restitutione, qua restitutus fuerat minor restituitur aduersarius propter naturam correlatiuorū, & propter vim verbi restitutio, que est in pristinum statum repositio: vt.l.quod si minor.§.restitutio.ff.eodem.

Si aduersus solutionem. Rubrica.

b ¶ Super hac.l. indebito legato. videatis Bar. & alios.in.l.si socer in.§.i.solu.ma. & de materia.l. videatis docto.maxime Mo. repe. in.l.frater a fratre.ff.de cō.inde. S. T,

COntinua rubricam, vt in gloss.rubrice. Sequitur lex prima, que hoc dicit in summa.

SVMMARIVM.

¶ Tutor curatori soluens quod pupillo debebat liberatur, sed aduersus solutionem minor potest ex causa restitui.

LEx prima. h. dicit.

Tutor † soluens curatori, quod pupillo debebat liberatur, sed aduersus solutionem minor potest ex causa restitui. hoc dicit. ¶ In text. ibi, ex administratione tutele intellige: quia hic olim tutor reddit rationem administrationis, & reliqua restituit & si minor fuit lesus: quia forte non perfecte summerat reliqua restituta tunc habebit restitu. in integrum, etiam si curator confessus fuerat rationem esse bene reuisam, & reliqua restituta, & sic fecerat quietationem & refutationem: vt.l.qui filium. ff.de manu.testa. & l.non abstulit.j.de nouatio. dicas tamen defectus in rationibus reddendis non vitiat. tex. est notabilis in.l.quamuis.ff.de condi. & demon. ¶ In glos.in verbo potest ibi, & cōsidera no. de triplici securitate eius qui soluit illud, quod debet minori, vna est plena, alia plenior, & alia plenissima. plena est si debitor soluit pupillo sine tutore, vel adulto sine curatore, & pecunia sit salua, vel tantundem inueniatur. adde ergo tu a cōtrario sensu, quod si pecunia est perdita nullam consequitur liberationem. quod verum est etiam si solutio pecunie sit facta minori non habenti curatorem: quia licet alias minor non habens curatorem habeat administrationem pecunie cum pecunia: connumeretur inter res que seruando seruari nō possunt: vt.l.prima.§.fuit questitum.ad Trebel. & sic solus possit de ea disponere id quod posset cum curatore curatorem habens: vt.l.si curatorem habens supra, de in integrum restitu. minorum. tamen in casu nostro soluens minori non habenti curatorem nullam consequitur liberationem si pecunia consumatur in materiales vsus: vt videtur velle hic dominus meus. & patet: quia gloss. & doctor. transeunt simpliciter non accipiendo hunc casum. ratio autem potest esse non: quia minor sic incapax pecunie recipiende, et administrande: sed quia soluens debet aduertere cui soluat, quomodo & in quam causam soluat argu. huius gl. & ita puto in hoc transeundum, licet doctor. non dicant hoc modo. Alia securitas debitoris soluentis, & est plenior, secundum gloss. videlicet ante solutionem cum curatore sine iudice quo casu soluens liberatur ipso iure, tamen, si minor qui receperat pecuniam conuertat eam in malos vsus habet restitutionē in integrū: vt hic. intellige si facilitate, vel culpa sua hec perditio, vel dissipatio contingit, secus si casu: quia tunc non daretur minori restitutio iuxta nota. in.l.ij. supra, de filiofa. mino. in gloss. & ratio est: quia debitor a princi. bene soluit, & ex post facto nō superuenit facilitas minoris, aut alia causa restitutiōis in integrū. Alia & tertia securitas est plenissima, scilicet, quando est solutio facta cum iudice. quo casu soluens liberatur nec contra eum datur restitutio in integrum etiam si pecunia conuertatur in malos vsus, quod videtur mirum: quia alias decretum iudicis non solet tollere restitutionē in integrum.l.ij. C. de fideiusso. minorum. & l. minoribus. C. si tutor vel cura. inter. Sed responde quod hic ideo tollit: quia debitor soluit ex necessitate & adhibendo curatorem, & iudicem fecit illud quod potuit. & non est quid sibi imputetur. Cautius tamen faceret expectare se condemnari, nisi timeret expensas. Et aduerte: quia dum in predictis duobus precedentibus membris gloss. loquitur de securitate plena, & pleniori videtur improprie loqui: nam securior est ille qui habet efficacem & pinguem securitatem dicit Bal. in.d.l.quecūque. ergo potest impugnari. & dicitur securus quod est notandum ad instrumēta & statuta, in quibus sepe fit mentio de securitate, & vide in.l.i. ff.ad.l.Iuliam maiest. & in.l.penul. in princ. ff.ad Trebel. & in.l.i.in fi.ff. qui satisda.cog. & per glo.in.l.si mandato Titij.§.finali. ff.manda. Lex, indebito legato. hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 ¶ Minor soluens indebitum ciuiliter, sed naturaliter debitum restituitur.

b **I**Ndebito legato. [b] Si minor † per errorem iuris soluet indebitum ciuiliter sed naturaliter debitum restituitur. h.d. ¶ In gloss.i. in princ. vtrunque exemplum est bonum, ad ostendendū qualiter istud quod fuit solutum erat indebitum ciuiliter, sed naturaliter debitū, & qualiter fuit solutum per errorem iuris. ¶ Et sic not. quod illud quod poterat per Falcid. retineri etiam naturaliter debitum & ciuiliter indebitum similiter & illud quod debetur ex minus solenni voluntate, quod est notandum ad ea que habentur in.l.nō dubium.j.de testa. ¶ In gloss. in verbo iuris ibi.l.cum quis. bene dicit maior enim si iuris errore ductus soluat debitum naturaliter non repetit, licet sit indebitum ciuiliter: vt.l.error.ad.l.Falcidiam. sed bene repetit quod soluit per errorem facti: vt infra dicetur. minor non repetit etiam si soluit per errorem iuris predictum indebitum ciuiliter, sed naturaliter debitum. qualiter autem repetat, et qua actio. dicetur infra. ¶ In eadem ibi, & distingue gloss. distinguit tria membra, Unum quando soluitur est debitum omni iure. Alterum quando est omni iure indebitum. Tertium quando est omnino altero iure indebitum. adde tu, Quartum quando est omni iure debitum sed ope exceptio. indebitum. primo casu dicit gloss. quod maior soluens liberatur, & non repetit quando illud quod soluit poterat alienari sine decreto: sed si alienari non poterat non liberatur soluens: quia non transfert dominium, nisi in duobus casibus. Primus est quando debitum cepit a maiore defuncto, qui hoc promisit: vt.l.magis puto.§. si pupillus. ff.de rebus eorum. Secundus est quando consumptione reconciliatur solutio. vt.l.non omnis.§.si pupillus.ff.si cer.pet.

sentit

sentit ergo gloss. quod quando minor soluit illud quod alienari non poterat: vt sunt res immobiles sine decreto, vel mobiles sine curatore casu quo habeat curatorem: vt. l. si curatorem habens supra, de in integrum restitutione minorum. tunc minor soluens non liberatur: vt institu. quibus modis toll. obliga. in princip. & ideo repetit, sed dominus meus in hoc casu dubitat de possessione que quidem transfertur in accipientem, quamuis soluens non habuerit potestatem alienandi proprietatem, nunquid possit vendicari, vel condici secundum terminos. l. indebiti. §. sed & si numi. ff. de condictione indebiti. & videtur dicendum quod non. argu. l. Neratius. ff. eodem titulo. & quia est pars rei solute tamen dominus meus inclinat in contrariam partem, quod imo repeti possit: quia cum res soluta non sit hypothecata creditori non poterit per eum retineri: vt. l. si non sortem. §. si centum. de condictione indebiti. & quia peruenit ad eum, non sine aliquo vitio, & de facto cum receperit a non habente potestatem alienandi, et sic mala fide: vt dicto. §. si centum. & l. qui a quolibet. ff. de contrahenda emptione. Secundo casu quando est omni iure indebitum, tunc non est necessaria restitutio: quia repetitur de iure communi dicit gloss. hoc est rei vendi. vel per condictionem indebiti, si dominium erat translatum: vt in toto titulo de condictione indebiti. In hoc tamen est differentia: quia si solutio fuisset facta a maiore ex causa acta ad translationem dominii, daretur condictio ad ipsum dominium, si vero a maiore, tunc in casibus in quibus dominium non esset translatum: vt quia non interuenisset debita solennitas, daretur condictio ad possessionem. dicto. §. sed & si numi. Item est & alia differentia: quia si minor soluisset indebitum omni iure, idque scienter fecisset, videretur donasse, & ideo non posset repetere: vt. l. prima. ff. de condictione indebiti. & l. cuius per errorem. ff. de regulis iuris. sed minor bene repeteret, quia non habuit animum, nec potestatem donandi secundum Ang. hic. Tertio casu, quando ex vno videtur debitum, alio indebitum, & tunc aut deficit ius ciuile, siue ciuilis obligatio, aut naturalis si ciuilis: vt in supradictis exemplis gloss. j. in princip. et tunc si erat maior ille qui soluit & errauit in iure, non repetit: quia naturalis obligatio impedit repetitionem: vt dicta. l. j. ff. de condictione indebiti. & l. cum quis. supra, de iuris & facti ignorantia. Sed si errauit in facto repetit etiam si sit maior: vt habetur in dictis iuribus. & in. l. sed si me putes. de condictione indebiti. si vero erat minor, & tunc aut est solutum legitime, id est, cum curatore & decreto iudicis, vbi requiritur, & non repetitur nisi per restitutionem in integrum, vt hic secundum gloss. ad hoc notata. in. l. interdum. ff. de condictione indebiti. Si vero fuit minus legitime solutum, & tunc si extat vendicatur: quia dominium non est translatum, si non extat, condicitur: quia consumptione reconciliatur dominii translatio: vt de his latius in dicta. l. interdum. sed tunc opponitur: quia per dictam solu. liberatur soluens ab illa oblig. naturali, & vna non potest parere liberationem, et repetitionem: vt. l. qui hominem. §. finali. ff. de solu. & tactum est in. l. ij. §. ij. quod metus causa. ergo videtur quod repeti non possit. responde tu quod imo dicta solu. non parit efficacem liberationem, sed eam suspendit, vt habeatur ratio futuri euentus, ita quod si postea repetatur solutum censeatur a principio non facta liberatio. arg. eorum que habentur in. l. si non sortem. §. si. de condictione indebiti. & in. l. ij. §. j. ff. de verb. oblig. vbi dixi. futurus enim euentus facit censeri fuisse, vel non fuisse secundum quod postea contingit: vt in. d. iuribus. & per Bart. in. l. Centurio. ff. de vulg. & pup. de compendiosa facta a pagano per verba communia. pro questione Bart. dominus meus allegat. l. in eo. ff. de acquir. rerum dominio. & hec solu. est contraria his que dicit Bal. j. in sequenti. q. vel dicas & melius, quod vere soluens fuit per illam solu. liberatus ab illa oblig. naturali: vt instit. quib. mod. tol. ob. in prin. sed postea cum condicit, vel restituitur sibi res restauratur sibi illa naturalis, verum est tamen quod vbi illa per solu. sublata erat directa naturalis, ista instaurata est vtilis & datiua: vt in si. §. in tit. precedenti. nec mireris quod dixi dari vtilem naturalem: quia est reperire, quod detur etiam vtilis naturalis: vt. l. si eius. ff. ad Trebel. in gloss. & tactum est. §. de transactio. l. cum mota. vel tertio dicas, quod instauratur & nascitur noua naturalis directa ex tacito nouo consensu orto inter partes tempore, quo condicitur, vel restituitur: vt. l. Stichum. §. naturalis. de solu. de quibus vide hic. per dominum meum, et que dicta sunt subtiliter de soluente partem debiti diuidui, vel indiuidui in dicta. l. ij. §. & harum. de verborum obligatio. sed vlterius opponitur quod huic minori agenti obstat exceptio compensationis: vt. l. si eius. & l. si constat. ff. de compensatio. & l. etiam eodem titu. & habetur in. l. iurisgentium. §. igitur nuda. de pactis. quoniam illa naturalis est potens ad retinendum & compensandum: vt ibi. gloss. hic dicit, quod propter beneficium etatis compensationem euitat, sed Bartol. aliter soluit dicens compensationem habere locum in petente, scilicet, aliud quam quod solueret non in repetente, quod soluerat: quia in eo proceditur quasi per viam cuiusdam restitutionis illius soluentis, quasi suo errore expoliati ideo est ante omnia restituendus: vt. l. si quis a se fundum. infra, ad. l. Iuliam de vi. Bald. etiam soluit aliter dicens quod non cadit compensatio: quia tempore quo repetitur, scilicet, quando retraditionem, non est reperire naturalem obligationem, nam donec dominium rei solute est penes creditorem durat liberatio soluentis: tunc ergo temporis ille qui soluit, non reperitur naturaliter obligatus, & ideo non obstat exceptio compensationis: vt. ff. de condictione indebiti. l. si fine. que solu. Bald. concordat cum secunda & tertia solu. conditionis precedentis & discordat a prima, ideo videtur melior illa secunda & tertia. Si vero est debitum, ciuiliter sed naturaliter indebitum que species est obmissa a gloss forte: quia raro reperitur, & tunc quo ad denegandam, vel concedendam repetitionem dicendum est, sicut est dictum supra, de indebito omnino: de compensatione tamen et suspensione habent locum precedentia dicta. ¶ Quarto casu debito omni iure, sed ope exceptio. indebito. dic vt. l. late. per Bartol. & doctor. in. l. qui excep. ff. de condictione indebiti. & quantum ad propositum nostrum, adde quod in illis casibus in quibus maior non condicit minor restitui potest: vt in terminis istius. l. nostre. Rubrica, si aduersus dotem.

Si aduersus dotem. *Rubrica.*

Continua rubricam, [a] vt in gloss. Sequitur lex prima.

¶ Super hic. l. vnica. si aduersus dotem. vltra Do. hic, videatis Cuma. in consil. xlv. inci. stante statuto vicentie. j. j. col. S. T.

SVMMARIVM.

1 ☞ Minor & eius heres aduersus immoderatam dotem restituitur.

Lex prima. h. dicit. [a] Aduersus dotem immoderatam minor restituitur & eius heres. hoc. d. sed quomodo cadat restitutio heredis cum post mortem mulieris possit eam repetere de iure communi: vt. l. ij. ff. sol. matri. & in. l. in rebus. j. de iure do. potes dicere: vt in gl. hic posita in verbo pertinuit, & idem etiam statutum dicit quod vir lucretur tertiam partem dotis. ¶ Et not. quod mulier potest dare in dotem omnia bona sua: vt & in. l. mulier bona. ff. de iure dotium. & in. l. nulla. infra eodem titu. sed an in dubio censeatur dedisse omnia sua bona, vide pro Bartol. in sua disputatione mulier habens amplum patrimonium & l. si constante. soluto matrimonio. posito tamen quod ea dederit expresse: vt quod in dubio intelligatur dedisse, certe si est minor & lesa habet restit. in integ. non dico aduersus matrimonium sed aduersus dotis constitute modum & quantitatem: quanquam non cadit tacita constitutio dotis in rebus immobilibus ita quod valeat & detur restitutio. Ex predictis autem infertur, quod licet pubes habeat legitimam etatem in matrimonio tamen non ita in dote, que est sequela matrimonii, & vide in. l. si. j. de legi. tut. ¶ In gl. j. respondeo non secundum Io. hec vera secundum doc. nam hec ...

stitutio dotis fuit solenniter facta ista est tutior intelligentia secundum Bald. ¶ In glos.in verbo,presente not.distinctionē notabilem an valeat,⁊ quid operetur constitutio dotis immoderate facta a minore,⁊ dic breuiter secundum Bald.quod triplex est immoderatio, scilicet,vltra patrimonium,⁊ vltra vires patrimonij,et tertia quam gloss.non ponit vltra qualitatem viri, et vxoris prima reddit contractum dotale a minore celebratum nullum.in secunda ⁊ tertia,si est solenniter contractum est necessaria restitutio secundum gloss. Ex qua infertur quod aliud est dicere patrimonium, aliud vires patrimonij.patrimonium non includit omnia debita ⁊ credita.vires patrimonij non dicuntur nisi deducto ere alieno. ⁊ idem dicas de hereditate: quia aliud est hereditas,aliud sunt vires hereditarie: vt.l.finali.§. ⁊ si prefatam.infra,de iure deliberan.quod est vtile pro statutis ⁊ aliis dispositionibus in quibus fieret mentio de patrimonio,aut iuribus patrimonij, vel fieret mentio de hereditate,aut iuribus hereditarijs,

Si aduersus delictum suum. Rubrica.

Continua rubricam

vt in gloss.rubrice.Sequitur. l.prima.

SVMMARIVM.

¶ 1 Minor non restituitur aduersus delictum ex animo perpetratum,sed si culpa sic.

2 Differentia inter delictum ⁊ crimen,⁊ maleficium.

Lex prima. h. dicit.

a Nō † restituitur minor aduersus delictum ex animo perpetratum, sed si ex culpa sic.h.d. ¶ In tex.ibi,in criminibus,⁊ ibi non ex animo,id est,non cum intentione nocendi. Not.quod minores non restituuntur in delictis, ex animo perpetratis,⁊ ratio est, q: legis beneficiū nō datur dolosis. vt ⁊.j. si minor se ma.dix.l.si alterius. et facit.l. si vnus. §.finali. ff. pro socio. In delictis autem per culpam perpetratis bene restituuntur minores: quia licet delictum per culpam commissum regulariter debeat puniri, vt tetigi. ā.si aduersus libertatem in.l. quos retrahi.tamen mitius agitur cum culposo, quam cum doloso:vt habetur in.l.prima.ff.ad.l. Cor.de sicar.

2 ¶ In glo.i.⁊ in glos.super verbo,delictum†no.differentiam inter delictum,⁊ crimē. Delictum enim est generale,crimen vero restringitur,quando ex animo,secūdum gl.quod ⁊ videtur probari per istum tex.qui quando ex animo appellat crimina postea quando ex culpa tantū appellat delictum ⁊ doctor.communiter transeunt cum hac glos.pro qua facit titu.de crimine falsi,⁊ titu.de crimine expilate hereditatis,⁊ glo.xxxi.distin.c.i. vbi dicitur.quod crimen est graue peccatum accusatione et damnatione dignissimum, et si reperiretur aliquando crimen appellari, vbi non esset dolus: vt forte in tit.de extraordi.crimi.⁊ in titu.quando causa ciuilis cri.preiudicet.illa puto, qō sit impropria locutio. De maleficio vero quod etiam est generale,vide per Bal.in.l.si quis non dicaz rapere.ā.de episco.⁊ cler.⁊ in rubrica, qui accusare non poss.⁊ in.l.data opera.eodem titu.⁊ habetur in.l.ij.§.i.illud.ff.de orig.iuris.⁊ institu.de oblig. que ex delicto na.⁊ ibi an maleficium comprehēdat,etiam maledicium hoc est blasphemiam:nā gloss.sentit ibi, quod sic.⁊ eam sequitur Bald.sed tamen Bart.aliter distinguit in.l.aut facta.in princip.ff.de penis. ¶ In gloss. in verbo,non committetur ibi.l.si ex causa. §. nunc videndum.Bald.intelligit gloss.vt dicat,quod licet negare veritatem facti proprij,sit dolus: vt.ff.de furtis.l.inficiando. in princip. ⁊ minor restituatur contra negationem:vt habeatur pro confessione : vt in dicta.l.si ex causa.§.nunc videndum.tamen hoc sit speciale: quia in iudicio minor non est plene doli capax, cum non posset per seipsum confiteri vel negare:vt infra, de autoritate prestan.l.clarum. Sed pro declaratione materie,ex dictis doctor.hic,⁊ in cap.i.de delictis puer. cum queritur,an ⁊ quomodo minores teneantur ex delictis distingue, Aut est infans,vsq; ad septēnium, ⁊ nullo modo tenetur: quia quicquid videt ignorat, vt.l.i.infra, de falsa mone. ⁊.l.infans.ff.ad.l.Cor.de sicar. Aut est maior infante,⁊ tunc aut nondum est doli capax,⁊ similiter non tenetur:quia non videtur fallere scienter, vt.l.qui iurasse.in princi.ff.de iureiu. Dicitur autem doli capax, quando est proximus pubertati,hoc est vsque ad decimum annum cum dimidio. sed in.l.i.ff.de nouatio.⁊ in l.pupillus.ff.de regu.iuris.⁊ in.l.impuberem. ff.de fur. ⁊ de consecra. distinct.quarta , eos. postquam vero dictam etatem decem annorum cum dimidio excessit,censetur esse doli capax,⁊ sine dubio tenetur secundū quod infra dicam. Sed tamen debet mitius puniri,⁊ cum eo facilius dispensari:vt dicto cap.i.quod est notabile ad supplicantem pro ipsis ad dominos gubernatores,nā facilius impetrabunt veniam , supplicando pro ipsis, qui non sunt puberes effecti:licet,vt dixi,qui impleuerunt decimū annū cū dimidio deliquerint,⁊ veniāt puniendi,imo ⁊ prius si forte malitia suppleret etatem, vt notatur in dicto.c.i.⁊.ij.de delic. puerorum. ⁊ in cap.i. de dispē.impuberum.⁊ maxime in spiritualibus, ⁊ quo ad conscientiam:vt dicitur,tenere theologos.verum est tamen quod in grauibus penis non assumitur doli capax nisi ille qui est prope.xiiij.annum.vel prope pubertatem per sex menses: vt dixit mirabiliter Bald.quem doctor.communiter sequuntur in. l.excipiuntur. ff. ad Sille.⁊ in gloss.dicta.l.i.ff.de nouatio.⁊ habetur in authen.sacramenta.ā.si aduersus vendit. ⁊ facit.l.properandum.infra,de iudic.an ergo adulto, vel alias doli capaci detur restitutio in integrum,de quo articulo est proprie materia nostra.distingue ergo aut delicta sunt talia que non dicuntur esse delicta in minoribus : vt in l.penulti.ā.ex quibus causis infa.irroga.⁊ non cadit restitutio,cum non teneantur:vt hic, in.l.ij. Idem dicunt quidam de delicto commisso nomine minoris , ⁊ per ipsum ratificato,quasi non vere committat delictū , sed domi. Petr.de perusio in.d.c.fin.dicit non esse verum, quia ratihabitio etiam in istis comparatur mandato,vt in cap.cū quis.de homicidio in.vi. Aut sunt talia delicta que etiam in minoribus sunt delicta, ⁊ tunc aut loquimur in faciendo,aut in nō faciendo. Primo casu, aut in delictis que non habent esse sine dolo, ⁊ tunc tenentur , ⁊ non restituuntur ⁊ si culpabiliter se gesserunt in talibus sine dolo nō tenentur ipsi,nec etiam maiores secundum dicta.ā.si aduersus libe.l.quos retrahi. Aut in delictis,que possunt dolo ⁊ culpa perpetrari, ⁊ tunc si dolo tenentur ⁊ nō restituuntur:vt hic,sed mitius puniuntur:vt supra,⁊ habetur in.l.⁊ si seniore. ā.ex quib. cau.infa.irro. Si vero culpa restituitur:vt hic,⁊ si delictum est tale quod de sui natura non est delictum , nisi quia statutum vel constitutio facit actum punibilem, tunc puto quod minor faciens illum actum possit restitui aduersus penam incursam. ⁊ hoc per ea , que dixit Bal.in.l.si ex causa.§.si cōmissum.ff.eo.vbi dixit quod minor extrahens bladum de territorio restituitur in integrum contra penam incursam. quod dictum videretur contra hanc.l.nisi tu assignes predictam rationem , quam videtur assignare etiam dominus meus hic in fine. Secundo casu quando loquimur in non faciendo,⁊ tunc minor restituitur:vt.l.in delictis.§.si extraneus.ff.de minoribus.⁊ hoc siue,quia minus sit delictum:vt habetur in.l.si mora.ff.soluto matrimonio. et in.l.diuus.ff.ad Silleia.siue quia in nō faciendo potius est delictum presumptum quam verum : vt.l.si procuratorem. §.si dolo. ff.manda. vbi maior non faciendo id ad quod tenetur presumitur esse in dolo. sed ab huiusmodi dolo presumpto minor excusatur:vt per gloss. in.l.vbi exigitur.ff.de edendo. ideo tanquam non vere dolosus restituatur.de quo vide in.l.i.§.nunciato. ff. de noui oper.nun. Lex licet in delictis.hoc dicit.

a ¶ Notate hanc. l. j. si aduersus deli.pro late dictorū limitatiōe, in authentica, sacramēta puberū. ā. quia si impuberes dolose cōtra iuramentū veniret,nō restituitur secus ꝯsideratiōe sue lesionis incōsequētiam tacito modo vel expresso:culpa tū iurisiurandi exclusiōnez peteret.⁊ dolus a culpa in ꝓductione libelli, seu articulando, aut ꝑspicuis indicijs dignoscit; ⁊ ideo sint aduocati ꝓcuratores ⁊ minores cauti, S. T.

¶ Et circa hāc. l.i.si aduersus delictum. quatenus Mo.tractāt materiaz ꝑsumptionū,indiciorū,cōiecturarū ⁊ semiplenaruz probationū , vltra eos videatis do. Alciatū in tra. presumptionuz, do. meū do. Marcū de mātua in re.l. admonēdi.de iureiuran.et Mo. in tracta.de indicijs , et nouissimos Patauinos in.l.ii.ff.de quest. S. T.

SVMMARIVM.

1 ¶ Minor etas excusat matrem , non petentem filijs tutorem , ⁊ quia si fuerit effecta maior , et non petierit.

Licet

a 1 LIcet in delictis [a] Minor † etas excusat matrem, que non petit tutorem filys. h.d. ¶ Not. quod mater minor non perdit successionē filiorum impuberum ꝑpter non petitū tutorem, nec eget restitutione: q2 ipso iure seruatur illesa. sed quid si a prin. erat minor, videlicet, tempore mortis mariti, post tractum temporis est effecta maior, & post maiorem etatē stetit per annum, quod non petit tutorem vtrum debeat successione priuari videtur dicendū, quod sic; q2 beneficium quod quis sortitur ex minori etate expirat superueniente maiore etate. l. Titia Seio. §. vsuras. de leg. ij. & hāc opi. tenuit Ang. hic. pro qua facit; q2 ille cui incūbit onus adsumēdi tutelam si est minor. xxv. annis datur interiꝫ loco sui vnus curator, & adueniente postea maiori etate compellitur tutor, & sic nō est perpetuo excusatus: vt. ff. de tuto. & cura. dan. ab ipsis. l. si impuberi. & de tute. & ratio. distra. l. si tutor rei ꝑ causa. §. i. contrariū tenuit Spec. in titu. de in integ. restit. & Bald. hic, & in auth. si captiui. C. de sacro sanc. eccle. q2 initium videtur inspiciendum. ad hoc etiā not. in. l. j. j. in quib. caus. in integ. restit. nō est necessaria. & in. l. minoribus. j. de his quibus: vt indi. & sic semel excusata erit perpetuo excusata, & subdit Bald. se pro hac parte pluries consuluisse non obstant. d. §. vsuras. quia ibi allegatur etas ad impugnationeꝫ: hic vero ad defensionē que defensio cum semel cepit debet esse perpetua. de quo etiā dicetur in. d. l. i. j. in quib. cau. in integ. restit. non est ne. vt per. d. m. ¶ In gloss. in verbo obtineat in prin. no. gl. ꝑ opi. eorum, qui tenent quod mater habet annū ad petendū tutorem que opi. ex consuetudine approbatur licet Bar. teneat contrariū in. l. ij. §. confestiꝫ. ad Trebel. per illum tex. qui tamen quantuꝫ ad hoc est correctus per. l. sciant. j. de legi. heredibus.

Si aduersus usucapionem. Rubrica.

COntinua rubricam, vt in gloss. rubrice. L. prima sequitur.

SVMMARIVM.

1 ☞ Minor etiam aduersus vsucapionem restituitur.

b 1 LEx prima. hoc d. [b] Minori † restituitur aduersus vsucapionem. h.d. ¶ In gl. & in princ. de hoc quod dominiū siue quod ius acquiratur per vsucapionē, & quod per alias prescriptiones plene per doctor. in auth. nisi tricennale. j. de bonis maternis. ¶ Et no. glo. hic, dum loquitur de quasi dominio. naꝫ appellat quasi dominiū illud quod est vtile non quidem, quod non sit verum, et proprium dominium, & perfectum, prout alias dicitur de publi. in. l. i. ff. de condictione furti. & in toto tit. de publicia. sed quia est preter iusgent. acquisitum vide, que habentur in. l. si quis in. §. differentia. ff. de acquir. poss. ¶ In ead. ibi. & not. quod hic titu. de hac materia dicetur plene in. l. si. j. in quib. cau. in integ. restit. non est ne. sed vt pro nūc breuiter soluas omnia cōtraria, & omnes oppositiones dicas, quod ista vsucapio nō incepit a minore. sed fuit inchoata cum defuncto, ideo non mirum, si postea fuit perfecta, & finita cum minore. iura autem cōtraria loquūtur vbi quis vult inchoare tempus prescriptionis a minore. & ratio differentie est: quia in vsucapione & prescriptione inspicitur initium: vt. l. prima. §. finali. de vsucapi. transfor. secundum Baldū in. & si diceretur, quod tunc minor nō solet restitui, vt. l. Emilius. ff. de minori. respondet Bal. quod illa loquitur in prescriptione conuentionali. ista in prescriptione legali: preterea illa venit ad corroborationem contractus defuncti, ista ad inductionem acquisitionis dominiꝫ siue rei. ¶ In eadem ibi, ergo nec vsucapi. ista consequentia nō est bona: nam bona minoris etiam immobilia, quamuis nō possint alienari per hominem, tamen poterunt bene a prescribi, quia non sunt prohibita alienari simpliciter et indistincte, sed sine solennitate: vt. l. lex que tutores. j. de administra. tuto. que solennitas non requiritur in alienatione legali & que fit per vsucapi. de prescrip. quia. l. nō indiget adminiculo decreti pretoris: vt. l. que sub cōditione. §. penultimo. ff. de condit. & demonstratiu. & patet in bonis minoris tacite obligatis pro restitutionē dotis, de quo per dominum meum, in. l. item, quia. ff. de pact. & habetur in. l. ij. j. de vsucapi pro emptore. & in l. i. infra, de seruis fugit. ¶ In ead. ibi, quia tanto tempore. not. singularem gloss. secundum Ang. que dum arguit quod res, que non possunt seruando seruari non possunt vsucapi eo, q2 nō possunt tanto tempore possideri, videtur tenere, quod illa res nō possit seruando seruari que non est duratura triennio de quo dictum est. C. de ꝑcura. l. si procuratores. ad hoc autem quod dicit gl. potes respondere, quod text. noster loquitur de aliꝭs rebus mobilibus, quam de his, que non possunt durare triennio siue ꝑpter naturā sui, siue propter temperiem regionis, & hoc videtur de mente domini mei.

Si aduersus fiscum. Rubrica.

COntinua rubricam, vt in gloss. rubrice. L. ex prima seq.

SVMMARIVM.

1 ☞ Minor a procuratore fisci deceptus potest in integrum restitui.

1 LEx prima. h. dicit. Si minor † a procuratore fisci decipitur potest in integrum restitui. hoc. d. ¶ Not. quod restitutio in integrū datur contra fiscum sicut cōtra quemlibet priuatum, & hoc vult dicere tex. ibi iuris publici. ¶ Item no. tex. ibi precipiti animo valere contractuꝫ precipiti animo factum: vt voluit hic, alias non daretur in integrum restitutio: vt. l. penult. C. si aduersus libertatem, quod. d. m. inducit ad illos qui existentes in aliqua contentione precipiti animo ponunt inter se aliquod pignus quod aliqua res sit, vel non sit. que positio pignoris videtur valida, etiā si precipiti animo fiat. arg. huius tex. quod pōt esse verum si fiat de aliquo facto de preterito, sed si de futuro puta quod talis princeps morietur infra annum: vel talis nauis veniret salua. Paulus de cast. in. l. a Titio. ff. de verborum obligationibus. videtur dubitare, an valeat. dicit tamen ꝙ plures doctor. cōsuluerunt valere, sed quod ipse noluit se subscribere Florentie, vbi est ista consuetudo, & tu non intelligas illud precipiti animo. id est, irato: quia tunc magis vitiaretur argumen. gloss. in cap. penultimo. de conuersione coniunga. in verbo, iracundie. ¶ Item not. text. ibi, longe minore, quod etiam si paucitas non sit infra dimidiam iusti pretij, dicitur esse longe minus iusto pretio: vt colligitur ex gloss. hic in verbo, minore. que vult, quod in. l. nostra non fuit deceptio vltra dimidiam iusti pretij: quia tunc haberet locum. l. secunda. infra, de rescind. vendit. & non in integrum restitutio. & cum ea videtur transire Bartol. et Angel. hic. sed Bald. in hoc vltimo tenet contrarium volens, quod imo vnum remedium non tollatur per aliud, & quod possit petere restitu. in integrum. que restitutio erit forte sibi commodior, quia nō habebit necesse probare se lesum vltra dimidiam secūdum ea que dicta sunt. C. si aduersus rem iudi. l. i. in fi. Seq. L. si aduersus.

SVMMARIVM.

1 ☞ Inter priuatos cognoscit preses prouincie. sed inter priuatum & fiscuꝫ cognoscit procurator Cesaris vna cum preside.

¶ Circa hāc. l. licet in delictis. vltra do. Cor. Piū binū, & do Anto. de alex. an excusetur mater minor que non petierit tutorem, videatis Bald. in cōsi. clx. in iij vol. Ang. in C. cxviij. & Rom. in C. cclxxix. do. Claudiū de seisello. in. l. ij. C. de in ius vocan. & mo. in. l. ij. in. §. si. soluta. ff. post Bal. hic, & in. l. precibus. j. de impu. & aliꝭs. & do. Jacobinū hic. vera tñ extat opi. Ang. & sequacium hic, & est communis vt dicūt d. o. hic, & in. l. i. & i. l. adolescētie. i. in qui causis in inte. resti. non est necessa. & obseruat in practica vt dicūt nouissimi in tra. de tutelis in penul. charta. & ego eaꝫ hic in gallia pluries vidi obseruari & est opinio in puncto iuris & equitate, etiā publica, valida et substentabilis. S. T.

b ¶ Circa hanc. l. i. si aduersus vsucapi. videatis vltra do Jacobinū Ang. imo. & do. Lu roma. in. l. i. in. §. fuit questiū. ff. ad trebellia. S. T.

SI aduersus. h. dicit.

Inter fiscum & priuatum iudex est procurator Cesaris, sed inter duos priuatos iudex est preses prouincie. hoc dicit.vel sic. & plenius ¶ Inter & priuatos cognoscit preses prouincie, sed inter priuatum, ex vna parte & priuatum & fiscum ex altera cognoscit procurator Cesaris vna cum preside. hoc dicit secundum Baldum, qui ad hunc text. & ad versi. quod si. ponit exemplum quando minor vendidit fisco & fiscus vendidit eandem rem alteri priuato & minor petit contractum rescindi contra fiscum, & contra priuatum rescindi dominium eius, & sic in eodem libello concludit contra vtrunque implorando restitutionē in integrum aduersus contractum, et aduersus ipsam rem: vt alias in. l. cum miles. §. primo. ff. ex quib. cas. ma. dicitur. dicit Bald. quod quia isti sunt duo rei diuersi fori duo iudices erunt adeundi coniunctim de causa cognoscentes, scilicet, quod curator Cesaris propter fiscum, & preses propter priuatum augmentum, ad hunc intellectum. ff. de excusatione tutorum. l. iurisperitos. §. oriundos. & quod ita debeat intelligi, videtur probari, per istum text. in dicto versicu. quod si. vbi presupponitur quod intentio dirigebatur contra fiscum, quando autem propter plures diuersi fori conuentos plures sunt iudices adeundi, qualiter debeant pronunciare, & quid si contingat in eodem casu diuersas ferre sententias, vide per Angel. in. l. qui de crimine. infra, de accusatio. & Bald. in. l. in offerendis. infra, de appellatio. & ibi, ad quem superiorem debeat appellari. ¶ In gloss. que incipit, sed hodie ibi. §. finali. in fin. non est antiqua gloss. nec vera, secundum Baldum.

a ¶ Super hac. l. edicto quidē. vltra Do. post do. Corne. hic, videatis Bal. in. l. i. j. de rescin. vendi. Bald. in. l. i. j. de here. vel actione ven. & Bal in. l. i. j. de prescrip. xxx. anno. S. T.

b ¶ Circa totum practicabilē titulum istū. si aduersus creditorē. videatis matthe. in no. lvii. & xcvi. siue. lic. inci. nota vnū casum quotidianū. do. Alex. in cōsi. xlvi. in. i. vol. i. vi. vol & do. soci in cō. cxv. in iiii. col. S. T.

SVMMARIVM.

1 ¶ Si fiscus rem minoris solenniter iusto pretio vendiderit et debitor non satisfaciat fisco valet venditio alias secus.
2 Requisita ad hoc vt valeat venditio rei aliene per fiscū.

EDicto quidem,

a Si fiscus tanquam creditor vendidit rem minoris, non propterea iuuatur minor restitutione in integrum, si tamen res fuit minus solenniter, & iniusto pretio vendita, & debitor satisfaciat fisco retractatur dicta venditio. h. d. ¶ No. tex. iuncta glo. que ad intelligentiā. l. nostre, premittit quod duobus modis vendit fiscus rem alienā. Vno, vt suam alio iure creditoris, primo casu habebat locum edictum diui Marci, quo cauebatur, quod emptor esset securus prescriptione. v. annorum, nisi emisset a fisco rem minoris: quia tunc etiā post quinque annos poterit inquietari per minorem, cui dabatur etiam vltra quinquennium repetitio: sed quia in casu nostro venditio nō fuit facta a fisco hoc modo, & tanquā de re propria ipsius fisci, sed tanquam de re debitoris, ideo nō habet locū edictū diui Marci. Et propterea non datur minori restitutio post quinquennium, nec repetitio, nisi minus solenniter & modico pretio &c. Secundo modo vendit fiscus rem alienā, iure creditoris, quo casu non habet locū predictum edictum. & ita fuit facta vēditio hic. vnde: vt. d. dixi. non habet locum edictum diui Marci tradentis securitatem emptori post quinquennium. sed minor restituebatur, & hec de iure antiquo. hodie vero sunt aliqua immutata per. l. ii. & iii. j. de quadri. prescri. nam qui emit a fisco rem alienam, vt suam statim est securus: vt ibi dicitur. & hoc fauore fisci: vt sic facilius emptorē inueniat: tamen ipse fiscus tenetur dominis rerum. j. quadriennium. si sunt maiores, & si sunt minores etiam post quadriennium ipsi autem emptores sunt securi: vt. d. iuribus licet gl. hic aliter dicat, sed an hec dispositio & prescriptio quadriennij que loquitur in fisco imperij habeat locum in fisco ecclesie Romane. qui vt dicit Bart. in. l. a. j. de iure fisci. lib. x. habet omnia priuilegia que habet fiscus imperij domi. meus hic post argu. hinc inde inclinat in opi. quod non: quia ecclesia debet esse cultrix iustitie non iniustitie, & ideo non debet pati cum iniuria damnum alterius: & vt in. c. i. de alie. feudi. in vsi. feu. & quia Bal. j. in. l. ii. de seruit. & aqua. dicit quod non valet infeudatio de re aliena facta per papam si papa credebat esse suam, & quia ecclesia non prescribit minori tempore quam priuatus, & quia Imol. in. c. bone. el. ii. de postul. prelato. dicit quod. l. bene a Zenone. j. de quadrien. prescript. & alie. ll. illius tituli. nō procedunt cum bona conscientia, & sic non videntur habere locum in papa & multo minus habent locum in inferiore a principe. vel a papa secūdum. d. m. qui ita dicit fuisse consultū Fulcinei & Mediolani. ¶ Item no. text. ibi, satisfaciēte. quod qui petit rescindi contractū, debet ex parte sua offerre debitum cuius occasione ille cōtractus fuit celebratus cōcordat. l. fundū, qui Lucij titij. ff. de rescinden. vendi. & facit. l. ii. j. eod. titu. ¶ In ead. ibi, & tria

2 oportet & no. tria que requiruntur: vt teneat vēditio rei aliene per fiscum facta. Vnū est, quod sit debitor. Aliud vt in mora. Tertium vt solēnitas subhastationis interueniat; quibus adde alia tria, videlicet, quod bona fide distrahatur, & quod pro iusto pretio rei; vt hic, in text. & quod detur plus offerenti: vt. l. prima. infra, si propter publi. pēsitationes. & istas solennitates enumerat Bal. hic in fi. obmissa illa de mora, & sic dicit quod. v. sunt necessaria hoc est. v. supradicta. puto tamen quod solennitas iusti pretij non requiratur pro formali solennitate. ita quod si fiat non iusto pretio reddatur nulla sicut redditur propter defectum alienarum solennitatū de quibus in gloss. ad hoc dicta. l. fundum. & ita intelligit Bal. istum text. ibi, reuocatum. exponēs. scilicet, quatenus de facto processit. & hoc apparet: quia semper presumitur lesio: vt detur in integrum restitut. & tenet contractus iura tamen intelligunt iustum esse pretium illud, quod inuenitur per subhastationem: vt habetur in authē. hoc ius porrectum. sup. a, de sacrosanc. eccles. & in. l. si tempora. infra, de fide instrumē. & iure haste. li. lib. x. et ibi qualiter quotiens, & per quantum tempus debeat fieri subhastatio, & quod dixi. requiri. primum, vt ille cuius res venditur per fiscum sit debitor fisci, intellige non solum, quod pro debito ex tributis & collectis possint bona vēdi, sed etiam pro penis in causis eo, quod tributa & collecte non fuerunt solute in termino: quia vt dicit Bald. hic, ad eundem spectat perceptio collectarum & istarum penarum; vt. l. creditor. in princip. ff. de actio. emp.

b *Si aduersus creditorem* b. *Rubr.*

COntinua rubricam,

vt in glo. rubrice. Sequitur lex prima.

SVMMARIVM.

1 ¶ Si fenerator non probat mutuatam pecuniam in minoris vtilitatem versam, minor restituitur aduersus eum & aduersus cautionem sibi factam.

LEx prima. h. dicit.

Bart. Bald. & Ang. & communiter doc. o. simul summant hanc. l. i. & ii. quādo tractent eādem materiam. videlicet, de minore, qui restituitur aduersus feneratorem a quo acceperat pecuniam mutuo nisi fenerator probet pecuniam esse versam in vtilitatē minoris, & ipsum factū locupletiorē, & ad hoc tēdit primus intellectus gl. nostre qui cōmuniter approbatur obmissis aliis quorum secūdus de susceptione oneris probandi facta per ipsum creditorem, et tertius de precedēti probatione facta per minorē quod pecunia, nō indiguerit sunt diuinatiui, & quartus quod hic loquatur in causa appellationis, & in secūda instātia. vt videtur sentire tex. ibi restitutū quasi per sententiā presumatur est falsus: vt. j. in si. secundum primum igitur intellectū.

1 h. d. ¶ Si fenerator non probat pecuniam quam mutuauit versam esse in sui vtilitatē minor restituitur aduersus feneratorem, & aduersus cautionem quam supra de mutuo fecit. hoc dicit. cum. l. vt allegas. ¶ Et sic not. speciale esse odio feneratorum, vt ad impediendum

1 Vxores † militũ probabiliter cum viris peregrinantes habent beneficium resti. in integ. vt recuperent rem suam per alios venditam & ab emptore prescriptam, restituto tamen pretio emptori. h.d. vsque in fi. & prin. est clarum de se, & concordat cum. l. precedenti. sed ver. sed quia huius. habet aliquas difficultates. & ideo legitur quatuor modis propter tex. hic, in fi. dum dicit quod ad hoc vt mulier possit recuperare rem quam monstrauit ad se pertinere debet restituere pretium quod videtur cõtra. l. emptor. ff. de rei vend. Vno modo quod refusio pretij non debeat fieri per mulierem emptori, sed per venditorem emptori, & sic nullus erit in damno, & iste intellectus esset planus si esset de mente litere. & ponitur per gl. in verb. refuso. in princip. & etiã per gloss. primam. sed quia litera videtur sentire quod ad eum pertineat refundere pretium qui intendit rem recuperare, vt ibi refuso pretio recipiat. Ideo dat alius intellectus quod ille qui vendidit erat generalis procurator mulieris & vendidit modico pretio illudque conuertit in vtilitatem mulieris, ideo non mirũ si repetẽs rem tenetur pretium in suam vtilitatẽ conuersum refundere & hoc voluit dicta gl. ibi, potest etiã. Ex quo videt posse notari secundum Bar. quod si procurator generalis vendidit dolose non transfert dominium rei vendite nisi secuta prescriptione. ipse ergo dolus procuratoris impediet translationem dominij, vt probatur hic secundum predictum intellectũ cum fuerit necessaria prescriptio, licet non impediat contractum. quod est singulare, & videtur contra. d. l. si procuratorẽ. s. de procura. & cõtra ea que habentur in. l. i. §. sed si in pretiis fefellit. ff. de exercito. pro hoc tamen facit gl. in. l. iij. §. si procurator. ff. pro emptore. secundũ Bart. hic posset dici quod hoc non sit ita simpliciter tenendum, sed habeat locum tantum in hoc speciali casu fauore absentium ex causa reipubl. vt sic dolus procuratoris ipsorum commissus non dico contra emptorẽ, quia tunc redderet contractũ nullũ. vt. l. eleganter. de dolo. ff. sed contra dominũ impediat translationẽ dominij. ita potes limitare dictum Bar. & saluare gl. vel dicas quod hic pcurator habebat mandatũ generale, non cum libera, neque sufficiens ad alienationem. ideo non transtulit dominium nisi secuta prescriptione, vt. s. Ex quo infertur quod factũ minus legitimi procuratoris dat causam prescribẽdi bone fidei emptori secundum Bal. qui dicit se audiuisse Bar. dicentem quod si executor vendidit in casu non permisso & emptor sit bone fidei acquirit ei publica & vsucapiendi conditio. quod dicit notabile subdẽs vlterius quod si pretium est conuersum in vtilitatem hereditatis nõ potest res auocari ab emptore nisi refuso pretio tenementi, quia ista possunt colligi argumẽto istius tex. secundũ predictum intellectum, qui tamen mihi videtur sapere diuinationem. sed in se est satis bonus. Tertius est intellectus quod hic fuit facta venditio a creditore mulieris: & est bonus secundum Bar. quod est verum, si vendidit ex legis potestate: secus si ex pacto. quia tunc mulier non restitueretur propter absentiam, vt dictum est. s. in l. si cum militaribus. & ita tenet etiam Bal. hic. Quartus intellectus est, quod venditio fuit facta mala fide que probari non potest, vt per gl. ibi. quarti. vel iij. sed vt dicit Bar. est truffa, quia mala fides que non potest probari est perinde, ac si non esset. vt. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tute. & vt dicit Bal. licet conscientia iudicis sit informata de mala fide, tamẽ ex quo non est informata per pbationes sufficiẽtes ista informat, ideo nihil operabitur ad hec que habentur in. l. illicitas. §. veritas. ff. de off. presi. tene ergo predictos duos intellectus precedentes obmisso Primo, tanquam non de mẽte litere, & obmisso Vltimo, tanquam non bono. & illos duos tenet etiam Bar. ¶ In gl. prima ibi, licet extincta fuerit de euictione actio per prescrip. non bene dicit, quia ante rem euictam non erat orta actio de euictione, ergo non potuit tolli per prescrip. quia vbi nulla petitio ibi nulla mora. Cum ergo ad reuersionem suam mulier non euicerit rem ab emptore emptor nõ potuit agere de euictione, & per consequens nec amittere act. per prescriptionem. vt. l. i. de bonis maternis.

De temporibus in integrum restitutionis, tam minorum, aliarumque personarum, que restitui possunt, quã heredum earũ. Rubr.

Ontinua rubricam, vt in gloss. rubrice. Lex prima hoc dicit in summa.

SVMMARIVM.

1 ☞ Quando vna causa petende restitutionis in integrum post alteram successerat in eadem persona tempore petende restitutionis in integrum non currit durante dicta causa.

L Ex prima. h. dicit.

1 Quando † vna causa petende restitutionis in integ succederat post alteram in eadem persona tempore petende restitutionis in integ. non currit durante dicta causa succedente. h.d. ¶ No. quod quandiu quis est in causa quod restituatur terminus petendi restitutionem nunquam currit, siue duret vna & eadẽ causa restitutionis, siue post primam successerit alia, vt hic. vbi post minorem etatem que dabat iustam causam petendi restit. in integ. successit absentia que tribuit aliã causam petendi restitu. post reuersionẽ: ergo multo magis excusat eum qui interim non petijt. & ratio est ad euitandũ circuitũ, vt dicit not. gl. nostra. facit. l. dominus testamẽto. ff. de condic. indeb. circuitus autẽ esset, quia secundũ regulas cõmunes oportuisset petere restit. in inte. aduersus obmissam petitionẽ restitutionis. & ea obtẽta iterũ petere aduersus lesionem causatã propter contractum in minori etate. vt in hac. l. i. vel propter obsentiam. vt in. l. ij. & in quo differat ista. l. & tres alie seq. dic vt hic in. l. i. seq. L. si intra.

SVMMARIVM.

1 ☞ Si minor succedit maiori causa militie absenti toto

tempore minoris etatis tempus petende restitutionis non currit.

SI intra.h.d. Si minor † succedit maiori causa militie absenti toto tempore minoris etatis tempus petende restitutionis non currit. h.d. ¶ Et nota quod dictum est in.l.j. a qua tamen differt ista.l.quia illa loquitur quando vna causa restitutionis succedit post aliam in eadem persona, ⁊ hec quando in diuersis. ¶ Et no.tex. ibi.ex persona defuncti.ad ea que dicta sunt.§.ne resti.mili.l.j.

SVMMARIVM.

¶ Miles factus intra tempus datum ad petendum restitutionem in integrum, post minorem etatem non perdit beneficium petendi restitutionem de gestis in minori etate.

SI intra annos. Factus † miles intra tempus datum ad petendum restitut.in integ. post minorem etatem durante militia nō perdit beneficium petēdi restitutionem de gestis in minori etate.h.d.seq.Tex,ex persona.

SVMMARIVM.

¶ Beneficium restitutionis in integrum competens alicui ex successiua causa, vt supra, ad heredes transmittitur.

EX persona. h. dicit. Beneficium † restitutionis in integrū competēs alicui ex successiua causa, vt ꝯ.transmittitur ad heredes.h.d.

SVMMARIVM.

¶ Tempus petende restitutionis in integrum non currit in minori etate, nisi venia etatis sit impetrata, sed superueniente maiori etate in eius vel successoris persona incipit currere.

EA,que. [a] Tempus † petēde restitutionis in integrum nō currit in minori etate, nisi venia etatis sit impetrata, sed superuenienti maiori etate in eiusdē persona, vel in persona successoris incipit currere. h.d.secundū Bal. vel sic ⁊ plenius sequendo ⁊ diuidendo literam ei qui impetrauit veniam etatis currit tempus ad petendum restit.in integr.a die cōcessionis venie ⁊ intimationis, ⁊ durat legitimo tempore, ⁊ vltra vsq ad xxv.annū si ille interim nō erat effectus naturaliter maior.h.d. vsq ad.§.si quando.⁊ si minor succedit minori nō currit dictum tempus durante minori etate, sed si successit maiori tantū durat post minorē etatem quantū durasset defuncto si vixisset.h.d.vsq ad.§. cum vero.sed vbi maior succedit minori tempus petēde ⁊ cognoscende, ⁊ finiende restitutionis currit a die adite hereditatis vel petite bonorum poss.h.d.vsq in fi. ⁊ potest diuidi in tres partes. ¶ In prima de tempore restitutio.in integ.dando his qui ciuiliter hoc est per impetrationem venie, vel naturaliter sunt effecti maiores de gestis ante concessionē venie. ¶ In secūda de tempore restitutionis dāde heredi minoris defuncti lesi, siue defunctus erat maior, siue minor. ¶ In tertia, de tēpore dando maiori heredi minoris lesi in minori etate. Secunda ibi, si quādo. Tertia ibi, cum vero. ¶ In tex.ibi, fuerit intimata.i.inspecta ⁊ per iudicē approbata.inducit Bal.istū tex.ad causas beneficiales dicens si Papa prouidit alicui de beneficio eius tamen examinationem cōmittit antequā iste presentet rescriptū, ⁊ sit examinatus ⁊ approbatus per commissariū nō dicit plene prouisum, nec dicitur beneficium ad eum spectare.sicut dicitur hic de beneficio etatis. ⁊ est notandū quod autoritate rescripti ante ipsius presentationē nihil fieri potest.ad hoc. c.audita. de restit.spolia. ⁊ tangitur hic per Iaco.de are.⁊ Bald.⁊ ideo Specu.fecit diuersum titul. de rescripti presentatione. ¶ In tex.ibi, ita tamē ⁊c.no. quod minor ciuiliter hoc est per impetrationē venie etatis nō est per omnia similis maiori naturaliter, nec ipsa concessio representat vel fingit illū in omnibus maiorem: nā maiori vere dabatur olim annus vtilis hodie quadrienniū ad petendum restit.in integ. sed maiori ficto per impetrationē venie etatis, datur totū residuum temporis vsq ad maiorē etatem, etiā si esset plus anno quā quadriennio, faciunt dicta.in.l.fin.§.de his qui ve.eta.⁊ hec de prima parte. ¶ In secūda parte no. quod in transmissione beneficij attenditur persona transmittētis, sed in tempore intentādi attēditur persona eius, in quē facta est trāsmissio, ⁊ sic etas successoris, q2 postquam transmittēs decessit nulla est eius etas quā possimus intueri dicit Bal. ¶ Itē no.in versi. quod si maioris.quod cursus tēporis inchoatus maiori interrumpitur ⁊ nō currit in preiudicium minoris succedētis ipsi maiori, donec minor succedēs efficiatur maior: quo tempore cursus iam inchoatus continuatur in eo statu in quo erat.ita intelligitur iste ver. licet gl.Bar.aliter intelligat ⁊ non bene, q2 secundum eius intelligentiā sequeretur circuitus reprobatus.§.in.l.j.Et hec de secunda parte in tertia parte ibi.cum fuerit adita, ⁊ ibi cū fuerit accep.tu no.quod ista prescriptio vtilis anni nō currit iacente hereditate.⁊ ratio est secundū Bar.q2 hereditas iacens representat defunctum. vt.l.mortuū.ff.de fideiuss.⁊.l.hereditas.de acqui.re.do. sed defuncto non curreret istud tēpus si viueret ergo ⁊c. sed ista ratio nō placet Bal.q2 secundū hoc etiā si vnus mensis superesset de minori etate inciperet currere iste annus hereditate iacente elapso tantū illo mense quo factus fuisset maior ille defunctus si viueret nec expectaretur aditio quod est falsū.vt patet in tex.nostro. ergo ista ratio nō est bona, nec etiā videtur in se vera, q2 hereditas iacens non representat defunctum respectu etatis.arg.l.etiam ei.ff.de mino.secundū Bal.qui assignat aliā rationem, videlicet, q2 istud tempus est vtile.i.vtilis anni, ⁊ similiter tempus quadriennij succedens in locū dicti anni est vtile quo ad initium, licet non quo ad progressum: prout erat vtile tempus anni, vt dicetur in.l.fi.§.eo.sed d.m.nititur saluare Barto.intelligendo quod voluerit quod hereditas iacens, quandiu iacet, tandiu representet defunctū in ea qualitate ⁊ etate in qua ipsū inuenit: tamē Bald.sentiens hanc responsionem posse fieri pro Bar. dixit nō esse verū quod hereditas iacēs representet defunctū respectu etatis. vt.d.l.etiam ei. Ex predictis ergo colligit quod quatuor casus sunt in consideratione.l.nostre. Vnus est qñ minor sibijpsi, vt ita dicam, successit quod fit per priuilegiū venie etatis. Alius est quando minor successit minori defuncto. Tertius quando minor successit maiori defuncto. Quartus quando maior successit minori, qbus casibus potest addi, Quintus ex dictis proxime precedentibus, videlicet quando maior succedit minori mortuo intra tempus dicti anni vtilis vel hodie quadriennij, an residuum tempus curat hereditate iacēte, dicit.d.m.quod licet alias prescriptio inchoata cum defuncto soleat currere hereditate iacenti.vt.l.ceptā.ff.de vsucap.⁊ ibi, ⁊ in.l.si seruus hereditarius.de stipul.seruorum.⁊ in.l.si quis instituatur.de heredibus instituendis. per Baldum, quid de non inchoata, ⁊ soleat concedi postea heredi restitutio ex clausula, si qua mihi: tamen in casu predicto ipso iure non curret ne fiat ille circuitus in prima.l. denegatus, videlicet quod detur restitutio restitutionis, id est quod fiat restitutio aduersus restitutionem non petitam, ⁊ postea restitutio aduersus contractum, vel aliam lesionem.quod procedit etiam si datus esset curator hereditati iacenti.vult Bal.hic, in fi.subdens post Bar.secus esse si fraudulenter differret adire, quia mora additionis operatur quod aditio.vt.j.de his qui.vt indig. in.l.cū Sillcianum. Sextus casus qui in hac.l.obmittitur, est de se clarus ex superioribus. ll.videlicet quando minor lesus in minori etate efficitur maior naturaliter, quia tunc

[a] ¶ Super hac.l. ea que. habetis vltra Mo. optimas decl. Bal. in cōsi.xlviij.in.j. vol. do. Alex.in cōsi.iiij.col.vj. in ij.vol.⁊ do.Alexā.in cōsi.lxxxiij. in fine.in.ij.vol. S. T.

tunc dictum tempus anni sine quadriennii currit post xxv. annum. Fallit in dote de qua nunc proxime. sequitur Authentica, si minor.

SVMMARIVM.

1 ☞ Tempus opponendi exceptionem non numerate dotis currit minoribus contra quem cursum ipsi, & heredes eorum restitui possunt tempore hac authentica determinato.

Vthētica, si minor.

1 Tempus † opponendi excep. non numerate dotis currit minoribus: adversus quem cursum ipsi. & heredes eorum restitui possunt. J. tempora determinata per authenticam istam. h. d. circa que tempora gloss. posita in verbo heredi. colligit ex hac. l. multa specialia, & bene. dic ergo vt in ea quam docto. cōmuniter sequuntur. ¶ In gloss. prima. in prin. sentit gl. quod si durat tēpus opponendi excep. non numerate dotis non sit necessaria ista restitutio cum prouideatur sufficienter de iure. vt. l. ij. §. de filiofami. mino. & l. cum & minores. §. si aduersus rem iudi. & ita videtur velle hic. d. m. habet ergo locum dicta restitutio finito dicto tempore opponēdi excep. non numerate dotis quicquid aliter dicat gl. in verbo, heredi in quarto speciali. ¶ In gl. in ver. a tēpore nuptiarū ibi, vel dic secundū Bulg. & Azo. hec vera: nam si vt dicebat Mart. fieret computatio istorum. xij. anno. a tempore nuptiarū vere contractarū, vt videtur intelligendum, secundum. l. sancimus. J. de nup. sequeretur quod si contracte fuissent in xxv. ann. non perfecto, vsque ad xxx. septimum annum etatis daretur restitutio quod esset inconueniens & contra intentionem huius authen. que intendit dotibus fauere potius quā minori, vt patet etiam clarius in cor. & esset etiam cōtra tex. hic. in §. vbi heredi etiam minori dantur. v. anni tantum nō expectato exitu etatis, & sic non permittitur quod trāscendat. xxv. annos, ergo multo minus debet cōcedi & permitti maiori, & ideo dicta computatio. xij. annorum fiet a tempore nuptiarū. scilicet contrahendarū, id est habilitatis ipsarum que habilitas in masculo censetur esse xv. anno, vt habetur instit. de nup. in princi. Et sic dicta restitutio non transcendit. xxvij. annum computatis dictis. xij. annis, & hoc satis est fauore dotis, & ita communiter tenetur quamuis expositio videatur aliquantulum violenta. seq. T. petende.

SVMMARIVM.

1 ☞ Dilatio petita tempus instantie non excedēs tam actori, quam reo conceditur, sed si excedat non actori, sed reo conceditur: poterit tamē actor vti dilatione reo concessa.

Petende. hoc dicit.

1 * Si petitur † dilatio que tempus instantie non excedat tam actori quā reo conceditur quod si excedat non actori, sed reo conceditur: poterit tamē actor vti dilatione reo concessa. h. d. secundum Bar. Bald. & Ang. ¶ No. in prin. vsque ad ver. sin vero. quod dilatio probatoria concedenda est, sed ad eius concessionem plura requiruntur. Et primo quod petatur a parte, vt ibi, si petatur. & ibi flagitante. ad hoc. l. ad peremptoriū. ff. de iudic. & l. si curatoris. J. de iure delib. & c. cum dilectus. de ordin. cognitionum. & c. solet. de sententia excommu. lib. vi. cum simi. Interdum tamen si iudex videt instantiam trāsire potest de se terminum assignare nō petenti. vt habetur in. l. properandū. J. de iudi. & in. l. i. §. vt que desunt. Secundo, vt cū causę cognitione, vt ibi causis cognitis. ad hoc. l. a procedente. J. de dilatio. & c. vltra tertiā. de testi. dicit tamen Bal. quod & si sine cause cognitione concederetur valebit, quia est sententia interlocutoria. que etiā iniusta valet. in. c. cū cessante. de appe. la. Tertio, quod petens dilationem non debet se nimium arctare, vt ibi in cōuinio alioquin sibi iuste denegatur dilatio. dicit iste text. ea autem denegata necesse est quod reus absoluatur, quia nihil erit probatum contra reum. ¶ Ex quo no. quod valet sententia absolutoria etiam sine probationibus, imo & sine dilationibus: & sic obmissis medijs contra. l. prolatā. J. de sententijs. sed vide in. d. l. i. de errore calculi. id quod dixi de actore se nimium arctante est regulare etiam in alijs casibus, vt dicantur esse in culpa, & non excusentur qui se nimium arctant ad fines termini. vt. l. ij. §. si. si quis casu. & in. c. querelā. de procu. debet ergo peti tali tempore quod causa possit intra legitimum tempus expediri, vt ibi angustari nequibunt & ibi prorogabunt, id est prorogarent: & ibi superstite spatio possit includi, ex quo sequuntur plura notanda. Et primo, quod annus iste dabatur non solum ad inchoandam, sed etiā ad finiēdam causam restitutionis. ad hoc. l. ea que. ibi decidendasque causas. §. eo. Ex quo etiam infertur, Et secundo, quod illud ius non perpetuatur per litis contest. vt alias solet. vt. l. cū notissimi. de prescrip. xxx. annorum. & in. l. nam postea. §. si is qui. ff. de iureiur. & dictū est in. l. si. §. de dolo. Ex quo etiam infertur, Et tertio quod instantia non durat solito tempore hoc regulariter triennio de iure ciuili. vt. d. l. properandum. & perpetuo de iure cano. vt. c. venerabilis. de iudicijs. ¶ In ver. quod si. no. quod reus non ita faciliter deprehenditur in mora sicut actor, quia in potestate actoris est litē inferre: sed non in potestate rei, & ideo excusatur si non pulsauit antequam pulsaretur. vt l. pure. de excep. doli. ff. potest ergo petere reus dilationem que transcendat dictum tempus, vt hic. & debet ei concedi si non fuit in mora, alias secus secundum Jac. de are. & Bal. concessa autem ipsi reo dilatione sic trāscendente dictum annum, actor non dicetur in culpa si causam non expedierit: & ideo etiam sibi non peribit instantia, & ratio est, quia si periret etiam tota causa, sicut alia dicitur quod non perihit instantia appellationis nō culposo ne tota causa pereat. vt in auth. ei qui. J. de tempore appell. & in. c. ex ratione. de appell. licet prima instantia in qua nō vertitur tantū periculū, pereat etiam non culposo. vt habetur in. d. l. properandum. & sicut non perit instantia actori non culposo. ita etiā non perit iudici. ¶ Unde no. quod solet allegari iste text. pro iudicibus excusandis a pena si non ferant sententiam. J. terminū statuti. nam si nō stat per se, sed per partes que non petunt a prin. nec in fine, vel non cōficiunt acta iudicialia secundum. l. prolatam. J. de sententijs. & c. fines litibus. de dolo & contu. ita quod nec absolutoria possit a ferri, videtur iudex excusandus. cautius tamē est quod ipse protestetur partibus quod nō stat per eum, & quod iuret sibi non liquere de causa, secundum ea que habentur in. l. si de meis. ff. de arbit. Interdum etiam vna de partibus petit sententiam ferri & protestatur ipsi iudici penam, & tunc cautum est quod iudex iuret non solum sibi non liquere, sed vltra ne quis dicat quod per eum stetit, cautum est quod pronuntient hoc modo condemno condemnandum & absoluo absoluendum, tamē istud est magne ignorantie, et vide que dixi in. l. cum iudex. J. de sententijs. ¶ In ver. qua dilatione &c. no. quod dilatio concessa reo communis est etiam actori. & idem putat Bar. econtra arg. l. si. J. de fruc. & litis expen. omnes ergo dilationes sunt cōmunes, & par est causa actoris, & ret dicit Bal. & Ang. quod si publicato processu minor restituitur in integr. vt possit probationes inducere secundum nota. in. l. minor obmissa. de mino. etiam aduersarius poterit vti tali beneficio quod dicit esse notabile. sed quero vtrum si ille qui impetrauit dilationem velit renuntiare, vt si aduersarius ea non vtatur possit aduersarius ille. ea vti inuito impetrante dicit Bal. quod sic per. l. si post mortem. in fin. ff. de contra tab. & idem tenet Ang. dominus meus, & communiter docto. licet Bar. post Jaco. de are. teneat contrarium per. l. si iudex circumuento. ff. de mino. & l. amicissimos. ff. de excusa. tuto. in quibus dicitur quod beneficio quod quis habet propter me non debet vti contra me, licet bene possit vti contra alium, vt intelligit Jaco de are. d. l. si post mortem. §. fin. sed tenendo communem opinionem, illa. l. si iudex non obstat, quia loquitur in beneficio restitutionis quod cōpetit de iure speciali, quod facilius tollitur

a ¶ Super hac. l. petēde. videatis declarationē docto. post Inno. originaliter in. c. de causis. de offi. delega. & videatis Jaco. de beluiso, & Ang. in. §. quia vero. in vi. col. de testi. do. Fran. Aret. in. l. sed si de sua. in. v. col. de acqui. here. do. Feli. in. c. de testibus. in. ij. no. extra, de testi. & do. Fely. in. c. prudentiam. in. i. col. de mu. petitio. Ang. in. l. si. in si. ff. de verbo. do. Lanfran. de oriano in. c. quoniam cōtra. in. §. dilationes. de proba. & do. Jaso. in l. si arrogator. in xxi. col. ff. de adoptioni. S. T.

quam ius commune, sed quod dilatio sit communis est de iure cōmuni merito. non ita faciliter tollitur pretere-ea. d.l.si iudex non procedit per modū communionis priuilegīj, sed per modum restitutionis qua restitutione cessante ex parte restitūti necesse est quod cesset ex parte alterius ex natura propria ipsius restitutionis. vt l.i.ff.de reputationibus que fiunt in iudicio. preterea dicta ratio de beneficio habito propter me, vt quis non debeat vti contra me posset forte procedere quando ille habuisset beneficiū a me solo. ꝛ ita intelligitur. d.l.si iudex. ꝛ d.l.amicissimos. sed hic actor habet dilationē nō solū ex persona rei, sed etiā ex facto iudicis. ꝛ ipsi actori est quesitum ius probandi, imo reus nō potest renunciare amplius in preiudicium actoris, ꝛ ista est communis opi. pro qua facit quod habetur in.c. ex conquestio. de resti.spolia. vbi pars aduersa potest vti rescripto representato inuita altera parte impetrante. facit etiam quod habetur in.l.si quis testibus.ff.de testi. ꝛ in.c.presentium.de testi. vbi Innoc. dixit quod licet protestans de inhabilitate testis possit penitere. Tamē fallit quando interest aduersarij quod non peniteret. ad hoc.l.nemo potest.de regulis iur. in capit.interposita.de appel. ꝛ faciunt notata in.l.tertia.ff.quod quisque iuris. sequitur Lex,superuacuam.

SVMMARIVM.

1 Pro anno vtili olim dato ad petendam in integrum restitutionem, hodie quadriennium continuum datur ex quocunque capite restitutio postuletur, de hoc tamen quadriennio sicut minor excipitur etas, ita etiaȝ ꝛ iusta absentia ꝛ omne aliud legitimum impedimentum.

Vperuacuam. h. d.

a Pro 1 anno vtili qui oliȝ dabatur ad petendum restitut. in integrum, ꝛ datur hodie quadriennium continuū ex quocunque capite restitutio postuletur: de hoc tamen quadriennio sicut excipitur minor etas, ita etiaȝ ꝛ iusta absentia, ꝛ omne aliud legitimum impedimentum. h.d. ¶ In tex.ibi, differētiam. no. quod annus vtilis habet interdum difformitatem secundum varietatem regionum, vt puta quia secundum varietatem locorum ferie variantur. ꝛ in hoc poterat esse differentia ista locorum secundum Baldum. ¶ In text.ibi, ex differentia. no. quod propter differentiam locorum non debet statui diuersum ius quod est verum, nisi sit ratio diuersitatis: vt in gloss. hic. super discrimen, vt est in bibere vbi non oportet facere ferias propter vindemiam cum ibi non sint vinee, nec recolligatur vinum. vt etiam notatur per gloss. in.l.i.ff.de ferijs. ꝛ in.l.pretiis rerum. propter penuriam vel abundantiam. vt.l.pretia reruȝ. ff.ad legem Falcid. ꝛ.l.ij.ff.de eo quod certo loco. ꝛ ad hoc brocbardum vide hic plenam distinctionem Iaco. de beluiso. ¶ In text. ibi. sed etiam maiorum ꝛc. nota quod loco temporis vtilis anni dati ad restitut. in integrum statutum est hodie quadriennium continuum, idque locum habet non solum in minoribus, sed in maioribus ex aliqua iusta causa restituendis. idē dicit Bal. in ecclesijs que hodie sunt redacte ad instar minorum. vt capitulo primo. de in integrum restitut. libro sexto. vbi tamen dixi quod istud quadriennium incepit currere a tempore lesionis ꝛ non expectatur exitus aliensus sicut expectatur in minore, ꝛ sic non equiparatur in hoc ecclesia minori alioquin dicendum esset quod debeamus expectare quod ecclesia desinat esse ecclesia quod expectare non licet. vt.l.pater Seuerinam. §. socrus. ꝛ.l.mutiane. de conditionibus ꝛ demonstrationibus. ꝛ.l.inter stipula.§.sacramentum.de verborum obligationibus. sed expectare quod minor efficiatur maior non est turpe. ¶ Item not. vt supra dixi, quod dictum tempus quadriennij subrogatum est loco vtilis anni, ꝛ quia subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur si aliud non exprimitur dicenduȝ est quod incipiat currere a tempore quo incipiebat currere annus vtilis postea autem intelligitur continuum, quia ita exprimitur ꝛ eodem modo prescriptio statutaria, puta decem annorum subrogata loco prescript triginta annorum, si aliud non exprimitur sapiat eandem naturam secundum Baldum. ¶ In text.ibi, ad interponendam, contestandam, finiendamque litem. nota quod tempus dicti quadriennij datur ad litem interponendam, contestandaȝ, ꝛ finiendam, sicut dixi de anno vtili in.l. precedenti. ꝛ in.l.ea,que. non tamen negat Bal. quin per appellationē causa possit vlterius protrahi, vt dicit esse casum notabilem in.l.intra vtile.ff.de minoribus. fit etiam prorogatio quadriennij propter necessariam dilationem. vt.ff.in.l.petende. facit text.in dicto capitulo primo, ver.nisi. vbi etiam post quadriennium datur ecclesie restitutio in integrum ex causa fraudis vel machinationis, vel alia rationali causa nō quod quod propter hoc detur restitutio aduersus obmissam petitionem. sed quia ipso iure terminus quadriennij prorogatur, siue eius cursus impeditur, vti videtur velle ibi Pet.de ancha. ꝛ faciunt dicta in.l.i.supra eodem. de euitatione circuitus. quid autem si.l.non prorogat, ꝛ iudex post quadriennium ferret sententiam pro petente. institut. de act. §.rursus. Dyn. ꝛ Bald.hic, dicunt quod sententia est nulla, quia quando ad incipiendum ꝛ finiendum beneficium apponitur terminus ipso iure non valet sententia lata postea. vt.ff.de excusationibus tutorum. l.scire oportet. ꝛ hinc est quod si post fatalia fertur sententia pro appellante ipso iure est nulla secundum Baldum. ꝛ idem tenet in hac materia Imol. ꝛ Petr.de ancha.in clemen.prima, de in integrum restitutio. sequendo secundam opinionem gloss.ibi, ꝛ reiecta prima opinio quam tenuerat Zenzelinus, inquantum etiam dicitur supra in text. quod istud quadriennium datur ad litem contestandam. Potes notare quod in petendo restitut. in integrum requiritur litis contest. ꝛ per consequens requiritur libellus. vt in authentica, offeratur.de litis contest. ꝛ in capitulo primo, de offic.iudicis. quod est verum quando petatur officio iudicis nobili. ꝛ principaliter, vt.l. quod tempore. supra, de restitutione militum. secus si intentetur preparatorie vel incidenter. vt notatur. ff. de interdi. actio. in rubrica, secundum Baldum, ꝛ Angelum hic. ¶ In verb. ꝛ quemadmodum, not. quod de dicto quadriennio subducitur tempus minoris etatis, ꝛ absentie priuilegiate, vel alterius legitime cause propter quā quis esset impeditus petere predictam restitutionem: puta si superuenirent ferie repentine, vel egritudo talis quod lesus impeditus est petere restitu. per se ꝛ per procuratorem non poterat, secundum Angel. ꝛ in ecclesia esset legitima causa crebra mutatio prelatorum. vt per glossam, ꝛ docto. in dicto capitulo primo, de in integrum restitut. ꝛ ratio quare dicta tempora deducuntur est ad euitandum circuitum, vt dixi supra, in dicta l.prima. ꝛ dicta.l.ea, que. ꝛ supra eadem.l. in verb. ad interponendam. quibus adde ista. ¶ In verb. ꝛ non sit. not. quod maiores habentes beneficium restitutio. in integrum, similes sunt minoribus. ¶ In glossa prima, nota plene naturam temporis contin. tempo. vtilis, ꝛ quod pluribus modis dicitur tempus vtile. idem etiam dixit gloss. in.l.i. de diuersis temporalibus prescriptio. ꝛ in clementina prima, de in integr. restitutio. dicit tamen Baldus, quod vbi.l. simpliciter profert istud verbum, vtile tempus intelligitur in simplici ꝛ potiori significatu, id est intelligitur vtile simpliciter, non secundum quod vt in.l.i. de diuersis tempo. prescript. ꝛ maxime in statuto quod debet intelligi simpliciter, vt iacet. vt.l.i.§. is qui nauem, ff. de exercito. si profertur tempus simpliciter absque alia mentione vtilis vel continui, tunc intelligitur de continuo. vt in sing.gloss. rubrice, de diuersis tempo. prescriptio. quod est verum si sumus in dispositione iuris ciuilis: secus si in dispositione iuris pretorij. vt institut. de exceptio. §. primo. ꝛ per Bartolum, in dicta rubrica. ¶ Quod not. pro statutis factis a populo, que censentur ius ciuile. vt.l. cunctos populos. de summa trinitate. ꝛ.l. omnes populi. de iustitia ꝛ iure. ꝛ pro constitutionibus legatorum, que censentur ius pretorium. vt per Bartolum, in l.i. ff.de bonorum possessione. ꝛ per dominum meum, plenius in.l.i. infra, qui admitti. ¶ In gloss. in verbo, continuum, bene dicit quod tempus quadriennij non est priuilegiatum, sed priuilegiate rei datum, ꝛ ideo si infra

a ¶ Super hac.l. superuacuam. videatis Bald. in cōsi.xcij. ꝛ consi. cccxxxvi.in.i.vol. do.Alex. in cōsi. xxxi.in.i.col. ꝛ cōsi.xcvi. ꝛ cōsi. lxxi. in.v.vol.do.Alexā. in cōsi. lxxj. ꝛ cōsi.lxxxviij. in.i. vol.do. Alexā.in cōsi.lxiij.in.iij. ꝛ penul.col.in.iij. vol.do.Frā.Areti.in cōsi.xv.in vl. col. ꝛ do.Alex.in consi.i.in.v.col in iiij.vol.do.Alex. in cōsi.viij.in.iij. vol. ꝛ do. Iaso. ꝛ Bo.in.§.rursus vbi aliquādo dixi.de actio. §. T.

infra illud quadriennium minor contraheret non restitueretur. vt.l.doli.§.diuersum.ff.de nouat. ¶ Fallit in vno casu singulari. l.fin.j.de repudi.heredi. secundum Ang. ¶ Item fallit quando prescriptio esset incboata in minori etate vel in absentia & veniret fienda.j.quadriennium post minorem etatem, vel post reuersionem, quo casu conceditur restitutio.vt.j.dicetur:sicut.si esset finita in minori vel in absentia. de quo tamen.j. ¶ In gloss.in verb.illuserat.in princip.dic vt.s.dixi,in text.in verb.interponendam. ¶ In gloss.in verb.continuatio. hec gloss.loquitur multum inuolute,secundum Barto. qui ex dictis Cyn.& Dyn.facit hic vnam pulchram distinctionem quam Bal.& Ang.sequuntur quasi de verbo ad verbum,considerantes in hac materia duplex tempus. Primū est tempus ad quod petit quis se restitui. secundum est tempus.j.quod quis petit se restitui primum est vniforme,quia ad tantum petit quis se restitui quanto tempore fuit lesus & non vltra.vt.s.tit.ij.l.quod tempore.id enim concedit restitutio quod abstulerat lesio. vt.l.quod si minor.§.restitutio.ff.de mino. Secundum tempus est.j.quod & istud est duplex. nam quoddam est tempus intra quod debet restitutio postulari & terminari.quoddā est tempus intra quod debet proponi.primum semper est vniforme quod debet terminari j.quadriennium continuū, vt hic. Fallit in casibus notatis.s.in.l.proxima.& in authent.si minor.& huc vsque omnes concordant.secundū tempus est intra quod debet proponi:& in hoc sunt varie opin.maxime propter tex.in dicta clementina prima.tamen veritas est secundum Bartol. quod si aliquis leditur ex contractu,tempus proponēde restitutionis est vniforme. scilicet quadriennium. vt in hac.l. siue leditur ex cursu temporis: tunc si quod tempus lesionis est plus, quam quadriennium, ideo, quia.j.quadriennium potest proponi:vt in hac.l.si vero tēpus in quo est lesio est minus quadriennio,& tunc debet de necessitate proponi restitutio infra tantum tempus,quantum est tempus lesionis,& nō vltra.vt.d.l.& si per Pretorem.§.quoties. & notatur in.l. interdum.ff.de mino.licet quidam dixerunt contrarium maxime per dictam clement.& per hoc apparet quod si aliquis est lesus in decem diebus,qui dantur ad appellandum finita minori etate debet restitut.proponere. j. decem dies,que tamē proposita posset durare quatuor annis.& idem si aliquis est lesus in vno die finita etate, vel absentia deberet in prima die proponere quod posset quatuor annis durare,vt.s.ita tenet gl.expresse in.l. diuus.ff.de in integrum restitut.ratio huius est, quia tempus negligentie postquā cessat impedimentum absorbet aliud tēpus quod debet restitui.& ita sentit hec glo. secundū Bar. qui credit quod Canoniste aliud sentientes in.d.clemen.non dicant.volunt enim quod nunquā detur minus quadriennio ad petendum dictam restit. & quod non refert quo tempore proponatur, dummodo.j.quadriennium finiatur,pro quo facit id quod dicitur de incipiente inuentarium. j.tres menses quocunque tempore,dummodo.j.eos perficiatur.vt habetur in l.fi.j.de iure deliber.§.sin autem. ita tenent ipsi de dicto tempore restitutionis per tex.in.d.clem.non obst.tex.d. l.quod tempore.ver.vltra. que.l. potest habere aliū intellectum secundum dictum Cardi. Flor. in.d.clement. prima, scilicet vt loquatur de tempore ad quod,non de tempore.j.quod,sed doct.nostri tenendo predictam communem opinio, dicunt quod imo. d. clemen. loquitur specialiter de ecclesia, vel loquitur de tempore fouende restitutionis quod est semper quadriennium, etiam de iure ciuili, etiam vbi minus tempus quam quadriennium fuit illud,in quo est lesus. & ista so.videtur melior, vt sic fiat differentia inter tempus incboāde & tempus finiēde restitutionis:& ratio est, quia incboari quod potest.j.tantum tempus,quanto tempore fuit lesio & conueniens est quod ita incboetur, ne si vlterius differatur dicatur committi noua negligentia tempore non excusabili absorbens primam excusationem,& ibi adde quod de hoc tempore petendi restitutionem limitato secundum tempus lesionis, vt.s.debet subduci tempus preparamenti & illud amplius dari. vt.d.§.si quis simpliciter.& videtur velle Imol.in.d.cle.prima. & sic non poterit causari & allegare temporis breuitatem,perfici autem non faciliter posset. j.tempus lesionis, si forte esset tempus multū breue, necesse ergo est prouidere de tempore determinato, id est de ipso quadriennio, vt.s. sed quid si non fuit completa prescriptio in absentia vel in minori etate, sed completur post reuersionem vel maiorem etatem factam: an restituatur in integrum tetigi.s. in gl.in verb.continuum, tamen opin.doc.nō sunt conformes Mar.in.d.l.quod tempore.dixit quod non dabatur restitutio, nisi quando modicum tempus restabat de prescriptione post reuersionem vel post maiorē etatem, quia si modicū tempus restabat dabatur restitutio, sicut si prescriptio fuisset cōpleta in absentia vel in minori etate.idem videtur velle Pet.de bella pertica,dicens quod absurdum esset quod propter vnam diem, que forte restabat ad perficiendum prescript. si postea fuit completa in maiori etate, vel in presentia denegetur dicta restitutio. idem etiam tenet Guil. de cug. sed non intelligit ita stricte istud modicum tempus, vult enim quod si prescriptio fuit completa.j.quadriennium detur restitutio: secus si postea.& cum eo transit Bal.& Bart. hic, & in.l.nec non.§.si quis sepius. ff.ex quibus cau.maio.cum quibus trāsit etiam dominus meus hic, licet fateatur quod non reperitur aliqua. l. faciēs hanc distinct.Guil. de complemento. j. quadriennium. aut post & gloss. in.d.l. quod tempore. velit quod restitutio detur, siue absentia esset in princip.prescriptionis, siue in medio, siue in fine. sequitur Rubrica, quibus ex cau. maiores in integrum restituantur.

Quibus ex causis maiores in integrum restituantur. Rubrica.

Continua rubricam, vt in glossa rubrice. Lex prima,hoc dicit in summa.

SVMMARIVM.

1 ¶ Absentia ex causa legationis tribuit iustam causam petendi restitutionem in integrum aduersus sententiam & processum.

Lex prima. h. dicit.

1 Absentia † ex causa legationis tribuit iustam causam petendi restitutionem in integrum aduersus sentētiam & processum.h.d. ¶ In tex.ibi,a me, aliꝫ habēt ad me:& vtraque est bona.vnde no.iuncto fine,quod legati habēt priuilegium absentium causa reipub.siue mittantur a principe, siue ad principem. ¶ In tex.ibi,bona fide iuncta gloss.no.tex.& glo. ad ea que dixi de oratoribus nostris. in.l.ignorare.de restit.milit. ¶ In text.ibi,vt ex integro &c.no. quod qui petit restit. aduersus rem iudicatā debet petere restaurationem iudicij:vt possit vti defensionibus suis & non quod sententia reformetur.& ita debet formari libellus secundum Barto,& Bald.nisi forte esset lesio in sola sententia, quia tunc non oportet cetera retractare secundum.d.m.arg. eorum que habentur in l.cum querebatur.ff.de re iudi. &.l.non eo minus. s. de procura.& in.l.cum & minores. s.si aduersus rem iudic. processus enim & sententia de se tenet contra etiam oratores & ambassiatores, nisi quatenus lesio rescindatur per restit.vt hic. ¶ Unde no.quod in causis ambassiatorum non sunt ferie a.d. inducte,secundum Bal.alias sententia esset ipso iure nulla, nec esset opus restitutione in integrum. ¶ Ex quo etiam no.quod donec quis est absens ex causa reipub.& dila.legationis potest citari ad domum & tenet citatio,sed conceditur restitu.in integ.secundum Bal.quod.d.m.intelligit verū si iudex ignorabat illum esse absentem ex causa reip.secus si sciebat.ar.l.seq.& eorum que ibi dicentur,& tu vide dicta in l.ignorare.s.de restit.milit.Ange.tamen intelligit quod hic erat lis contest. contra legatum antequam discederet, & quod alias sententia esset nulla ipso iure per.l.

properandum.§.de iudi. ¶ In gl.in ver.defenſus.no. arg.quod ſi ſententia eſt notificata ad domum ambeſſia toris condemnati currit ei tempus ad appellandum,li cet poſſit in integ.reſtitui.de quo tamen in.l.qui abſen te.ff.de procur.⁊ hic per Odo.⁊ per Bar.⁊ Bald.in.l. fi.ff.de reſti.in integr.ad quam gl.⁊ Bal.hic, ſe remit tunt.ſequitur Tex.ſi idcirco.

SVMMARIVM.

1 ☞ Aduerſus proceſſum agitatum contra detentum in vinculis iuſtum eſt concedere reſtitutionem in inte grum.

1 SI idcirco. Aduerſus †proceſ ſum agitatum cõtra detentum in vincu lis iuſtum eſt concedere reſtitutionem in integrum.h.d. ¶ In gloſſ.ibi.ſic fuit ad domum no.quod licet quis ſit deten tus in carcere tamen poteſt citari ad domum ſolite ha bitationis,⁊ valet citatio inde ſecuta.quod eſt verũ quã do iudex ignorabat illum eſſe carceratum, ⁊ nõ poſſe comperere,alias aliud eſſet ſecundum dicta in.l.prece denti.⁊ per Bart.in.l.§.ff.de in ius voc.⁊ in.l.queſitus. ff.de re iudi.nam tunc debet citari ad carcerem,⁊ ſi po teſt mittere procuratorem poterit procedi contra ipſuꝫ ⁊ tenebit ſententia ⁊ proceſſus, ſed reſtitutio dabitur ex iuſta cauſa.ſi vero non poterit mittere procura.com mode,proceſſus erit nullus, vt ibi latius per docto. ſe quitur Tex,in contractibus.

a ¶ Super hac.l. reſpublica. habe tis vltra Mod. hic, ſingulares deciſio.en. in cõ ſi.clviij. in.i. du. Roma.in conſi. cccclxiij. Paul. de ca.in cõſi. ccc xvij.do.Soci. in cõſi.cxciij. in.ij. col.⁊ do.Soci.in cõſi. cclxix. in.ij. col.in.ij.du. S. T.

b ¶ Super hac.l. ſi ab hoſtibus. vl tra Mo.habetis optimas deciſio. Rota. Riminal. ⁊ do.Antonij de aler.poſt Cy. hu iuſmodi.Bal. ſali.⁊ Aulg. S. T.

SVMMARIVM.

1 ☞ Ex iuſta cauſa etiam maiores reſtituuntur in inte grum aduerſus contractus,⁊ que ſit iuſta cauſa,⁊ de in tellectu.l.

IN contractibus. Etiaꝫ † ma iores reſtituuntur in integ.aduerſus contra ctus ex iuſta cauſa. h.d. Iuſtam autem cauſam intelligo ſecundum terminos. l.i.ff.eo.non ſecundũ exempla gl.noſtre,in quibus dan tur de iure alia remedia, ⁊ non reſtit.in integ. ex illa ge nerali clau.ſi qua mihi ⁊c.que dantur officio iudicis no bili ex edicto Pretoris. ⁊ de iſta videtur intelligenda iſta.l.vt ſic faciat.ad tit. exempla autem poterant eſſe: puta ſi petat quis ſe reſtitui aduerſus contractum ſui procuratoris qui fuit dolo verſatus,vel aduerſus ſui cre ditoris qui vendidit rem viliori pretio. vt.ff. de reſtitu. mili.l.ſi cum militaribus.poteſt etiã intelligi ſecundum gloſſ.quod hec.l.loquatur de reſti. que datur officio iu dicis mercenario deſeruiente actioni, de qua loquitur totus titul.de rei vendi.⁊ maxime.l.officium.⁊ hunc in tellectum communiter tenent omnes:tamen precedens videtur conuenientior.ſeq.T.reſpublica.

SVMMARIVM.

1 ☞ Reſpublica ad minoris inſtar in integrum reſti tuitur.

a 1 REſpublica a Reſpub. †reſti tuitur in integr. ſicut minor. h. d. ¶ No.equiparationeꝫ ⁊ illationem,ex ea enim equiparatur reſpubl.minori,⁊ ex ipſa equiparatione infertur quod reſpubl.reſtituitur ſicut minor. ¶ In gl.i.in ſi.no.quod licet proprie appellatione reſpubl.veniat reſpubl.Ro manorum ⁊ non aliarum ciuitatum,tamen ⁊ ipſis ciui tatibus leſis dabitur reſtitutio in integ. ſicut reip. Ro manorum,⁊ hoc ex identitate rationis.in qualibet eniꝫ ciuitate eſt eadem ratio que eſt in repubi.Romanorũ ſ. delicet, quia per alios reguntur, ſicut minores reguntur per tutores ⁊ cura. vt cõſiderat gl.ij.hic,ergo eodẽ mo do reſtituantur.idque etiam probatur per.l.legatum. ⁊ l.ſed ⁊ ſi per Pretorem.§.ſi.ff.eo.que.ll.licet loquantur in legatis ciuitatum, tamen locum habent etiaꝫ in ipſis ciuitatibus, qꝛ propter quod vnuꝫ quodque ⁊ illud ma gis.vt in auth.multo magis.de ſacroſan.eccl. ⁊ ad pre dicta facit etiam.l.i.ff.de off.eius qui vicem admin. ſe cundum Iac.baldui.vel dicas quod alie ciuitates reſti tuuntur per illam clau.generaleꝫ,ſi qua mihi.vt voluit Iaco.butr.⁊ placuit Bar.⁊ etiã Ang. qui ex identitate rationis idem tenent in villis ⁊ caſtris quod reſtituan tur virtute dicte clauſ. ⁊ maxime ꝑpter infantes ⁊ pu pillos qui in eis ſunt,⁊ nõ ex authoritate huius.l.que cun que loquatur de repub.debet intelligi de repub.Roma norum,⁊ ſic in potiori ſignificatu. arg.l.i.§.ſi is qui. ff. de exerci. ¶ In gl.ſin.in ſi.hoc declaraui. ſ.titu.prece denti.l.ſi.ſequitur Tex,ſi ab hoſtibus.

SVMMARIVM.

1 ☞ Per vſucapionem dominio perdito tempore quo ab hoſtibus dominus in carcere detinebatur, reuerſus habet vtilem rei vendicationem implorata ⁊ obtenta prius in integrum reſtitutione.

2 Due fictiones circa idem non poſſunt concurrere.

b 1 SI ab hoſtibus. b Perdito† dominio per vſucapioneꝫ tempore quo ab hoſtibus dominus in carcerare tenebat, reuerſus habet vtilẽ rei vendi. implorata prius ⁊ obtẽta re ſtit.in integ.h.d.ſecundum primum intellectum glo.po ſite in ver.queſiti. ſ.quod cũ dominiũ rei mobilis iſtius captiui eſſet perditum per vſucapionẽ preſentis recu peretur per illum reuerſum ab hoſtibus vtili act.reſciſ ſoria:puta vtili rei vendi.datiua,⁊ a Pretore inſtaura ta impetrata prius reſtitu.in integ. ⁊ ſic adhibito prius remedio reſcindente per quod remouetur obſtaculum. ſ.remouetur effectus vſucapionis,hec autem rei vend. datur exẽplo vtilis actionis,vt dicit iſte tex.ſ.vtili actio ne, que competit exemplo directe que ante dictaꝫ vſu ca.cõpetebat.vt.l.ab hoſtibus. §.de captiuis. ⁊ poſtlim. reuer.vel dicas exemplo vtilis actionis,id eſt illius vti lis que olim cõpetebat cum certa ſolennitate hodie de tur ſine alia ſolennitate impetrate, tamen prius dicta reſti.vt in. d.glo.in ver.queſiti. ¶ Et ſecundũ hunc in tellectum No. tex.ibi, cum excep.quod vtile remedium reſciſſorium conceſſum a Pretore durat anno, ⁊ non amplius ſicut remedium reſcindens,⁊ non eſt correcta 1 iſta metu temporis per. l. ſuperuacuam. ff.titul.ſ. quia iſta oritur ex alio fonte. idem annalis ⁊ cõceſſa a Pre tore contra ius commune. Unde licet remedium reſcin dens duret quadriennio,vt ibi, iſtud non durabit vltra annum,vt hic ſecundum.d.m.ſi tamen in iudicium de ducatur perpetuatur litis cõteſt. vt hic,in gl. in ſi. pri mi intellectus,que in hoc bene loquitur ſecũdum Bar. Secundus intellectus eſt in gl. ibi,ſed ex hoc ſi ponas. Secũdo modo quod iſta.l.loquaꝛ de preſcri. rei immo bilis.xi.⁊ bona ſide ꝑ xx. ann.cõtra illuꝫ abſentẽ deten tum ab hoſtibus per quã nõ perditur dominiũ directũ, neqꝫ acquiritur ꝑ preſcribentẽ,ſi acquiriꝛ vtile,vt eſt di cti in.l.traditionibus.ff.de pac. vnde ſecundũ iſtũ intel lectuꝫ iſte reuerſus agit directa rei vẽd. natiua,que ſibi non fuerat per dictam preſcript.adempta,nec eſt opus quod iſta reſtituatur ex quo durabat.vt.l.§.ff.de aliena. mino. ⁊ iſta rei vendi. directa competit ad exemplum vtilis actionis,que conceditur reſtitutis,vt dicit gloſ.in prin. huius ſecũdi intellectus.⁊ hoc vult dicere text.ibi, exemplo vtilis actionis ſecundum iſtum intellectuꝫ,ſed ſi contra iſtum ſic agentẽ opponatur exceptio preſcrip. vt poteſt, tunc replicando petet reſtitut. in integr. ad uerſus illam preſcrip.⁊ ſic eſt remedium reſcindẽs tan tum ⁊ ſufficit abſque reſciſſorio,durabit autem iſtud re medium reſcindens,id eſt petendi reſti.per viam repli candi contra excipientem de dicta preſcript. per qua driennium,vt.ff.in.d.l.ſuperuacuam.non obſtãte quod alias annalia ad agendum ſoleant eſſe perpetua ad excipiendum. vt.l.pure. in fine. de excep. doli. ⁊ quod per hoc videatur iſta replicatio actoris perpetua ſicut exceptio:cum ⁊ replicatio dicatur actionis exceptio. vt l.i.⁊.§.

l.i.& ij.ff.de except. & l.fi.§.de eden. sed ratio quare ista replicatio non sic perpetua est, quia dicta exceptio siue replicatio non oritur nisi ante restitutionem, ipsa autem restitutio clauditur tempore. vt dicta. l. superuacuam. ergo & dicta exceptio siue replicatio tẽpore claudatur. ad hoc notata maxime per dominum meum, in. l. nam postea. §. si minor. §. de iureiuran. ¶ Ex quo not. pulchram limitationem ad dictam regulam que erat quod annalia ad agendum &c. vt dicta. l. pure. in fin. facit enim quando tempus impedit natiuitatem actionis, vt in suprioribus terminis. Tertius intellectus est in gl. predicta ibi, alij dicunt &c. quod hic loquatur de vsucapio. per quam est extincta actio, vt. §. in primo intellectu. & quod restituatur ipso iure sine alia necessaria restitut. a Pretore viuo fienda propter tex. ibi, restitutis, quasi dicat ab ipsa. l. siue Pretore mortuo. sed non placet iste intellectus domino meo, quia textus noster innuit quod erat necessaria restitut. Pretoris mortui. videlicet ibi, cum except. obiectam, & ad tex. ibi, restitutis responde. vt in gloss. in fin. ¶ Et no. quod in text. nostro cadit duplex fictio, Una est fictio postliminij per quam captus post reuersionem fingitur nunquam captus, vt instit. quibus mo. ius patr. soluitur. §. si ab hostibus. & sic eius autoritate iste filius reuersus fingitur nũquam captus. Alia est fictio. l. Cor. que captos mortuos in captiuitate fingit mortuos esse preambulatoria captiuitatis. vt inst. quibus non est permissum facere testamentum. §. fin. iuncto. §. si ab hostibus. & sic parentes istius filij finguntur mortui antequam caperentur: & sic in libertate. vtraque ergo fictio concurrit ad faciendum istum filium successibilem, quod videtur contra text. & gloss. in. l. i. infra, de dotis promissione. que vult quod † due fictiones non possint concurrere circa idem, sed responde secundum Bartolum, quod hic non concurrunt circa idem, quia Cornelia fingit circa mortuos in captiuitate, vt postliminij fingit circa filium reuersum. ¶ Ex quo no. quod due fictiones ad duo diuersa capita directe possunt simul concurrere, licet tendant ad vnum vltimatum finem, vt hic. & faciunt que habentur in. l. singularia. ff. si certum petatur. & ita veniat limitanda regula dicte. l. prime. cum sua glossa. alibi etiam, hoc est in. l. i. in fin. §. quando liceat ab empt. disced. dicit Bald. posse duas fictiones concurrere quando sunt de iure communi, & vna oritur ex altera. Et sic non habebit locum dicta. l. prima, de dotis promissione, cum similibus etiam dicto casu. & certe iunctis his duabus limitationibus raro erit dare casum, in quo dicta regula habeat locum. sequitur Rubrica, de alienatione iudi. mutan. causa facta.

2

De alienatione iudicij mutandi causa facta[a]. Rubrica.

Etiam propter alienationem rei factam causa mutandi iudicium conceditur restitutio in integrum, ex hoc edicto per actionem in factum. vt. l. ex hoc edicto. ff. eodem. ideo ponitur ista rubric. post precedentes. sequitur Lex prima.

SVMMARIVM.

1 ¶ Facta alienatione causa mutandi iudicium potest conueniri vel alienator ex hoc edicto per actionem in factum vel possessor rei vendicatione prout actori placuit.

2 Requisita in actione in factum.

Lex prima. h. dicit.

[b] Facta † alienatione causa mutandi iudicium potest conueniri, vel alienator ex hoc edicto per actionem in factum, vel possessor rei vendi. prout placuit actori. hoc dicit ista. l. que premissis duabus rationibus ponit quandam illationem & conclusionem sibi intelligis quod si. ¶ Not. quod possessio rei conuenti producit & parit actori rei vendi. & istud est extremum quod in rei vend. requiritur ex parte rei, ex parte vero actoris requiritur aliud extremum, videlicet dominium. l. i. & l. matrem. ff. de rei vendi. & sic habes duo extrema, que requiruntur, vt detur actio in rem, scilicet dominium ex parte agentis, & possessio ex parte conuenti: si tamen est actum contra reum non possidentem, & ipse sponte suscipiat iudicium, actor probet dominium condemnabitur reus quando ius deficiat extremum ex parte sua secundum gloss. in. l. si a te. §. i. ff. de except. rei iudica. facit. l. is qui se obtulit. ff. de rei vendica. & ita tenet Bal. hic, qui ponit illam notabilem questionem an cessionarius possit agere rei vendi. & an legatis iuribus videatur legata rei vendi. de quibus hic subtiliter & notabiliter per ipsum. ¶ Item not. quod ille, cuius res vendita est, vel alio titulo in alium translata causa mutandi iudicium potest agere, tam contra alienantem, quam contra possidentem. contra alienantem poterit intentare actionem vtilem in rem, quia dolo desijt possidere. vt. l. qui dolo. de regulis iuris. & l. sinautem. §. i. ff. de rei vendicatione. & in regula, iuris possessor. de regulis iuris. libro sexto. & hoc per actionem in factum descendentem ex hoc edicto ad omne suum interesse. vt. l. iij. §. fin. & l. ex hoc edicto. ff. eodem. vel vtili rei vendi. vt infra, in gloss. contra possessorem vero poterit intentare directam actionem in rem, quia concurrunt duo extrema necessaria, vt supra. ¶ In glossa prima, in fin. id quod dicitur hic, de quasi possessione intelligas de rebus incorporalibus in quibus proprie cadit quasi possessio, vt ibi seruus. §. incorporales. ff. de acquirendo rerum dominio. & l. i. & ij. infra, de seruit. & aqua. pro ipsis enim agitur confess. non rei vendi. vt habetur in. l. loci corpus. §. en confessoria. ff. si seruitus vendicetur. & in. l. vendicatio. ff. de rei vendicatione. sed intelligas quasi possessionem, id est detentionem, quia contra detentorem datur rei vendi. vt. l. officium. ff. de rei vendicatione. vel intelligas quasi possess. illum qui dolo desijt possidere, qui licet non possideat, vere tamen conuenitur perinde ac si possideret. vt in. l. parẽ. ff. de reg. iur. & in regula iuris possessor extra eodem libro sexto. & in. l. si qui dolo. & in. l. si culpa. ff. de rei vendicatione. & in capitulo primo, extra eodem. & ita poterit condemnari reus, vt hic in tex. qua condemnatione facta poterit fieri executio sententie contra possessorem qui tenetur rei vendi. non solum si res erat effecta litigiosa, de hoc non dubitatur. vt. l. ij. infra, de litigio. sed etiam si non erat litigiosa: vt quia alienata ante litem motam, vel forte post sententiam. [a] ad hoc. l. certa forma. ff. vt in possessione legatorum. secundum Cynum. quod est verum si alienans & possessor tenebantur eodem genere actionis, puta vterque tenebatur rei vendi. vt hic. & possessor sit citatus in isto processu. vt. l. cum miles. §. i. ff. ex quibus causis maiores. secundum Baldum, alias secus: nam quando alienans & possessor non possunt eodem genere actionis conueniri, tunc licet alienatio fiat in fraudem, tamen non potest fieri executio contra possessorem, nisi ordinario iudicio conueniatur. vt instit. de act. §. item si quis in fraudem. & in. l. i. infra, que in fraudem creditorum. que iura ita debent intelligi & limitari, vt. §. quanuis Bartolus in. l. iij. ff. de pigno. indistincte velit quod requiratur ordinarium iudicium contra possessorem. [b] & vide Canonistas, in capitulo primo, extra eodem. ¶ In glossa in verbo, restitutio. not. que requirantur, vt detur ista actio in factum, requiruntur † enim tria. Primum, vt alienatio sit causa mutandi iudicium. Secundum, quod in duriorem & potentiorem. Tertium, quod in ea interfit alienationem non fuisse factam, & dic, vt in gloss. quam sequitur Bart. & adde multa remedia similia ad istud edictum, de quibus per Cano. in capitulo, cum ad sedem. & capit. sepe. de restitut. spoli. & in canone, reintegranda. iij. quest. i. & vide in. c. i. extra eo. & in tit. de litigio. ¶ In gl. si. in fin. gl. loquitur nimium intricate, secundum Ang. qui clarius distinguit, dicens quod si primo est actum reali iudicio sine dubio

2

[a] ¶ Super hãc ru. de aliena. iu. mu. cã. videatis Old. in cõs. xxx. hoc eo. ti. nostro. & dispositionẽ huius titulũ limitãte, vt p Bo. Alerã. in. l. si finita. in. §. si de vectigalibus. in xxij. & xxiij. col. ff. de dã. infecto. S. T.

[b] ¶ Super. l. i. de alie. iu. mu. cã. videatis Mo. post flo. ia in ru. ff. eo. & Albert. in. l. i. eo. tit. & videatis Cyn. & Bal. in. l. qui stipendia. §. de pecu. & Rom. in cõs. cccccxviij. & aduertatis ad dicta Bal. ful. & fali. hic, post odo. S. T.

a ¶ Sup hac ru. de re. arbi. vltra Mo. hic & in ru. ff. eo. videatis ro ma. in ru. ff. eo. Bal.in cõ.cccxiij. in.i.vol.& cccxix. in.ij.vol.imolam in.l. nemo potest de leg.i.& in.c. p tuas extra eo.tit. & quod in casibus in quibus cõpetit actio detur appellatio,est cõtrarius opi. vos videatis tñ Bal. in cõsi.cccccxviij. & cccij. in tra. de arbi. char.xxxix. S. T.
¶ Et super hac ru.de arbi. videatis etiã do.Alex. in cõsi.xviij.& cõsi.xx.in.vi.col. in iiij.vol. S. T.
¶ Et super hac ru.de arbitris.videatis Mo. adducentes plurimas Rote deci. et vltra eos videatis do. Fely. in.c.fi.in.iij.col. de re iudica. S. T.

b ¶ Super hac.l.i. de arbi. videatis Ex.originaliter ad dicta mo, & videatis do. Jaso.i.l. arbitro. in pen.col.ff. qui satisda. cogan. & ibidem videatis Albe.Bal.ang. & Fulg. & videatis gemi. et do. Francũ. in.c. ab arbitris. de offi. dele. in.vi. Bal. in.l.i.in fi. si de mo.posse. fuerit app. Bal.in ru. de appella.in fi.& Mo.in.l.ex cõsensu.l.i.col. de appella do. Alexã. do.Aret.do. Jaso.& Mo.in.l. nemo põt de leg. i. & omnino videatis eũ ma.in cõsi. l. Pau. de ca .in cõsi.lxxvij. col.fi. in vlt. vo. in. ij. vol.do.Alexã.in l.i.in.vi. col. vbi Mo. sequuntur de le.i. Pau. de ca. in cõsi. cxxvi. do.Alex. in cõsi. xxiij.in.iij. vol. do.Alex. in cõsi. xcvi. in.i. et.iiij. vol. S. T.

iterum poterit agi act.in factum ad interesse. sed si primo est actum actione in factum & actor consecutus est omne suum interesse, in quo cõsistit in effectu res & precium, tunc an liberetur possessor subdistingue, quia aut habuit causam a doloso & liberatur, ne ipse conuentus contra venditorem recursum haberet, & sic venditor duplici restitutionis onere afficeretur, & bis idem actor consequeretur contra. l.bona fides. ff. de regulis iuris. aut non habuit causam a doloso & non liberatur possessor, vt plene notatur per gloss.in.l.nec enim. §.fin.ff.de petit.heredita.secundum ipsum Angel. qui idem dicit forte si habebat causam a doloso & contra eum non habebat recursum de euictione re euicta forte ex natura contractus.exemplum in.l.i.j.de iure dotium.vel ex forma pacti.seq. Rubr.de receptis arbitris.

De receptis arbitris[a]. *Rubrica.*

Continua rubricam,

vt in glossa rubrice. Lex prima hoc dicit in summa.

SVMMARIVM.

¶ A sententia arbitri non appellatur, quia ex ea actio non oritur, sed metu pene in compromisso adiecte paretur, dummodo compromissum de iure sit adhibitum, & sententia sit lata intra compromissi terminum.

Lex prima h. dicit.

[b] A sententia arbitri non appellatur, quia ex ea actio non oritur, sed metu pene in compromisso adiecte paretur, dummodo compromissum sit de iure perfectum, & sententia lata sit intra terminum compromissi. h.d. ¶ In tex.ibi, quia iudicati no.rationem quare a sententia arbitri non appellatur: ratio enim est, quia ex ea non oritur actio iudicati, scilicet tempore istius. l. ¶ Ex quo no.a sententia a qua nõ oritur actio appellari nõ oportere, & videtur a contrario sensu huius litere dicendum quod vbi a sentẽtia arbitri oritur actio, vt est hodie per l.ne in arbitris. j. eodem. ibi possit a tali sententia appellari.docto.communiter tenent contrarium, quia ibi datur actio in factum ex laudo quando est emologatum expresse vel tacite ex cursu decem dierum, quo casu non admittitur appellatio. vt.j.dicetur contra Barto. veruntamen videtur quod si ex sententia arbitri oritur actio secundum formam statuti, vt sunt statuta communiter per Italiam absque alia emologatione poterit appellari, sicut & o sententia iudicis, secundum Bart. qui dicit hoc esse menti tenendum, & quid de iure can.tangam.j.circa fi. sed quero quare cum non possit appellari a sententia arbitri redacti ad instar iudicis, vt hic. & in. l.x. ff.eodem. possit recurri a sententia arbitratoris ad arbitrium boni viri. vt.l. nudo. & per Bartolum, in.l.si societatem. §. arbitrorum.ff.pro socio.& per Cano. in capitulo, quintavallis. de iureiurando. respondeo, quia inter partes arbitramentum arbitratoris est species transactionis. vt in authentica. si vero contigerit. infra, de iudiciis. vnde tanquam a contractu facto inter partes altera pars lesa recurrit ad iudicem rei: ita & lesa hic ex arbitramento recurrat ad superiorem & iudicem ipsius rei, non ad superiorem ipsius arbitratoris, vel dixi in.l secunda.supra, vbi & apud quez. & si forte compromissum esset factum tanquam in arbitrum, & arbitratorem attenditur via, que per ipsum assumitur secundum Bartolum hic, & in dicto. §. arbitrorum, & quam viam assumat patebit ex processu.vt habetur in. l. prima. ff. de iudiciis. & in dubio censetur electa validior. vt. l. tertia. ff. de testamento militis. & maxime si est apposita illa clausula, omni meliori modo &c. secundum Imol. in. l. nemo potest. de legatis primo. ¶ In text.ibi, & ob hoc.not.quod in compromissis apponitur pena, vt eius metu laudo pareatur, vbi enim pena non esset in compromisso adiecta non cogerentur partes stare laudo. vt. l. diem proferre. §. stare. ff. eodem. & hic. sed quando est apposita stare debent metu ipsius pene, & non quod laudum habeat maiores vires, quia imo si quas vires habet: videntur ademptę per appositionem ipsius pene, quia prouisio hominis tollit prouisionem.l.quod procedit, nisi sit apposita clausula.rato manente pacto, que si non dabit vires laudo saltem relinquet in terminis suis. de quo tamen per Joannem Andream, in capitulo, dilecti. extra eodem. & per glossam, in. l. ij. ff.eodem. & per Jmol.in dicta.l. nemo potest. ratio quare si in compromisso non est apposita pena impune laudo non paretur est, quia arbiter habet simplicem cognitionem a partibus attributam. vt.l. notionem. j.de iurisdictione omnium iudicum. non iurisdictionem, que oritur ex publica autoritate, vt per gloss. in. l. i. ff. de iurisdictione omnium iudicum. & non a priuatis. vt.l.priuatorum. j. de iurisdictione omnium iudicum. & l.non est singulis. & l.non ex Pretore. ff. de regulis iuris. ¶ Item nota quod si compromissum etiam penale est tempore limitatum post terminum ipso iure expirat, & ideo laudum inde latum impune contemnitur: quid autem si terminus esset prorogatus, siue expressa repetitione, siue replicatione pene. vide in.l.si id quod ff.pro socio.& quid in iudice delegato.dic, vt in.l.ij. ff.de iudiciis. & in cap. primo & sexto, de offic.delega. ¶ In gloss.in verb.actio ibi, que datur ex sententia iudicta, aliqui tamen volunt, quod illud verbum, iudicati: non sit nomen actionis, sed exponatur, id est propter iudicatum, & detur actio in factum, de quo dixi in.d.l.actori. j.de rebus creditis. ¶ In eadem ibi, vt quando expresse &c. dic quod illa l.penultima.§.i.& ij.corrigit istam, vt ibi latius dicetur. ¶ In eadem ibi, an potest appellari. Bartol.in eo quod gloss. dicit non posse appellari quando sententia arbitri est tacite approbata per lapsum decem dierum, quia ante nõ datur & postea sero appellatur, tenet hic. & l.nemo potest.de leg. i.contrariũ eius, quod dicit glo. hic. vult enim quod possit appellari, non obstan. approbatione dicens, quod eo ipso quod quis appellat videtur approbare sententiam non quod, vt bene latam: sed vt sic latam sicut in fin l. in.l.iij. §.falsus. ff.rem ratam haberi. & in.l. Pomponius scribit. ff.de negotiis gest. quasi dicat ipse Bartol. iste appellando approbat, vt reprobet sui opin. vt posuit Bartol.in.l.filio preterito. ff.de iniusto testamen. de filio in potestate preterito contratabulante testamentum nullum quod intelligitur approbare, vt reprobet per. d.§.falsum. sed Bal. tenet se cum glossa nostra, dicens non esse verum quod appellans approbet aliquo modo, imo precise reprobat & dicit sententiam displicere. vt.s.si sepius in integr. restitut.postul.& respondet ad.d.l.iij.per Bar. allegataz, quod illa loquitur de approbatione respectu persone: nam si appellatur a sententia lata contra falsum procuratorem, qui satisdedit de rato videtur dominus approbare personam: sed non sententiam. vnde non facit ad propositum secundũ ipsum, quia emologatio debet esse ipsius pronũtiati approbatio. vt.l.pen. & antepen. j.eo.& cum hac opi.quod appellari nõ possit. transit simpliciter Ang.cuz quo etiã transit.d.m. assignans aliaz rationem quaz tangebat Bal.in tertia opp.sua, videlicet, quia arbiter non habet superiorẽ iurisdic. neq3 cum ipse nullam habeat iurisdict.ergo non cadit appellatio que debet fieri ad superiorem iurisdic. vt. j.de appel.l. a proconsulibus. cum si. & ita communiter tenetur de iure ciuili, sed vlterius quero, an valeat pactum quod a sentẽtia arbitri in qua possit appellari. Cy. hic, videtur tenere quod non, quia per hoc daretur iurisdictio arbitro contra.l.priuatorum.j.de iurisdic.om.iudi.sed Dy. in.l.consensu. ff.de appell. tenet contrarium quod imo valeat dictum pactum. quod est verũ non vt fiat appellatio habens vim rescindendi sententiã, sed vt fiat quedaz reclamatio vigore conuentionis facte inter partes, vt sententia arbitri per iudicez reuideatur, cui pacto nihil repugnat secundum Bartolum. valebit ergo & si pena fuisset apposita in compromisso cum dicto pacto de potestate appellandi, tũc veniens contra laudũ per viã dicte appellationis, siue reclamationis nõ incurret dictaz penam

penam, ⁊ idem in effectu videtur tenere Bald. hic quod ⁊ tenet Imol. in dicta l. nemo. subdens quod dicta appellatio debet interponi infra decem dies sicut alie appellationes. questio autem ista procedit de iure ciuili, ⁊ similiter superiores secundum Baldum per ea que habentur in canon. statuendum. secunda questione septima, ⁊ per rationem: quia ius can. considerauit equitatem solam que est, vt quilibet grauatus possit appellari. facit capitul. vt debitum. de appellat. ⁊ idem tenet Bald. ⁊ Angel. in. l. si seruus plurium. §. fina. de legat. primo. per gloss. in canone, de iudicibus. secunda questione sexta. ad hoc etiam gloss. in capitulo, exposita extra eo. licet Imol. in dicta. l. nemo. dicat illas gloss. non probari de iure. ⁊ quod per eas nō debet induci discordia inter ius cano. ⁊ ciuile arg. capituli primi. de operis noui nunciatio. sed communis opin. vt supra per Imol. tamen facit: quia de iure ciuili non oritur except. ibi, de iure canon. non oritur nec per consequens habet locum appellatio iuxta not. in capitulo primo ⁊ secundo. de pact. sed ex sententia arbitri non oritur except. vt. l. secunda. ff. eodem. ergo ⁊ docto. non dicant hoc vltimum. ❡ In ea dez ibi, sed licet appellari non possit. bene concludit illa. l. non distinguemus. §. cum quidam. ff. eo dez. ⁊ non loquitur in appellante. sed loquitur in except. que except. improprie dicitur quedam appellatio, ⁊ vt dicit Angel. non habet locum nisi emanante causa subspicionis, vt proprie sunt termini illius tex.

SVMMARIVM.

1 ☞ Non comparens coram arbitro incidit in penam compromissi.

1 SI contra. Qui † non comparet coram arbitro incidit in penaz compromissi. hoc dicit. glos. prima sentit quod specialiter fuerit apposita pena in compromisso si partes non comparerent, sed iste intellectus nullam habet dubitationem. glos. autem videtur sentire quod pena sit apposita in compromisso de parendo laudo, ⁊ quod propter hanc contumaciam in non comparendo propter quam impediatur probatio laudi pena incurratur. ❡ Ex quo not. ꝙ pena adiecta in compromisso de parendo laudo includit penam si non compareatur, ⁊ hoc quia qui impedit causam impedit causandum. facit. l. secunda. ff. de iurisdictione omnium iudicum. l. arbitrorum. hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 ☞ Aduersus petitionez pene competit exceptio doli si per dolum fuerit arbitratum, ⁊ si clausula doluz malum abesse fuerit apposita competit etiam actio doli.

a 1 ARbitrorum. [a] Aduersus † petitionem pene cōpetit exceptio doli si per dolum fuerit arbitratum, ⁊ si fuerit apposita clausula dolum malum ab esse competit etiam actio de dolo. hoc dicit. ❡ Not. quod licet alia sententia per sordes lata sit ipso iure nulla: vt. l. venales. J. quando prouocare. tamē lata ab arbitro nō est nulla ideo pena committitur si venitur contra, sed non committitur efficaciter: quia contra petitionez pene datur exceptio doli, rationem differentie assignat Odofre. quia iudex fingitur publica autoritate quasi dicat, ⁊ ideo debet esse integrior quam arbiter electus a partibus qui sibi debent imputare: quia talem elegerunt. ❡ In gloss. in verbo, poterat sibi, sed tacita conditio non facit negotium conditionale non est bona so. quia imo etiam tacita conditio impedit natiuitatem actionis, vt not. in. l. item quia. ff. de pact. ⁊ in. l. l. in fi. de condit. ⁊ demonst. ⁊ in. l. interdom. de verbo. obliga. ergo hic attenta ista ratione non daretur actio alia igitur so. opus est. ideo dicas quod ista tacita conditio non inest promissioni, ⁊ obligationi. quo casu impedit ortus obligationis ⁊ actionis per euentuz contrarie conditionis. sed inest ex actioni, ⁊ ideo secus: nam cum tunc non respiciat ob. sed effectum: vt. l. quero. §. inter locatorem. ff. locat. non impedit natiuitatem actionis. sed pariat except. vt hic secundum Iaco. butr. quem docto. communiter sequuntur. ⁊ bene: quia conditio adiacens rei producte in esse nunquam facit rem conditionalem, vt. l. cum tale. §. primo. ff. de condit. ⁊ demonstr. vel dic secundum Baldum, quod tacita conditio, que inerat in casu nostro non, respiciebat substantiam, id est, quod arbiter laudaret, sed respiciebat qualitatem, id est, quod bene laudaret, ⁊ ista tacita conditio sic inherens qualitati non reddit substantiam conditionalem nec impedit natiuitatem, vt hic ⁊. l. ita demū. ff. eo. sequitur Lex, ne in arbitris.

SVMMARIVM.

1 ☞ Si in compromisso fuerit iuratum a partibus, ⁊ ab arbitro, vel a partibus tantum vel ab arbitro tantū vel in actis fuerit assertum esse iuratum ⁊ scriptum, ex arbitri condēnatoria sententia oritur actio, ⁊ ex absolutoria oritur exceptio: secus si iuramētū nō appareat in actis licet altera pars, vel arbiter asserat esse iuratum: quia nec alteri parti nec arbitro creditur, ⁊ sententia arbitri emologata actionem producit. emologatur autem sententia siue pars dicat approbo siue dicat non improbo, vel non contradico.

b 1 NE in arbitris. [b] Si in compromisso fuerit iuratum a partibus ⁊ ab arbitro, vel a partibus tātū, vel ab arbitro tātū, vel in actis fuerit assertū esse iuratū, ⁊ scriptum ex arbitri sentētia cōdēnatoria oritur actio, ⁊ ex absolutoria oritur exceptio: secus si iuramentum non appareat in actis licet altera pars, vel arbiter asserat esse iuratuz: quia nec alteri parti nec arbitro creditur. hoc dicit vsque ad §. si quis autem. vsque ad quez. §. l. nostra est correcta per. J. scriptam authenticam, decernimus. sed ille. §. si quis autem est notabilis. ⁊ sing. ⁊ hoc dicit. Sententia arbitri emologata producit actio. emologari autē videtur sententia siue pars dicat approbo siue dicat non improbo vel non contradico. hoc dicit vsque in fi. Et diuiditur in sex partes. Nam in prima ponit proemium. In secunda ibi, si igitur ponit dictū quando iurauerunt partes ⁊ arbiter. In tertia ibi, si autem quando iurauerūt partes, ⁊ non arbiter. In quarta ibi, sed ipse quando iurauit arbiter tātū. In quinta ibi, si autē scriptura. quādo de iuramento nihil constat, sed altera pars tantū, vel arbiter asserit. In sexta ibi, si quis autem. quando post sententiā partes emologauerunt. ❡ No. vsque ad. §. si quis autē. tres casus in quibus ex sententia arbitri hoc tempore oriebatur actio, ⁊ except. vt etiam cōsiderat gl. in verbo, electus. primus casus est quando partes ⁊ arbiter iurauerunt: nam iuramentum est seruandum precise. partes autem iurasse constabit, vel propria scriptura, vel scriptura publici notarij, vel ex actis cause confectis manu propria vel notarij cause. Ex quo infert notandū primo quod idē operatur scriptura propria manu facta, ⁊ facta manu notarij. secundo ꝙ in actis potest quis subscribere propria manu suam confessionē, ⁊ responsionē ⁊ habet vim publice scripture secundū Bal. tertio quod tātū operatur iuramentum probatū, ⁊ exhibitum quantum confessatum a partibus in scriptura. quod facit, vt si quis confitetur se esse obligatum Titio per instrumētum guarentigiatum, vel confessionatū qd ex forma statuti habet executionem paratam sit executio parata contra ipsum vigore dicte confessionis sicut esset vigore instrumēti cōfessionati si reperiretur. Ang. tamen in. l. penult. J. de fideiussor. tenuit contrarium, ⁊ bene: quia nō possunt partes inducere virtutem guarentigie sicut possunt inducere virtutem iuramenti secundum dominum meuz. secundus casus est quando iurauerunt partes tantum. tertius quando arbiter tantū de consensu partiū. ❡ Item no. in ver. sed ⁊ ipse iuncta gl. in ver. que. in fi. plura genera actionū ꝙ actiones variātur sm̄ facti qualitatem. nam dicit. d. glos. si in sententia

a ❡ Super hac. l. arbitrorum, vltra Mod. videatis Ly. ⁊ Bal. in. l. si ex cautione. J. de nōnu. pecu. Bal. ⁊ Sali. in. l. venales. J. qñ prouo. nō est nece. S. T.

b ❡ Super hac. l. ne in arbitris. vltra Mo. videatis Odo. Fulg. ⁊ Sali. ⁊ Ange. ⁊ Io. de imol. in. l. miles. in. §. si. de re iud. cuma. in cōsi. cxxvij. ⁊ cōsi. vij. in. iiij. col. ⁊ cōsi. cxlij. in. j. col. buttriū in cōsi. xxiij. in pen. col. ⁊ cōsi. xxij. in. j. col. ⁊ cōsi. xxx. do. Cardi. Zaba. in cōsi. cxxxvij. in. iiij. ⁊. v. col. do. Panormi. in cōsi. lxiij. in. j. vol. ⁊ lo. c. ij. in. iiij. col. de arbi. Pau. de ca. in cōsi. ij. do. Areti. in cōsi. clxiij. col. vj. do. Alex. in cōsi. lxx. in. iij. vol. in pen. col. do. Alexā. in cōsi. lxxxviij. in pen. col. in. v. volu. do. Fely. ⁊ Mo. in. c. cū a nobis. in. iij. ⁊. iiij. col. de testi. S. T.

a ¶ Super hac authentica.decernimus,videatis vltra alios hic.do. Iaso. in.l.siquis in conscribendo. in iij. col. supra de pactis,& ampliate hanc.l. vt per Paul. de ca. ibi & per mo. & per Paul. de ca. in cons. lxxi.& de materia istius.l. videatis do. Lan. de oria.in tra.de arbi. in.vi. & .xx. charta. S. T.

b ¶ Super hac.l. cum antea.videatis nouissimos in tra.de arbi. in vlt.charta. & do. Anch.vltra eos, in consi.cc.viij.in fi. col. Oldr.in cons. clxxvi.& do. Soci.in cons. xx. in.i.col. in.i. vol. S. T.

¶ Et circa hanc l.cum antea. vos habetis notabiles decisi Bal.in cons.ccclxxviij. in i. vol. Ancha.in cons.ciij.Pau.de cast. in cons. lxx.& Rom.in cons.lxx.& cons.cc.Fulg.in cons.cxxxiij.Nouella.in.l.si societatem.in.§.arbitrorum ff.pro socio. do. Alex.in cons.clvij. col.iiij.in.ij. vol. do.Soci.in cons. cxx.& do. Phili.dec.ij.in consil. xxxix.in.i.vol. & do.Lud.rom.in fin.l. S. T.

venit aliquid incertum datur actio in factum: si certum datur condictio ex hac.l.si lata fuerit super actione in rem datur vtilis actio in rem,ita declarat istum text. gloss.nostra quam sequitur Barto.& Bal.dicens quod ista actio in factum est ciuilis vt.l.sancimus.supra,de sacrosanctis ecclesiis. ¶ Item not.in ver.finaliter in scriptura.quod ad probationem huiusmodi iuramenti non admittitur probatio per testes,sed necessario requirit scriptura: si tamen testes dicerent scriptura sufficeret argumento gloss.infra,de bonorum possessio.secundum Tabula.secus si non deponerent scriptura secundum Bartol.quod est verum in hoc speciali vbi requiritur scriptura, vt supra, quia vt dicit Bald.in actis iuramenti consistit ius totius negotij & secus in actis que de sui natura non desiderant scripturam:vt.l.scire oportet. §.oportet.de excusat.tutorum.&.l.quoniam. C.de hereticis.& in capitulo,quoniam.de probat.in.§.si quis autem. ¶ Not.alium casum in quo sententia arbitri producit actio.& exceptio.videlicet quando laudum est prius latum & postea est in dotatum subscriptione partium asserentium se non contradicere,sed potius consentire, vel ponendo vnum tantum ex his puta: quia in scriptione dicant consentimus, vel dicant non contradicimus nam & ista verba inducunt emologationem, & consensum expressum, & ratio potest esse: quia alias nihil operantur,vt considerat hic text.in fine.nam & absque his verbis ille qui actui iudiciali, vel arbitrali non contradicit intelligitur consentire saltem post lapsum decem dierum:vt.l.prima.C.si sepius in integr.restitu.pos.&.l.ab eo.ff.quomodo & quando iud.ante decem autem dies si illa verba sunt prolata a parte que dicunt non contradicat idem important quod approbo siue consentio ex ratione predicta,& ex quadam interpretatione iuris, sed si sunt probata a notario puta,dicente sententiam fuisse prolatam Titio presente,& non contradicente non sequitur quod consenserit, & per consequens possit appellari: quia iste consensus interpretatiuus non oritur nisi ex propria subscriptione,& ex proprio facto: nam scriptura notarij est quoddam testimonium ergo non probat nisi quatenus infert de necessitate. de necessitate autem non infertur hoc.non contradixit ergo consensit secundum Bald.hic in fine.nisi post decem dies, vt supra. ¶ In gloss.in verbo, iudicii.not.quod sicut interdum appellatione arbitri venit iudex: vt.l.secunda.ff.de sententiis.ita & appellatione iudicis, venit arbiter, vt hic. ¶ In gloss.in verbo, nil tale ibi, post suam sententiam &c.dicit Bald.se pridie consuluisse quod si arbiter ad sui animi declarationem puta: quia protulit verbum ambiguum, & vult testificari de sua intentione coram iudice de hoc cognoscente,potest testificari:non quod per hoc stetur dicto solius, sed quando sunt plures arbitri, & testificantur de intentione communi.que sub verbis laudi potest includi,& non includi secundum intentionem ipsorum quod tale testamentum procedit quia non inuenit.l.prohibentem.l.prima.ff.de testib.&.l. ab executore.ff.de appell.que loquitur de interpretatione,& per dictum Innocen.& Hostien.in dicto capitulo, quoniam.de probatio.qui volunt quod dicto plurium iudicum credatur,& de interpretatione sententie vide in dicta.l.ab executore per Bar. ¶ In eadem ibi,an ergo potest esse testis,conclude quod aut querimus an iudex, vel arbiter possit esse testis donec ventilatur causa coram eo, & non potest argu.C.de postul.l.quisquis.& infra, de testamen.l.consulta.aut postquam iudex ,vel arbiter sententiauit,& tunc aut ad iustificandum suam sententiam,& potest: vt. l.criminalibus.infra, de testib.&.l.ob carmen. §.illud.ff.de testib.aut ad interponendum,& declarandum,& dic,vt supra proxime.aut ad id quod non pertinet ad iustificationem neque ad declarationem iure sententie,& potest,vt capitulo,cum a nobis.de testib.& capitulo,cum dilecti.de arbitr.& hec de iudice.& arbitro.arbitrator autem in.l.toties se informat secundum suam conscientiam sicut iudex in voluntaria iurisdict: vt infra, de administratione tutorum & curatorum. l.lex que tutores.& infra,de bonorum possessione secundum Tabulas.l.prima.non tamen videtur quod sit bonus testis ad iustificandum suum laudum secundum Bal.hic.Authentica,decernimus.hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 ☞ Compromissum sub iuramento fieri non debet, & si arbiter iuret licet male iudicet non punitur nisi a Deo.

AVthentica, decernimus.

a 1 [a] Non debet † compromissum fieri sub iuramento.& si arbiter iurat.licet postea male iudicet non punitur nisi a Deo.hoc dicit ista authentica.quam doctor.intelligunt duobus modis, vt in gloss.posita in verbo, iuramento.Vno de iuramento prestito ab arbitro,& a partibus,quasi dicat quod siue sit iuramentum partium,& arbitri siue partium tantum,siue arbitri tantum,tale iuramentum non dat robur laudo,& istum intellectum sequitur Bald.& communiter doctor. quia authentica ista simpliciter venit ad correptionem.l.C.& loquitur indiffinite, & tunc, vt dicit gloss.nostra debet dicere eis in plurali, & non ei in singulari, & sic quicquid.l. C.direrat de iuramento corrigitur vsque ad.§.si quis autem. Alio modo legitur secundum Bulg. de iuramento prestito ab arbitro tantum, vt sic solus arbiter intelligatur prohibitus iurare in compromissorem.& tunc litera debet dicere ei non eis: tamen precedens communiter approbatur,vt supra. ¶ Not.casum in quo iudex male iudicans non facit litem suam quod qualiter procedat declarabitur.infra in gloss. ¶ Item not.quod.l.ciuilis potest reprobare iuramentum:quod tene menti ad dicta supra in authentica,sacramenta.si aduersus venditionem.& an tunc habeat aliquem effectum saltem de iure Canonico,dicetur in gloss. ¶ In gloss.in verbo.iuramenti.& in gloss.in verbo, male.opin.prior videtur verior: quia hic probaretur iuramentum adiectio non probaretur factum principale, id est, ipsum compromissum: ergo non debet vtile per inutile vitiari.vnde compromissum cum pena remanet in viribus suis ita quod laudum inde secutum obseruandum erit metu pene, vt.C.in.l.i.non tamen pariet actionem, vel exceptionem vigore iuramenti predicti, vt supra reprobati. id que procedit de iure Canonico, secundum Bartolum,& Baldum.de quo tamen iure poterit iurans cogi per censuram ecclesiasticam ad obseruantiam iuramenti secundum Baldum. ¶ In eadem in fine, dic quod in.l.si quis in conscribendo.non fuit iuratum.hic autem fuit iuratum contra.l.prohibitionis. ideo male iudicans non facit litem suam,quo ad forum iudiciale, & hoc causa eorum, qui fecerunt eum iurare:sed tamen ipse iurans,& male iudicans punitur a Deo,vt hic.quod notandum ad limitationem.l.si quis maior.supra, de transactionib.volentis quod vbi est iuramentum committatur pena, rato manente pacto. nam illa.l.non habet locum in compromissis, vt hic secundum Baldum . intellige in compromissis coram arbitro vertentibus: nam de arbitratore.l.nostra non loquitur, & aliud esset dicendum, vt patet in.l.si libertus.infra,de operis libertorum.& in capitulo, quintanallis.de iusiur.secondum Bartolum, & Baldum hic. sequitur Lex,cum antea.

SVMMARIVM.

1 ☞ Ex sententia expresse confirmata per partes datur actio in factum, & per competentem iudicem executioni mandatur.idem si tacite fuit emologata decem dierum silentio .sed si per dictum terminum altera pars recusauerit,salua.l.precedenti nullum actori, vel reo remedium datur, & coram arbitro siue coram iudice interrumpitur prescriptio, & acta facta coram arbitro fidem faciunt sicut si fuissent facta coram iudice.

CVm antea. h. dicit.

b 1 [b] Olim † vigore compromissi facti nudo pacto,& sine pena actori nullum remedium competebat, sed reo dabatur exceptio

exceptio hodie vero si sententia expresse est continuata partes datur actio in factum, & executioni mandatur per iudicem competentem. Idem si tacite fuit emologata silentio decem dierum, sed si predictum terminum altera pars recusauerit, nullum remedium actori vltro datur salua. l. precedenti. de iuramentis loquente, & coram arbitro interrumpitur prescriptio sicut coram iudice, & acta facta coram arbitro faciunt fidem, sicut si fuissent facta coram iudice. hoc dicit ista. l. que diuiditur in quinque partes. primo recitat quandam antiquitatem que erat quod si compromissum erat factum nudo pacto, & sine pena, tunc lata absolutoria oriebatur exceptio pacti, sed lata condemnatoria non oriebatur actio, & sic pro parte rei compromissum, & laudum trahebat secum suum effectum, sed pro parte actoris non, & hoc: quia veteres considerauerunt naturam pacti nudi, vt ibi veluti pacti que est exceptio non actionem parere. vt. l. iurisgen. §. igitur nuda. ff. de pact. secundo. l. nostra. ibi, sancimus. ponit nudum ius, videlicet, quod si interuenit emologatio expressa vel tacita, oriatur actio: secus si interuenit conditio non emologatio: quia tunc non orietur actio neque exceptio, & hoc statuit Iustinianus considerans nõ pacti nuditatem, sed in iudiciis, & quasi seruandam equalitatem & ideo voluit quod compromissum & laudum non claudicaret, sed aut hincinde sortiatur effectum: aut ex neutra parte & quod per emologationem valeat id quod alias non valuisset quod facit, vt si sententia lata feriato die approbetur a partibus expresse, vel per desertionem appellationis intelligantur confirmata & poterit confirmari & valeat. ad. l. secundã. infra communia vtriusque iudic. contrarium tenuit Cyn. & post eum Bald. quia defectus est in alio quam in consensu, vt est in iurisdictione aut eius executio. quod si deficit tempore sententie non potest per superuenientem consensum restaurari secundum Baldum, vt hic. vide plenius per ipsum. dantur etiam per hanc. l. in hac parte executores de quibus infra. tertio. l. nostram. ibi, exceptis. confirmat. l. superiorem. in eo quod. l. dixerat de iuramento quod est tamen correptum per authenticum, decernimus in ista. l. sicut. & in illa ergo ibi, licet nõ ignoremus ponit quis sit effectus compromissi in princip. dicens quod si actor fecit vocari reum in ius coram arbitro interrumpitur prescriptio sicut si coram iudice.

¶ Et sic not. quod prescriptio interrumpitur per citationem coram arbitro facta sicut si fieret coram iudice, & ita etiam actio perpetuatur secundum Odoffr. & Bart. secus in mero arbitratore secundum Baldum, hic circa finem & Imol. in dicto capitulo quintaualis, quinto ibi ad hec ponit. l. nostra. quis sit effectus compromissi, & laudi in medio & in fine dicens quod si coram arbitro recipiantur attestationes & confessiones, valent sicut si recepte fuissent coram iudice adeo quod si postea altera pars velit eis vti coram iudice ordinario, poterit: intellige secundum distinctionem. l. fina. infra, de testib.

¶ Ex quo not. quod acta facta coram arbitro faciunt fidem inter easdem personas sicut si facta fuissent inter easdem personas coram iudice ordin. ex quo infertur vna notabilis limitatio ad id quod dixit Innoc. in capitulo causam que. de testi. videlicet quod cui non nocet sententia, non nocent acta neque probationes. nam in terminis nostris de arbitro non nocet tam sententia in vim sententie quãm acta, & probationes in vim processus in vim probationum. sententie enim potest contradici: vt supra in. §. altera. probationibus vero nõ potest, quia faciunt fidem, vt hic secundum predictam distinct. dicte. l. fina. & sic acta ista probatoria valent in alio iudicio, vel finita instantia non expirat eorum effectus, sed bene expirant acta litis ordinatoria, nisi quantum ad interruptam prescriptionem; quia in hoc traxerunt secum suũ effectum, & ideo effectus consummatur non cessat secundum Bald. reuertendo aliquantulum ad text.

¶ In secũda parte not. tex. ibi, si quod se subscripserint, quia ex hoc patet quod lata fuerit sententia in scriptis.

¶ Ex quo not. secundum gloss. & Cyn. quod sicut sententia iudicis requirit necessario scripturam, vt infra, de sententiis ex peri. reci. ita ex sentẽtia arbitri quod Ang. dicit esse not. dignum, & assignat rationem: quia arbitria sunt ad instar iudiciorum: vt. l. prima. ff. eodem. ex qua ratione infertur quod lauda arbitratorum que non sunt ad instar iudiciorum, sed potius ad instar transactionum non requirunt necessario scripturam. de quo per Angel. in. l. sine apud acta. de transactio. ¶ In tex. ibi, quam diffinierunt. not. quod emologatio debet fieri post laudum non ante laudum. idem probatur in. l. ne in arbitris. §. si quis autem. supra eodem. & vide per Baldum in. l. fina. infra. de contrahenda emptione. appellationi vero potest quis renuntiare ante sententiam & post: vt infra, de tempore appellationum & consultat. l. fina. sed an possit quis se astringere, vt non recurrat ad arbitrium boni viri, vide hic per Baldum & Bartolum. in. l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. & per docto. in. l. si vnus. §. illud nulla. ff. de pact. & per Cano. in capitulo quintaualis. ¶ In text. ibi, ex nostro nomine. not. quod actio in factum que oritur propter sententiam arbitri emologatam non dicitur oriri ex sententia sed ex. l. & ita potest vno modo solui contra. de. l. prima. supra eodem. vel dicas & melius secundum Bartolum, quod licet non soleat oriri actio neque except. ex sententia arbitri, vt ibi: quia sufficit quod detur actio ad penam vt ibi, tamen hic speciale quando arbiter est assumptus nudo pacto, & sine pena: quia necessaria est prouisio. l. ex quo partes aliter non prouiderunt, vt hic in gloss. tu aduerte: quia in dicta. l. prima. appositio pene non est causa denegande actionis imo defectus actionis est causa inducendi prouisionem penalem ab ipsis partibus. vnde dicta so. hic approbata per Bartolum non videtur bona: ideo cogita. ¶ In text. ibi, eminentissime prefecture. not. quod sententia arbitri debet mandari executioni per iudicem ordin. rei & non inspicitur locus compromissi neque locus arbitrii secundum Baldum, & vt dicit Angel. non requiritur quod arbiter imploret brachium seculare, sed sufficit quod ipsa pars postulet.

¶ In text. ibi, intra decem dies. not. sententiam arbitri confirmari lapsu decem dierum ita quod ab ea amodo reclamari non potest, vt not. gloss. in. l. prima. supra eodem. secus dicit Angel. in sententia arbitratoris que est quedam trãsactio: vt supra dixi. quia poterit peti reductio ad arbitrium boni viri vsque ad. xxx. annos. nam illud ius petendi est personale, & ideo tanto tempore durat: vt. l. secunda. infra, de constit. pecu. & not. per doc. in dicto. §. arbitrorum. de ista vita petitionis recursus ad quod hoc not. glo. in. l. secunda. C. de rei vendi. & tu vide que habentur in. l. prima. C. de sententiis prefectorum.

¶ In tertia parte que est in ver. exceptis. hec, vt. s. dixi est correpta: not. tamen ex ea iuncto prin. l. quod nudum pactum non vestitur iuramento. nam hic presupponit quod etiam quando est iuratum adhuc pactum istud sit nudum nec aliqua. l. dicit. quod iuramentum sit modus vestiendi pactum: metu tamen periurii seruandum est, vt hic secundum Barto. ¶ In quarta parte contra est in ver. licet. ibi, conuentum in scriptis. no. quod etiam coram arbitro libellus offerendus est in scriptis sicut, & coram iudice, vt in auth. offeratur. C. de litis contesta. & in ca. i. de libell. oblatione. ¶ In quinta parte in fine querit Bal. an ista confessio facta corã arbitro habeat pro omnia vim confessionis facte in iudicio, & cõcludit quod non: quia non infamat, vt no in. l. quid ergo. §. ex compromisso. ff. de infami. quod ad. le ad dicta. s. in quarta & quinta parte.

SVMMARIVM.

1 ☞ In feminis etiam bone opinionis compromitti non potest, & mulieres sue pudicitie debent esse memores, & non debet quis conficere exercitium sibi a natura prohibitum.

2 Comitisse habent contentiosam iurisdictionem a consuetudine non a lege, vel ipsam ratione successionis exercere possunt.

Sancimus. h. dicit.

1 In feminas † non potest compromitti etiã si sint bone opinionis. hoc dicit. Not. mulieres debere esse memores

pudicitie sue, vt in cap. de iudicijs. lib. vi. & in. l. alienam. C. de procur. & in. l. i. §. sexum cum si. ¶ Item not. quod non debet quis facere exercitium sibi a natura probibitum iuxta illud quod natura negat &c. ¶ Itez no. quod mulieres etiaz bone fame debent a iuriuz conuentibus astinere. ¶ Item not. quod côuentus iustus non est puniendus. ¶ In glos. in fi. de istis mulieribus precellentibus est expressum in. c. dilecti extra eo. vbi patet quod

2 † Commitisse babent iurisdictionê contentiosaz de côsuetudine non de iure, & ita dicit Bal. bic, vel dicas secundum Angel. quod ratione successionis possunt iurisdictionem exercere.

a *De satisdando*[a]. *Rubrica.*

Ontinua rubricam, vt in gloss. Rubrice. sequitur Lex prima.

SVMMARIVM.

1 ☞ Procurator actoris apud acta factus non tenetur satisdare de rato, sed de defendendo, item reuocatio mandati que in notitiã iudicis vel aduersarij non peruenit non impedit iudicium in preiudicium mandantis. procurator vero rei indistincte cauet de iudicato soluendo.

Ex prima. h. dicit.

[b] Procurator † actoris factus apud acta non tenetur satisdare de rato, sed de defendendo. Item reuocatio mandati que in notitiam iudicis, vel aduersarij non peruenit non impedit iudicium in preiudicium mandantis. procurator vero rei indistincte cauet de iudicato soluendo. boc dicit secundum Bartol. & Bal. Et diuiditur in duas partes principales nam prima loquitur de procura. actoris secunda loquitur de procuratore rei, secunda ibi rei autem procurator. Item prima subdiuiditur in tres, quaruz prima loquitur quando exigebatur cautio de rato concludens quod procurator actoris apud acta constitutus non cauet de rato & idem in procuratore presentis. & ratio est: quia tunc de eius mandato, vel voluntate non potest dubitari & vbi est de mandato certum non est necessaria cautio de rato, vt dictum est. C. de procur. l. i. & babetur in iuribus allegatis in glos. in verbo, presentis. post princ. & in cap. ex parte decani. de rescript. secunda ibi, itaque loquitur quando mandatum fuit reuocatuz concludens quod reuocatio mandati facta clandestine ita quod non peruenit in notitiaz iudicis, vel aduersarij non nocet aduersario nisi forte têpore reuocationis, iudex & aduersarius erant omnino incerti secunduz Bar. & Bal. ar. l. sed & si pupillus. § prescribere. ff. de institu. & l. si fideiussor. §. i. ff. mand. & l. si dictum. §. si. ff. de euictio. in tertia ibi, sinautem ei loquitur quando exigitur euictio de defendendo concludens quod procurator actoris licet non teneatur cauere de rato tamen tenetur cauere de defendêdo in causa reconuentionis. & ratio est: quia in ea venit tanquaz procurator rei. & procurator rei semper cauet, vt in parte sequêti. in secunda parte principali. not. quod procurator rei indistincte cauet de iudicato soluendo concordat inst. de satisda. §. si. & C. de consor. eiusdez litis. l. ij. quod est verum nisi procurator sit releuatus a domino ab onere satisdãdi, vt instit. de satisda. §. si vero. qua releuatione vtuntur bodie omnes constituentes procuratorem. & ita apponitur instrumentis. bec tamen releuatio nibil prodesset quando domini releuantes sunt de longinquis partibus & nõ possident immobilia in loco vbi tractatur iudicium vel non possident equiualentia, vt per Angel. & docto. in. l. sciendum. qui satisdar. cogant. & tactum est. C. de procura. l. prima. ¶ In gloss. in verbo, presentis in fine, dic quod in. l. de peculio. §. fin. dubitabatur de mandato ideo cauet de rato licet esset vere procurator & in. l. qui ita. §. fina. ff. ad Trebell. Bartol. fatetur quod ibi est speciale per rationem ibi positam in text. ¶ In gloss. in verbo, noluerit. eandem glo. babemus in. l. procuratorem. ff. de procurat. ¶ Et not. eas bene distinguentes an teneat sententia lata cum procuratore reuocato nec ne. de qua bic per Bartolum. & Baldum qui in effectu post gloss. considerant quod aut reuocatio non est intimata procuratori, nec iudici nec aduersario, & tunc certum est quod aduersario non nocet ipsa reuocatio secundum omnes docto. nec etiam sibi reuocanti secundum Baldum cum non sit per reuocantem processum ad executionem & insinuationem, vt bic plenius per eum, aut reuocatio peruenit ad notitiam procuratoris iudicis & aduersarij, & tunc processus est nullus secûdû omnes intelligêtias, si reuocatio tenuit: vt. l. ante litem. cum se. ff. de procurat. Item intellige boc verum nisi fiat reuocatio in calculo ferende sentêtie. per ea que babentur in capitulo, auditis. de procurat. aut reuocatio peruenit ad notitiam solius iudicis. & tunc dicit glos. quod iudicium est nullum propter scientiam iudicis scientis se non posse procedere, & ita tenent Bart. Bal. & Angel. aut reuocatio peruenit ad notitiam aduersarij non ad notitiã iudicis, & tunc dicebat Martinus quod sententia non tenet: quia debet minus vitiare sententiam dolus partis de quo bic quam dolus iudicis de quo in precedenti membro, sed gl. & Barto. tenuerunt contrariuz: quia iudex nibil obmisit de contingentibus. dicit tamen quod aduersarius sciens non potest consequi commoduz ex ea, ne dolus sibi prosit. & banc opi. tenuit etiam Ang. ar. eorum que babentur in. l. questitum. ff. de re iudicat. quod videtur verum si dicta reuocatio innotuit aduersario, & non procuratori: quia ipse procurator ignorans non perdit ipso iure exercitium potestatis sicut nec acquirit secundum Balduz: ergo si vterque sciuit reuocationem, vt sentit Bald. sententia erit nulla. & babebit locum Mart. aut procurator bene sciuit, iudex vero & aduersarius ignorat, & tunc si sententia fertur per procuratorem non patrocinabitur reuocanti licet contra eum lata valeat, & sic iudicium claudicabit propter culpam reuocantis. Sequitur titu. de formulis.

a ¶ Sup bac ru. de satisdando. videatis Mod. in tra. in. x. charta. adducentes plurima Rote deci. et vltra eos videatis Bal. in. l. i si vero. in. §. qui p reipublice. ff. qui sa. cogã. & do. Curti. in. l. i. in. ij. no. j. n. nostro. S. T.

b ¶ Circa banc. l. vnicam, de satisdando. vltra do. Corn. & do. Frã. areti. ac. Mod. bic, videatis roma. in côsil. lxvij. & do. Purpu. in authen. generaliter. C. de episc. et cler. Ancha. late in. c. i. de renun. Roma. in fin. ccc xij. & singul. cccclxxxi. & limitantez videatis Io. de ana. in consil. xxv. S. T.

c *De formulis & impetrationibus actionum sublatis*[c]. *Rubrica.*

Ontinua rubricam, vt in gloss. Rubrice. sequitur Lex prima.

SVMMARIVM.

1 ☞ Antiqua formularum obseruatio sublata est, & nõ oportet actiones impetrare a pontificibus, sed sufficit eas apte proponere.

Ex prima.h.dicit.

1 Antiqua † formularum obseruatio sublata est. boc dicit. l. prima conueniens prime parti rubrice, & non oportet impetrare actiones a pontificibus, sed sufficit eas apte proponere. boc dicit. l. secunda conueniens secunde parti rubrice. ¶ In. l. prima. not. tex. ibi, aucupationem syllabarum quod tolerandus est error in syllaba de quo in. l. si is, qui seruum. ff. de bereditibus instituendis. in. l. secunda. in fine. possunt induci isti tex. quod de iure ciuili necesse sit proponere in libello nomen actionis. si enim vult quod non sit necesse, vt impetretur a pontificibus dummodo actor proponat eam actum & competentem negot. ergo sentit necessarium esse proponere eam, scilicet, actio. & sic nominatam: tamen potest pro contraria opinio. responderi, quod textus non dicit esse necesse, quod eã proponatur, sed constet eam esse competentem boc tamen

c ¶ Super boc titu. de for. & impe. vltra Mod. bic post Bald. domi. Coi. & do. Areti. videatis Matthe. no. x. et Mo. boc trac. in j. & ij. char. S. T.

men est hodie de iure Canonic. determinatum per cap. dilecti. ⁊ capitulum examinata. de iudi. in quibus dicitur quod nomen actionis non est necessarium in libello, ⁊ ad ho: ipsum ius Canonic. seruandum est etiam in foro seculari, ex quo de iure Ciuil. erat dubium per notata in. l. placet. supra, de sacrosanc. eccle. ⁊ capitulo, licet ex suscepto. de foro comp. non ergo requirit hodie expressio ipsius nominis actoris dummodo proponatur actio acta negotio. ⁊ non inepta a qua ineptitudine nec ius ciuil. nec canon. excusat. licet Innoc. in dicto capitulo, examinata. velit quod etiam si proponatur actio inepta dummodo causa sit acta sufficiat cuius contrarium tenuit Angel. hic per hunc text. sed opin. Innoc. posset sustentari quando in libello esset apposita illa clausula petens ius ⁊ iustitiam ⁊c. de qua clausula dictum est supra, de pact. ⁊ de hac materia vide dicta in. l. edita. supra, de edend. ⁊ quod habetur in. l. prima. ff. si mensor falsum modium dixerit. ⁊ in. l. si patronum. ff. de iureiur. ⁊ quomodo etiam de iure digestorum fuerint introducte actiones, tam ex contractibus iurisgentium, quam ex contractibus iuris ciuilis dixi in. l. si mandatu. ro. §. si is cuius bona. ff. mand.

De iureiurando propter calumniam dando. *Rubrica.*

Continua rubricam, vt in gloss. Rubrice. sequitur Lex prima.

SVMMARIVM.

1 ☞ Siue pars ab aduersario probationes exigat siue quis petat se ad probandum admitti, debet prius de calumnia iurare ⁊ maxime si probatio est per torturam facienda: quia per torturam non debet fieri si potest aliter veritas inueniri.

Lex prima. hoc. d.

a 1 Siue † pars ab aduersario exigat probationes siue quis petat se ad probandum admitti debet prius iurare de calumnia, ⁊ maxime si queritur probatio fieri per torturam: quia non debet fieri si potest veritas aliter inueniri. ho: dicit. ¶ In text. ibi, in quo necessitas probationis. not. a contrario sensu, quod vbi non requiritur probatio ibi, non requiritur iuramentum calumn. vnde non requiritur in notoriis, vt per Speculator. in eodem titul. §. vna. ver. quid si emptor. ⁊ not. in. l. at qui natura. §. cum me absentem. ff. de negot. gest. similiter ⁊ quando est questio iuris tantum non facti: quia non desiderat probationes, sed allegationem legum, vt. l. ornamentorum. de auro ⁊ argen. legat. ⁊ habetur in capitulo, sepe. de appell. ¶ In text. ibi, nisi prius. facit iste text. vt donec respondetur articulis non currat tempus datum ad probandum de quo dicetur in. l. secunda. §. quod observari. infra eodem. ¶ In text. ibi, nam sacramenti timore ⁊c. not. iuramentum calumn. introductum esse, vt contentiosa litigantium instantia compensetur dicit tex. ⁊ ex his tribus verbis colligit Bald. hic tria notanda. Primo quia ex quo text. dicit contentiosa sequitur quod iuramentum calumn. non habet locum in his, que sunt voluntarie iurisdictionis, ⁊ que non agitantur in figura iudicii, ⁊ hoc voluit Speculator in. eod. titulo. §. sequitur. ver. quid vbi ⁊c. ¶ Secundo not. quod ex quo text. dicit legitimatum sequitur quod si iudex procedat ex officio cum ipse non sit litigator non iurat de calumnia, ⁊ hoc voluit Speculator in eodem titu. ver. quid si facit. l. secunda. de offic. ciuilium iudicum. ¶ Tertio ex quo tex. dicit instantia ⁊ nihilominus etiam ante litem iuratur, de calumn. infertur quod ⁊ ante litem contest. ⁊ in quolibet articulo cause sit instantia. ¶ Et sic not. quod quilibet articulus cause habet propriam instantiam vnde, ⁊ in executione sententie, vel instrumenti debet esse instantia. quod est bene notandum ad statuta disponentia quod instantia certo tempore finiatur. ¶ In text. ibi, sed qui aliter qui. no. qui petit aliquem torqueri debet primo iurare se non habere alias probationes etiam si torquendus esset seruus, ⁊ persona vilis. ex quo infertur quod vbi sunt alie probationes non debet deueniri ad torturam pro inuenienda veritate ⁊ qui facit aliquem torqueri si potest aliter prouidere crudelis est, vt in text. ibi animi crudelitate. ¶ In gloss. 1. iuncto text. ibi, propter literas secundum primam expositionem. ⁊ ibi propter instrumentum no. quod appellatione instrumentorum non veniunt litere priuate sed veniunt scripture publice confecte manu publicas notarii. quod videtur procedere non tam secundum propriam significationem vocabuli quam communem vsum loquendi vide per Bar. in. l. notationem. § instrumentorum. de verb. sign. ⁊ per Cino. in rubrica, ⁊ in cap. ii. de fide instru. ⁊ tetigi. in. l. si ex falso. ff. de transactio. post princ.

SVMMARIVM.

1 ☞ Hodie semel a principio ⁊ non amplius de calumnia iuratur.

Authentica, hoc sacramentum

b 1 Hodie † in princ. semel iuratur de calumnia, ⁊ non amplius. hoc dicit. intellige nisi occurrat aliquid ante litem etiam contestatam: quia tunc etiam iuratur pluries secundum contingentiam casuum, vt dicit in. l. seq. ⁊ ex hoc tex. apparet quod qui semel iurabit in prin. non reputabitur contumax, si amplius non vult iurare nisi forte emergat noua species iuramenti. illud ergo iuramentum prestitum a principio. scilicet super tota causa vt ibi. in toto negotio trahitur ad quemlibet articulum cause sequentem quod facit secundum Bald. vt si fieret repetitio testis ad declarandum dictum suum non requiratur quod vlterius iuret. vt nec sit necessaria citatio partis, que fuit citata ad primum iuramentum. ¶ In gl. i. ibi ff. de dam. infec. l. qui bona. §. pen. dic quod ibi non fuit iuramentum vniuersale prestitum in figura iudicii super tota lite hic sic, ⁊ ista solutio est verior, quam sint solutiones glo. secundum Bald. ¶ In. ea. in fi. hanc sequitur Bar. ⁊ doc. facit iste tex. ad ea que habentur in. l. si quis ex argentariis. §. si initium tabularum. ff. de edē.

SVMMARIVM.

1 ☞ Actor neque reus ad iudicium non admittitur nisi post narrationem, ⁊ responsionem de calumnia iurent, ⁊ debent iurare ante iudices, ⁊ aduocatos tamen ratione sexus aut dignitatis mittitur iuramentum ad domū actoris siue rei presente procuratore partis aduerse.

Cum iudices.

1 Non † admittitur ad iudicium actor neque reus nisi post narrationē ⁊ responsionem de calumnia iurent, antequam iurent iudices, ⁊ aduocati ⁊ ipsi iurare debent ratione tamen sexus aut dignitatis mittitur iuramentum ad domū actoris siue rei presente procuratore partis aduerse. h. d. ⁊ vsque ad. §. quod obseruari. ¶ In tex. ibi, sacrosanctis Euāgeliis propositis. no. sancta euangelia ante tribunal iudicis esse proponēda hoc tamen non seruatur de consuetudine secundū Bar. sed tamē cōmuniter apponit imago alicuius sancti. ¶ In b tex. ibi, ⁊ patronos. no. etiam patronos. i. aduocatos debere iurare, sed ⁊ hoc, vt dicit Bar. de consuetudine nō seruatur de quo in. l. rem non nouam. §. de iudi. ¶ In tex. ibi, post narrationem no. quo ordine, debeat de calumnia iurari tam per iudicē, ⁊ aduocatos partiū quam per ipsas partes. in ver. ⁊ actor, ⁊ in ver. reus autē. no. formā iuramenti de calum. ¶ In tex. ibi, si autē. no. iuramētū de calum. mittendū esse ad domū mulierū ⁊ egregiarum

¶ Super hac. l. i. vltra do. Curt. seniorem videas ⁊ Io. de imo. in. l. is qui, reus fu re. ff. de pub. iudic. Bal. in. l. si. in. i. col. §. de fide. in. ⁊ an appellatione instrumenti veniat scriptura priuata videatis Roma. in cōs. lxxiii. ⁊ do. Barba. in ru. de fi. instru. ⁊ de materia. l. videatis gemi. et do. Frāci. in. c. i. ex eo. ti. h. vi. ⁊ videatis Roma. in consi. xxiii. S. T.

¶ Et super hac l. i. an in summariis causis sit de calumnia iurandum, videatis vltra mo. hic Bal. in. l. nō solum in princi. de procu. do. Alex ⁊ Mo. in. l. qui bona in § si alieno. de dāno infec. ⁊ domi. Barba. in consi. xlviii. in. ii. vol. S. T.

¶ Super hac. l. i. circa vltimam questionem Bal. post Cyn. vltra Mo. bono. in. l. i. de questio. videatis Albert. in. l. obseruare i quo. appella. ⁊ in. l. milites. de questio. §. ⁊ do. Bar. vero. in consi. xxxii. mci. quidā rustici vicētini. S. T.

¶ Limitate hanc authenticam hoc sacramētū. vt per do. Alexā. in. l. si finita in. §. Iulianus in. ii. col. vbi etiā Mo. de dāno infec. S. T.

¶ Super hac.l. eum ⁊ indices. vl tra do.Corn. do. Areti. do. Cur. seni. ⁊ Mo. videatis matthesi. in no.lxiiij. ⁊ do. Fely. ⁊ Mo.in.c. cũ causaz. in.xvi. col.de testi. S. T.

a ¶ Hanc authẽticam,in isto limi tate. vt per do. Jo. de imola. in l.qui bona. in.§. si quis stipulatus.de dam.infecto. S. T.

b ¶ Super hoc.§. quod obseruari. vltra alios hic, in materia positionũ vtilissima. videatis imolam ⁊ alios in.c. preterea. de dilatio. Ang.in.l. si non fuerit de iureiur. Mo.post Bart. in re.l. vbicunq; de interro. actio. ⁊ videatis singu lare dictuz Bal. in.l.i.si plu.vna. cremo.no.iij. ⁊ de testificãte p verbum credo habe tis decisionẽ do. Alex.l cõs. lxvij. in vlti. col. in. ij. vol. ⁊ circa materiã huius. §. videatis Cur.seni. in cõsi.lxx.in.vij. col. do. Alex. in cõsi.xliiij. in vlt, col.in. ij.vol. do. Alex.in cõsi.xiij. in.i.col. in.i.vol. do.Alexã. ⁊ do. Jaso.in.l.i.in prĩ ci.in.iij.col.l.iiij. solu.ff.ne quis eũ quis ⁊ videatis Jaco.de Aret.in tra positionum.⁊ Mo.i tra. interrogationuz ⁊ responsionũ specialiter in. i.ij.⁊. iij. charta. S. T.

personarum sicut ⁊ alia iuramenta; vt.l.ad personas egregias.ff.de iureiuran. ¶ In glos.i.ibi,l.titu.i.l.rem non nouam.in prin.Bartol.sequitur solutionem huius gloss.volentis quod licet illa sit posterior in ordine tamen fuit prior in tempore nec obstat quod prior in tempore debeat esse prior etiaz in ordine, vt in prima constitutione huius libri.§.quibus.⁊ secus.in capitu. quorundam.de election.in sexto.quia illud verum quando. ll.ponerentur in eodem titulo,alias non refert. ¶ In gloss.in verbo.nam rationem in fine solue,vt in gloss.ex qua not.quod illud quod fit tempore litis contestate, vel statiz post debet fieri principio ad hoc.l.lecta.§.dicebam.ff.si certum petatur. ¶ In glos.in verbo,vtriusque.nota gloss. contra aduocatos instruentes partes quid respondeãt articulis ⁊ vide gloss.in capitulo primo, extra eodem.in sexto. ¶ In gloss.in verbo, actor considera plures partes.prima sit quo iure fuit introductum iuramentum calumnie. secunda de personis. tertia in quibus causis.quarta quo ordine.quinta de forma.De prima dic quod iure veteri in certis casibus, vt.l.qui bona.§.qui alter.not.ff.de damno infecto. ⁊.l. de pupillo §.qui opus.ff.de noui operis nuntiatione.⁊ l.iusiurand.⁊ ad pecuniam. §.ait pretor. ff.de iureiur. ⁊.l.prima.§.eodẽ.cum similibus. ¶ Itez ⁊ de iure nouo fuit additum, vt in princip.huius.l.item de iure nouissimo,vt in authentica hoc sacramentum. §.eodem.⁊ in authenticis,infra sequentibus.itez ⁊ de iure canonico, vt in capitulo primo,⁊ secundo extra eodem in sexto.nõ tamẽ de iure canonico secundũ dominũ meũ ibi, potest esse aliud ius consuetudinarium,vt supra, de iudice ⁊ patrono,secundum dominum meum. De secunda parte,id est,de personis dicetur in authentica,principales ⁊ aliquando remitti cum personis quibusdam vt parenti ⁊ patrono,vt in gloss.magna in principio, ⁊ iurant ille persone de quibus gloss.magna dicit in fine, quando preter voluntatem coniuncte agunt.sed si ex voluntate assimilantur procuratoribus de quibus dicetur in.§.si autem.infra eadem.l. De tertia parte hoc est quibus causis dic in ciuilibus,spiritualibus, ecclesiasticis,vt in capitulo secundo,extra eodem in sexto, ⁊ in causa appellationis,vt hic.in glos.⁊ in criminalibus,vt in gloss.l.prima.supra eodem.⁊ in authent.principales in eodem. De quarta parte hoc est quo ordine fiat dic, vt in glo.nostra ⁊ not.eam dum querit quid in duplicibus iudicijs. De quinta parte,id est,de forma iuramẽti potes certificari ex text.l.prime.supra eodem.⁊ hic. ⁊ infra in sequentibus authenticis. sed amplior forma ponitur in versibus positis. infra in.§.quod obseruari.⁊ in gloss.hic in verbo,instantia.que bene loquitur in casu suo.Sequitur authentica,in isto iuramento.

SVMMARIVM.

☞ Qui tenentur iurare de calumnia debent seruare nedum formam supra dictam, sed etiam iurare quod non exigent probationem nisi quam necessariam putauerint ⁊ sepius non est iurandum.

Authentica,in isto

iuramento. a Qui † habet iurare de calumnia tenetur seruare non solum formam supra dictam,sed etiaz debet iurare quod non exiget probationem nisi quam putauerit necessariam ⁊ non est sepius iurandum.hoc dicit.⁊ vide que dicta sunt in.l.j.⁊ in authentica,hoc sacramentum.ẽ.eo.

SVMMARIVM.

☞ Principales persone ad quas instantia negotij transit debent iurare de calumnia sub forma hic descripta coram iudice, vel coram officialibus ab eo ex causa missis presente aduersario, excepta muliere, que se aduersario non exhibet ⁊ actor nolens iurare litem amittit, ⁊ reus absoluitur ⁊ econuerso reus nolens iurare condemnatur, preterea ⁊ legitimi administratores de calumnia iurant.

Authentica, principales.

Principales † persone ⁊ ille ad quas instantia eius negotij transit debent iurare de calumnia sub forma hic descripta coram iudice, vel coram officialibus ab eo ex causa missis presente aduersario excepta muliere que se aduersario non exhibet⁊ actor nolens iurare perdit litem ⁊ reus absoluitur ⁊ econtra reus nolens iurare cõdemnatur:item legitimi administratores iurant de calumnia.hoc dicit secundum Baldum. ⁊ colligitur ex hac authentica plura notabilia. Et primo quod, licet iurauerit defunctus, vel actio.autor tamen iterum debet iurare successor vniuersalis, ⁊ singularis etiam si ad eum transmiserit instantiam per. l.si eum hominem.ff. de fideiussorib.quia cum alia sit anima defuncti,vel actoris alia successoris effectus iuramenti prestiti per defunctum, vel autorem non transit ad successorem.hoc probat iste text.ibi, ad quas negotium immigrauerit iuncta gloss.in principio. Quid autem si iurauit dominus an teneatur iurare procurator ordinarius post litem contestatam in quem instantia transitum facit: vt ff.de procur.l.in cause.§.si ex parte.teneatur iurare de calumn.scilicet, in animam propriã.nam in animam domini non oportet iurare, ex quo ipse dominus ante iurauerat,vt in capitulo secundo.§.procurator.extra eodem in sexto.gloss.hic inclinat quod sic, ⁊ clarius gloss. ibi,⁊ Bald.hic. ⁊ domini de Rota in decisione.xxxv. que incipit,item quidam procurator, ⁊ ita etiam tenet Angel.hic,quia procurator tunc iurat de calumnia sua non de calumn.domini. ¶ Secundo not.nouam formam iuramenti calumnie, videlicet quod nihil dabit, vel dedit. ¶ Tertio not.de hoc iuramento prestando in sacro consistorio vbi lis vertitur coraz principe.consistorium enim est tribunal principis de quo in versic. si in sacro. ¶ Quarto not.de non obligatis ad comparendum,vt iureut:quia debent iurare coram officiali a iudice misso,⁊ presente aduersario.vt hic in.§.sed si qs. ¶ Quinto not.quod mulieri mittitur hoc iuramentum ad domum, ⁊ iurat absente aduersario, ⁊ sic duo sunt specialia in muliere.vnum quod ad domuz: aliud quod absente aduersario,⁊ in hoc vltimo corrigitur.l.C.in.§. si autem. ¶ Sexto not.in.§.si quis autem penam ⁊c. de qua dicetur in.§.quod obseruari. ¶ Septimo not. quod non solũ principales persone de quibus.in principio authentice,aut ille ad quas negotium est deuolutum,vt supra post princip.sed ⁊ tutores, ⁊ curato.⁊ legitimi administratores prestant huiusmodi iuramentum.§.quod obseruari sequitur.

SVMMARIVM.

☞ Tutores,curatores ⁊ alij administratores legitimi lites alieno nomine agitantes, de calumnia iurant per credulitatem non autem ipsi pupilli, vel minores alijs legibus de iuramentis alijs loquentibus in suo robore degentibus.

Quod obseruari.

b Tutores † ⁊ curatores, ⁊ alij administratores legitimi lites agitantes nomine alieno iurant de calumnia per credulitatem non autem ipsi pupilli,vel minores ⁊ alie leges que, de alijs iuramentis loquuntur in suo robore durant. hoc dicit iste.§.qui vsque ad.§.si autem. continuatur cum princi.l.hoc modo.in princ.vsque ad hunc.§.dictũ fuit de iuramento principaliũ personaruz suo nomine litigantiũ. hic autẽ dicitur de iuramẽto legitimorũ administratorũ litigantiũ nomine alterius psone inhabilis ad litigãdũ. ¶ In tex.ibi,iuretur.affici. not.

not. quod legitimi administratores, vt sunt tutores, ⁊ curatores, ⁊ prelati ecclesiarum iurant de calumn. ⁊ iurant in animam propriam non in animam domini, vt patet hic. ex quo tex. dicit affici secundum Baldum. facit tex. ibi, examinari sm sententia secundum Bartol. ¶ In tex. ibi quod quisque credit ⁊ existimat. no. quod iuramentum calum. est iuramentum credulitatis non iuramentum veritatis, sed huic dicto videtur obstare tex. s. ibi causas scientes, ⁊ ibi scire possunt. ad que respondet Bar. quod illud quod quisque credit dicitur scire quoniam scire est vehementer opinari: vt. l. ii. §. item Labeo. ff. de aqua plu. arcenda. ¶ Et sic not. quod vehemens credulitas appellatur quedam scientia. quod Bald. dicit verum si credulitas consentit veritati alias non dicitur scire: quia scientia non est nisi verorum, vt not. ff. de heredibus instituend. l. si pater. ⁊ ff. de acquiren. heredit. l. si is ad quem. Ex quo infertur quod dicta responsio non tollit contrarium ⁊ implicationem contrariam tex. nostri, nam habet locum text. noster etiam si vera alia sit vt in ver. ⁊ licet, ⁊ ideo ne implicet contradictionem dicas quod isti administratores debent habere veram scientiam facti, sed debent iurare de credulitate quo ad ea que postea possunt sequi de iure quo ad credulitatem non ⁊ scientiam certe proprie loquendo est differentia vt habetur in. l. admonendi. de iureiurand. ⁊ ibi, de dubitante de quo in. l. sufficit. de condictione indebiti. ⁊ in l. fin. s. eodem titu. ⁊ in. l. fina. §. similique modo. s. de iure deliber. ¶ In text. ibi, neque adultus not. quod licet adultus possit esse testis, ⁊ per consequens iuret dicere veritatem tamen non iurat de calum vt hic. ratio est: quia ibi hoc est in teste, sufficit causa scientie facti que percipitur per sensum corporis, vt not. in. l. testium. s. de testi. ⁊ in. l. quod in eo. de acquir. poss. licet hic hoc est in iuramento calumn. requiratur scientia iuris. pupillus vero cum non possit iurare: vt. l. qui iurasse. in princ. ff. de iureiuran. ad neutrum est idoneus secundum Baldum. ¶ In verbo, in omnibus aliis. not. quod alia iura de aliis iuramentis loquentia remanent in suo robore.

¶ In gloss. in verbo, curatores. hec argumentatio glos. non facit ad propositum: quia iuramentum calum. non fit ad veritatis probationem, sed ad litis ordinationem: ideo non refert an quo ad veritatem noceat pupillo nec ne inse autem. an iuramentum tutoris, vel curatoris noceat pupillo, vel adulto conclude melius quam gloss. quod si aut tutor, vel curat. in iudicio aliquid cõfitetur, ⁊ tunc eius confessio bene preiudicat domino, vt. l. eum qui. s. de procurat. ⁊ l. i. §. si procurator. ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit. quod est verum nisi reuocetur ex causa erroris ⁊ probetur error: vt. l. si post. ⁊ l. error. s. de iuris ⁊ facti ignoran. ⁊ per Bartolum in. l. non fatetur. ff. de confess. vel nisi petatur aduersus talem confessionem beneficium restitut. in integr. vt not. in. l. certum. §. in ipsos. ff. de confess. ⁊ in. l. prima. s. eodem titulo. per Cyn. ⁊ l. in moribus. ⁊ l. etiam. supra, si tutor, vel cura. interue. ⁊ hic per gloss. ⁊ docto. item nisi confessio fuerit facta in alia fide: quia est species dilapidationis, que non permittitur alicui legitimo administratori: vt. l. Imperator. ff. ad Trebellia. ⁊ l. creditor. §. Lucius. ff. mandat. aut confitetur per modum voluntarie iurisdict. quod est vbicunque non compulsus a iudice respondere secundum Angel. ⁊ tunc talis confessio non preiudicat domino: vt. l. certum. §. sed an ipsos. sicut nec illa que fieret in ala fide: vt. s. proxime. ¶ In eadem ibi, item si vnus sit tutor pluriu. prima so. est vera reiectis aliis solutionibus nam in. l. accipientis. non erat eadem causa, sed diuerse. ¶ In glo. in verbo, persone. bene declarat ⁊ distinguit. ⁊ not. secundum diuersa exempla gl. quod omnes qui administrant autoritate. l. aut iudicis, dicũtur administratores legitimi alii vero dicentur simplices administratores. alibi autem fit differentia verum quid proueniat ex dispositione. l. ⁊ illud dicatur legitimum, vel ex disponsitione hominis, ⁊ illud nõ dicit proprie legitimum quamuis sit iustum: vt. l. tertia. §. de illo. ff. pro so. ¶ In gloss. in verbo, iureiurando. ista similiter bene dicit. nam. l. iubemus. de in litem iurando. loquitur de iuramento affectionis respectu rei: ista de iuramento credulitatis respectu litis. ¶ In gloss. in verbo, scire possunt. de hoc, an adultus informatus iuret de calumn, dic vt hic per gloss. ⁊ dixi, supra. In text. in verbo, adultus. ⁊ ibi, ⁊ hic quid de pupillo non obstant. l. clarum. ⁊ alia iura hic allegata: quia loquuntur de iuramento veritatis, non de iuramento calumnie quo casu eum tractatur de iuramento veritatis an adultus debeat iurare respondet gloss. quod sic, si iudicium est fundatum cum eo ⁊ ipse nouit facti veritatem, ⁊ cum hoc transit etiam Bald. dicens esse casum in dicta. l. clarum. de autoritate prestanda. sed an requiratur quod tunc curator interponat autoritatem Bartol. considerat duplicem actum. vnus est cognoscendo, an minor debeat interrogari nec ne. alius est actus respondendi. in Primo actu, debet interuenire curator quod debet fieri causa cognita, ⁊ ita loquatur dicta. l. clarum. secundum Barto. non tamen requiritur quod consentiat tutor, vel curator: quia pẽdet hoc ex mãdato iudicis: quia etiam inuito mandat, vt respõdeat, vt in ca. secundo, de confessis in sexto, secundum Baldum. In secundo actu distinguit Bartol. dicens quod aut querimus an tutor vel curator debeat autorari, vt respondeat: ⁊ certe sic: vt dicta. l. clarum. aut sic respondeat confitendo, vel negando. ⁊ putat Bartol. quod non debeat autorari: quia non cadit in scientiam suam argumento dicte. l. videamus. de milita. iuram. ⁊ cum hoc transit hic dominus meus, licet Bartol. aliquantulum variet a Bart. dicens quod si requiritur consensus, ⁊ autoritas tutoris, vt quis respondeat requiritur etiam, vt sic respondeat ne preiudicetur in tali responsione: vt dicta. l. clarum. que ratio preiudicationis potest dici quod non obstet predicte conclusioni. Ex quo interrogatur de facto proprio, ⁊ si esset intricatum aliter prouidebitur, vt infra patebit. ¶ In eadem ibi, idem dico de filius. de istis aliis administratoribus de quibus hic tetigit supra in gloss. in verbo, persona. sed de filio adde quod quando ipse agit, vel conuenitur pro castrensi peculio habetur, vt paterfamilias ⁊ ideo iurabit: vt infra, ad Macedonia. l. secunda. ⁊ idem dicas de simi. personis in illis casibus ipse habent legitimam personam, vt. l. momentanee. infra qui legitimam personam. ⁊ facit. l. prima. supra, de his qui veniam etatis. ¶ In eadem ibi, palam respondetur ⁊c. hoc verum in parte. secus in teste: quia debet secrete deponere, licet publice debeat iurare: vt infra dicetur. ¶ In eadem in fine, bene concludit hec gloss. ex qua not. quod cautus debet esse ille qui litigat, vt non litiget cum curatore eius, quem putat esse maiorem: quia aperit sibi viam ad restitut. in integrum. nam presumptione iuris reputatur minor, ex quo curatorem habet. credit tamen Bal. quod si probatur maior etas eo ipso apparet curatoris dationem fuisse nullam nec poterit ille hoc pretextu habere restitu. in integrum argumẽto. l. Seia gresse. ff. de tutorib. ⁊ curatoribus datis ab his qui. ⁊ l. secũda. §. subuentum. ff. de fideicommissariis libertat. l. prima. §. hec verba. infra ne vis fiat ei. quod tene bene menti. In gloss. magna posita in verbo, credit ⁊ existimat ibi Item notat, quod ex hoc est inducta generalis consuetudo. idem dicit Bartol. in effectu concludens quod si positio est inducta aliquo iure certe est inducta per istam authenticam, ⁊ eius rationem ex qua emanauit ista consuetudo ⁊ practica que postea expressius fuit posita in capitulo primo, de confess. in sexto, ⁊ ibi dixi ⁊ fit ad finem releuandi partem ab onere probandi, vt colligitur expresse per authenticam istam. Est autem positio alicuius particularis rei ad causam pertinentis assertio secundum Bartolum hic. qui dicit quod ideo dixit rei particularis ad differentiam libelli ⁊ litis contesta. ⁊ iuramenti de calumn. in quibus fit quedam assertio vniuersalis rei, ⁊ totius cause ⁊ quando fit confessio ad totam causam habet locum titulus, de confessis. ⁊ si illa fiat in iudicio oritur actio ex ea. secundum gloss. not. in. l. sed ⁊ si possessori. §. si cum de hereditate. ff. de iureiuran. ex ista autem non oritur actio. Item dixit assertio, ad differentiam interrogationis vbi qui interrogat non asserit. eo modo diffinit Bald. in effectu in dicto capitulo primo, de confess. licet per alia verba dicens quod positio est narratio ad causam pertinẽs, ⁊ membra cause sigillatim deducens sine conclusione. alii alias dant diffinitiones, vt per Speculator. in titulo de positione. ⁊ per Cynum hic ⁊ per gl. in dicto. c. primo. in quibus non curo insistere: quia ⁊ Bar. hic dicit quod non curat ⁊. d. Dominicus

in.d.c.i.dicit, quod in istis insistere non est utile. Quidam autem appellant positionem articulum, sed in iure articulus fit ad finem, ut probetur positio, non ut respondeatur. unde Ioan. Andr. in cap. si. de iureiur. lib. vi. dixit quod ille qui ponit si dicit mendacium in positione est periurus, quia illud affirmat: secus in articulante qui non affirmat, sed intendit probare. potest enim esse quod ipse est ignarus de facto antequam appareant probationes. ipse Ioan. and. ita dicit, ideo promiscue utimur istis vocabulis, ⁊ mistim proponere solemus ad utrunque finem respondendi ⁊ probandi, ut per Bald. in. l. generaliter. j. de rebus credi. Et est practica, ut faciens positiones sive articulos ponat inscriptos articulos, qui si negabuntur probare intendit. per quam cautelam ⁊ practicam conservat sibi potestatem probandi, ⁊ evitat periurium casu quo probare non posset. illud bene verum est quod inter positiones ⁊ interrogationes est differentia clara, ut no. per Spec. in titu. de positione in. vi. ver. ¶ Item not. ⁊ per dominos de Rota in decisione quinquagesima nona, ⁊ incipit, item voluerunt. ubi concludunt quod si interrogationes fiant per iudicem maxime ante litem conte. debent fieri per verba interrogativa, ut tenet glos. in cap. causam que. extra eo. Si vero fiant per partes debent fieri per verba dispositiva, ne iudicium claudicet cum interrogans nihil confiteatur, sed ponens ut sic, ut est. ¶ In. ea. ibi, illud iuretur ⁊c. not. hos versus tractantes formam iuramenti calum. de qua est tacitum in superioribus iuribus, ⁊ hic habetur. ¶ In ead. ibi, item quid si ita est incertus ⁊c. no. glos. ponentem plures casus in quibus non tenetur quis positionibus respondere; primo si contineat ea que sunt prorsus incerta dicit gloss. sed quo ad hoc pro maiori declaratio... conclude quod aut incertitudo provenit ex defectu ponentis ⁊ tunc nō debet respōderi: ut. l. de etate. §. nihil. ff. de interro. actio. Aut provenit ex defectu adversarij, ⁊ tūc sicut admittitur libellus incertus ⁊ ita positio incerta ⁊ adversarius tenetur ei respondere: ut. l. si fundū. §. situ ex parte. in gloss. ff. ad legem Aquiliam. ⁊ in. l. j. §. quod autem. ff. quorū bono. Aut aliter provenit incertitudo, ⁊ tunc aut dicitur esse incerta per nolentem respōdere facto proprio, aut in alio, si in proprio, ⁊ tunc aut est de longinquo, ⁊ debet dari terminus ad respōdendum si dixerit se dubitare ar. ff. de acquir. posses. l. peregre. in princip. aut de propinquo ⁊ tunc aut factum est implicitum aut non implicitum debet dari terminus dubitandi arg. ff. de conf. ff. in. l. penul. ⁊ in. l. sed ⁊ si me putem. ff. de condic. inde. Sed si non est implicitum tūc debet statim respondere arg. ff. ad Velleia. l. quanquā. Aut in facto alieno ⁊ tunc gl. nostra ibi, item nec de facto indistincte dicit nō esse respondendum per. l. Marcellus. ff. rerum admota. facit. l. fina ff. pro suo. idem tenet glo. in dicto capitulo primo. sed Bart. tenet contrarium dicens quod imo debet respondere, sed tamen si dubitat ⁊ potest certificari debet dari terminus ad deliberate respondendum. facit. l. qui interrogatus. ff. de interroga. actio. ⁊. l. iusiuran. ⁊ ad pecunias. in princ. ff. de iureiuran io. secundum Bald. ⁊ si certificari non potest, ut qꝫ interrogatus de vita, vel morte eius qui est ultra mare omnino non tenebitur respondere. esto quod glos. ponat cautelam, ut respondendo premittat negativam dicendo non credo eum vivere, vel dicendo non credo eum mortuum esse: quia non sequitur ergo credo contrarium. quam cautelam posuit etiam Spec. in titu. de positionibus. §. vi. tamen ista cautela est frustratoria: quia cum non relevet ponentem ab onere probandi videtur incongrua responsio. Ex predictis patet quod cōclusio est quod de iure si scit veritatem facti alieni tenetur respondere si ignorat, ⁊ potest informari debet habere terminū ad se informandū. Si vero informari nō potest omnino non tenetur respondere, ⁊ hoc videtur de iure procedere, licet: ut. ī. dixi, gloss. nostra. ⁊ glo. in dicto capitulo primo, simpliciter dicant non debere respōdere positioni de facto alieno quarum opin. servat consuetudo. pro qua facit dicta. l. Marcellus. ⁊ dicta. l. fina. ff. pro suo. Bartol. tamen tenens, ut supra, respondet, quod illa. l. Marcellus loquitur de iuramento credulitatis, vel secundum Angel. loquitur de iuramento purgationis ⁊ ad dicta. l. fina. potest responderi verum esse quod in facto alieno est tolerabilis ignorantia a princi.

tamen si certitudo potest haberi per informationem debet dari terminus ut. ī. consuetudo autem servat: ut. ī. secundo non tenetur quis respondere, quando positio est impertinens, de qua loquitur. gloss. nostra ibi, item non ad ea. Est autem proprie impertinens positio illa que non facit ad causam, ut si peto centum ⁊ pono quod rex est in Francia: quia tunc nō tenetur pars respondere nec iudex debet eā admittere: ut. l. si duo patroni. §. Iulianus. ff. de iureiuran. ⁊ per Bald. in. l. ampliorem. §. in refutatorijs. j. de appella. ⁊ hic. ⁊ intellige de omnimoda impertinentia, ut in predicto exemplo: secus si faceret ad causam forte incerte presumptione iuris, ut si pono me fuisse olim dominum: ut. l. sive possidetis. j. de probatio. ⁊ not. in. l. certum. §. primo. ff. de confess. vel si agens possessorio ponit se dominum, ut per gloss. in dicta. l. si duo patroni. §. primo. ⁊ in. l. prima. supra qui ⁊ adversus quos. ⁊ per Iac. butr. in. l. incerti. infra, de interdic. ⁊ Barto. in. l. si duo. ff. uti poss. ubi dixit quod interdictum retinende non est impertinens articulus de proprietate: quia quando probationes sunt hincinde pares, de possessione obtinebit ille, qui probat de proprietate, licet alias nihil vellet probare de proprietate in tali possessorio uti possidetis. quod etiā tenuit Bal. in. l. ordinari. j. de rei vendic. ⁊ econtra, ut. l. naturaliter. §. nihil. de acquir. possessione. nisi forte in libello fuisset apposita clausula, petens sibi ius, ⁊ iustitiam ministrari: quia tunc agens principaliter petitorio, ⁊ probans in possess. obtinebit, ut not. in. l. edicta. supra, de edend. idem si efficitur positio impertinens iuncta cum alia positione, ut si volens probare sibi debere centum per instrumentum ponit quod Titius de hoc fuit rogatus. Item quod Titius est publicus notarius: quia tunc debet admitti, ⁊ ei responderi, ut hic per Bal. ⁊ Petr. de ancha. ⁊ dominū Dominicū in dicto capitulo secūdo, de confess. in sexto. imo, ⁊ quando est talis positio de qua dubitaretur, an deberet admitti admittenda est cum illa clausula salvo iure impertinentium. ⁊ nō admittendorum, que propter hanc dubitationem fuit inventa, secundum Ioan. and. in dicto capit. secundo. ⁊ in cap. bone. el. primo. de electio. ad hoc gloss. in capitu. cum contigat. de offic. leg. ⁊ in cap. constitutiones ad finem. de elec. in cle. operatur aut dicta clausula actus retro gesti nullitatem, ut habetur perinde ac si nō fuerint admissi illi articuli ⁊ responsiones, ⁊ ac si non sint facte probationes ex quo postea apparēt fuisse impertinentes, ut per Bart. in. l. ille a quo. §. si testamento. ad Trebellia. aliqui tamen iudices pronuntiant, ut positioni impertinenti habetur pro non responso, ⁊ similiter pars protestatur, vel iudex pro ea, ut per Spec. in titu. de positionibus. §. vi. ver. ⁊ non. ⁊ prodest talis protestatio secundum Imol. ut refert dominus Dominicus in dicto capitulo secundo. ⁊ cōsuetudo servat etiā quod tempore responsionis notarius in fine cuiuslibet positionis scribat impertinens si videt eam impertinentē iuris, vel de facto alieno si videt eā de facto alieno. ⁊ sic de simi. quasi dicat non tenetur respondere si tamen iudex a princip. videat positionem omnino impertinentem non debuit eam admittere nisi forte facta fuisset ad finem, ut copia probationum in futurum non pereat: quia tunc admitteretur quamvis impertinens. ⁊ pars cogetur respondere super ea, ut not. dom. de Rota in decisione. ccclxxxiiij. que incipit, item si suspensa. alias est. ccccxxxiij. non tenetur respondere, quis positioni contrarie eius quod ipse posuit: quia ponendo declaravit. unde superfluo responderet confitendo. que superfluitas est evitanda: ut. l. non cogendū. §. Sabinus. ff. de confess. ⁊ negando incurreret periurium. quod etiam debet evitari. hoc voluit dicere gl. nostra ibi, nec ad eas per quam. verum est tamen quod iudex talem positionem contrariā debet admittere: quia tendit ad faciliorem exitum iudicij: secus quādo ille idem ponens esset sibiipsi contrarius in ponendo: ut. l. prima. infra, de furt. ⁊ habetur in regula, nullus pluribus. de regul. iuris. in sexto. quarto non tenetur quis respondere positioni de facto alieno secundum gloss. hic ibi, Item nec de facto alieno. de quo tamen dixi, supra in princi. huius tractatus. Quibus adde, quod ad tollendum dubitationes iudex debet dicere partimando ibi, ut respondeas verum, si scis ⁊ si nescis id quod credis. ad hoc tex.

singu.

singu. in cap. ij. §. sine iuramento. de confes. in anti. quis. ⁊ hoc voluit Bald. in. l. prima. ad finem per vnam char tam. infra, de confess. Et hinc emanauit illa practica, ⁊ si non credit, vt ponitur, interrogetur quomodo credit. ista tamen responsio quantum ad releuandum ponentem ab onere probandi operatur tantum quantum si probasset: non autem omnino tantum quantum si respondens confessus fuisset in iudicio totum. nam ex tali confessione facta per verbum credit ad predictam interrogationem non oritur executio parata, imo nec actio sicut nec ex aliis probationibus, licet bene soleat oriri actio ex propria confessione, que fit in iudicio ad totam causam: vt per gloss. singul. in. l. sed ⁊ si possessori. §. fin. ff. de iureiurando. ⁊ dixi supra in princip. gloss. magne. Quinto non tenetur quis respondere positioni iuris, de quo per gloss. nostram ibi, idem dicunt quidam. ⁊ hoc intantum est verum, quod ⁊ si responsio fiat aliter quam ius disponat non preiudicabit cum iura sint certa: vt. l. ornamentorum. de auro ⁊ argento legato. ⁊ ibi, ⁊ hic per Bartol. sed hoc quod quis non teneatur respondere positioni iuris intellige nisi contineat pro parte factum: vt si procurator agat ad salarium contra dominum, et ponat quod de tali administratione meruit centum cum tunc sit admittenda, ⁊ ei respondendum: vt not. Guil. in dicto. §. vj. vel. vij. versicu. sed pone. Idem si est positio de iure presumpta, propter facti mixturam: vt per Bald. in. l. cum virum. infra, de fideicommissis. facit. l. si quis adulterij. infra, de adulter. idem si est positio de iure non incluso in corpore iuris: vt extrauaganti cum tunc fieri possit positio ⁊ ei sit respondendum: vt nota. per Bartol. hic. ⁊ habetur in cap. pastoralis. de fide instrumento. ⁊ per Ioan. andr. in dicto versicu. xiij. ⁊ per Archidiaco. xix. distinctione. in gloss. sumere. Idem si fiat positio de iure speciali, vt de consuetudine vel statuto, cum tunc sit admittenda, ⁊ eidem respondendum: quia est facti potius quam iuris: vt cap. primo. de consuetudi. libro sexto. secundum Lapum in dicto cap. ij. de confess. in sexto. ⁊ not. Ioan. andr. in cap. finali. de consuetud. ⁊ Oldra. in consilio. cxxiij. vt refert domi. Dominicus in dicto cap. ij. quod est verum: vt vult Barto. hic, ⁊ videtur velle Petr. de anchara. in dicto cap. primo. de confess. in sexto. quando fieret positio de ipsa consuetudine, ⁊ sic de iure non scripto, vel de iure municipali ciuitatis cum tunc debeat probari: vt notatur in dicto cap. primo. de consuet. ⁊ in. l. omnes populi. ff. de iustitia ⁊ iure. alias non si fiat positio de iure municipali eiusdem ciuitatis, ⁊ tunc secus erit cum sit idem ac si fieret positio de iure communi: vt plenius per Bartol. hic, ⁊ per Petr. de anchar. in dicto cap. primo. de confess. intellige si erat positum in archiuo publico: vt in authen. vt facte noue constitutiones, ⁊ in data sexti libri. ⁊. l. ij. §. primo. in prima verbo, pro Rostris de origine iuris. ⁊ quod dixi de positione iuris consuetudinarij, videtur habere locum, etiam si poneretur de stylo curie. de hoc tamen iudex habet se informare, ⁊ in hoc differt a consuetudine que debet probari: vt dixit Bald. notabiliter ⁊ Cyn. in. l. prima. de sacrosanctis eccles. et habetur in authen. quod semel. infra quomodo ⁊ quando. ⁊ est possibile ⁊ probabile hoc quod dixi de stylo curie secundum dominum meum hic. Sexto non tenetur quis respondere positioni negatiue, secundum quod arguit gloss. nostra. ibi, idem videtur de negatiua de quo tamen ipsa gloss. videtur dubitare sed hodie habemus text. expressum in cap. primo. de confessis. in sexto. quod positio negatiua potest admitti a iudicibus, si viderint expedire: quia licet non possit faciliter probari, et id quod non est probabile non est possibile cum in locum probationum fiant interrogationes ⁊ ad hoc sint inducte: vt in authen. de his qui in contradi. ad appellandum §. si. tamen hoc non obstat: quia aduersarius posset confiteri, ⁊ sic esset vtilis positio ⁊ eius admissio, et interdum posset etiam probari per testes: vt si esset negatiua pregnans habens inclusam affirmatiuam, vel esset negatiua coartata loco ⁊ tempore: vt habetur in l. actor. infra, de probationibus. ⁊ in dicto cap. primo. ⁊ ibi dixi de illa clausula qua vtuntur procuratores facientes positiones negatiuas per verba affirmatiua dicentes, fuit ⁊ est absque eo ⁊c. que parum habet vtilitatis: vt in dicto cap. primo. ⁊ etiam in dicta. l. actor. ⁊ per gloss. in. l. finali. §. fina. de exceptio. doli. ⁊ in cap. bone, de electio. el primo. verum est tamen quod ponens negatiuam, non ita videtur se adstringere ad probandum sicut ponens affirmatiuam: vt per Bald. in. l. cum te. ff. de probatio. Septimo non tenetur respondere quis positioni impossibili. hoc sentit gloss. nostra ibi, ea sunt ⁊c. ⁊ gloss. in dicto cap. secundo. de confess. que etiam expresse dicit quod ei non debet responderi et est bonus text. institu. de adoptio. §. minorem. hoc tamen est verum nisi fieret positio ad finem probandi iuramen. calum. cum tunc cadat probatio super impossibili de natura: vt per Ioan. and. post Io. mona. in dicto cap. i. de confess. in sexto. ⁊ dicto cap. multiplici impossibilitate, vide per Bartol. in. l. impossibiles. de verborum oblig. Octauo, non tenetur quis respondere positioni superflue, id est, quantum ad propositum, que sepius repetetur. de hoc per gloss. nostram. ibi, item nunquid sepius, ⁊ per gloss. in dicto cap. ij. nam ex quo semel est responsum non cogitur quis iterum respondere: vt notatur per Bald. hic, ⁊ Specul. in titu. de positionibus. §. vij. versic. xiij. ⁊ Gasparem de caldarinis in consilio. x. de confess. ⁊ habetur in dicto cap. primo. ⁊ multo magis, si semel fuit decisa, vt per gloss. in. l. si quis libertatem. ff. de peti. here. ⁊ habetur in. l. momentanee. §. qui leg. personam. ⁊ hoc procedit si prior responsio fuit clara, ⁊ certa: secus si fuisset aliqualiter dubia: quia tunc posset iterum interrogari cum possit esse, quod interrogatus credat hodie aliud quam credidit heri: vt. l. secunda. ff. quis ordo in bono. possess. ser. nec tunc si respondendo variat ab eo quod prius dixerat incurrit periurium: vt plenius per dictum Do. in dicto cap. primo. de confes. ⁊ de omnibus his fit aliqualiter mentio per gloss. nostram. sunt ⁊ alique cause, extra gloss. propter quas non tenetur quis positionibus respondere: vt Nono non tenetur quis respondere positioni implicite, que est illa cui non potest explicite responderi. hoc contingit, quando est positio conditionalis, aut generalis, aut multiplex. dixit tamen Innocen. ⁊ Ioan. andr. in cap. presentium. §. preterea. quod si in vna positione contineantur plura, quorum alterum sit falsum, alterum verum, non debet tota negari, sed debet particulariter responderi ad singula in eadem positione contenta: vt probat text. in. d. §. preterea. ibi, sigillatim in quolibet articulo in qualibet positione contento de quo per dominum Anton. in cap. dilecti. de maio. ⁊ obedie. Tu ergo potes pro declaratione concludere, Primo quod si positio est obscura: vel generalis, vel aliter intricata, vel conditionalis interrogatus potest petere, quod sibi declaretur per actorem quid petere intendat, puta verum intendat dicere quod promissio fuerit pura, vel conditionalis, vel huiusmodi similia: vt sic possit non respondere: vt voluit Spec. in titu. de positionibus. §. finali. Secundo, quod si positio continet plura, ⁊ tunc aut est positio multiplex, aut simplex: vt quia licet multa contineat tamen articuli sunt distincte positi. Primo casu non tenetur quis respondere, etiam si ponens dicat quod ponit coniunctim, vel diuisim: quia non ponit vt debet: vt dicit gloss. in dicto cap. ij. ⁊ notatur in cap. i. in princip. gloss. magne. ⁊ hic per Bald. Secundo casu cogitur respondere: vt d. icto. §. preterea. vbi si recte inspiciatur positio est simplex ⁊ non multiplex intelligendo modo predicto: vt debet intelligi sed posito quod non teneatur respondere, quando est multiplex intelligendo multiplicem, quando articuli non sunt distincti: vt supra, si tamen velit respondere, quero an possit totum negare: dic quod aut positio continet plura: quorum vnum venit qualificatiue ad aliud, ⁊ poterit totum negare: vt not. Bart. in. l. prima. §. si stipulanti. de verborum obligatio. aut non venit qualificatiue, sed de se omnes sunt separabiles, ⁊ tunc si respondens dicat non credit: vt ponitur respondendo quasi qualificatiue modo predicto. quod puto verum nisi in positione sit illa clausula, ⁊ si non credit: vt ponitur interrogetur quomodo credit. de qua clausula dictum est supra in positione de facto alieno, quo casu videlicet, quando ista clausula est apposita, debet sigillatim respondere: vt ibi, ⁊ dicto. §. preterea. vel simpliciter; quia ⁊ tunc ad totum videtur responsum,

ut dicit Bald. in l. non alienum. ff. de interroga. actio. per illum text. idem econuerso si confiteatur eadem ratione, si tamen respondet super depositione, et tunc si respondeat affirmative & reliquum, videtur negare econverso; ut notatur in l. si sine. §. sed quod Papinianus. de mino. ubi de hoc, & in l. prima. ff. de diversis rescrip. & in cap. nonne. de presumptio. Decimo, non tenetur quis respondere quando positio pendet ex precedenti positione: ut per Specu. in dicto. §. sexto. tunc enim si precedenti fuit responsum esset periculum ne secundo respondens incurreret periurium contrariando responsioni facte ad primam, imo & si negative fuit responsum intellige responsum etiam ad sequentes: ut infra patebit. & ideo dicit dominus meus, quod practica est, quod in fin. dicatur non debet responderi: quia pendet sicut dixi supra, de simil. in sexta positione in fine est autem positio pendens, quando negata prima intelligitur negata secunda & tertia que pendet a prima puta pono, quod appellavi secundo, quod appellavi in scriptis tertio, quod appellavi intra decem dies, nam si respondens negavit primam nõ cogetur respondere secunde & tertie, secus tamen dicit Joan. andr. & Petrus de anchar. in dicto cap. primo. si respondens fuit confessus primam: quia tunc in predictis terminis cogetur respõdere secunde & tertie, & ita dicit Joan. mona. & Lapus in dicto cap. ij. Undecimo, non tenetur quis respondere positioni captiose, secundum Baldum hic, qui dicit quod positio captiosa est quando in neutra parte respõderi potest, absque periculo, nam si confiteatur detegitur precedens periurium, si vero neget & sit verum incurrit periurium: ut. l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiurando. & ibi plene per dominum meum, & Specul. in dicto. §. sexto. versicu. x. Duodecimo, non tenetur quis respondere positioni criminose: ut in canone, non tibi dico, & per Archidiaco. in cap. exponentibus. quinquagesima distinctio. quod licet sit verum regulariter, tamen fallit in quibusdam casibus. ¶ Et primo, quando crimen esset notorium, ut notatur in cap. qualiter. el secundo de accusatio. ubi de materia per Innoc. ¶ Secundo fallit, quando de tali crimine quis esset infamatus, cum tunc peccet gravando adversarium onere probandi, unde cogitur respondere non tamen precise, sed causative cum tunc puniatur, si purgare se renuat: ut in cap. cum. p. de accusatio. secundum dominum Domini. in dicto cap. ij. de confess. ¶ Tertio fallit, quando quis interrogatur super crimine delato iuramento litis decisivo cum tunc cogatur respondere: ut. l. Marcellus. ff. re admo. ¶ Quarto fallit, quando interrogatur ad inchoationem iudicij, vel propter necessitatem ordinis iudiciarij qui incipit a contestatione litis: ut infra, qui accusare non possunt. l. neganda. et de ordi. cogni. cap. cum dilectus. & hic per Bald. ¶ Sexto fallit, quando interrogatur ad preparationem iudicij & talis interrogatio esset de natura cause, nam & tunc cogitur respõdere: ut. l. qui petitorio. ff. de rei vendic. ¶ Sexto fallit, quando per positionem criminosam detegetur aliquem esse debitorem alicuius, vel detentorem rerum ipsius, cum tunc cogatur respondere: ut voluit Bartol. hic, & in dicta. l. Marcellus. per dict. l. qui petitorio. & l. quoties. §. primo. ff. de nova. Sed Bald. dicit hic, quod hoc non est verum cum & positioni captiose non cogatur quis respondere, nec hoc practicatur, secundum ipsum Baldum hic, & in. l. prima. infra, de pena iudi. qui ma. iudi. & per Ange. & per dominum meũ plene in dicta. l. qui iurasse. §. primo. & per Petr. de anchar. in dicto cap. ij. ¶ Decimotertio videtur posse dici, quod ubi positio claudicaret, puta, quia ponens nihil confitetur neque negat, sed respondens oportet quod confiteatur aut neget tunc tali positioni, non teneatur respondere hoc videtur colligi ex dictis. s. in positione captiosa, & in positione implicita: & quia non est conveniens, quod ponens exoneretur ab onere probãdi, & nõ exoneret adversarium, ex quo ad finem exonerandi est inventa positio, & responsio ad eam: ut supra dixi, unde si quis fecit positionem, nõ dicendo, quod tu possidebas sed dicendo, quod tu dicas te possidere: ut sic possit ipse ponens postea negare ad libitum pato, quod adversarius non teneatur respondere, ex ratione predicta tamen cogita: quia doctor. non dicunt & econtra, non videtur admittenda responsio dicentis credo in quantum legitime constat: quia per hanc non relevatur ponens ab onere probandi, bene verum est quod admittitur interdum responsio dicentis credo prout in instrumento apparet, videlicet quando de instrumento fieret mentio in positione, secundum Specul. in titu. de teste. §. qualiter. versicu. quid ergo. & versicu. ceterum. secundum Baldum hic, in fin. ¶ Decimoquarto, nõ tenetur procurator respondere positioni super aliquo emergenti, de quo probabiliter non imputetur domino, si non instruxit procuratorem nisi habita dilatione ad consulendum dominum secus in principali negotio super quo debuit a princip. instruixit: ut not. Innocen. in cap. in pertractandis. de iuramento calum. & habetur in dicto cap. ij. de confess. in. vi. in gloss. Et hec de positionibus quibus quis non tenetur respondere, aut dubitatur quis autem prius debeat positiõibus respõdere si actor & reus eas fecit, vide per Archidiac. & Bald. in dicto cap. ij. Sequitur. §. si autem.

SUMMARIUM.

1 ☞ Si causa per procuratorem agatur principalis debet primo de calumnia iurare.

1 **Si autem.** Si causa † agatur per procuratorem principalis debet iurare prius de calum. hoc dicit iste. §. usque ad. §. sed quia veremur. & continuatur cum precedentibus: quia supra dictum est, quando causa agitatur per legitimum administratorem, hic quando agitur per procura. & primo loquitur de procuratore actoris, secundo loquitur de procuratore sive defensore rei, qui procurator sive sit actoris, sive rei, agitat causam alienam, & dominus iurat de calumnia, ut hic in text. ex quo infertur quod per generale iuramentum datum procuratori non relevatur dominus ab onere probandi: ut est casus in cap. ij. extra eodem in. vi. & dixi supra in authen. principales. unde iurabit ipse dominus, & etiam procurator de calumnia sua & si ipse procurator habeat speciale mandatum ad iurandum de calumnia quod mãdatum speciale in practica admittitur secundum Bartolum in. l. qui bona. §. si aliena. ff. de damno infecto, poterit absque domino iurare in animam suam, & in animam domini: ut ibi. imo iurando simpliciter videtur iurare in animam utriusque dicto. §. si aliena. quid ergo si dominus est absens, & non dedit mandatum ad iurandum, quomodo fiet iudicium, ex quo non potest haberi iuramentum domini & requiritur. Ultramo. dicunt, quod non potest fieri iudicium cum procuratore, licet ipse velit iurare proprio nomine, ex quo non habet mandatum iurandi nomine domini, si pars adversa hoc petat & dicit quod erit necessarium quod detur curator bonis absentis qui iurabit tanquam legitimus administrator: ut in. §. precedenti. & solus sufficit, ut ibi. quod non displicet Bart. in. §. si alieno: quia per provisionem hominis tollitur provisio. l. ut. l. maritus. supra, de procuratoribus. unde dicit Bartol. quod fiet iudicium sine iuramento domini, etiam si petatur a parte istud iuramentum: quia iuramẽtum calum. non est tante solennitatis, quod non possit obmitti ex causa absentie, & sicut potest obmitti tacite a parte nõ petente: ut in. §. sequenti. tamen Bartol. ibi, in fine dicit quod Specu. tenet contrarium. Unde forte non videtur multum affirmare, & bene: quia ratio tacite obmissionis non equiparatur obmissioni expresse: ut patet in publicatione processus que tacite potest obmitti si non petatur aperte, secus si petatur: ut plene per doctor. in cap quoniam contra. de probationibus. Bald. hic dicit hoc iudicium sine iuramento domini non procedere si per partem adversam petatur hoc iuramentũ secundum text. nostrum. licet dominus fuerit absens: quia hoc non est iure cautum, & ideo ipse sequitur cautelam Ultramontanorum, quam etiam sequitur dominus meus, hic argu. eorum que habentur in. l. ij. in princip. ff. de negotijs gestis. de curatore bonis dato interrumpente

prescrip

prescriptionem non obstat. dicta. l. maritus. et eius ratio: quia paria sunt procuratorem nõ esse ommissum, vel esse dimissum et non legitimum, ex quo petitur iurari per dominum argu. ff. de iureiuran. l. qui per salutem. vnde habetur perinde, ac si non esset prouisum ab homine cum non sit sufficienter prouisum. ¶ In gloss. i. in fin. supple quod verum est quod procurator potest dari ad totam causam, tamen dominus debet iurare de calum. vt hic. hunc ergo articulum debet dominus explicare per se: vt dicit Bald. et tetigi in princip. ¶ In glo. in verbo, ab vtraque parte in princip. dic quod uno cautio de rato non frustra petatur, licet non videatur constare de mandato, quia hoc non obstante erit vtilis, pro his que fiunt ante litem contestatã. ¶ Item potest esse iuramentum et obmittetur: vt infra videbimus in. §. sequenti. ¶ Item potest esse quod procurator dicit se habere mandatum ad iurandum de calum. secundũ Bar. ¶ In eadẽ ibi. l. quoties. Bar. in dicto. §. si alieno. intelligit dict. §. si tutor. quod ibi aduersarius nolebat stare iuramento procuratoris: vt plenius per Bartol. in dicto. §. si alieno. ¶ In eadẽ ibi, secus de eo qui factus est in rem suam bene dicit est enim tanquam principalis ipse pcurator in rem suam, sed quid. l. defensoribus. qui interueniunt ex parte rei sine mandato, dic secundum Bartol. quod quandoq; interueniunt animo nouandi, et tunc non est dubium, quod iurabunt. ad hoc. ff. de nouatio. l. delegare. quandoq; non intercesserunt animo nouandi, et tunc si intercesserunt animo non repetendi debent iurare argum. ff. de solution. l. solutione et. l. soluendo. ff. de negotijs gestis. si vero animo repetendi, et tunc aut conuenitur ex propria oblig. et ipsemet de calumnia iuret, aut ex ob. domini et iurabit domini: vt hic, secundum Bartolum in fin. ¶ In eadem ibi nos contra: hanc opinio. credit Ange. esse veram in iudicijs duplicibus secus in simplicibus: vt hic plenius per ipsum. Sequitur. §. sed quia.

SVMMARIVM.

1 ☞ Iuramentum calumnie a partibus remitti non potest.

Sed quia. hoc dicit.

Sacramentum [1] calumnie non potest remitti a partibus. h. dicit. Intellige expresse. tacite autem bene potest remitti: vt in gloss. in verbo remitti ibi, item hoc est verũ quod doctor. communiter sequuntur de quo est hodie casus in. c. primo. extra eo. in sexto. vbi dicitur quod propter tacitam obmissionem huiusmodi iuramenti nõ vitietur processus. ex quo infertur, quod si expresse petatur et non prestetur processus erit nullus tacita ergo remissio non vitiat, expressa autem sic. ex hoc patet, hoc iuramentum calumnie non esse de substantia iudicij, si nõ petatur a parte licet iudex possit ex officio suo. prouidere, quod deferatur etiam si pars non petat: et sic est vnus de casibus in quibus iudex impartitur officium suum, etiam non petenti de quibus in. l. prima. supra, vt que desunt. et hoc maxime propter publicam vtilitatem, et quid principaliter secundum Ange. ne calumniosa litigia fiant: vt innuit text. ibi, quia non pro commodo priuatorum et c. cui publice vtilitati non potest quis renunciare: vt habuistis in. l. si quis in conscribendo. supra, de pactis. et in. l. prima. ff. soluto matrimonio. et not. hic expresse, quod etiam coram arbitro iuretur de calumnia. ¶ In eadem ibi, item quid de clericis hodie est expeditum per dict. c. primum. extra eo. in sexto. vbi etiam in spiritualibus iuratur, et etiã per clericos, et de iuramento testis gloss. bene dicit: vt in cap. tuis, de testi. et est glo. in. l. prima. ff. de ferijs et predicta omnia habent locum in iuramento calumnie generali, sed de alijs iuramentis calumnie specialibus in specialibus casibus: dic vt in dicto. §. si alieno. quia non habet locum text. noster. posset enim fieri remissio, etiam expresse secundum dominum meum hic, et vide latius per Bartol. in dicto. §. si alieno. et ibi, an remittitur parenti et patrono. Sequitur. §. hoc etiam qui hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 ☞ Admissus cum cautione rati non potest in causa procedere nisi per principalẽ fuerit de calũnia iuratũ.

Hoc etiam. h. dicit.

Qui [1] admittitur cum cautione de rato non poterit in causa perdere, nisi per principalem fit de calumnia iuratũ. h. d. ¶ In tex. ibi p alio. i. nomine alterius, et sic exponas omnes dictiones hic positas, quibus pponitur ista ppositio, p. ad hoc. l. fideicõmissa. §. interdũ. de leg. iij. et quod not. Bar. in. l. j. §. nuntiatio. ff. de no. oper. nun. quod facit ad peritias mercatorũ qui dicit se soluisse pecuniaſ alicui et pro illo alteri: quia intelligitur alteri, id est, alteri nomine illius, et tãquam pcuratori illius, quod est notandum ad materiam de qua in. l. si procuratori falso. ff. de cõdic. ob cau. ¶ In tex. ibi firmauerit innuit iste tex. q cautio de rato in tantũ firmet personã agentis nomine alieno, quod etiam si certum sit de non mandato, id est, quod nõ habeat mandatũ tamen non possit repelli cuius contrariũ retentum fuit regulariter. C. de procur. l. j. sed respõde ad hũc tex. quod hic nõ dicitur quod esset certum istum nõ habere mandatũ, sed quod mandatũ nõ pducebatur, et ita sentit gl. l. j. super verbo, mandato. ¶ In text. vniuersitate. not. quod etiam syndicus vniuersitatis iurat de calumnia in animas constituentium.

SVMMARIVM.

1 ☞ Si actor non vult de calumnia iurare ab actione cadit, reus autem nolens iurare habetur pro confesso et prouisio huius. l. trahitur ad futuras lites et ad non decisas si potest haberi iuramentum ab ipsis partibus alias non defertur sed sola pars presens iurat.

Quod si actor.

*Si actor [1] nõ vult a iurare de calumnia cadit ab actione: reus autem nolẽs iurare habetur p cõfesso et prouisio huius. l. trahitur ad futuras lites, et etiam ad non decisas, sed pendentes, quatenus restat si potest haberi iuramentũ ab ipsis partibus, alias non differtur sz sola pars presens iurat. h. d. vsq; in fi. ¶ In tex. ibi cadat. i. per materiã dicit gl. et bene: q: tex. requirit iniustitiam iudicantis: vt patet ibi, tristitia iudicũ occurret et c. et etiã: q: verbũ, cadat est futuri tẽporis. simile not. C. de postulã. l. puidendũ. et l. in criminali. ff. de iurisdic. om. iud. et in auth. habita. §. ne filius p patre. et in. c. clerici arma portãtes. de vita et honest. cler. ¶ In tex. ibi, improbus. no. quod actor nolẽs iurare presumitur improbus litigator, et ideo est quod absoluitur reus, et quidem diffinitiue: vt innuit iste text. in vers. si autem reus ibi p confesso. ¶ Not. quod si reus nõ vult iurare de calũnia habetur p cõfesso super illo. c. super quo non vult iurare adeo, quod ex tali confessiõe nulla alia facta pbatione per actorẽ potest reus diffinitiue condemnari post litẽ contestatã, ante vero litẽ contest. fiet sibi preceptũ de soluendo sicut alijs cõfessis. per ea que habentur in. l. debitoribus. de re iudi. et in. l. si debitori. ff. de iudic. et hic per. d. m. de quo tamẽ in gl. ¶ In tex. ibi, quid aliud et c. no. qd vbi interuenit iuramẽtũ creditur quod Deus sit p hominibus. ¶ No. quod etiã qui multa verba dicit si illa sunt necessaria ad materiã dicitur loqui cõpendiose, iuxta illud Martialis, nõ sunt lõga qbus nihil est quod demere possis. ¶ Itẽ no. in ver. sed predictam q hoc iuramentũ debet prestari in exordio litis, et sic post litis contestationẽ statim p tota causa, licet etiã in occurrẽtibus ante possint specialia iuramẽta calũnie deferri: vt. l. ij. et in authen. ibi positis. C. eod. dixi etiã in. c. j. extra eo. in. vj. quod si nõ fuit prestitum in exordio litis potest prestari in quacũq; parte litis si exigatur et ibi an possit exigi post cõclusum in causa. ¶ Itẽ not. in ver. si autem causę quod. l. noua trahitur etiã ad preteritas lites quatenus nũc restant et pendent, et hoc quantũ ad ordinem litium, sed quantũ ad decisionẽ nõ trahitur regulariter

¶ Super hoc. §. quod si actor. videatis vltra alios hic, do. Alex. in cõs. clxxxv. in ij. col. in ij. vol. do. Fran. Aret. hic, et in. l. si quis maior. in fine. C. de tran. et in. l. si quis heres. in. ij. no. de acqui. here. et in. l. necessarij. in j. col. eo. ti. do. Fely. deciũ, Ripaz et do. meum do. Augusti. berouz in. c. cũ nõ ab homine. de iudici. S. T.

a ¶ Super ista ru. de iudic. videatis do. Phil. deci. do. Ripā, do. Alci. ⁊ do. ineā do. Augu. beroū post do. Barba. ⁊ do. Fely. in ru. extra eo. ⁊ Mo. post geni. in eu. extra eo. in. vi. ⁊ videatis doct. in ru. ff. eo. ⁊ habetis hic Mo. allegātes dominos de Rota in decisionibus sitnatis in titu. de iudicijs. ⁊ vltra eos ⁊ vltra do. Jacobinū in hac ru. post Bal. in ru. extra eo. ⁊ do. Alex. hic, ⁊ primo diffinitio iudicij, nō descriptio, explosis Mo. nugis, in iure colligitur ex. c. forus. de ver. signi. ⁊ dato, q iudicium possit dici equiuocū nihilominus in iure vniuoce capitur, diuiditur tamē inter criminale, ciuile, publicū, priuatum, simplex ⁊ mistū: ⁊ an appellatio simplicium veniat mixtum ⁊ quid in statutis habetis do. Alexan. in hac ru. in fi. singulariter loquentem. ⁊ circa hoc in pulchro casu videatis Iudo roma. in cōsi. cccliij. ⁊ qn pena pro delicto venit fisco applicāda, dicitur criminale. secus si parti vt singulariter notat do. Joā. de imo. in ru. de pu. iu. ⁊ do. Alexan. hic, ac do. Alex. in cōsi. clviij. in v. vol. ⁊ exempla iudicij mihi habetis p do. Ange. de but. et do. Jo. de imola. ⁊ p Mo. in c. rue. de pen. ⁊ circa hoc videatis dictum singulare Bart. i. l. senatus. in. §. senatus. ff. de iu. fisci. ⁊ do. Jacobinū in hac ru. in vltimis verbis. quod iā etiā dicit iudiciū ordinariū. quoddā extraordina. quoddā est iudiciū p̄enariū, quoddā summariū, quoddā ē iudi. sū incidens. quoddā pricipale, quoddā est vniuersale, quoddā generale, vt p spe. in ti. de iudicijs. in. §. j. ⁊. ij. ⁊ late per do. Jaso. hic post do. Alexā. ⁊ per do. Jas. in l. edita. in iiij. col. C. de edē. ⁊ subdita diffinitione nedū iudicio4 omnes iste species cōprehenduntur, sed etiā cetere interpretū diffinitiones: vt aduertit Rod. hic, ⁊ in l. pperandū. §. j. in eo. ti. nostro. ⁊ an iudex cause preparatis sit iudex ſparate videatis do. in. do. Marcū de mantua. ⁊ do. Purpu. in rub. C. de edēdo. ⁊ do. Curti. in rub. ff. eod. ti. post Floi. ⁊ Rimi. ibi. S. T.

nisi ad futuras lites ⁊ futuros casus, vide in. l. lege. xij. tabularum. ⁊ l. meminimus. infra, de legi. heredi. ⁊ per Bal. in. l. sancimus. C. de sac. sanc. eccl. dicentem, quod si statutum, etiam si vellet de preteritis disponere nō potest quod. d. m. intelligit verum, quo ad decisionē quando ius est tam questitum: vt vide Bar. in. l. cunctos populos. de summa tri. ⁊ Bald. in. l. leges. C. de legib. Sed quo ad ordinationē litium bene potest: vt hic, secundum d. m. ⁊ vide in. l. si vero nō remunerandi. §. si post. ff. mãda. ⁊ in. l. conditiones, que in futurum. ff. de condictio. et demon. ⁊ Bart. in. l. sancimus. ⁊ Lapum in allegatione cccctccvij. ¶ Item no. in ver. si autem vna. ibi, ne aliquid contrarium eueniat nostro proposito. bonum text. quod inducta ad vnum finem non debent operari contrarium: vt. l. quod fauore. C. de legi. ⁊ in. l. legato inutiliter. de leg. j. ¶ In gl. in verbo pro confesso. in princi. de hoc an contumax, qui habetur pro confesso, possit appellari habetur plene per doc. in. l. a post edictum. ff. de iudic. ⁊ ibi per. d. m. ⁊ dixi in auth. et qui semel. C. quomodo ⁊ quando. ⁊ tangit Ang. hic subdens vnum notabile verbum dicens, quod appellabit, sed incumbet sibi onus probandi ne innocentia sua. ¶ In ead. ibi, item quomodo concludas an volens respōdere haberi debeat pro confesso, quod aut loquimur in interrogationibus ad preparandum, ⁊ tunc iudex declarat, prout est vtilius interroganti: vt. l. de etate. §. qui tacuit. de interrog. acti. ⁊ per glos. not. in. l. quandiu. de acqui. heredi. ¶ Itē in eo, qui est contumax in nolendo iurare in cōtingentibus ante litem cōtest. vt. l. qui bona. §. si alieno. ff. de damno infec. De volente autem venire ad iudicem vel contestari litem vel volente respondere ad totam causam non intelligas haberi pro confesso nisi statutū forte illud prouideret: vt. l. j. §. ex hoc scripto. ff. de ventre inspicien. sed alia iuris remedia sunt pdita contra predictos contumaces: vt in titu. si quis ius dicenti non ob. ⁊ in titu. si quis in ius vo. nō ie. ⁊ in. l. satis, que pene. de in ius voc. ⁊ in titu. quibus ex causis in poss. Aut est cōtumax in nō respōdendo positiōibus particularibus, ⁊ tunc aut antequam iuret, ⁊ non habetur pro confesso: quia dicto casu non loquitur tex. noster. nec. c. si post prestitum aut post iuramentum calumnie, ⁊ habetur pro confesso tribus concurrentibus. Primo, quod presens ⁊ monitus sit per iudicē, vt respondeat, ⁊ non per alium. Secundo, quod lecta sit ei positio per iudicem, ita vt intelligat. Tertio, quod non habeat iustam causam recusandi, de quibus causis est dictum in. §. obseruari. ⁊ postea est necessaria sententia, quod habeatur pro confesso, puta quod pronuntiet eū contumatem in nō respondendo, vel pronunciet eum sine rationali causa recusasse respondere secundum Bart. arg. eorum que habentur in l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci. ⁊ an sufficiat declaratoria, videtur quod sic vt allas per Barto. in. l. stipulatio. §. ⁊ habet ff. de nou. ope. nun. ⁊ in l. pen. C. ad Trebel. ⁊ si non respondet legitime, idem est ac si nullo modo responderet secundum Bal. hic aut de contumacia in non iurando de calumnia generaliter, ⁊ loquitur tex. noster. ⁊ dixi in. l. generaliter. §. his de presentibus. C. de rebus cred. si tamen iurat semel non tenetur iterum iurare secundum Bal. in auth. hoc sacramentum. ⁊ habetur in auth. mitos C. eo. In gl. in verbo, qualitas no. q nō plus operatur cōfessio ficta ppter cōtumaciā quā vera pbatio. quod est menti tenendū p statutis disponentibus quod cōtumax habeatur p cōfesso: q: si nō cōcludit petitio, vel inquisitio vel accusatio nihil nocebit puta si petatur promissum ob turpem causam. finis. Deo gratias. Amen.

b ¶ Super hac. l. j. de iudic. vltra do. Cor. do. Alex. Areti. do. Jaso. hic. ⁊ no-

a *De iudicijs*[a]. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞ Continuatio rubrice et de multiplici significatu verbi iudicium, ⁊ quo ad propositum iurium iudicij descriptio.

POtes cōtinuare † rubricam: vt in gl. ⁊ vt per Bartol. in rubr. supra, de pact. ⁊ de multis significationibus huius verbi, iudicium, vide per glos. instit. quibus non est permiss. fa. te. §. preterea. ⁊ in rubric. infra ciuilis, ⁊ cano. ⁊ maxime per Jo. mona. extra eo. in. vi. ⁊ quid sit iudiciū quantum ad propositum nostrū dic: vt in cap. forus. de verborum signific. ibi per ipsum text. colligitur quod iudicium est discussio cause coram iudice. que diffinitio videtur vera ⁊ bona, licet per doct. in predictis locis dentur plures alie diffinitiones. Sequitur. l. j.

SVMMARIVM.

1 ☞ Vsure per stipulationem promisse quatenus non fuerint in iudicium deducte de nouo peti possunt.

LEx prima. h. dicit, [b] Vsure † per stipulationem promisse quatenus nō fuerint in iudiciū deducte, de nouo peti possunt. h. d. ista. l. in qua gl. ij. ponit duos intellectus. vnus est, qd loquatur de vsuris futuris quasi dicat, quod licet lis fuerit cōtestata, super sorte, aut esset super sorte ⁊ parte vsurarum, non sequitur propterea, quod vsure promisse non concurrant in futurū post litem cōtest. cuius contrariū videbatur dicendū, videlicet quod imo nouatio facta per litem contest. super sortem extingueret stipula. vsurarum: vt l. emptor. ff. de nouatio. sed respōde, quod imo per litis contest. non solet afferri iniqua conditio actori: vt. l. non solet. ff. de regu. iur. ⁊ ideo ipsa talis nouatio inducta per litis contestationem, non tollit imo potius corroborat obligationem, ⁊ constituit debitorem in maiori mora. illud ergo habeat locum in nouatione voluntaria: vt in. l. aliam. ff. de nouatio. ⁊ ibi per Barto. ¶ No. ergo, quod petitio sortis, vel petitio sortis, ⁊ partis vsurarū promissarum per stipul. non impedit pendente iudicio cursus vsurarum quatenus petite non fuerunt, et ideo poterunt peti nouo iudicio, etiam ille que decurse sunt pendente primo iudicio, si vt dixi. fuerūt promisse per stipu. Si autem non fuerunt promisse subueniebāt officio iudicis mercenario quid dicendum sit patebit. j. in gloss. ⁊ ibi etiam dicetur, nunquid promisse possint peti nouo iudicio pendente primo iudicio super sorte. Secundus intellectus est, quod loquatur de vsuris preteritis: vt voluit gl. ibi, alij dicunt. ¶ Ex quo no. quod per litis contest. super sorte non impeditur, quis petere postea vsuras decursas ante iudicium inchoatū, quod est verum si, vt dixi. C. in precedenti intellectu, fuerant promisse per stip. vt hic: secus si deberētur iudicis officio mercenario: quia tunc extinguatur extincta sorte principali: vt. l. iij. C. depositi. ⁊ habetur in. l. iudex postquam. ff. de re iudica. intantum quod ⁊ si petens sortem protestaretur, ⁊ reseruaret sibi ius petendi vsuras, vel interesse, vel penam, vel alimenta ⁊ simil. accessoria. veuientia tantum officio iudicis mercenario non iuuaretur per dictam protesta. ⁊ reseruationem, aduersario non cōsentiente: vt plene per doctos. in. l. centum Capue. ff. de eo quod certo lo. Et hinc est qd in instrumentis permittuntur pro stipulatio. damna ⁊ interesse: vt sic possit peti seorsum, ⁊ de per se: vt per glos. in. l. non solū. in princip. ff. de rei vendi. ⁊ l. si mulier. de lega. iij.

⁊ dixi

⁊ dixi in.l.terminato.de fruc.⁊ litis expen. ¶ Item no. quod licet vsure veniant accessorie ad ipsam sortem: vt l.lecta.§.si cum sortis.ff.si certum petatur.tamen quando sunt per stipula.promisse iudicantur eque principaliter. ¶ In gloss.i.a quo actu incipiat iudicium. glo.hic vult,quod incipiat a litis cõtestatione,nec mirum: quia agitur de effectu nouationis,que solet fieri per litis contest.vt.l.delegare.⁊.l.aliam.de nouatio.Sed quid respectu aliorum effectuum,dixi in rubrica.ff.de in ius vocã. ¶ In glos.ij.hec ponit predictos duos intellectus de quibus.ff.in princip. ¶ In gloss.in verbo deductũ.ibi, sed Io.contra hanc opin.Io.quod in.l.nostra.non possint per officiũ iudicis mercenariũ peti vsure currentes pẽdente iudicio sortis,sed opus sit nouo iudicio,⁊ quod non veniant officio iudicis tenent Cyn.⁊ Bart.⁊ communiter doc.nec obstat dicta.l.ediles.etiam.§.itẽ sciendum.de edili.edicto.⁊.l.non solum.de rei vendi.allegate in gloss.quia loquuntur in actionibus bone fidei,et in alia arbitria in qua multum versatur iudicis officium: vt in.l.in actionibus.de in litem iuran.secundum Bar. hic:sicut alias dicitur quod in actionibus pretorijs, vel descendentibus ex stipulatio.pretoria.licet sint stricti iuris,tamen possunt accessoria peti officio iudicis merce. vt.l.si quis missum.§.finali.ff.de damno infec. secundũ Barto.Ang.Paul.de cast.⁊.d.Ludo.ibi. Secũdo modo soluit Bartol.dicens,quod aut accessorium,quod petitur lite pendente,venit ex natura actionis proposite, ⁊ tunc peti potest incidenter iudicis officio merce.quod solet deseruire actioni proposite,nam in actione bone fidei veniebant fructus,⁊ alie accessiones obuenientes lite pendente:vt.l.mora.§.in bone fidei.⁊.l.videamus.§. si actionem.ff.de vsuris.Item etiam in rei vendi.de natura sui est quod restituatur nõ deteriorata,sed in eo statu in quo erat tempore mote litis: vt.l.post acceptum. de rei vendi.⁊ ita loquatur dicta.l.non solum. Aut accessorium,quod petitur non descendit ex natura actionis intentate ad sortem,sed debere per stipul. ⁊ isto casu non possit peti per officium mercenarium: quia tunc iudicis officium non deseruiret actioni,nec eius nature. Sed est necessarium nouum iudicium,ita intelligatur.l. nostra.facit tex.in.l.hactenus.in fin.ff.de aqua plu.arcẽ. ⁊ dicta.l.si quis missum.in fin.de damno infecto. et hic sentit Bartol.quod in dicta.l.si quis missum. non competeret iudicis officium mercenarium pro damno dato lite pendente,licet ibi aliter teneat, vt supra. et cum hac solu.transit Petr.Cyn.Iaco.butr.Rapha. vnde secundum hanc intelligentiam text.noster est intelligẽdus in sorte debita ex contractu stricti iuris, de cuius natura non veniebant vsure post contestationem:vt no. gloss. in.l.i.infra,de condictione indebi. ⁊ in. l. in hac. ff. de trient.⁊ semis.⁊ Barto. in. l. tertia.§.in hac. ff. commo.⁊ notatur in.l.vinum.ff.si certum petatur. Sed si deberetur sors actus bone fidei,de cuius natura venirent vsure post litem contest.posset in.l.nostra implorari officium iudicis pro dictis vsuris,nec esset opus noua actiõe,vt colligitur ex predictis que Bart.dicit esse vera sicut Deus est Deus.Bald.vero ⁊ Salice.dicunt quod indistincte in.l.nostra cessat iudicis officium merce.⁊ ideo soluunt tertio modo,quod aliquando accessoria que petuntur lite pendente nõ debentur aliqua ob. ⁊ tunc pro his datur officium iudicis merce.⁊ ita loquatur.§.item sciendum.Aliquando debentur iure obligationis,sicut hic debentur per stipul.⁊ tunc pro illis non competit iudicis officium mercen. ita intelligatur. l.nostra.ratio: quia illud nõ presupponit oblig.ideo nõ datur vbi obligatio subest. l. qui pro collusione. §.preter sortem.ff.de actio.emp.⁊.l.Quintus.de annuis leg.que solu. videtur contra dict.l. non solum. de rei vendi. vbi suberat obligatio orta ex damno dato:vt.l.ex maleficiis in princip.de act.⁊ oblig.⁊ ad illud damnum competebat actio.l.Aquilie.que presupponit ob.l.licet.§.ea obligatio.ff.de procurat.⁊ tamen pro eodem competit iudicis officium mercenarium.facit quod not. gl.in.l.ex aduerso.in princ.de rei vendi.⁊ Bart.in.§.⁊ eidem.l.vbi pro fructibus datur iudicium sine causa ⁊ officium iudicis mercen.⁊ ideo tutior ⁊ communior est solu.⁊ intellectus Bar.supradictus.posset etiã dari alia solu.secundum aliquos.quod vbi habet locum obligatio, et actio descendens ex proprio contractu tunc cesset officium iudicis mercen.etiam pro his que lite pendente veniunt ex natura actionis in iudicio deducte, ⁊ ita loquatur ista.l.vbi vsure debentur ex stipul. ⁊ peti poterat iure actionis.ratio:quia isto casu prouisio hominis ordinaria facit cessare prouisionem.l.extraordinariam, id est, officium iudicis merce.quod licet indistincte omnibus concedatur tamen appellatur remedium extraordi. vt l.in causa.ff.de mino.⁊ hec per regulam.l.fina. infra, de pact.cõuen.⁊ nota.in.l.ij.infra,de iure emphyteo. secus si accessoria debeantur iure obligationis, que obligatio non descendit ex prouisione hominis. ita intelligatur dicta.l. non solum.vbi damnum illatum super re petita ⁊ actione.l.Aquilie.pro eo competente non descendit ex prouisione ipsius actoris ad text.in dicta.l.si quis missum non cauillando literam in fine, nam ibi probatur a contrario sensu,quod ad damnum contingens lite pendente non datur iudicis officiũ mercenar.prout ⁊ tenent ibi Imo.⁊ Bartol.hic,licet ipsi non moueantur ista ratione. omnes igitur cõsentiunt,quod in casu.l.nostre,in qua vsure fuerunt promisse per stipula. non veniant officio iudicis merce.pendente iudicio super sorte,licet vario modo respondeant ad contraria:vt ex predictis patet:sed nunquid pendente predicto iudicio super sorte possint peti nouo iudicio actio. ex stipulatu. Bald.nobiliter concludit in.l.edita.supra, de edendo. in repetitiõe Paduana.in.x.colum.quod nõ. ⁊ hoc per regulam.l.fundũ.⁊.l.fundi.ff.de exceptio.rei iudicate. absolutoria enim,que fereutur super sorte parant exceptio.rei iudicate in vsuris: vt notatur in.l.lecta.§.sed cum sortis.ff.si certum peta.⁊ idem etiam voluit Bart. in dicta.l.ex diuerso.de rei vendi. ¶ In gloss.finali. ibi ideo largius dic not.quotuplex sit nouatio,⁊ qui sint effectus nouationis voluntarie, ⁊ qui necessarie ⁊ inquantum dicit de nouatione voluntaria, que fit per stipula. quod per eã discedatur a prima obligatione,nisi in posteriori ob.sint repetita,que fuerunt in prima: infertur ex ea quod qualitates que inherẽt obligatiõi nouate ad cõmodum debitoris puta,dilatio non intelligantur repetite in stipulatione nouante,quod Bartol.in.d.l.aliam. de nouatio.dicit esse verum si concepta est stipulatio expressa certa quantitate,puta decem,que mihi debes ex tali causa animo nouandi mihi promittis: nam tunc vigore istius noue stipulatiõis debebis mihi pure,licet in prima habueris dilationem,secus dicit ipse si non esset expressa certa quantitas puta; quia diceretur id quod mihi debes, ex tali causa promittis per stipula.animo nouandi: quia tunc censetur nouatum debitum cum dilatione.ad hoc.l.si prior.cum ibi notatis.ff.soluto matrimonio.⁊.l.Mesennius.de re iudica.facit optime.l.eum qui.§.similiter.ff.de iureiuran.⁊.l.si non designata.cum l.sequen.de falsa causa adiec.lega.⁊ ita communiter tenetur: licet Ange. nitatur impugnare hoc vltimum, dicens, quod dilatio, que inerat in prima intelligitur repetita in stipula.nouante. per gloss.in dicta.l.aliam. secundum eum,quod tamen non videtur procedere, vt supra,nisi forte,ex natura rei dies siue dilatio,que est in prima insit etiam in secunda:vt si promisi edificare insulaz cum primum potero:vt.l.si stipulatus essem absen. ⁊.l.stipula.non diuiduntur.§.finali.de verborum oblig. idem si stipulatus essem instrumentũ vt notatur in.l.vinũ. si certum petatur. Item infertur,quod qualitas que inerat priori oblig. in fauorem creditoris,⁊ ex promissione hominis puta pena,vsura, pignus, vel fideiussor non intelligantur repetita in obligatione nouãte.ad hoc in.l.si creditor.⁊.l.nouatione.⁊.l.emptor.ff.de nouatio. nisi expresse repetantur in obligatione nouante: vt.l.i. ob chiro.pecuniam.⁊ hic,in gloss.⁊ cum hac conclusione transeunt doctor.in dicta.l.aliam.⁊ Ange. hic in repetitione.⁊ per hoc videtur posse dici quod si creditor, prorogauit debitori terminum ad soluendum absente fideiussore ⁊ ignorante, fideiussor intelligatur liberatus. ⁊ ita videtur velle Specu.in titu.de fideiuss.§.i.versicu. illud.⁊ Ioan.andr.Anto.de but.⁊ do.Nico.in cap.constitutus.de fideiuss.per.l.sicum Mernes.ij.loc.⁊.l.Labeo.in fine.ff.de arbitriis.⁊.l.item queritur.§.qui impleto.ff.loca.que iura parum faciunt: quia loquuntur quando terminus erat appositus ad oblig.finiendam ideo non mirum si cessante oblig.principalis, que quidam cessasset, si non fuisset terminus prorogatus fide-

nissimos vercellenses.in.l.i.ff. eo. videatis cu-ma.in cõsi.cxlij.⁊ Rom.in cõ.cxiij. ⁊ cõsi.cclviij.in.i. col.Anch. in cõsi. clxxxij.do. Soci. in cõ.clviij.in.iij. col.in.ij.volu.
S. T.

a ℭ Super hac. l. licet. videatis vltra Mo. hic Roma. in cõs. cccl*x*xi. specu. in ti. de arg bitris in. §. excipitur. in ver. sed pone. do. Areti. Alex. & do. Jaso. omnino in hac. l. videatis, ac do. Jacobinum. S. T.

ℭ Et super hac l. licet. videatis doct. in. l. rebus. ff. de arbi. & Bal. limitantem in. l. fi. §. cõmu. de lega. S. T.

b ℭ Super hac. l. quotiẽs. cõsiderate dicta Cyn. et bal. & vltra alios videatis do. Jacobinũ hic, & do. Pau. de cast. in cõs. l*x*viij. inci. visis & ponderatis omnibus. & limitatis hanc. l. vt per eũdẽ do. Jacobi. & an ista lex limitetur, vltra Bar. & sequaces hic. videatis bar. in trac. de. inter ius ci. & ca. l. i. col. & Bal. in. c. i. qui. mo. feu. amitta. S. T.

ℭ Hanc. l. quotiẽs. limitatis vt per do. Alex. in l. titia. so. matri. & an de iure canonico ista lex limitetur videatis vltra Moder. hic Pau. de cast. in cõs. i. c*x*lij. & c*x*liij. Jo. de ana. in cõs. l*x*viij. & Rom. in cõs. ccclxxxij. & de materia l. videatis pe. de Ancha in cõs. lxxxiij. & cõs. cccxcvi. do. Panor. in consi. lxiiij. in. i. volu. Jo. de ana in cõs. l. vltra Mo. post do. Alex. hic. Fe de. in cõs. lxxxij. & consi. cclxiiij. & do. Alex. in cõs. ix. in iij. volumi. S. T.

fussor remaneat liberatus, sed nos loquimur quando lapsus diei non tollat oblig. ideo per prorogationẽ non intelligatur liberatus fideiussor, & ita voluit Petrus de anchar. in dicto cap. constitutus. potest pro concordia dici quod aut creditor simpliciter prorogat terminũ, sine noua stipulatione sortis puta dicendo prorogo tibi terminum vnius mensis absoluendum, & tunc non liberatur fideiussor: quia ista non est nouatio: vt voluit singulariter Bald. in. l. tam. infra, de non numerata pecunia. in §. colum. & videtur velle Innoc. in cap. preterea. de appellatio. Aut creditor prorogat terminum stipulando de nouo: vt si ad id quod debetur mihi infra sex menses stipulor dari infra decem, nam tunc fideiussor intelligitur liberatus: quia obligatio nouatur, saltem ope exceptio. per Bartol. in. l. Ualerianus. ff. de preto. stip. & ideo bonum erit quod creditor in hac prorogatione reseruet sibi hoc secundo casu primam oblig. ita quod si debitum non soluatur infra terminum remaneat prima actio salua cũ ipso fideiussore: hoc voluit etiam notabiliter Bartol. in. l. si quis aliam. ff. de solutio. et facit glo. nostra ibi, nisi posteriori oblig. sint repetita &c. ℭ Item inquantum gloss. nostra ibi, Itez si hec voluntaria, vult quod voluntaria nouatio fiat etiam aliter quam per stipulatio. potest procedere, quando iste defensor veniret animo nouãdi volente creditore, alias secus: vt. l. si mandato meo. §. finali. ff. manda. & ibi per gloss. que communiter approbatur, licet alia gloss. in. l. liberto. §. item. ff. de negotijs gestis. contrarium dicat & non bene. Item inquantum gloss. loquens de nouatione necessaria, que regulariter fit per litis contestatio. & de effectibus huiusmodi nouationis, & inter alia dicit, quod fit perpetua & transitoria in heredes, de hoc latius per Bartol. in. l. prima. de priuatis delic. & per Bald. in. l. prima. infra, ex delic. defuncto. & tactũ fuit supra, de trãsactionibus. l. cum mota. & inquantum dicit quod periculum transfertur in possidentem, dic vt plenius per doctor. in. l. quod. ff. si certum petatur. vbi dixi, & inquantum dicit de rescissoria, dixi de hoc in. l. finali. supra ex quibus cau. ma. & inquantuz loquitur de vtili male dicit: quia ex sententia non oritur actio vtilis. sed que actio detur. dixi in l. actori. infra, de rebus creditis. & habetur in. l. miles. §. iudicati. & in. l. a diuo pio. §. si autem. de re iudi. & non obstat. l. ne in arbitris. quia illa loquitur de sententia arbitri: vt ibi dicetur. cetera dic, vt hic plene per Angel. Sequitur. l. licet. hoc dicit.

SVMMARIVM.

ℭ Sententia generalis super petitione & actione etiã generali restringitur ope replicationis ad prosecuta.

Licet. hoc dicit.

a Sententia † generalis super actione & petitione etiã generali restringitur ope replicationis ad prosecuta. hoc dicit. & ad hoc semper allegatur. & de materia dixi in. l. sub pretextu specierum. & in. l. si decreta. supra, de transactio. aduerte tamen: quia hic dicitur opus esse replicatione, vnde cautus debet esse actor: vt replicet: alias succumberet secunduz Ang. Sequi. l. quotiẽs.

SVMMARIVM.

ℭ Iudex qui de causa status non potest principaliter cognoscere potest incidenter.

Quotiens

b Iudex † qui de causa status non potest cognoscere principaliter potest incidenter. hoc dicit. vel sic & generalius. Iudex qui non potest cognoscere de certa causa principaliter potest incidenter. hoc dicit. Causa enim status principaliter mota desiderat maiores iudices: vt infra. de pedaneis iudici. l. ij. & ff. de arbit. l. non distinguemus. §. de liberali. & tamen incidenter potest etiam per inferiores cognosci: vt hic in. l. nostra. in qua potest poni exemplum de eo qui petebat hereditatem coram iudice delegato, vel alio minore, & ei fuit opposita exceptio statutis sui: vt in prima gloss. vel testatoria. videlicet, quod erat seruus poterat enim de ea cognoscere ipse delegatus, vel pedaneus quamuis alias causa status nõ sit delegabilis: vt. l. imperium. ff. de iurisdictione omnium iudic. & debet agitari coram maioribus iudicibus: vt supra, et idem dicendum est in effectu de simil. quod iudex possit incidẽter cognoscere de eo de quo nõ posset principaliter, & quod ille qui est iudex cause principalis debet esse iudex cause incidẽtis. licet causa incidens sit maior causa principali. quod est verum nisi questio incidens coram iudice seculari sit spiritualis, vel ecclesiastica & sic diuersa: quia tunc sicut de ea non potest cognoscere secularis principaliter, ita nec incidenter: sed debet eam remittere ad iudicem ecclesiasticum: vt in cap. tuam. de ordi. cogni. & in cap. lator. qui filij sint legitimi. sed Bartol. in hoc articulo distinguit dicens. s. in effectu, quod aut questio incidens est questio iuris, puta vtrum inter talem & talem potuerit esse iudicium, vel vtrum recipere aliquid forte vltra sortem sit vsura, et tunc remittenda sit causa ad ecclesiasticum. aut est questio facti puta vtrũ quis sit natus ex illo, vel ex illa, & vtrum receptum sit aliquid vltra sortem, & de hoc possit incidenter cognosci per iudicem secularem, secundum ipsum Bart. hic, & in. l. Titia. ff. soluto matrimonio. & in. l. omni nouatione. supra. de sacrosanctis eccles. cuius opin. communiter seruatur in practica, que etiam practica videtur approbata per Bald. non vt iudex secularis possit in huiusmodi causis habere iurisdictionem. sed vt possit recipere informationem, licet forte in publico iuris predicta opin. Bartol. non esset vera: vt plenius per docto. in dictis locis, & maxime per legistas in dicta. l. Titia. vbi puto vos hoc anno habuisse. ℭ In gloss. in verbo, quo magis, not. quod licet iste dictiones magis et minus sint de natura sui contrarie: vt. l. non idcirco. supra, de furtis & facti ignorantia tamen interdum vna exponitur pro alia ad saluandum intentionem loquentis. Sequitur. l. si cum tibi.

SVMMARIVM.

1 ℭ Sententia nocet in specie prosecuta & in appendicijs eius vbi generali iudicio actum sit.

Si cum tibi. h. dicit.

1 Sententia † nocet in specie prosecuta & in appendicijs eius vbi actum fuit iudicio generali. hoc dicit ista sing. l. in qua actor agebat generaliter actione negotiorum gestorum contra curatores asserendo certam quantitatẽ pecunie peruenisse ad manus ipsorũ. & ita prosecutus fuit vnam speciem, hoc est illam pecuniam: curatores respõdebant pecuniam fuisse conuersam in emptionem prediorum & tradiderunt illi minori predia & instrumenta emptionum in quibus instrumentis deficiebat cautio de euictione: tamen ille actor nihil opposuit in iudicio de defectu dicte cautionis, vnde isti curatores fuerunt absoluti. modo actor vellet iterum agere contra ipsos propter dictam euictionem, dicitur hic quod nõ potest, & ratio est: quia ista non est species separata. nam causa, & damnum euictionis causatum ex culpa & mala gestione curatorum includebatur in ipsa generali actione nego. gest. & veniebat accessorie ad illam speciem emptionis prediorum, ab ea dependebat merito postquã dicta causa fuit sopita, non debet iterum instaurari. dicit iste text. bene ergo colligitur ex ista. l. id quod dictum fuit supra in summario quod singulariter not. quia ad illud solet allegari, & non obstat. l. licet supra eodem. quia illa loquitur in diuersa specie ista in parte, id est, in appendicijs eiusdem speciei. L. a iudice hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 ℭ Delegatus non subdelegat nisi sit delegatus a principe. & que sit ratio.

Aliud

a
1

A Iudice. ᵃDelegatus † nō subdelegat, nisi sit delegatus a principe. hoc dicit. Et primo ponit dictum, secundo rationem, tertio excep. secunda ibi, cuius. tertia ibi, nisi. ¶ No. quod qui fungitur iurisdict. delegata, regulariter nō subdelegat eā. cōcor. sunt in gloss. 1. & ratio huius dicti est: q2 fungitur munere iudiciario: dicit text. quem gl. exponit duobus modis: vno, id est, quia habet, siue fungitur iurisdictione alterius non propria. fortior enim est ppria iurisdictio, quā exercitium iurisdictionis cōmisse, secundum Bal. Alio modo exponit, id est, q2 ex quo suscepit delegationem, necessario astringitur ad iudicandum: vt. l. munerum. §. iudicandi. ff. de mune. & ho. & per Jo. and. in. c. is cui. de off. deleg. in nouella. vbi idem tenuit per istam gl. sed ista secūda ratio nō videtur bona: quia est nimium generalis, & conuenit etiam ordinario, & ideo tene primam. ¶ Ex qua no. quod delegatus, licet fungatur honore iudicandi, tamen non habet propriam iurisdictionē, sed habet vsum & exercitium iurisdictio. aliene. & qui non habet ppriam iurisdict. non potest alium subdelegare: vt supra, sic & qui habet vsum nō potest aliū vsuarium cōstituere: vt instit. de vsu & habi. §. ij. & per Ang. notabiliter in. d. l. more. ff. de iurisdic. omn. iudi. ¶ Ultimo no. ex ista excep. de qua in fi. text. quod delegatus a principe potest alium subdelegare, idem in delegato a Papa: vt in cap. pasto. de offic. deleg. & in cap. 1. eod. tit. lib. vi. delegatus enim a principe, vel a papa est maior quolibet ordinario, licet non firmior: vt ibi not. & in. l. 3. §. qui pro sua iurisdictione. ¶ In glo. 1. ibi, sed contra. conclude cū queritur an delegatus possit subdelegare, quod aut loquimur in delegato pape vel principis, & potest subdelegare: vt supra, aut ab inferiore a principe, & non potest: vt hic, cum concor. s. dictis. ¶ Fallit in delegato proconsulis: vt in. d. l. cum pretor. §. 1. & hic, per glo. & colligitur ex rubrica de officio proconsu. & lega. & idem videtur dicendum in cardinali legato de latere qui equiparatur proconsuli: vt hic, per Bald. & plene not. in. c. ij. de offic. leg. lib. vi. ¶ Secundo fallit in delegato ad vniuersitatē causarum: quia talis potest vnam causam subdelegare: vt. l. 1. ff. quis & a quo, allegata hic in gl. & not. in. c. super questionum. §. si vero. de offic. deleg. ¶ Tertio fallit in delegato ad vnam causam volente subdelegare vnum articulum illius cause: vt. l. arbitro. ff. qui satisda. cog. & in authen. ad hec. §. proxime. & habetur in cle. 1. de offic. deleg. quod procedit, quando delegaretur vnus articulus consistens in mero facto: vt est examinatio testium, post receptationē articulorum & delationē iuramenti: vt in authen. apud eloquentissimum. §. de fide instru. & in. c. 1. de officio delegati. secus forte si vellet subdelegare vnum articulum iurisdictionale secundum aliquos, de quo etiam in dicta authen. ad hec. & etiam in dicta. l. prima. ¶ Quarto fallit, si delegatus habuit ab ordinario potestatem subdelegandi: q2 iste delegatus poterit subdelegare secundum gloss. in dicto cap. is cui. & Cy. Bal. Salic. & Raph. hic, & Bar. in. d. l. more. & l. solet de iurisdict. omnium iudi. & in. c. cum Bertoldus. sed Specul. in titu. de legato. §. ij. vers. sed nunquid subdelegatus. & dominus Cardi. Zaba. in. d. cle. 1. xij. quest. tenent contrarium maxime. ea ratiōe: q2 ea que cōceduntur a lege iudicio ordi. specialiter nō possunt in aliū transfer. vt. l. 1. in prin. ff. de offic. eius cui mandata est. Sed potestas delegādi conceditur ordinario per. l. in priuilegium speciale: vt. d. l. cū pretor. §. 1. ff. eo. & d. l. more. ergo ordinarius nō possit hāc potestatē in aliū transferre. que ratio videt multū obstare opi. precedēti. & ideo ista vltima opi. videtur verior in puncto iuris, sed primū est communior.

SVMMARIVM.

1 ☞ Iudex ordinarius occupatus volēs delegare causam reseruata sibi sententia potest sed tunc debent causam audire a principio. i. in contestatione in medio & in fine in receptione probationū & repetitione & appellationem admittere. cetera delegatus expediet, & hoc in ordinario: iudex vero delegatus vel appellationis totam causam per seipsum cum consiliariis examinat & si contra faciat, grauiter punitur.

b
1

A Vth. ad hec. ᵇIudex † ordinarius occupatus volens delegare causam reseruata sibi sententia, potest: sed vnus debet causā audire in prin. id est, in contestatione, & in medio, id est, in receptione pbationū. & in fi. id est, in repetitione, & retentione omnium & appellationem admittere: cetera expediet delegatus, & sic dabit dilationes, formabit interlocutorias & similes dicit Bald. & hec in iudice ordi. principalis cause iudex non appellationis, vel delegatus totam causam per seipsum cum consiliariis examinet, & si contra faciat grauiter punitur. h. d. tota ista authen. intelligendo eam, quod loquatur de delatione: vt sic magis cōueniat legi. C. & vt non frustra. in princi. fiat mentio de occupatione iudicis. Posset tamen intelligi secundum Pet. & Cyn, & quidem magis secundum literam suam: vt loquatur de consumptione: vt ibi per consiliarios, & ibi cum consiliariis, pro quo facit text. ibi, delegatus. autem vbi expresse dixit de delegato, quādo voluit, & nō per verbum consiliarios quod significat assessores: vt. l. consiliarios. de asses. qui nullam habent iurisdict. sed solum consulunt iudicibus qui sunt forte, et esse possunt illiterati: vt. l. pen. §. eod. Aliqui vero sunt consiliarii, id est, auditores qui non habent iurisdictionem, vt exerceāt: nisi inquantū specialiter committitur in principali: vt in cle. auditor. de rescrip. & in. l. quoties. §. vbi se. vel clari. & ibi per Bald. de auditoribus abbatis monasterii maioris residentes in hac ciuitate dicit esse generalis legatus in temporalibus et spiritualibus pape Gregorii in tota Italia. Sed doctor. communiter sequuntur primum intellectum, tamen solennitates huius authen. hodie non seruantur de iure cano. vt in cap. super questionum, de offic. delega. dicit glos. vnde videmus, quod ordinarii delegāt causas libere reseruata sola pronuntiatione, & sic cōtra formā huius auth. & vt dicit Paul. de cast. cardinales habentes causas siue ordinarias, siue delegatas tenent auditores, coram quibus fit totus processus, deinde ipse cardinalis pronuntiat & ita faciebat ipse Paul. de cast. dum esset auditor domini cardinalis floren. ¶ In gl. in verbo delegatus ibi, in dic quod ordinarius satis bene dicit in hoc. sed inquantum dicit quod delegatus principalis non subdelegat causam reseruata sibi sententia, infertur vnum mirabile, quod hoc respectu alius ordinarius habebit maiorem potestatem, quam ipse delegatus a principe: quia ordinarius potest delegare modo predicto: vt supra, tamen consuetudo seruat hoc multo magis in delegato pape, vnde id quod dicitur hic, quod delegatus, etiam qui posset alias subdelegare, non subdelegat in hac forma reseruata sibi sententia, intelligi potest de alio delegato quam principis aut pape: vt in casibus positis. s. in. l. centū. secundum dominum meum, de iure autem posset dici quod non sit mirum: vt delegatus principis qui excedit alios iudices in multis excedatur in vno.

SVMMARIVM.

1 ☞ Iudicium regulariter non consistit cum seruo, fallit in casibus hic citatis.

c
1

S Eruus. h. d. ᶜIudicium † nō consistit cum seruo. h. d. fallit in casibus quos notaui in. l. vix certis. ff. eod. allegata hic in gloss.

SVMMARIVM.

1 ☞ Creditor non potest agere contra seruum debitoris bona ipsius debitoris detinentem: sed bene potest officio iudicis fieri immissio in bonis debitoris per ipsum seruum detentis.

d
1

C Vm debitoris. ᵈCreditor † non pōt agere cōtra seruum debitoris bona ipsius debitoris detinentem. sed bene potest officio iudicis. fieri immissio in bonis debitoris per

¶ Super hac. l. a iudice. vltra mo. post do. Alexan. plene de materia videatis do. Fely. & Mo. in. c. super questionū. §. si vero. de offi. de leg. S. T.

¶ Hāc. l. a iudice. habetis limitatam per Bar. & do. Jo. de imol. in. l. iij. in §. 2. in fi. de damno infecto. & de materia videatis domi. Panormi. in cōsi. lxi. in. iij. col. in 1. vol. do. Fely. in c. cum bertoldus. in. vi. col. de re iudi. do. Fely. in. c. super questionū. in prin. do. Fely. do decium & do. meum do. Augu. beroum in. c. si pro debilitate. de offi. delega. S. T.

¶ Sup ista authentica. ad hec. vltra Alex. Corne. do. Anto. de alex. do. Jaso. do. Jacobi. & Mod. hic, videatis specu. in titu. de appel. in. §. nūc dicamus. in ver. 1. nide Ancha. in cōsi. cxxxv. & do. Lud. roma. in cōsi. cccci. S. T.

¶ Super hac. l. seruus. videatis omnino do. Jacobinū limitantē singulariter illatiōes monachorū adductas hic p docto. vos tamē videatis dominos de Rota, in deci. ccccxx. do. Panormi. in. c. cū dilecta. & ibidē Mod. de rescri. & aduertatis ad dicta Jacobi butr. & Ang. hic, & in materia. l. nostre videatis singulares decisiōes Fede. in cōsi. cclxxxvij. do. Phili. dec. & do. Hyero. cagnoli vercellensis in. l. quod attinet de re. iuris. & hec quotidiana & in vestris scartafaciis forsan non inuenta, noteris. S. T.

¶ Super hac. l. cum debitoris. vltra do. Antoniū

de alexan do. Jacobi. ⁊ Moi. videatis Rom. in cons. cxviij. S. T.

¶Super hac l. placuit. videatis vltra alios hic Roma. in consi. cclxvij. do. Fran. Aret. i.l.si seruũ in.§.sequitur. de verbo. obli. do. Bart. soci. in.l.si tibi. in.vij.no.ff. si cer.peta. ⁊ do. Feli.m.c.ij. in.i. col. de re iudic. Bal.in.l.i.de vsu ca. ⁊ do.in.l.summa.in §.nez vastus. ff. de aqua pluui. arcẽ ⁊ ciuitas q̃ nõ põt dari lex, nec legitima consuetudo, que vno respectu equa ⁊ in alio rigorosa non existerit.vt late ⁊ per infinita exempla prosequitur do. Rimi. ⁊ do. purpu.hic, ⁊ bene. S. T.

¶Super hac l. iudices.videatis Anch in cõs.xxxv. ⁊ cõs.clxvi.Bal. in cõs. cxcvij. in iiij.vol. Pau. de ca.in cõs.cxcvij. Fulg.in cõs.clxv. Roma. in consi. cccliij.do.Alex. in cõs.xvij. in.i. volu.do. Alex in cõs. l.in.ij. volu. do. Alex. in cõs, xiij.in.iij.volu. ⁊ Ancha.in consi. clxxxvi. ⁊ cõs.cc lxvi. ⁊ cõs. lxxx. vltra do. Jaso. ⁊ Mo.hic. S. T.

ipsum seruum detentis.h.d. ¶Not.quod licet seruus possideat bona hereditatis, non potest propterea conueniri a creditore ipsius hereditatis, quod non posse cõueniri intelligo etiam hypothecaria alioquin nõ esset differentia inter seruum ⁊ liberum, cum nec liber homo possidens bona hereditatis possit conueniri personali actiõe a creditoribus hereditatis, si ipse possidens nõ est heres vere, vt.l.i.j.si cer.peta. ⁊ l.pro hereditarijs. j. de heredi.act. Aut presumptiue: vt per gl.not.in.l.controuersia.ff.de transac. que singulariter vult, quod creditores hereditarij habeant intentionem fundatam cõtra possessores bonorum hereditatis. quod adde ad dicta §.si vt se ab hereditate abstine.l.i.sit ergo hoc plus in seruo: vt etiam hypothecaria non conueniatur. verũ est tamen, quod per officium iudicis mittitur creditor in poss.dictorum bonorum, tanquã vacantiũ nemine defendente: vt hic, in fi. ⁊ in gloss. in verbo, officio. Ex quo etiam no quod ad primum decretum deuenitur absque figura iudicij secũdum Bal. vt patet in casu nostro, vbi deficit reus, ⁊ sic deficit pars iudicij, vt est tactum in rubrica.§.de pact. ⁊ habetur in.c.forus.de verbo.signi. hec probantur per tex.in.l.uij.§.pretor.ver.quoties.de dam. infec. ⁊ ibi clarius per Barto. qui etiam de hac materia tradit practicam in.l.i.j.de bonis auto.iudi.poss. ⁊ habetur in.l.si finita.§.Julianus.de dam.infec. ¶In ead. gl.in fi. Jtc de are. Franc.tigrinu. ⁊ Bal.notant ex hac gl. ⁊ tex. quod in eadẽ re concurrit pignus conuentionalis, ⁊ etiam pretorium: vt colligitur hic, q: si ago hypote. pro re mihi hypothecata, ⁊ reos non comparet potero mitti in poss.ex primo decreto ⁊ sic habebo etiã pretorium.l.i.de preto.pigno. facit ad hoc dictum tex.in l.fundus quem.ff.de annuis lega. ⁊ vtilitas potest esse, vt nõ teneatur quis seruare omnes illas solẽnitates que requiruntur in venditione pignoris conuentionalis de quibus in.l.final.j.de iure dominij impetra.

SVMMARIVM.

¶Equitas scripta prefertur rigori ⁊ circa hec exempli ⁊ declarationes ponuntur.

PLacuit.h.d. Equitas scripta prefertur rigori.h.d.exẽpla pone secundum leges allegatas hic.in glo. ¶In ea. in fi.conclude com queritur an debeat preferri equitas an rigor quod aut equitas ⁊ rigor conueniunt, ⁊ sine dubio seruãda sunt: vt hic in gl. ⁊ Bal. allegat ad hoc.l.si ⁊ me, ⁊ Titium.ff si cer. pe. que tamen parum facit: q: imo illa pcedit de equitate cõtra regulas iuris. Aut inter se discordant, ⁊ tunc aut ambo sunt scripta, aut neutrum est scriptũ, aut vnũ est scriptũ ⁊ alterum non. Primo casu, si vtrunq; est scriptum in genere, vel vtrunq; in specie. ⁊ tunc preferenda est equitas: quia ceteris paribus, ipsa prefertur: vt hic.in.l.nostra. idem si rigor est in genere, ⁊ equitas est in specie: quia generi per speciẽ derogatur: vt in regula iuris. generi per speciem. ¶Fallit vbi rigor scriptus contrarius equitati sit potius in.l. posteriori. ⁊ conditam post equitatem: quia tunc videtur corrigere equitatem: vt per gloss. ad hoc notabilem secundum cano. in cap. extirpande. de preben. in.§.si vero. in verbo, priuatum ibi, ipso iure. si non equitas est scripta in genere rigor in specie prefertur rigor ex predicta ratione regule, generi per speciem. ad hoc.l.prima.ff.de vsucapi. Secundo casu quando neutrum est scriptum, ⁊ tunc prefertur equitas: vt.l. non possunt.ff. de legib. nisi reperiatur descriptum per simile, vt ibi notatur. Tertio casu quando alterum tantum est scriptum, et tunc si reperitur scripta equitas, ⁊ non rigor certum est illam esse seruandam, ad hoc notata per Bald. in.l. edere. infra loca. Si vero reperitur scriptus rigor, et non equitas, ⁊ tunc secus: vt.l.prima. supra, de legib. ⁊ l. prosperit.ff. qui ⁊ a qui. ⁊ ideo in text. ⁊ glos. hic, ponderatur verum equitas sit scripta. necne: verũ est tamen, quod quando aliquid est repositum in arbitrio iudicis, tunc ipse iudex posset recedere a iure rigoroso scripto, et sequi equitatẽ: vt voluit domi. Cardi. in clemẽti. prima. in.§. oppositione. de constitutio. secundum dominum meum hic, in fin. Et aduerte, quia non semper vbi.l. facit intentionem de equitate illa equitas, dicitur scripta, sed oportet vt dicatur scripta equitas, quod.l. loquatur de ea dispositiue, ⁊ non sufficit si loqueretur persuasiue: vt si.l. suadet, qd soluãtur relicta ex testamẽto minus solenni secundum Baldum, in.l.cum quis. supra, de iuris ⁊ fac. ignorãt. alibi tamen dixit, quod tunc forte poterit habere locum denunciatio euangelica ratione cuiusdam naturalis obligationis Dantur autem per doctor. plures diffinitiones equitatis, ⁊ rigoris in varijs locis, sed vt alias obmittam Bald. nobiliter dicit in l. prima. supra, de.l.l. quod equitas est congruentia principijs iuris naturalis in intentione fundata ⁊ rigor est odium vel fauor scriptuz ratione publice vtilitatis iustitia suadente. ⁊ vide de hac materia equitatis in.l.si fideiussor.§. quedam.ff manda. ⁊ per Bald. in.l si pro ea. infra eod. titu manda. ⁊ que habentur in.l.quod si effec. ff. de eo quod certo lo. ⁊ ibi, quod iudex debet habere equitatem ante oculos. Sequitur.l.iudices.

SVMMARIVM.

¶Judex antequam ferat sententiam debet diligenter discutere veritatem ⁊ interrogare partes an aliquid noui velint allegare.

IVdices. hoc dicit.

causam condemnationis in sua sententia, sive proferat sententiam declaratoriam super peremptione instantie, secundum unum intellectum gloss. sive absolutoriam ob observatione iudicij, secundum alium intellectum, sive condemnatoriam advocati, secundum tertium intellectum, quem puto veriorem: quia melius adaptatur ad literam precedentem, que loquitur de condemnatione advocati in ver. onerarijs. not. quod cliens cogitur solvere salarium advocato per officium iudicis, mercenario ne alias instantia protrahatur. ⁊ adverte: quia text. hic dicit cogendum esse clientem qui dare possit: ergo sentit eum qui dare non possit, non esse cogendum. de quo tamen infra in gloss. ¶ Item not. quod advocatus non debet susceptam advocationem deserere, nisi ex iusta causa, puta quia litigator adhibeat alium loco ipsius: quod facere potest de consensu ipsius advocati, secundum Baldum, de quo in. l. prima. infra, de suffrag. vel quia dicat litem esse iniustam, ⁊ se habere conscientiam lesam: ut infra, in. l. sequen. vel similem causaz alleget: ut notatur in. l. secunda. §. ait pretor. ff. de postulando. ¶ In gloss. prima ibi, ⁊ sic not, iudicem debere in talibus inserere causam. not. dictam gloss. quod est verum in huiusmodi sententia in qua pronuntiatur instantiam esse peremptam, ⁊ in similib. quia cum possint esse plures cause, quarum altera sit honesta, altera inhonesta, ut hic: ⁊ in. l. secunda. §. ignominia. ff. de his qui notantur infamia. iudex debet causam declarare expresse idem per relationem ad acta; ut in cap. sicut nobis. de re iudic. ne preiudicet parti, que forte vellet iterum movere litem ex alia causa, prout habetur in. l. Hebrius marcellus. §. Hebrio marcello. ff. de pactis dota. et ideo in diffinitiva sententia que non potest ferri, nisi ex causa intentata in libello, non oportet causam specificare, de quo plene dixi in cap. abbate sane. de re iudicata. libro sexto. ¶ In gloss. in verbo, prestandis. bene dicit. potest etiam intelligi iste text. quod cliens, qui non potest solvere non cogatur officio iudicis, sed alio remedio, de quo in dicta. l. j. infra, de suffrag. ¶ In gloss. in verbo, protrahatur dic de hoc: ut in. l. prima. §. divus. de varijs ⁊ extraordinarijs cognit. Sequitur. §. hec autem.

¶ Super hac. l. rem non novam, videatis Roma. sin. cccexxix. j. tu habes. ⁊ quo ad dicta Mo. ⁊ do. Jaso. hic, videatis do. Fely. in. c. j. in. iiij. col. de tre. ⁊ pace. ⁊ mo. in tra. de tre. et pa. charta. viij. S. T.

¶ Et circa. l. rez nō novā. videatis Bal. in. l. ius publicum. de iu. ⁊ iu. Bal. s. l. observare. in. §. prosisci. in. iiij. col. de offi. procon. Roma. in ru. de arbi. in. iij. col. do. de Rota. decisi. cccvii. in novis inci. fuit dubitatum. ⁊ do. Fely. in. c. cū nō liceat. in. ij. col. de prescri. S. T.

SVMMARIVM.

☞ Ubi per lapsum triennij instantia est perempta culpa tutorum vel aliorum administratorum damnum inde provenienS redundat in eos, ⁊ eorū reos, ⁊ fideiussores, ⁊ si ipsi nō sunt solvendo minores restituuntur in integrum.

Hæc autem

Ubi † per lapsum triennij instātia est peremptā culpa tutorum, vel aliorum administratorum damnum, inde proveniens redundat in eos ⁊ eorum reos, et fideiussores, ⁊ si ipsi non sunt solvendo minores restituuntur in integrum. hoc dicit. ¶ Not. tempora iudiciorum, etiam minoribus currere, quod est speciale in hac meta triennali, hodie litium: ut dixi in. l. sancimus. supra in quibus causis in integrum restitu. non est ne. ad limitationem illius. l. ¶ Item not. text. ibi, sed eorum res quod pro mala administratione, sunt obligati non solum tutores ⁊ curatores, ⁊ fideiussores ipsorum, sed etiam actores, ⁊ procuratores, ⁊ ipsorum bona, quod notabile, secundum Baldum, ⁊ semper allegatur, et adde ad dicta in. l. neque tutores. supra, de procuratoribus. potest etiam intelligi, quod bona tutorum ⁊ curatorum, ⁊ fideiussorū intelligātur obligata pro mala administratiōe actorū, ⁊ procuratorū cōstitutorū ab ipsis, ⁊ ita colligitur ex ipso text. qui in versicu. omnem autem ⁊c. non repetit aliquid de actoribus ⁊ procuratoribus, nec mirum: quia isti solent constitui periculo tutorum. l. actor. ff. rem ratam haberi. duobus ergo modis intelligitur. uno quod bona tutorum ⁊ curatorū, ⁊ omniū predictorū sint obligata pro mala administratione. alio, quod bona tutorum ⁊ curatorum, ⁊ fideiusso. sint obligata pro mala administratione actorum ⁊ procuratorū. ¶ Item not. causam specialem, in qua minor leditur ⁊ non restituitur, nisi in subsidium. ⁊ ratio specialitatis est propter odium litium, ⁊ etiam quia potest alio modo pupillus conservari indemnis, videlicet contra tutorem, ⁊ simil. ⁊ si altera de dictis rationibus cessaret, non haberet locum text. noster argu. instit. de nup. §. affinitatis. ⁊. l. liberorum. §. notantur. ff. de his qui notātur infamia. hoc probatur per. l. secundā. ⁊. l. etiaz. supra, si tutor vel curator interve. ubi licet subveniri possit pro minori contra administratorem, tamen datur etiam sibi in integrum restitutio: quia cessat ibi alia ratio specialitatis hodie litium. ¶ In gloss. in verbo, vigorem ibi. sed an producentur iterum. not. gloss. quod diffinitio. l. fina. infra, de testi. habet locum non solum in testibus receptis coram arbitro. de quo proprie loquitur ille text. sed etiam in receptis coram iudice. de quo proprie loquitur hic. Rem non novam sequitur.

SVMMARIVM.

1 ☞ Iudices sive arbitri cognoscentes de causis debēt a principio ⁊ continuo coram se retinere sacrosanctas scripturas ut sic sub Dei timore cognoscāt ⁊ decidant. ⁊ iudices etiam iurant iudicare secundum quod iustum eis visum fuerit exceptis defensoribus civitatum iurātibus secundum. ll. iudicare, ⁊ patroni causarum iurare debent.

Rem non novam.

a Quicunq; † iudices sive arbitri cognoscentes de causis debent a princi. ⁊ continuo coram se retinere sacrosanctas scripturas: ut sic sub Dei timore cognoscant ⁊ decidant. hoc dicit usque ad. §. patroni. ante quez. §. posita est authen. hodie. que venit ad text. C. additive, dicens, quod iudices etiam iurant, secundum quod eis visum fuerit iustum iudicare exceptis defensoribus civitatum qui iurant iudicare secundum. ll. hoc dicit ista authen. postea sequitur. §. patroni, qui continuatur cum prima parte. l. ⁊ hoc dicit. ¶ Etiaz patroni causarū iurare debent. hoc dicit. usque in finem. l. ¶ Not. in princip. litere differentiam esse inter inusuatum, ⁊ novum. potest enim esse aliquid inusitatum, ⁊ tamen nō novum, id est, non noviter factum, ⁊ vide gloss. l. iocosam. hic de hul. et eius uxore. ¶ Itez no. quod contemnus vilium. ll. affert detrimentum. In ver. cuz igitur. No. quod via vetus capienda est: intellige, quando non apparet, quod via nova sit securior: ut. l. finali. §. sed si quis. ff. de iure do. secūdum Cyn. ¶ Item not. quod vera laus deprehenditur ob experientia. ¶ Item not. text. ibi, qui iudicium imitantur, quod arbitria ⁊ compromissa imitantur et rediguntur ad instar, ⁊ similitudinem iudiciorum, ⁊ ita allegatur. ¶ Item not. quod omnes iudices qualescunque sint quando de causa cognoscunt, aut causas dirimunt debēt habere ante oculos sacrosanctas Scripturas, sed parum servatur in practica, licet communiter adhibeantur alie scripture notariorum non sacre. ¶ Item not. in versic. sic enim. quod per retentionem sacre scripture, ante oculos quis reminiscitur Dei, ⁊ cēsetur habere ante oculos ipsum Deum, ⁊ hinc emanavit illa practica iudicum dum dicūt soluz Deum pre oculis habentes ⁊c. secundum Baldum. ¶ In versic. scituri. not. text. ⁊ glo. in verbo, iudicabuntur. quod sicut iudices iudicāt alios, ita ipsi iudicabuntur, ⁊ ea mensura ⁊c. ad hoc etiam cap. cum eterni. de re iudic. lib. sexto. ⁊ intellige, quod non solum iudicabuntur ab hominibus, puta, a syndicatoribus, sed etiam a Deo: ut ibi Deo inspectore, cuius iudicium terribilius est tunc: quia ab eo non appellatur ex quo non habet maiorem iurisdictionem, tamen etiam: quia non fallitur neque fallit. l. finali. infra, de pon. auri. libro decimo. tum etiam quia pena per ipsum illata potest esse eterna: ut dicto cap. cum eterni. In authen. hodie. not. differentiam inter iuramentum, quod prestatur a maioribus iudicibus habentibus forte simplicem iurisdictionem, ⁊ a maioribus habentibus, etiam merum, ⁊ mistum imperium. illi enim iurāt se iudicaturos ⁊ sentētiaturos secūdum. ll. isti autē

iurant

iurant se facturos id, quod eis videbitur iustum, et sic sicut sunt maiores, ita et habent maius arbitrium, et poterunt ex causa transgredi. II. ratione casuum emergentium dicit Inno. in cap. primo. de constitu. secundum Baldum facit quod notatur in. l. hodie. ff. de penis. ⁊ in l. aut facta. in fine. eodem titu. ⁊ in. l. quid ergo. §. pena grauior. ff. ex quibus causis infamia irrog. ⁊ in. l. et si seuerior. supra eodem tit. secus in minoribus; vt hic, secundum Baldū. qui predicta inducit ad potestates terrarum qui iurant precise seruare statuta, ⁊ a forma statutorum non recedere: vt per eundem in dicta. l. ⁊ si seuerior. ⁊ quid importet huiusmodi iuramentum, quod prestatur per officiales de seruando omnia statuta ⁊c. vide plene in cap. j. de iureiurando. libro sexto. vbi dixi ❡ In. §. patroni. not. formam sub qua tenentur iurare aduocati se patrocinium prestaturos: quia prepositis sacrosanctis Euangelijs domini iurare se omni ope prestaturos se patrocinium quatenus putauerint iustum: secus si iniustum, ⁊ contra conscientiam. ❡ Unde not. vnam legitimam causam recusandi aduocationem, videlicet, propter conscientiam lesam: vt tetigi supra in. l. proxima. §. penult. idque habet locum non solum ante susceptam aduocationem. sed postea, si postea iniquitas detegatur: vt hic in versicu. sed si certam me precedente, ⁊ de ista conscientia statur dicto ipsius aduocati: vt hic patet. ❡ Item not. text. ibi fuerit contestata post nouationem propositam, ⁊ cōtradictionem obiectam: quia per istos actus, vel post videtur induci cōtestatio litis, de quo tamen in. l. prima. infra, de litis contest. ❡ Item no. ⁊ ad hoc allegatur quod exitus acta probat. faci. l. si boni. in princip. ff. de negotijs gestis. ❡ In gloss. in verbo tactis. dum dicit. l. caueitur: sed consuetudinem non habere. not. quod si consuetudo obmittit solennitatem introductam a lege actus ipse non propterea vitiatur: vt patet hic, quia sententia valet, licet iudices non seruauerint istam solennitatem iuramenti: vt dicit gloss. final. ē. in prima parte huius. l. ⁊ hinc dicit Bald. se consuluisse, quod licet statutum dicat, quod sententia dominorum consulum mercantie non valeat nisi interfuerint omnes quatuor consules tamē valebit sententia in qua interfuerunt tantummodo tres: quia ita fuit seruatum de consuetudine secundum ipsum, sed hic secundum dominum meum, dicitur stylus potius quā consuetudo iuxta notata in. l. j. ē. de sacrosanctis eccles. qui stylus nō erit necessario probandus, sed iudex ex officio suo supplebit cum sibi debeat esse notus: vt in dicta. l. prima. ⁊ dixi in. l. iij. vt que desunt. ⁊ de materia consuetudinis: vide plene per Bartol. in. l. de quibus. ff. de legib. ⁊ per Cy. ⁊ Bald. in. l. ij. que sit lon. consue. et per Nico. de mate. in tractatu suo de consu. Lex sancimus. hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 ☞ Contumax non auditur nisi refectis expēsis quas pars aduersa fecisse iurabit ⁊ iudex taxabit, ⁊ si iudex eū audiat ante refectionem facit litem suam, ⁊ primo taxantur expense secundo iuratur intra quantitatem taxatam tertio pronuntiatur in qua pronūtiatione iudex supradictum iuramentum sequi debet.

Sancimus. h. dicit.

a
1 [a] Contumax non auditur nisi refectis expensis quas pars aduersa fecisse iurabit ⁊ iudex taxabit, ⁊ si iudex eū audiat ante refectionem facit litē suam. hoc dicit. l. C. que in quibusdam est correcta per authenticā, iusiurandū. que vult, quod primo taxentur expense per iudicem. secundo iuretur intra quantitatem taxatam, tertio pronuntietur in qua pronuntiatione iudex debet sequi supradictum iuramentum. hoc dicit. iuncta auth. ❡ No. quod contumax non est audiendus nisi prius reficiat expensas litis ⁊ damna, scilicet intrinseca: vt colligitur ex text. ibi, que in iudicio vei santur. pro extrinsecis vero ⁊ pro lucro cessante, aliter prouidetur ⁊ non per hanc l. prouidetur enim per actio. in factum, ex edicto: si quis ius di. non ob. vt per Bartol. notabiliter ibi, ⁊ habetur in. l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de actio. empt. inter expensas autem ⁊ damna intrinseca computantur non solum honoraria aduocatorum ⁊ salaria notariorum, sed etiam cibaria forte data in hospitio testibus alienigenis, aut pro se facta, vltra quam domi fecisset: vt habetur in. l. quoniam liberi. infra, de testi. et in cap. statutum. §. insuper. de restitu. in sexto. ❡ Item not. quod iudex debet taxare expensas ad quarum refectionem contumax cogitur per ipsum iudicem delato iuramento ei qui fecit predictas expensas: quod iuramentum secundum. l. C. debet prestari ante taxationem, sed hodie secundum dispositionem authentice debet taxari prius ⁊ postea iurari, ⁊ sic per taxationem refrenatur iuramentum antequam prestetur, non autem corrigitur prestitum sicut ⁊ in simil. in. l. videamus. ff. de in litem iuran. ❡ Not. ergo quod expense litis probantur per iuramentum ⁊ hoc contingit tum propter difficultatem probationis: vt per gloss. in. l. finali. §. in computatione. de iure deli. ⁊ tetigi supra in. l. properandum. §. et si quod. tum etiam propter dolum contumacis: vt alias dicitur in. l. si quando. infra vnde vi. ⁊ in cap. fina. quod metus causa. ❡ Item not. quod iudex qui admittit nō admittendum vel audit non audiendum facit litē suā. ❡ Item not. text. ibi, sed requisiti ⁊c. quod iudices possunt citare etiam per seipsos. de quo in cap. cum parati. de appellatio. ⁊ in. l. ij. ⁊ in auth. qui semel. infra quomodo ⁊ quando iudex. ❡ Ibi itē no. in fine. quod contumax presumitur habere malam fidem ⁊ malam conscientiam. facit in authen. de exhiben. §. si vero. in authen. not. quod post iuramentum prestitum parti de expensis factis in litem contra contumacem iudex non debet venire contra, sed debet cogere contumacem ad refectionem earum: vt supra, non tamen dico quod ex hoc iuramento oriatur actio in factum: vt alias solet oriri, quando esset prestitum super facto obligatorio aduersarij: vt. l. actori. infra, de rebus creditis. quod factum obligatorium non cadit in terminis nostris: vt. l. terminato. infra, de fructibus ⁊ litis expensis. sicut nec ex iuramento in litem: vt institu. de actio. §. preterea. merito cogitur officio iudicis: vt voluit Oldra. et post eum Baldus, in hac authen. faciunt, que habentur in cap. super eo quod metus causa. ❡ Item not. quod interdum vtraque pars habet iustam causam litigandi propter negotij varietatem, sed tamen dicit Bald. hic, in dubio ille qui succumbit, presumitur malam causam habere: vt supra eodem. l. rem non nouam. in fi. ❡ Itē not. quod in sententia absolutoria expensarum debet inseri causa absolutionis, alias iudex facit litem suā: vt et in. l. properandum. §. sin autem alterutra. ❡ In gloss. j. hec opponit de superfluitate, quasi de huiusmodi expensis fuerit prouisum. supra eodem. l. properandum. §. sin autem alterutra. respondet gloss. quod hic differt ab illa in quatuor, primo quia illa loquitur de expensis factis post litem contestatam. hec de expensis factis ante ⁊ post. secundo, quia hic attenditur purgatio contumacie ibi finis cause hoc est victoria in causa principali, tertio quia hic fit taxatio a iudice de quo nihil dicitur ibi, quarto quia hic de refectione omnium damnorum, ibi tantummodo expensarum: tu vnico verbo expediendo dicas, quod illa loquitur de expensis reficiendis ratione victorie, hec de expensis reficiendis ratione contumacie. sunt enim plures cause refectionis expensarū: vna est ratione contumacie, alia ratione temeritatis, tertia ratione retardati processus, quarta ratione mutationis, vel emendationis, vel additionis libelli, quinta ratione victorie, sexta ratione regressus de euictione. De prima causa hoc est de expensis reficiendis ratione contumacie de quibus loquitur l. nostra. dicas quod ex dicta causa in qualibet parte litis potest venire refectio expensarum: quia vt dicit Bald. potest quis esse contumax in qualibet parte litis, vt hic patet. ❡ Et dicitur quis contumax tripliciter secundum Baldum. Primo quando nullo modo venit: vt. l. contumacia. §. contumax. ff. de re iudicata. Secundo quando venit, sed non stetit imo recessit illicentiatus: vt. l. scire oportet. ff. de excusationibus tutorum. Tertio, quando presens non vult respondere: vt. l. sed ⁊ si pretor. §. si dum decreto. ff. quibus ex causis maio. Adde tu quartum, quando non venit: sed misit

a ❡ Super hac. l. sancimus. videatis specu. in ti. de expensis. cuma. in cōsi. lviij. Ioā. de imol. in. l. qui autē. in fi. de verbo. obli. do. Maria. soci. in ru. de dilatiōi. arti. iiij. in. iiij. illatione ⁊ do. Phili. deci. in cōsi. xxxiij. in fi. in. j. volu. do. Alex. ⁊ Mo. in. l. si finita. in. §. sulimus. vbi aliquā do. dixi, de dāno infecto. S. T.

nuntium vel excusatorem qui allegaret causam absentie cum posset ⁊ deberet mittere procuratorem si ex causa non excusabatur: vt in cap. cum dilecti. de dolo et contumacia. ⁊ cap. querelaz. de procuratoribus. ¶ Item ⁊ vltra quando venit post terminum ad quem fuerat citatus: vt dicto cap. querelam. ⁊ dicto cap. dilecti. in omnibus istis casibus potest habere locum. l. nostra. volens quod contumax non audiatur nisi prius reficiat expensas, imo non solum per viam exclusionis ⁊ denegate audientie reficientur ⁊ sic causatiue, sed etiam peti poterunt per aduersarium, secundum Bald. ad hoc. l. j. §. si. ff. si quis ius di. non ob. ⁊ poterunt incidenter peti implorato iudicis officio: vt in rubr. ⁊ in. l. j. ff. de interro. actio. que procedunt antequam deueniatur ad secundum decretum. postea vero satis erit quod missus in posses. faciat fructus suos, secundum Imol. in cap. finem litibus de dolo ⁊ contuma. Sed quero an qui fuit contumax in prima vel ⁊ in secunda citatione, si nõ fuit contumax in tertia: quia in ea comparuit teneatur reficere expensas ipsius prime ⁊ secunde citationis, videtur quod non: quia cum esset adhuc tertio citandus, vt. l. ad peremptorium. ff. eodem. videtur quod licite potuerit tertiam citationem expectare, secundum Jaco. de areti. quod ⁊ videtur sentire gloss. in cap. querelam. de procuratoribus. dicens respectu prime citationis indulgendum esse tamen veritas est in contrarium: vt voluit in effectu gloss. in dicto cap. querelam. ⁊ gloss. in cap. quoniam cõtra. de proba. ⁊ in. c. j. de dolo ⁊ contumacia. lib. vi. ⁊ Cyn. Bartol. ⁊ Bald. hic in. v. quest. ⁊ Barto. in. l. qui ante calendas. de verborum oblig. quia non debuit citatus spernere preceptum iudicis in prima ⁊ secunda citatione esto quod ad eius maliciam conuincendam debeat ter citari ad hoc. l. si quis ex aliena. ff. eodez. ⁊ l. j. ff. si quis ius di. non obtẽ. ⁊ maxime si extra iudicium fuerat requisitus, ⁊ interpellatus secundum Imol. in. l. si finita. §. Julianus. ff. de damno. pro hac cõclusione optime facit text. in auth. qui semel. infra, quomodo ⁊ quando iud. ⁊ etiam ratio predicta: quia non est obediẽs, sed negligens qui secũduz expectat mandatũ dicit beatus Hieronymus. Alia pena est que imponitur de damno ⁊ interesse intrinseco, ex eadem ratione: vt supra in text. alia de extrinseco per edictum de quo in. l. j. §. hoc autem iudicium. si quis ius di. non ob. ¶ Item interdum indicitur in ecclesia: vt in. d. l. j. ⁊ per docto. in. l. plerique. ff. de in ius vocan. ¶ Item deuenitur interdum ad primum ⁊ secundum decretũ: vt in titu. quibus ex cau. in posses. ea. ⁊ in. d. §. Julianus. ⁊ in authẽ. ei qui. infra, de bonis aut. iud. poss. ¶ Item fuit interdum prosecutio processus contra actorem absentem: vt dicta authẽ. qui semel. ĩ. quomodo ⁊ quando iud. ¶ Item interdum punitur per viam ecclesiastice censure ⁊ excommunicationis propter nimiam contumaciam: vt in cap. quoniam frequenter. §. fin. vt lite non contest. ⁊ interdum nõ auditur appellans, quando fuit verus cõtumax: vt tactum est supra eodem. l. properandum. §. sin autem reus. De secunda vero causa refectionis expensarum, que est propter temeritatem, siue propter temerariam citationem non loquitur. l. nostra. sed loquitur propter. l. eum. quem temere. ff. eodem. secundum gloss. hic ⁊ ibi. in secũda sol. que communiter approbatur, ⁊ dicas quod ratione temeritatis condemnandus est citãs in expensis factis a citato puta: quia citatus specialiter vigore rescripti sub quo ipse non comprehendebatur comparuit, ⁊ in comparendo fecit aliquas expensas, secundum Innocen. in cap. quia nonnulli. de rescriptis. faciunt que habentur in cap. cum in multis. eodem titu. lib. vi. idem si fuit dubie, aut equiuoce citatus. nam tunc citatus habuit iustam causam comparendi, sed citans temere fecit non declarãdo quẽ citabat merito tenet citato ad expensas, secundum gloss. in dicta. l. eum quem. ⁊ vt per Ang. in. l. inter stipul. §. Stichum. de verborum oblig. ad eas poterit condemnari, etiam si non sequatur sententia diffinitiua: vt si citans statim dicat, tu nõ es compreheñ. sub in rescripto, vel non es ille, quem ego volui citare: vt habetur in cap. sepe. de appella. id que habet locum etiaz si citans non fuisset in dolo secundum Joan. andr. in. c. j. §. si quis. de sententia excommunica. lib. vi. licet in hoc gloss. in dicta. l. eum. quem. videatur velle contrariuz. ex quo infertur, quod nec iuramentum calumnie excusat

citantem ab huiusmodi refectione expensarum, ⁊ ita tenuit Barto. in. d. l. eum quem. in fin. ⁊ probatur in. l. j. §. queri potest. ff. ad Turpil. De tertia causa que est de expensis reficiendis ratione retardati processus loquitur text. in cap. finem litibus. de dolo ⁊ contu. ⁊ in. l. nõ ignoret. ĩ. de fruc. ⁊ litis expen. vnde si citatus comparuit tamen per ambages protraxit litem condemnandus est in expensis: vt ibi. De quarta causa refectionis expensarum que est ratione mutationis, vel tantum dationis vel aditionis libelli dixi plene in. l. edita. supra, de eden. De quinta causa refectionis expensarum, videlicet ratione materie loquitur text. in. l. propera. §. sin autem alterutra. ĩ. eodem. vbi expresse dicit victum victori condemnandum esse in expensis, verum est tamen quod ab huiusmodi refectione expensarum iusta causa litigandi excusat victum, vt tetigi in dicto. §. sin autem. ⁊ in. l. eum quem. ff. eodem. ⁊ approbatur ex fine text. in authen. ⁊ si in parte processus habuit iustam causam litigandi, ⁊ in alia non. puta: quia superuenit notitia debet condemnari in ea parte in qua non habuit iustam causam litigandi, ⁊ in alia absolui ab expensis: vt videtur velle Bald. hic. ad hoc. l. destitisse. ff. eodem. ⁊ quod not. Bartol. in l. qui in alterius. ff. de regulis iuris. ⁊ in. l. si quis inficiatus. ff. depositi. vbi voluit quod ex eo die teneatur quis reficere expensas, ex quo cognouit se non habere iustam causam litigandi, ⁊ cautum esset ad euitandum cõdemnationem totius renuntiare liti quam primum cognoscit se iustam causam non habere: vt dicta. l. destitisse. que autem sit iusta causa litigandi doctor ponunt multa exempla: vt est quando erant varie opin. in iure: vt per Bald. in. l. precibus. ĩ. de impuber. ⁊ in. l. cum nõ solum. §. necessitatem. de bonis, que. vbi tamen dicit adherendum esse caroccio, ⁊ ceteris paribus opin. gloss. est preferenda secundum Jaco. butr. in. l. j. qui pro sua iurisdict. ĩ. Item quando sunt consilia excellentum docto. hene inde intellige eorum qui soliti sunt dicere veritatez vt per Bartol. in. l. j. §. si plures. ff. de exerci. ⁊ habetur in. l. teritunato. de fruct. ⁊ litis expẽ. Item ⁊ quando habuit quis iustam causam ignorantie: vt. l. quanquam. ad Velleia. ⁊ in regula iuris, qui in ius. de regu. iur. lib. vi. ⁊ habetur in. l. si res obligata. de legatis. j. ⁊ in. l. fina. de lega. ĩj. Item ⁊ quando factum erat multum intricatum: vt in fine authentice nostre. ⁊ facit. l. sed ⁊ si me putem. ff. de condictione indebi. Item ⁊ quando habebat vnum testem tantum pro se: vt videtur velle Joan. and. in dicto cap. finem litibus. de quo tamen videtur dubitandum. Item ⁊ quando quis obtinuit in prima instantia postea appellatus ab aduersario succubuit in causa appellationis, videtur enim quod sententia ⁊ instatuia tribuat iustam causam litigandi in causa appellationis. argu. l. Herennius. §. Gaia. de euictio. tamen doc. communiter tenent contrarium: vt per Bald. in. l. generaliter. in princip. ĩ. de rebus credi. ⁊ per doctor. hic. et in dicto cap. finem litibus. sed tamen ad agnoscendum que sit iusta causa litigandi, possumus dicere quod totum hoc reponatur in arbitrio iudicis: quia de eo non potest dari certa doctrina: vt. l. iusiuran. §. non semper. ff. de iureiuran. ⁊ l. si seruos. ff. de pignor. actio. ⁊ facilior causa excusabit reum quam actorem: vt per Bartol. et Angel. in dicta. l. eum quem temere. ⁊ si statutum dicit, quod victus victori condemnari debeat in expensis, vel in instrumento quis promisit reficere expensas litis nõ excusabitur propter iustam causam litigandi, secundum Bar. in. l. litigator victus. ĩ. de fruc. ⁊ litis expẽ. ad hoc, vt sic statutũ ⁊ pmissio aliquid operetur vltra ius cõmune vt debet: vt. l. si serui. ff. de noxa. per Bar. qḋ puto verũ si nõ apparebit expresse, quod pars que tandẽ succubuit, habuit iustã causaz litigãdi: nã tũc excusaretur nõ obstante predicto statuto, vel pacto: quia satis est, quod statutum vel pactum predictum tollat dubitationem de iustitia, vel iniustitia cause litigandi, ⁊ faciat presumi quod victus non habuerit iustam causam, esto quod dicat se ignorasse, vel quid simile quod alias induceret presumptionem pro eo. ⁊ talem que non tolleretur per solam sententiam diffinitiuam cause principalis si cessaret predictum statutum. licet alias ex ipsa sententia soleat oriri tanquam presumptio iustitie contra victum: vt non excusetur a refectione expensarum pretextu iuramenti calumnie: vt per Bald. in dicta. l. non ignoret. de

fruc.

fruct. litis exp.⁊ per cano.in dicto capitulo. finem litibus.vbi predicta limitatio ad dictum Bal.videtur fuisse etiam de mente Imol.nam dicit quod dictum statutum debet intelligi secundum ius commune,⁊ vlterius subdit quod stante predicto statuto victus victori debet condemnari in expensis in eadem sententia principali, ⁊ nõ per aliam sententiam nouam.quod dominus meus hic dicit esse verũ in illis propter hos terminis statuti dicentis quod condemnetur ⁊c. secus si diceret quod teneatur victus victori: quia tunc ad expensas etiam post sententiam diffinitiuam poterit agi condictione ex dicto statuto:vt.l.prima.de condictione ex lege.⁊.l.statutis.ff.de acquiren.rerum dominio.⁊ tu adde quod si fuerunt promisse in instrumento per stipula.vt.§.poterunt peti actio.ex stipulatu,vt not.in dicta.l.terminato. sed quero an dicta refectio expensarum habeat locum in causa criminali.tex.videtur velle quod sic in.l.fi.§.de fruct.⁊ litis expe.sed Bal.ibi dicit quod illa.l.loquitur quãdo de crimine agitur ciuiliter.vnde videtur sentire contrarium quando criminaliter ageretur quod tenuit Anto.de butr.in dicto capitulo, finem litibus. sed tamen gloss.ibi simpliciter dicit quod etiam in causa criminali succũbens condemnandus est in expensis.⁊ ita sequitur Imol.ibi, dicens hanc esse communem opin. pro qua allegat.l.ij.§.qui accusar.non possunt.vbi dicit quod videtur esse casus. Quid autem si proceditur per viam inquisitionis respondet Bal.quod etiã si inquisitus obtineat iudex excusatur dũmodo processerit precedente fama.vel indicijs, ⁊ aliter non: quia tunc presumptio esset contra iudicem inquirentem,⁊ ideo iudex ipse deberet condemnari in expensis secundum Cyn.⁊ Bal. Unde cautus iudex quãdo videt quod inquisitus venit absoluendus reseruat sibi copiam indiciorum secundum dominum meum. Et hec possunt induci etiam ad syndicos nostros qui tenentur denuntiare maleficia ⁊ in ipsa denuntione requiruntur quedã expense. Quid autem importent verba iudicis dicẽtis in sententia, victum victori condẽnamus in expensis si forte vna pars fuit victrix victa. puta: quia vna obtinuit in certa parte, altera in residuo,vel vna obtinuit in vno capitul. altera in alio dic.vt not.per Baldum in dicta.l.terminato.vbi posuit plures alias que ad materiam condemnationis,vel taxationis expensarum.maxime ratione victorie pertinentes de quibus etiam per canon.in dicto capitulo, finem litibus.⁊ in capitulo, sepe.de appel. De serta causa refectionis expensarum que erat ratione regressus de euictione loquitur.l.vtique.ff.de rei vendica. pro expensis enim factis in litem,⁊ pro his in quibus fuit condemnatus habet ipse victus,⁊ cõdemnatus regressum contra venditorem si modo fecit debitum suum denuntiando venditori,⁊ se ipsum defendendo: vt.l. venditor ab emptore denuntiatus.ff.eodẽ.secus si collusisset, aut rem emptam sponte restituisset petenti: vt not.in.d.l.vtique.⁊ in.d.l.venditor.

SVMMARIVM.

1 ¶ Iudices delegati a principe, vel ab alio possunt ex causa subspicionis ante litem contestatam recusari, sed recusantes compelluntur eligere arbitros, qui vice delegati funguntur,⁊ ordinarius non recusatur aliter suspectus, sed associatur ⁊ adiungitur sibi episcopus, vt causa per eos dirimatur,⁊ si recusatus est absens dicta recusatio est proponenda coram preside aut loci defensore,vel duumuiris qui iudices compellent recusantem in triduum ad eligendum arbitros ⁊ quid de iuris canonici dispositione.

APertissimi. [a]Iudices delegati siue a principe, siue ab alio possunt ex causa suspitionis ante litem contesta.recusari,sed recusantes cogentur eligere arbitros qui fungantur vice delegati.ho: dicit.l.C.sed si aliter subspectus ordinarius fuerit non recusatur,sed associatur ⁊ adiungitur sibi episcopus,vt sic per eos causa amicabiliter dirimatur.hoc di. it auth.si vero cõtingerit.que loquitur in ordinario,⁊ denegat eius recusationem prouidendo tamen de coadiutore vbi.l.C.loquebatur in delegato,⁊ cũ cedebat eius recusationem postea sequitur.l.fi.que vlterius prouidet coram quo iudice debeat fieri,⁊ proponi dicta recusatio si dictus recusatus est absens,⁊ dicit qđ debet pponi coraz preside,vel defensore loci,vel duumuiris qui iudices compellent recusantem ad eligenduz arbitros.§.triduum.⁊ eius sententia mandabitur executioni per primum delegatum nisi fuerit appellatuz.que appellatio debet fieri ad delegantem non ad ipsum iudicem suspectum.⁊ hoc dicitur in.l.fi.de iure autem can. potest recusari etiã ordinarius propter subspicionẽ allegata coraz eo probali causa suspicionis,que postea veniat probanda coram arbitris communiter eligendis, ⁊ ea probata remittitur causa ad superiorem, vt vel ipse procedat, vel alteri committat de recusationis assensu: causa autẽ non probata iudex sua iurisdictione vtetur. ita determinatur in.c.cum speciali.de appel.⁊ sic in multis differt ius cano.a ciuili in hac materia recusationis, vt.§.patebit.has autẽ.ll.de suspitione loquentes simul continuaui pro commodiori declaratione intermissa.l. certi iuris.quam postea in fi.titu.legemus redeundo ad l.nostram. ¶ No.q iudex suspectus potest recusari ante litem contesta.vel iurboatam dicit hic tex.de quo tamen per Innoc.in.c.cum inter monasterium.de re iudica ⁊ per Joan.and.in.c.ij.de ordi.cog.⁊ per Bart.⁊ plenius per Imol.in.l.quidam consulebat.ff.de re iudi. vbi ponunt quo ordine ⁊ in quo actu iudicij proponenda sit predicta exceptio. ¶ Item no.quod ad principẽ pertinet curare,vt lites procedant sine subspicione,⁊ ideo non debet committere causam iudici petito a parte,vt no.in auth.de tri.⁊ semiss.§.quoniam sepe.⁊ in.c. ij.requiris.de appella.⁊ in.d.c.cũ speciali.⁊ ibi an possit recusatio prohiberi per principem,vel per alium superiorẽ. ¶ Item no.tex.ibi, libello recusationis ei porrecto.quod recusans iudicem sibi subspectum debet coram ipso iudice recusato proponere libellum recusatio[a]nis.⁊ sic patet quod recusatio proponẽda est in scriptis, vt etiam.§.in authentica.si vero.⁊ in.l.fi.post princ.⁊ tenet Panormitanus in.c.prudentiã.§.sexto.de off.dele. in tertia col.de forma autẽ huiusmodi libelli dicetur.§. in gl. ¶ Itẽ not.quod porrecto predicto libello eligũtur arbitri qui,vt dicit hic tex.fungunt vice delegati.sed de iure cano.vt.§.dixi,arbitri non cognoscunt de tota causa sed cognoscant solum de causa suspitionis vtrum sit legitima nec ne.vt in.d.c.cum speciali.quod est verũ regulariter. Sed fallit in tribus casibus,de quibus in.c. si contra vnum.de off.deleg.lib.vi.videlicet quando recusatur vnus ex duobus vel pluribus delegatis cũ illa clausula,quod si non omnis,vel quod si non ambo.nam tunc causa suspicionis est probanda coram collega.item ⁊ quando recusatur delegatus ab episcopo, vel ab alio ordinario:nam causa recusationis est coram ipso episcopo,vel ordinario probanda.item ⁊ quãdo recusatur vicarius episcopi:quia tunc causa suspicionis debet probari,⁊ proponi coram ipso episcopo,⁊ his tribus casibus non eliguntur arbitri,vt in.d.c.si contra vnũ. ¶ Item not.ex isto tex.melius quam alibi secundum Bal.rationem quare ab interlocutoria non appellabitur:qr si appellaretur lites fierent immortales,⁊ extenderentur in infinitum dicit hic tex.de iure autem can. vt scitis, etiã ab interlocutoriis appellabitur, vt.c.vt debitus.de appell. ¶ Ultimo not.q licet delegatus recusetur tamen ad eius petitionem ordinarius compellit partes ad eligendum arbitros.de quo etiam in.l.fi. In auth.si vero. not.q de iure ciuili ordinarius non recusatur propter suspicionem,sed ei adiungitur socius,videlicet, episcopus,qui simul cum iudice ordi.⁊ suspecto dirimant litẽ amicabiliter. ¶ Item no.q ad iudices pertinet lites cõponere amicabiliter,si potest,ad hoc.c.i.de mutuis petitionibus.⁊ dixi in.l. preses.§.de transac.⁊ ista amicabilis compositio est quedã transactio,vt in authẽ.vt diffe.iudi.§.colla.⁊ in hac authẽ.que ad hoc solet allegari. In.l.cum specialis que est vltima huius titu.not.coram quo iudice sit interponenda recusatio iudicis suspecti casu quo ipse iudex suspectus sit absens.debet enim interponi coram iudice loci vbi degit volens recusare:qr non est consequẽs ad longinqua loca pro hac sola causa proficisci. ¶ Item no.q arbitri electi in locum iudicis recusati propter suspicionẽ de tota causa cognoscunt,vt ⁊.§. in.l.apertissimi. ¶ Item not.q sententia istorum arbi

[a] ¶ Ad hanc.l. apertissimi.vltra Curti.do. Jaso. do.Jacobi.⁊ mo. hic,videatis do. Aret.in cõsi.xx. in vlt.col.⁊ cõsi. xxix. in pen. col. do.Bar.vero.in cõn.cxvij.⁊ cõn. clxxij. Pan. de ca.in cõ.xxij. do. Perusinũ, post alios in.c.postre mo.i.i.col. de ap pella. Roma. in cõsi.cccx.do.Ale xã.in cõsi.cuij. in ij.col.in.v.vol.⁊ limitate hãc.l vt per do. maxime Mo.in authenti ca,offeratur.§.de litis contesta.⁊ per do. Francũ in.c.prepositus.de appellatio. S. T.

¶ Sup ista authẽtica si vero cõ tigerit. videatis Old.in cõs.cxlvij. Jo.de imo.⁊ do. Petrũ de perusio in.l.si ex duobus. ff. de duo. reis.do. Alex.in cõsi.clxxxij. in.ij. col.in.ij.vol.⁊ cir ca associationem episcopi in decidẽda causa,omni no videatis do. Alex.in cõsi.ccc xxvj. S. T.

trorum qui dicentur arbitri iuris mandatur executioni per iudicem ordinarium, vel delegatum a principe, & si intelligis de ordi. vel delegato qui fuit recusatus prout intelligit glo. ꝫ. in l. apertissimi. in ver. executore sequitur mirabile quod suspectus in causa principali non est suspectus in causa executorie. quod posset procedere in executione que non requireret cause cognitionez secundum ea que habentur in l. miles. §. iudicati. ff. de re iud. non in ea in qua requiritur cognitio, & in qua versatur instantia: vt. l. i. ꝫ. de iur. calum. imo nec in isto casu potest habere locum iste text. in quantum referremus ad iudicem delegatum ab inferiore a principe: q: talis non exequitur etiam sententiam propriã, vt per Bart. in. l. a diuo pio in princ. ff. de re iudic. vnde videtur quod iste tex. potius debeat intelligi de alio executore quaz de iudice recusato. & maxime, q: recusatus erat absens. ¶ Itẽ no. quod a sententia dictorum arbitrorũ appellatur ad delegantẽ, vt dicitur hic in ver. nisi fuerit &c. vnde duo sunt in hoc ponderanda. Unũ quod a sententia arbitri oritur actio, & ab ea appellatur cuius contrarium dicitur in. l. i. ꝫ. de arbi. sed dicas illam loqui de arbitro simplici istam de arbitro electo ex necessitate in locum iudicis recusati, & sic de arbitro iuris. Ex quo infertur vnum valde notabile quod a sententia arbitri electi ex necessitate imposita per l. vel statutum oritur actio. & appellatur nisi prohibita sit appellatio secundum Bar. & Bal. Aliud ponderandum erat: q: a dicta sententia arbitri siue arbitrorum non appellatur ad superiorẽ ipsius arbitri neq; ad iudicem recusatum, sed appellatur ad euz qui deleganerat ipsum iudicez delegatũ. ad hoc etiaz qđ in. c. si ab arbitris. de offi. deleg. lib. vi. & ratio est: q: ipse arbiter succedit in locum iudicis recusati, & sic in locum delegati merito appellatur ad delegantem, & sic etiã dici potest de arbitro electo ex necessitate statuti nostri, qui succedit in locum primi iudicis coram quo causa vertebatur, vt per Bal. in. l. si iudex nutriri. de his qui sunt sui vel alie. iuris. nam ab eius sententia appellaretur ad superiorẽ ipsius iudicis in cuius locuz arbiter successit casu quo statutum non prohiberet appellationem: secus si talis arbiter non successisset in locum alterius iudicis vt est arbiter extraiudicialiter electus. nam tunc si ex forma statuti oritur actio ex sententia ipsius, vt est hic, debet appellari ad superiorem ipsius arbitri, & ita memini me consuluisse in quodam clerico arbitro a cuius sententia fuit appellatum ad dominũ Barigellũ, & dixi dictã appellationem non tenuisse quod adde ad dicta in l. ii. ꝫ. vbi & apud quem ¶ In glos. in verbo, iudices ibi, sed an ordinarius possit recusari. hec questio est expresse decisa, de iure cano. vt patet in cap. secundo requiris. & in d. c. cum speciali, & est declaratum. ꝫ. post prin. ideo non curo amplius in ea insistere. potes tamen addere dictis ibi, quod si ordi. fuit allegatus suspectus, & ei fuit associatus episcopus prout debet associari generaliter de iure ciuili, & causa sit talis quod episcopus non possit se intromittere in ea puta, q: sanguineus, tunc de iure ciuili formabitur libellus retento illo proemio, & concludendo quare peto nobis associari episcopum seu declarari associatum per l. & non esse procedendum in causa sine associato episcopo secundum Bald. hic post Jacob. butr. Item potes addere quod etiaz vbi sunt plures iudices possunt recusari ex causa suspicionis, vt. c. casu el. ii. de offic. deleg. quod not ad sententias ferendas per collegium in quo non solet cadere suspicio, vt not. in. c. a. licet ex suscepto. de foro compe. & per glo. in. c. i. extra eo. tamẽ poterunt allegari suspecte particulares persone, & ita recusari. arg. eorum, que habentur in. l. sicuti. & l. si in tres. ff. de arb. & ita tenuit Panormitanus in. d. cap. causam. & Andr. in. d. c. cum speciali. ¶ In glo. in verbo, recusare in prin. not. quod princeps potest tollere potestatez recusandi iudices ex causa suspicionis, inferior autez nõ posset, vt not. in capit. pastoralis. de appellat. & ibi per Imol. vbi etiam dicit quod si princeps tollit recusationem puta ponendo in rescripto clausulam recusatione remota quod hoc casu poterit nihilominus iudex recusari suspectus ex causa suspicionis in iure expressa: q: non intelligitur virtute illius clausule, recusatione remota prohibita recusatio que a iure inuenitur specialiter. & expressa permissa per ea que dicentur in simi. de clausula appellatione remota in. c. pastoralis. de appel. & in capitulo, super eo el. secũdo eodem titu. & per Speculator. in titulo, de recusatione. §. fina. ver. quid si causa. & per Bart. & doct. in dicta. l. prima. in fine. ff. a quibus appell. non licet. & hoc verum in predicta simplici remotione, & prohibitione recusationis. sed quando remoueretur ex certa causa tunc esset clarum quod ex illa causa recusari non possunt secundum Imol. in dicto capitulo. pastoralis. prope finem princ. vbi tamen subdit qđ clausula, recusatione remota non poterit apponi per alium quam per principem, & quod remota appell. non intelligitur propter ea remota recusatio nisi appellatio remota sit propter fauorem cause: quia tunc intelligitur r. mota etiam recusatio per capitulum. super eo el. secũdo. de appell. Item si propter grauitatem, aut notorietatez delicti, vt capitulo. peruenit tex. de appellationib. ¶ In eadem ibi, & not. hic vera est, & notabilis conclusio glo. de iure ciui. quod nec allegãda sit necessario causa suspicionis nec probanda: quia arbitri statiz veniunt ad merita cause principalis obmisso articulo suspicionis, sed de iure can. secus est. ideo opportet causam suspicionis inserere in libello, vt capit. postremo & in dicto capitulo, cum speciali. & ibi an si est allegata vna causa corã iudice recusato sufficiat probare aliam coram arbitro. & remanet ergo differentia inter ius canon. & ciuile: quia de iure cano. recusari potest etiaz ordi. sed de iure ciuili regulariter non recusatur, sed datur ei coadiutor. Item q: in libello non exprimitur causa de iure ciuili. sed de iure cano. exprimitur. Itez quia arbitri qui eliguntur de iure ciuili in locum iudicis recusati cognoscũt de tota causa, sed de iure can. cognoscunt de sola causa suspicionis, vt colligitur ex dictis. ¶ In gl. in verbo, libello. not. formam libelli in causa suspicionis. ¶ In gloss. in verbo, excusatur e hec fuit declarata. ꝫ. in tex. ad. l. si.

¶ Circa. l. si. huius ti. de iudi. vltra domi. Corne. Areti. do. Iaso. do. Anto. de alexã. do. Plũbinũ do. Rimi. & do. Iacobi. hic, ac Vnder. habetis optimas decisio. Anch. i cõs. cclxx. spec. in tit. de accusa. is. §. fin. in versi. sed quid si vnus. Bal. in cõs. si eccl. in. iii. col. in. v. volu. domi. Alex. in cõs. cxxiii. in. iii col. in. iiii. vol. do. Areti. in l. nemo potest. in xvi. que. Bar. de le. i. e cõs. lxxxvii. in viii. col. & do. Fely. in. c. fina in pen. col. de re iudica. S. T.

¶ Super hac. l. certi iuris. videatis do. Frã. Areti. in. l. cũ quidaz in. §. quod dicit. de acqui. heredi. & videatis docto. in. l. i. de ventre inspi. de forma iurisiurandi obstetricum. & do. Frãci. Areti. hic, & qđ illiteratus possit esse iudex cũ assessore tũ habetis vltra Mo. hic decisiões docto. in. l. si. de senten. ex peri. reci. j. & do. Fely. in. c. suscitatus. in ver. illiteratus. de rescri. & vos domini aduertatis ad ista in dies accidẽtia, & videatis etiã Mo. in tra. de iudiciis. in. j. charta. S. T.

SVMMARIVM.

1 ☞ Milites possunt esse presides & iudices, & quomodo intelligatur pulchre declaratur siue periti siue imperiti extiterint milites.

C

Erti iuris. h d. [a] Milites [1] possunt esse presides, & iudices, hoc dicit. ¶ In [1] text. ibi, quod enim &c. not. quod qui habet peritiam alicuius rei ille potest de ea idonee iudicare. ¶ In text. per vsum quotidianũ. no. quod approbatus per vsum communem non potest tanquam non sufficiens, & non idoneus reprobari, vt probatur hic. qđ est notandum ad consultores, vel notarios alicuius artis in hac ciuitate non tamen dico quin possint recusari ex alia causa puta ex causa suspitionis: quia imo poterunt, vt tenent docto. in capitulo, cum speciali. de appell. ¶ In glo. in verbo, hominibus & in gloss. in verbo, magistratus. potes concludere quod si loquimur de militibus literatis, & tunc habeat locũ indistincte. l. nostra. q: possunt esse iudices & sentẽtias legere & iudicare. nec dignitas militaris debet eis cedere ad inuidiã. arg. eorũ que habentur in. l. ad inuidiaz. ꝫ. quod metus cau. & in. l. si longius. §. fina. ff. eodẽ. aut de illiteratis, & tunc dicas quod tales possunt esse maiores magistratus quibus permittitur legere per alium si nesciunt per se ipsos, vt dixi alias in. l. si. j. de sententiis ex per. reci. & ideo poterunt esse potestates terrarum in quibus exercent merũ & mistũ imperium, & sunt tanquaz presides prouinciarum hodie, vt per Bar. in. l. 3. ff. de dam. infe. debent tamen retinere assessores, & consiliarios, & notarios secundum Bald. hic. Minores autem iudices esse non poterunt, nisi forte in leuibus causis, in quibus sententia teneat sine scriptis, vt in authentica, nisi breuiores. j. de sententiis ex peri. reci. vel forte nisi inter solos milites, vt videtur velle gloss. nostra. in princip. sequitur Rubrica, de sportulis.

SVMMARIVM.

1 ☞ Continuatio rubrice, & de sportularum varietate.
2 In quo differat titulus iste a titulo, de fructibus, & litiũ expensis.

Sportule

3 Sportule cuius lucro cedant.
4 Sportule an sint soluende secundum estimationem a principio factam, vel secundum veritatem postea apparentem cum generali salariorum consideratione.

De sportulis, ⁊ sumptibus in diuersis iudicijs faciendis: ⁊ de executoribus litium. Ru.

Ontinua † rubricam, vt in gloss. ⁊ declaramentum hoc mō, supra dictum est de iudicijs in quibus prestande sunt sportule, id est, salaria quedam, que dantur iudicibus ab vtraque parte, vt in authentica, vt iudices sine quoquo suffra. §. nolumus. ⁊ in authētico, de iudicibus. §. ne autem circa hic labor. Item datur executoribus, vt institu. de actio. §. tripli. ⁊ nuntijs: vt. l. cum donare. supra. de episcop. ⁊ cler. in fine. ⁊ in authentica, sed hodie ideo ponitur hic hec rubrica, de sportulis, id est, de predictis salarijs sic dictis a genere vasis, vt in dicto. §. tripli. Et quia non solum dantur sportule, sed fiunt etiā varij sumptus in iudicijs ideo de his etiam dicit, ⁊ vltra quia necessarij sunt executores ponit vltimo loco de executoribus. Et aduerte: quia † titulus iste differt a titulo, de fructibus ⁊ litis expen. quia ille loquitur de recuperandis hic de faciendis. Item aduerte: q̄ de prima, ⁊ secunda parte huius rubrice, hoc est de sportulis ⁊ sumptibus in. l. dicitur in nigro. ⁊ sic rubrica, est generalior nigro sicut alias in authentico, vt fac. noue consti. post princip. ⁊ intelligitur per mittere, esto quod non loquitur dispositiue, ex quo alias nichil operaretur, ⁊ potest allegari sicut si dispositiue loqueretur, vt in rubrica, ne fideiuss. do. dentur. Cuius † autem lucro cedant sportale que soluuntur verum iudici qui de causa cognouit, an ei qui iudicauit, vel ei qui fecit executionem vide in dicto authentico, de iudici. §. ne autem circa hec labor. ⁊ per Bartolum. in. l. fin. §. fina. ſ. de app. ⁊ per Baldum in authentica, qui semel. ſ. quomodo ⁊ quando iudex. in pe. col. Et an † sportule sint soluende secundum estimationem a principio factam, vel secundum veritatem postea apparentem vide per Bartolum in. l. fina. §. fin. ſ. de apoc. ⁊ generaliter de salarijs iudicum, vide in. l. prima. §. diuus. de varijs ⁊ extraordina. co. ⁊ per cano. in capitulo, statutum. § insuper vt gratis. de rescriptis in. vi. sequitur Lex, quisquis fuerit.

SVMMARIVM.

1 ☞ Executor siue nuntius qui a principio in vna causa interuenit debet prosequi vsque ad finem ⁊ iudex qui eum mutat punitur nisi remotus fuerit negligens aut male versatus sit: quia tunc potest ab officio remoueri, ⁊ puniri, ⁊ qualiter hoc intelligatur declaratur ⁊ ampliatur.

Visquis fuerit. h. d. [b] Apparitor † siue executor siue nūtius qui a principio interuenit in vna causa debet prosequi vsque in finem, ⁊ iudex qui eum mutat punitur nisi primus fuerit negligens aut male versatus sit: quia tunc potest ab officio remoueri ⁊ puniri. hoc dicit cum. l. secunda. ¶ Not. q̄ ipsemet nuntius qui a princip. interuenit debet prosequi vsque in fine, ⁊ idem in executore deputato ad exequendum, vel custodiendum secundum alium intellectum gloss. sed hoc de iure procedunt vbi vnus erat nūtius, vel executor ceteri iudices a republica deputandi: secus si ipsemet iudex eum elegisset secundum Bal. in. l. secunda. circa finem. infra quomodo ⁊ quando iud. de consuetudine autem diuersi nuntij a republica in vna, eademque causa citantur, ⁊ referunt, secundum contingentiam commissionum: quia sunt plures, ⁊ non specialiter determinati ad certum tribunal. sunt etiam notande leges nostre ad notarios, qui inceperunt scribere in vna causa, vt non debeant mutari nisi ex causa necessitatis: vt. l. in fraudem. §. quoties, in manu commentariensis. ff. de iure fisci. ⁊ per Baldum in. l. testamenta. infra, de testamen. ⁊ in. l. prima. ff. de officio consulis. Quod procedit etiam si duo officiales, aut duo notarij essent apud vnum tribunal deputati: quia tunc si vnus incepit debet prosequi ipse non alius quamuis sit quodammodo collega, ⁊ ita voluit Jacob. butrig. in apostillis prout refert Bald. hic, in fine prime. l. quamuis. ⁊ hoc de consuetudine non seruatur vsque quaque, ⁊ vide in capitulo, quoniam contra, de probationib. in. l. secunda. ¶ Not. quod si nuntius doli qui in officio potest puniri etiam pena corporali dummodo iudex coram quo deliquit habeat talem potestatem, ⁊ iurisdictionem secundum Baldum: alias suppletur per superiorem, vt in text. hic in versicul. sin autem. facit capitul. at si clerici. de iudic. ⁊ quod dicit, de teste in. l. nullum. infra, de testib. potest etiam remoueri ab officio, ⁊ [a] alius subrogari, vt hic. ¶ Item no. quod si nuntius est negligens in citando aut referendo, vt quia non referat aut referat causam non instructam dicetur male versatus. Ex quo infertur quod debet referre, ⁊ quod processus non teneat si non expectata relatione iudex festinauit: vt in. l. multum interest. de conditionibus ⁊ demonstrationibus, ⁊ ibi per Bartolum, ⁊ Baldum hic in fine. ⁊ in. l. si vt proponis. infra quomodo ⁊ quando iudex. ⁊ vide in capitulo, cum parati. de appellationib. [b] ¶ In gloss. in verbo, supponere que est in. l. secunda. not. quod iudices delegati possunt in causa sibi commissa eligere nuntium. ⁊ ita dicit glo. quod colligitur ex isto text. concordat. de officio delegati. capitulo, pastoralis. de alijs autem iudicibus dixi in authentica, qui semel. infra quomodo ⁊ quando iudex. Rubrica de pedaneis iudicibus. hoc dicit.

De pedaneis iudicibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 ☞ Sententia lata per delegatum ab non valenti inter illas personas delegare non valet, ⁊ hoc qualiter intelligatur.

Ex prima. h. dicit. [c] Sententia † lata per delegatum ab eo qui non potuit inter illas personas delegare non valet hoc dicit. ¶ In gloss. finali not. quod sententia lata per eum qui non potuit delegare, non valet: etiam ex vi prorogationis, ⁊ hoc: quia iurisdictio sua erat nulla, ⁊ quod nullum est prorogari non potest. l. secunda. vsque ad. § legatis. ff. de iudic. bene tamen potuisset valere in vim pacti: vt. l. secunda. infra cōmunia vtriusque iudic. ⁊ habetur in capitulo, de causis. de officio delegati. sequitur Lex, placet.

SVMMARIVM.

1 ☞ Presides non delegant causas pedaneis iudicibus hodie de facili sicut olim sed tunc demum delegant [c] si ipsi sunt occupati multitudine causarum, ⁊ his iudicibus non delegant ingenuitatis, ⁊ libertinitatis, vel causas ex mero eorum officio cognoscendas.

Lacet. h. d. Presides † non delegant causas de facili pedaneis iudicibus sicut olim sed delegant tunc demum si ipsi sunt propter publicas occupationes, vel propter multitudines causarū impediti, imo nec tūc quidam delegāt causas de quibus ex merito eorum officio cognoscebant, ⁊ de ingenuitate, ⁊ libertinitate, de his enim presides ipsi

[a] ¶ Sup ista ru. de sportulis. vltra Rimi. Plurib. Jacobi. ⁊ mo. videatis nouissimos in tracta. de salarijs presertim. in. v. vi. ⁊ vij. charta. S. T.

[b] ¶ Super hac. l. quisquis. ⁊ in ordine. vltra domi. Corne. do. Aret. hic, ⁊ Mo. videatis Bal. in. l. i. in vij. que. de offi. cōsu. Bald. in. l. imperator de sta. homi in fi. guiel. ⁊ Bal. in. l. repetita. de epi. ⁊ cle. Bald. in. l. testamenta. ſ. de testa. Mo. in. l. ij. ſ. de iu. fisci. post glo. Ang. hic, ⁊ Ange. post gl. in authētico, de here. ⁊ Falci. in. §. siue ro absunt. ⁊ Ange. post Jaco. de bel. in. §. huic nobis. co. ti. S. T. ¶ Et in. l. ij. de sportulis. vltra Moder. videatis Bart. in tra. ad reprimē. in ver. per nunciū. Bal. in. l. nullum. ſ. de test. Bald. in. l. diuus. ff. de falsis ⁊ Inno. originaliter in. c. ij. de fideiusso. S. T.

[c] ¶ Super hac. l. j. de peda. iu. vltra adducta per Bal. hic, in. i. no. ⁊ per Mo. iuxta hoc q̄ nō habēs ordinariam iurisd. nō pōt legatā cōcedere, habetis casum in ca. quomodo de cōdi. distin. iij. ⁊ in c. dalbertum. j. que. 7. S. T.

dĳudicant nec per hoc eorum iurisdictio diminuitur. hoc dicit ad literam. Et primitte ad euidentiam quod iurisdictionis plures sunt gradus de quibus alias late dixi in.l.imperium.ff.de iurisdictione omnium iudicum. pro nunc cōsidera tres gradus. Unus est simplicis,& infime iurisdictionis,& de isto nichil dicitur in litera,sed dicetur.§.in.l.fina. Alius est medie,& alius maxime de hoc secundo,& tertio loquitur ista lex,dicens quod cause que sunt medie iurisdictionis olim poterant per presides delegari pedaneis iudicibus,sed hoc corrigitur per.l.nostram cum quadam limitatione quia hodie nō possunt delegari nisi presides sint impediti propter publicas occupationes,vel propter multitudinem causarum:quia tunc possunt eas delegare,vel simpliciter secundum unum intellectum,vel saltem reseruata sibi sententia secundum alium intellectū,qui datur ad illa verba ibi,notioni sue &c. ¶ No.ergo quod olim medie cause,id est,pecuniarie que iure actionis ventilantur,& expediuntur,& excedebant summā.ccc.aureorum legalium poterant delegari quo ad cognitionem,& diffinitionem etiam ex leuissima causa,sed hodie regulariter non possunt quin saltem prolatio sententie reseruetur,ut hic secundum unum intellectum. ¶ Fallit propter publicas occupationes,& propter causarum multitudinem: quia dictis casibus possunt delegari in totum. Cause autem maxime que sunt meri imperiĳ,& de supremo gradu secundum dicta in dicta.l.imperium.& cause status,& libertinitatis non possunt delegari hodie sicut nec poterant olim.& per hoc non minuitur iurisdictio presidum dicit hic text. circa finem. ¶ Unde not.quod cause que explicantur per officium iudicis nobile non possunt aliquo modo delegari: ut.l.nequicquam.§.ubi decretum.ff.de offic.consul. ¶ Item not.quod per reseruationem causarū specialiū non diminuitur,sed potius augetur potestas eius cui reseruātur in signum superioritatis.facit.l.prima.ff.de offic.eius.sequitur Lex placet.

¶ Super hac.l. placet.i.in ordi.i.e. habetis pulchras deci.domi.mei.do.Marci de mantua.Rimi.& do.Purpurati in.l.i.de offic.eius in.l.imperiū:in.l.more.de iurisdi.om.iu.do.Purpu.& repetentiū in.l.nequicquā m.§.ubi decretum.ff.de offi.procon.& aduerta.is ad antea dicta Bald.hic. S. T.

SVMMARIVM.

¶ Iudices delegati debent iudicare nec possunt ad delegantem committere maxime cum ab eis possit appellari.

Placet h.d. Iudices † delegati debent iudicare nec possunt ad delegantem committere maxime cum ab eis possit appellari.hoc dicit. ¶ In text.ibi maxime &c.quasi dicat,& propterea non est adeo timendum. ¶ Et quo not.quod sententia a qua non potest appellari maius preiudicium affert,& ideo tunc in ea cautius est agendum argumento capituli,ubi periculum.de election.in.vi. ¶ Quod not.pro his que dicit Bartol.in illa sua disputatione a sententia iudicis qui male iudicauit &c.ad aliqualem executionem iudicis in syndicatu si ab eius sententia fuit appellatum,vel potuit appellari de quo etiam habetur in.l.prima.ff.quod quisque iuris.sequitur Lex,placuit.

a ¶ Super hac.l. placuit.videatis,Bal.Fulg.Rimi.& do.Lancelotum,decium.ac Mo in.l.mortuo iudice.ff.de iudiciis. S. T.

b ¶ Super hac.l. unica qui pro sua iurisdi.ultra do.Corne.do.Aret.& Mod.habetis notabiles decisiones Mo.in.l.Titia so.ma do.Fely.in.c.inter dilectos,in.iĳ.col.de fi.instru.& in.c.cū sit generale.de foro compe.do.Phili.deci.Ripe,& do.mei do.Augusti.beroi in.c.ĳ.de iudi. S. T.

SVMMARIVM.

1 ¶ In locum iudicis delegati mortui,vel impediti debet alter subrogari.

Placuit.h.d.[a] In locum † iudicis delegati mortui,vel alias impediti debet alius subrogari.hoc dicit. ¶ Et sic not.quod per mortem,vel reuocationem iudicis delegati non finitur instantia.quod patet: quia coram subrogato postea proceditur ex eisdem actis,ut hic.& idem in iudicibus,& aliis officialibus,ut notatur in.l.mortuo,& in.l.iudicem soluit.ff.de iudi.& l.secunda.supra.de sponsalie.sequitur Lex,quedam.

SVMMARIVM.

1 ¶ Cause minimi gradus simplicis iurisdictionis indistincte possunt delegari.
2 Iudices pedanei duobus modis nuncupantur.

Quedam.hoc dicit. Cause † minimi gradus simplicis iurisdictionis possunt indistincte delegari.hoc dicit. ¶ Et not.gloss.dum dicit quod † pedanei dicuntur duobus modis.sequitur Rubrica,qui pro sua iurisdictione.

Qui pro sua iurisdictione iudices dare dariue possunt. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 ¶ Non potest quis delegare causam non sue iurisdictionis,& si delegat delegatus non tenetur ei obedire,& si obedit factum ipso iure non valet,nisi sit subdelegatus a delegato principis.

Lex prima. h. dicit. [b] Non † potest quis delegare causam non sue iurisdictionis,& si delegat delegatus non tenetur ei obedire,& si obedit id quod facit non valet ipso iure in tantum quod nec appellatione opus est nisi sit subdelegatus a delegato principis.hoc dicit. ¶ Nota,quod delegatio facta ab incompetenti iudice est nulla ipso iure.incompetens autem hic dicitur duobus modis secundum gloss. in verbo,iurisdictionem. Uno respectu cause:quia non pertineat ad iurisdictio.delegantis,& ita intelligit glo. princip.l.nostre. Alio respectu persone illius cui delegatur:quia non sit homo sue prouincie,nam talis delegatus non tenetur acceptare delegationem.l.eum qui.ff.de iurisdict.omnium iudicum.sed si acceptat valet secundum gloss.in verbo,potentiam.sed doct.communiter tenent contrarium nisi procedat,ut ordinarius,de consensu partium,ut & per Baldum in.l.secūda.infra si a non competente iudice,& hic,& per Inno.& doc.in capitulo,cum ex officiĳ.de prescriptio.& ita intelligit gloss. ver.quod si quis. ¶ Item no.quod ubi sententia est nulla ibi,non est necessaria appellatio ad idem.l.prima.§. quando prouoca.non est necesse.& ratio est:quia tunc appellatur a non iudice secundum Baldum.quod procedit ubi nullitas prouenit ex defectu iurisdictionis: quia tunc appellaretur nō a iudice,sed a priuato,ut notatur in cle.prima.de seque.poss.& fruct.sed ubi nullitas proueniret ex alia causa,tunc dicta ratio nō militaret,& an per appellationem videatur confirmari sententia vide in.l.prima.infra quando prouocare. ¶ Item not.quod delegatus principis potest cuilibet quamlibet causam delegare,ut ibi nullo personarum causarum ve &c.quilibet ergo debet delegato principis parere cum in causa sibi commissa sit maior quolibet ordinario post principem,& quelibet causa ab eo poterit delegari etiam si sit meri imperiĳ,que alias nō solet esse delegabilis.[c] Ex quo enim fuit delegata per principem per quē sine dubio potuit delegari mutauit naturam suam ita quod effecta est delegabilis secundum Guil.cuius opin.placet etiam Bald.argumento istius tex.ibi dum dicit nullo personarum causarum ve &c.ut.s. ¶ In gloss.ibi,nisi in casu quando confirmatur dic quod imo,& si confirmaretur non valeret in vim sententie: ut.l.priuatorum.infra,de iurisdic.omn.iudi.sed bene poterit valere,ut pactum,ut in.d.l.ĳ.§.mand.utriusque iudi.& ita tenet Bar.& Bal.& tetigi.s.eo.in prin. ¶ In eadem ibi,& non hoc declaratū est.s.in primo notabili de duobus modis incompetentie. ¶ In gloss.in verbo,patientiam ibi,sed quid si cognitor &c.dic similiter,ut.s.in fine primi notabilis

bilis. ¶ In eadem ibi, item quid si in prin. glo. vult quod si delegans non habuit iurisdictionem a princip. sed supervenit, confirmetur delegatio ex superveniente iurisdictione, vt ex nunc. Iac. butr. Bal. & communiter doct. tenẽt quod imo nec vt ex retro, nec vt ex nunc confirmetur: quia superveniens iuridictio non confirmat retro factum a iudice incompetenti. quoniam id quod est ipso iure nullum non potest confirmari, vt in regula iuris nõ firmatur. de regu. iuris. libr. vi. & idem tenet gloss. in. l. i. vbi de cri. agi oportet. non obstat dicta l. licet. ff. de iudi. & l. licet. de procurat. quia maior est defectus iurisdictionis quam mandati procuratoris de quo ibi. ¶ In glos. in ver. resedisse. ibi, sunt ergo tria. no. tria que requiruntur ad hoc, vt teneat delegatio, que tamen an sint omnino necessaria patet ex. §. dictis. ¶ In gl. fi. in fine. litera text. legit duobus modis vno, vt dicat ad nos: alio, vt dicat ad eos, & secundum primum modum habetis quod a sententia lata a delegato principis appellatur ad ipsum principem. concordat. l. i. in fi. ff. quis & a quo. & facit. l. fi. §. de iudiciis. & ibi, si alienarem, videlicet: quia ibi arbiter qui successerat in locum delegati, erat suspectus secundum alium vero modum legendi literam, vt dicat ad eos. ¶ Not. a sentẽtia lata a subdelegato principis appellatur ad subdelegantem, & sic est specialis casus in quo appellatur ad subdelegantem non ad primũ delegantem etiam casu quo alius delegãs potuerit subdelegare, vt no. in. l. a iudice. §. de iudiciis. In aliis enim subdelegatis per delegatum ab inferiori a principe contra est dicendum: quia cum talis delegatus non habeat iurisdictionem, non appellatur ad ipsum delegatum, sed ad primum delegantem, vt in cap. super questionũ. de offic. deleg. & in. c. si delegatus. eod. titu. lib. vi. nec mirum quod a sententia subdelegati a delegato principis appelletur ad ipsum delegatum: quia etiam in eo est aliud speciale, videlicet quoniam ipsemet delegatus exequitur sententiam suam: cuius contrarium est in aliis, vt. l. a divo pio. ff. de re iudica. sequitur Rubrica, ne quis in sua causa iudicet, vel ius sibi dicat.

a *Ne quis in sua causa iudicet, vel ius sibi dicat*[a]. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞ Continuatio rubrice, intelligentia & declaratio.

1 SVpra † visum est de iudiciis, & quibusdam iudicibus nũc ne quis in sua causa iudicet, & adverte: quia ista rubrica, & similiter text. in nigro habet duas partes, secunda ibi, vel ius &c. & in hac secunda videtur idem repetere quod dixerat in prima, & sic quod sit superflua: tamen responde quod prima loquitur quando quis vellet iudicare in causa propria in qua tamen non intervenisset, vt actor, vel vt reus, & sic tanquam vna de personis subeuntibus iudicium, sed aliter pertineret causa ad ipsum forte respectu alicuius cõmodi, vel incõmodi. in secunda vero quando intervenit, vt actor, vel vt reus, & sic vt persona in qua iudicium subeatur secundum gl. §. in rubrica. de iudiciis, & quod not. in capitulo, forus. de verbo. signifi. vel dic, vt in gloss. super nigro.

SVMMARIVM.

1 ☞ Nemo est iudex in causa propria, & hoc cum declaratione & fallentiis exponitur.

1 LEx prima. h. dicit.

b ᵇ Nemo † est iudex in causa propria. hoc dicit. Fallit in pluribus casibus, & primo in tribus casibus positis hic in gloss. videlicet in casu l. iure mandata. §. mandat. que. l. loquitur in extraiudicialibus consistẽtibus in libero arbitrio non in iudicialibus: itaque parum facit ad propositum, nec est opus excipere de eo. ¶ Secũdo fallit quãdo actio esset tempore peritura, vt. ff. de offic. presi. l. senatus. vbi ad interrumpendum cursum temporis procedas ad cõtestationẽ litis, & nõ vlterius. ¶ Tertio fallit secundum gloss. in. l. i. de confess. sed ibi, non proceditur summando ita quod illa non loquitur in sententia, quem casum adde vbicumque l. defert alicui iuramentum: vt. l. fi. §. de fideicõ. ¶ Quinto fallit in officiali cognoscente de iniuria sibi facta: nam interdũ potest de ipsa cognoscere, vt est quando iniuria dicitur facta principaliter officio licet concernat secũdario personam suam aut suorum: vt d. l. senatus. & per Bart. in. l. si quis forte. §. si quis. de penis, & per Cyn. & Bal. hic ad hoc. l. nullum. §. de testib. & l. ii. §. de spon. & l. i. ff. si quis ius dic. non ob. Idem si iniuria concernat principaliter personam, & sit notoria: quia tunc officialis ille censetur potius executor quam cognitor, ar. eorum que habentur in. l. emptore. in princi. ff. de act. empt. & per gloss. in. l. i. §. qui & adversus quos. & suspectus in principali non solet haberi pro suspecto in executione: vt. l. fi. §. de iudic. & per gloss. in. l. ii. ff. de in litem iurand. ¶ Sexto fallit, vbi vertitur primum interesse ipsius iudicis, vt est quia cognoscit, an sua sit iurisdictio, licet speret commodum sportularũ, vt per Innoc. in capitulo, ex parte. de verbo. signi. & per Bar. & latius per dominum meum in. l. ex quacunque. ff. si quis in ius voc. & per Imol. in. l. quidam consulebat. ff. de re iudica. ¶ Septimo fallit in episcopo qui potest cognoscere de causa sue ecclesie, vt per Innoc. in dicto cap. ex parte, & per Bal. hic. ¶ Octavo fallit in habentibus ius suppreme potestatis: quia cum non habeant superiorem, possunt ipsimet de causa cognoscere, & iudicare: vt. l. proxime. ff. de his que in testamento delẽ. & in capitu. cum dilecti. §. quia vero. de confirmatione vtili, vel inutili, & in cap. cum venissent. de iudiciis, & ideo civitates que non recognoscunt superiorem de iure, vel de facto, vel ex privilegio, vel ex parte constãtie possunt cognoscere de causa sua, vt autem cognoscatur dicit Ange. in. l. qui iurisdictionem. de iurisdic. om. iud. quod debet constituere iudicem inter se & privatum, & ipse sic constitutus poterit cognoscere & terminare, tamen statuta communiter provident in istis casibus. sequitur Rubrica, qui legitimam personam.

c *Qui legitimam personam standi in iudiciis habeant, vel non*[c]. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞ Sententia lata contra pupillum sine tutore in iudicio existentem non valet.

LEx prima. h. dicit.

1 Sententia † lata contra pupillum sine tutore in iudicio existentem non tenet. hoc dicit. ¶ In gloss. in verbo, adversus. ibi, secus in interlocutoria. bene dicit intelligẽdo de interlocutoria de mittendo quem in poss. ex primo decreto: quia natura eius est, vt is contra quem fertur sit indefensus: vt. l. neque impuberes. §. fi. ff. de in ius voc. secũdum Bartol. & Bal. & de materia dic, vt. §. si adversus rem iudi. l. cum & minores. sequitur Lex, in rebus.

SVMMARIVM.

1 ☞ Pupillus cum autoritate tutoris, & adultus cum autoritate curatoris recte possunt agere & convenire.

1 IN rebus. h. d. Pupillus † cum autoritate tutoris, & adultus cum autoritate curatoris recte possunt agere & conveniri. hoc dicit. testi gl. §. in. l. proxima. & plenius in. l. non

a ¶ Sup ista ru. ne quis in sua cã. videatis declarationes & limitationes adductas p do. Fely. in. c. cũ venissent. in. iii. col. & p do. Phili. dec. in pen. & vlt. & per Mo. in rũ. de iudiciis. S. T.

b ¶ Super hac. l. vnica ne quis in sua causa. vltra Mod. hic, post do. Corne. & do. Areti. habetis optimas decisio. do. Alex. in cõsi. i. in. iii. col. in. v. volu. do. Fely. in ii. no. c. i. de pba. do. Alex. in cõsi. cliii. in. iii. & iiii. col. i. ii. vol. & do. Alexan. in consi. cxxxv. in. ii. col. in i. vol. S. T.

¶ Et hãc. l. vnicã ne quis in sua causa. limitate vt per Bar. in. l. ex sentẽtia. de testa. tute. & advertatis ad dicta pau. de cast. hic, & an episcopus possit esse iudex in causa sue ecclesie. vltra adducta & cumulata hic, per Mod. videatis Oldr. in cõsi. clvi. S. T.

c ¶ Ad hanc. l. i. qui legi. personã. videatis do. Areti. in. l. cum & nos minores. §. si adver. rẽ. iu. do. Iaso. in authẽtica sacramẽta. in. xviii. vel. xx. col. §. si adversus vendi. et do. pe. gerar. in no. lxvi. S. T.

¶ Et limitationes etiã Ad hãc l. i. videatis per Mod. adductas in authentica sacramẽta puberũ in re. in. iii. col. S. T.

to minus.ʒ.de procurato.

SVMMARIVM.

1 ☞ Quelibet persona etiaʒ inhabilis admittitur ad agendum de momentanea possessione, sed non de proprietate.

a 1 Momentanee. a Quelibet† persona etiaʒ alias inhabilis admittitur ad agendum de momentanea possessione, sed non de proprietate. hoc dicit ista.l.que solet reputari difficilis, ꝛ ponit tria dicta secundum vnum intellectũ qui videtur melior, ꝛ communior. Unum dictum est quod actio que mouetur pro possessione, potest exerceri per quancunque personam. ¶ Ex quo not.quod quelibet persona admittitur ad agendum possessorio: ꝛ ratio est, quia quod admittatur ad agenduʒ possessorio est fauor ipsius agentis secunduʒ Bald.quod autem hic dicitur de quacunque persona intelligas generaliter etiam si sit alias inhabilis, vt pupillus sine tutore, ꝛ adultus sine curatore, ad hoc enim est facta ista.l.ꝛ ita debet intelligi vt aliquid operetur, ꝛ ponat aliquid speciale in possessorio prout intendit: bene tamen faceret iudex hoc casu ex officio suo conuocare consanguineos impuberis ne ipse circumueniatur, vt dixi alias in.l.i.in.vij.limitatione.ʃ.de confess.vbi idem videtur velle Bald.circa xx.colũ. sed non intelligas de quacunqꝫ persona, hoc est de persona omnino inhabili, vt de infante, vel furioso, vel si. quia absurdum esset de ipso intelligere secundum.d.meum. ¶ Et sic not.quod verba, generalia non stant precise in sua generalitate nec restringuntur ad idoneitatem, sed capiunt quandam mediam viam, vt generalitas aliquid operetur, ꝛ tamen non nutriant absurduʒ quod not.ad ea que habentur in.l.i.ʒ.de sacrosanc.eccl. ꝛ.l.i.ff.mand.ꝛ in.l.ij.ff.qui satisd.cogan.faciunt que habentur in.l.si serui nostri.de nora.de statuto quod debet intelligi secundum ius commune quantum potest ita, vt aliquid operetur, ꝛ non nutriat absurdum, ꝛ hec de primo dicto.secundum dictum est quod iste pupillus, vel adultus mouit iudicium possessoriuʒ sine tutore, vel curatore prout potest de iure mouere, vt.ʒ.non poterit latenter, vel per obreptionem mouere iudicium petitoriũ ꝛ sic questionem de proprietate in iudicium deducere sine tutoris vel curatoris autoritate, etiam si possessoriuʒ moueat cum autoritate tutoris, vel curatoris, ꝛ multo magis si sine ea, ꝛ hoc vult dicere iste textus ibi maxime cum absque conuentione. ¶ Ex quo not.quod obreptitia petitio non debet admitti, ꝛ sub pretextu iudicij admissi non debet fieri transitus ad prohibituʒ, ꝛ ideo sub pretextu possessionis, nãciscende nõ potest pupillus, vel adultus sine autoritate legitime persone rationem petere, id est, ad petitoriuʒ transire: ꝛ si transit, hoc non nocet aduersario minoris: quia potest opponere de inhabilitate persone: quod intellige verũ pendente. lite post sententiam enim posset obijci, vt.ʒ.de procura.l.non eo minus.ꝛ.ʒ.eod.l.i.secundum Bal. Tertium dictum est quod si minor mouit iudicium possessorium, ꝛ aduersarius eius vult eum reconuenire, non potest sine legitima persona tutoris, vel curatoris, siue velit reconuenire petitorio iudicio siue qđ est specialius possessorio secundum aliquos, ꝛ ita intelligatur tex.hic in.ver.nihil autẽ. ¶ Ex quo no.ꝙ conuentus possessorio a minore nõ potest ipsum minorẽ reconuenire petitorio secundum vnũ intellectum nec possessorio secunduʒ alium, ꝛ sic iste minor admittetur solum in isto casu quãdo vult agere possessorio, ꝛ veniet limitanda aut.ꝛ consequẽter.ʃ.de sententijs ꝛ interloc.omn.iud.ꝛ cap.dispendia.de rescrip. in.vi.ꝛ ratio est quia, vt.ʒ.dixi quod minor audiatur sine autoritate tutoris, vel curatoris in possessorio est introductuʒ fauore ipsius. vnde secundum dominũ meum non perdit propter hoc beneficium restitutionis, sed quod possit reconueniri tendit in odiuʒ, vt in dicta authentica, ꝛ consequenter.merito licet admittatur agendo non admittetur in defendendo ne quod in fauorem eius est inductum, conuertatur in lesioneʒ. ¶ Et sic no. casuʒ in quo maior solennitas requirit in reconueniendo quam in agendo ad limitationem dicte authentice, ꝛ consequẽter, ꝛ dicto capitulo, dispendia. ¶ In gl.prima, in princip.no.de iudicio petitorio, ꝛ poss.ꝛ quomodo intelligantur, ꝛ que sint species interdictorum que dantur ad possessionem de quibus etiam plene per doc.to.in.l.rem que nobis.de acq.poss. ¶ Ja.ea.ibi, predicta quidem iudicia ꝛc.not.quare possessoria iudicia dicentur momentanea siue momentaria, ꝛ quantum ad terminos nostros tene primaʒ rationem hic assignatas videlicet: quia poterit esse quod parum duret possessio apud euʒ qui obtinuit reiecta secũdaratione que licet sit vera in se, tamen non conuenit litere: nam licet non appellat iudicium momentaneuʒ: quia tunc bona esset ratio illa: quia cito possit expediri ꝛc.cum sit summarium, vt tactũ fuit.ʒ.de iud.l.iudices.sed appellat iudiciũ momẽtanee possessionis, ꝛ sic dictio momẽtanea terminat id de quo agitur, ꝛ non modũ agendi, merito prima ratio gloss.magis conuenit litere. ¶ In glo.in verbo, quacunque, dic vt.ʒ.in tex.circa primum dictum. ¶ In gl. finali ibi, not.ergo argumentum hec semper allegare quod testes in causa possessionis non sunt interrogandi de proprietate, ꝛ si interrogantur non tenẽtur respõdere, vt fuit dictum in.l.ij.§.quod obseruari.de iuramẽto calum.ꝛ si respondeant, nihil valet eorum responsio dicit ista gloss.ꝛ ratio est quia respondent impertinenter, ꝛ non iurati: quandoque tamen articuli de proprietate non sunt impertinentes in iudicio possessorio, puta si agitur interdicto vti poss.ꝛ probationes sunt hincinde pares in omnibus, nam tunc obtineret qui melius probaret de proprietate secundum Jacob.butr.in.l.incerti.ʒ.de interdict.ꝛ Bar.in.l.si duo.ʃ.vti poss.ꝛ Bal.in.l.ordinari.ʃ.de rei vendi.ꝛ tetigi in.l.si duo patroni.ff.de iureiurã.merito tũc articulus de proprietate debet admitti.idem in interdicto adipiscende, vt per Bart.in.l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir.poss.idem in causa.l.cum querebatur.ff.vnde vi.secundum Bar.in.l.si de vi.ff.de iudici.si ergo in predictis casibus fieret articulus de proprietate deberet admitti, ꝛ testes possent interrogari, ꝛ interrogati tenentur respondere ex ratione predicta: imo, ꝛ si nõ esset factus articulus: tamen testes iurassent dicere veritatẽ super articulis, ꝛ tota causa valeret eoruʒ depositio de proprietate ad causaʒ pertinente, vt not.in.l.si duo patroni.§.idem Julianus.ff.de iureiuran.ꝛ in dicta.l.si quis libertatem.ʃ.de pet.hered.ꝛ hic aliqualiter per Bal.

a ¶ Super hac.l. momẽtanee. aduertatis ad dicta Cy.ꝛ Bal.hic, ꝛ videatis do. Jaso.in.l.sciendũ.in x.col.de ver.obli. do.Alexã.in.l.a diuo pio.in.§.si quis.in.ij.col.de reiudi. S. T.

b ¶ Super hac.l. vnica vt nemo inuitus. vltra plũ hi. Riminal.do. Corne.ꝛ Mod. hic, habetis declaratiões ꝛ limitatiões doct.presertim Mo.in.l. diffamari.ʃ.de inge.manu.imo. do.Alexan.ꝛ excellentissimi. doctoris do.Caroli ruini.in.l.de pupillo.in.§.si is cui.ff.de no.operis nũ. S. T.

Nemo inuitus agere, uel accusare cogatur. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞ Nemo inuitus agere, vel accusare compellitur, Fallit tamen hoc in.xij.casibus notatis hic per dominus Corne.post alios.

b 1 Ex prima.h.d. b Rubruʒ† summat nigrum, ꝛ nigrum summat seipsuʒ. ¶ In gl.prima hec in princ.allegat concordantes postea ibi, ꝛ idem dicit idem esse in reo, ꝛ respõdet tacite obiectioni dicens: quia sufficit in poss.missio ꝛc.deinde ibi, nisi allegat plures fallentias, ꝛ Primo in casu.l.sed ꝛ hec.§.preter.ff.de procurato. Secundo in negotiorum gestorum: vt.l.si autem.de neg.gest. Tertio in procuratore: vt.l.a procuratore.ʃ.manda. Quarto in tutore: vt.l.ij.ʃ.arbitriuʒ tutele. Quinto in herede: vt l.i.ʃ.de his quibus vt indi. Sexto in administratore ciuitatis: vt.ʃ.de admini.reruʒ ad ciuitatem pertinentiũ. l.ij.§.si eos. Septimo in matre: vt.l.sciant.ʃ.de legi.heredibus. Octauo in eo qui iam litem proposuit: qr compellitur prosequi, vt in authentica, qui semel.ʃ.quomodo ꝛ quando iudex. Nono in eo cui ad instantiam aduersarij absfuturi assignatus est terminus ad agenduʒ. nam post terminum non poterit agere secundum gloss. que loquitur de scholari aut stipendiario conuento duʒ paratus ꝛ accercitus esset ad discessum, ꝛ haberet pedem in staffili: nam non debet propterea remorari, si

prius

primo fuit adversario suo assignatus per iudicem terminus ad agendum, dicit ista gloss. sed tamen dominus meus putat non excludi perpetuo ab agendo, sed eatenus quatenus satis fiat cause ne discessus suus remoretur: postea vero poterit agere si forte scholaris deliberat non discedere, vel si discessit, & postea reversus est secundum ipsum dominum meum ultra alios ar. eorum que dicit Bart. in l. si pecunie. ff. ut in possess. legato. Decimo fallit ultra gloss. in casu. l. actione. ff. de procurat. & l. omnium ff. eo. in glo. ubi assignatur alicui terminus ad agendum. Undecimo ratione diffamationis: ut l. diffamari. de ingenuis & manu. Duodecimo in spoliato omnibus bonis, vel maiori parte sive meliori parte bonorum: nam cum talis non sit inquietandus pro aliquo debito antequam restituatur, ut capitulo, frequens. de restit. spoliato. & per Angel. in l. si maritus. de donatio. inter virum & uxor. & iniquum sit quod creditores semper expectent, statuitur terminus. s. quem agant. & valebit iste libellus ago, ut agas: ut. ff. fami. ercisc. l. as consequenter. §. celsus Decimotertio in creditoribus usurariis quibus datur terminus ad agendum, ut per Bal. in authentica, ad hec. s. de usur. & per Ange. in. l. i. §. quod dicitur. ff. si cui plus quam. per. l. Falci. & habetur in l. si. s. de usuris pupil. dicta autem assignatio termini in dictis casibus operatur, ut si ille qui debuit agere. s. terminus non agat. possit postea nolens agere repelli per except. predictam a litis ingressu secundum Bald. in. l. edicto. s. de edicto divi. & hic per glos. que ad hoc allegat. l. i. s. de remiss. pignorum. facit quod dicitur de pacto de non agendo, vel non petendo ad tempus, ut per Inno. in capitulo, exceptionis, de litis contest. lib. vi. & hec puto vera, nisi assignatus sit dictus terminus ex dicta causa ne retardetur, ut dictum est. s. de scholari.

De ordine iudiciorum. *Rubrica.*

SUMMARIUM.

1 ☞ Si agenti petitione hereditatis obiiciatur questio status iudex (etiam si aliter nõ cognosceret de causa status) tamen hoc casu examinabit utrumque, sed bene super principali pronuntiabit.

LEx prima. h. dicit.

a 1 Si agẽti † petitione hereditatis obiicitur questio status, iudex etiam si alias non cognosceret de causa status: tamen hoc casu examinabit utranque, sed tantum super principali pronuntiabit. hoc dicit. & sive ponas casum in petitorio, ut summavit sive in possessorio adipiscende. utroque enim modo potest intelligi secundum gloss. dicas quod contra istos tutores agentes nomine pupilli posthumi preteriti, & dicẽtes propter dictam preteritionẽ ruptum esse testamentum, opponebatur per scriptum heredem exceptio status, hoc est, quod ipse pupillus non erat filius testatoris, vel quod erat natus ex ancilla, & sic servus: ut. l. partum. s. de rei vendi. & insuccessibilis: ut. l. servus. s. communia de success. dicitur quod preses cognoscit de utraque questione, videlicet de principali. & de incidenti. sed solum de principali pronuntiat.

¶ In tex. ibi, adite & ibi, docete. not. quod verba, quamvis sint imperativi modi: tamẽ si sunt prolata mere pro interesse eius ad quem diriguntur, non inducunt preceptum. sed consilium. ad idem. l. age. s. de transa. ubi dixi. ¶ In tex. ibi, agnatione filii &c. not. quod nativitate posthumi preteriti rumpitur testamẽtum de quo in. l. posthumo. s. de bon. poss. contra tab. & in auth. ex causa de liber. preteritis. ¶ In ver. neque enim no. quod incidẽs questio status non impedit iudicium principale de quo infra in gloss. ¶ In tex. ibi, & si super ea not. quod iudex qui de certa causa non potest cognoscere principaliter potest nihilominus de ea cognoscere incidenter. ad hoc. l. quoties. supra, de iudiciis. quare autem hic non posset principaliter cognoscere iste iudex de causa status, dicetur infra in gloss. ¶ Item not. ex hoc text. in fine quod iudex cognoscit, sed non pronuntiat super incidenti de quo etiam. infra in gloss ¶ In gloss. in verbo, agnatione ibi, contra infra, de carboniano edicto. l. prima. not. quod licet questio status & bonorum pupilli soleat differri usque ad tempus pubertatis, ut dicta. l. prima. & ff. de carbo. edicto. l. prima & secunda. tamen quando expedit pupillo, ut procedatur, non debet differri: expedire autem potest si forte pupillus habeat nũc probationes in promptu quas posset perdere si tam diu differet: ut. ff. de carbonian. edicto. l. tertia. §. due. ¶ In eadem ibi, item secundum hunc casum gloss. bene solvit contrarium de. l. liber. infra, de petitione hereditatis. & tamen vide etiam in dicta. l. prima. infra, de carboniano edicto. ubi immiscetur questio status pupilli, & matris sue. ¶ In eadem ibi. l. tertia. §. missum. bene solvit in effectu: quia sive pupillus agat sive conveniatur, semper debet attendi utrum pupillo expediat differri necne secundum Baldum. ¶ In eadem ibi, sed hinc. solu. videtur contra. ff. de carboniano edicto. l. pen. dic quod ibi, differtur plenaria cognitio, sed nõ differtur summaria, que summaria sufficiebat in illo possessorio. Unde c potes concludere ex omnibus contrariis. s. dict. & solut. eorum quod aut pupillus agit, aut convenitur, primo casu aut agit possessorio aut petitorio. si possessorio, tunc questio status differtur quo ad plenariam cognitionem non quo ad summariam: ut dicta. l. penult. aut petitorio & tunc non differtur: quia pupillus in una manu petendo procedit, & in alia volendo supersedere esset sibiipsi contrarius, & illa media via quod summarie cognoscatur non plenarie, non habet locum ubi agitur petitorio secundum Bald. secundo casu quando pupillus convenitur, & sibi movetur questio status tunc simpliciter attẽditur utrum expediat supersedere necne: ut. s. per di. §. due. & in dubio presumitur, quod expediat differri nisi verisimiliter tenendum sit, ne pereant probationes; ut quia testes sint valitudinarii, vel senes, vel absfuturi, argumento eorum que habentur in authentica. si quis aliquid. infra, de testib. & in capitulo, quoniam frequenter. ut lite non contest. vel si alia causa moveat iudicem propter quam credat expedire pupillo quod de causa status disceptetur, & non differatur in aliud tempus: ut dicta. l. prima. §. primo. de carboniana edicto. & hec ubi vertitur questio de statu pupilli asserẽti heredis, sed ubi vertitur questio de statu defuncti tunc non differtur: ut dicta l. liber. infra, de petitione heredit. ¶ In gloss. in verbo, non possit, vera sol. colligitur ex distinctione. supra dicta. quia si loquimur quando pupillus agit petitorio tunc in isto ver. & si super. mutatur casus, & dic non possit, scilicet, alias quando pupillus conveniretur: nam tunc deberet differri questio status, nunc autem potest, scilicet quando agit: quia interest sua, ut cognoscatur. si vero loquimur quando pupillus agit possessorio, tunc expone non possit, scilicet plenarie: quia differtur, ut supra, & sic concordabit iste ver. cum fine. l. quidam etiam ut Petr. intelligunt non possit, scilicet ratione incompetentie: quoniam hic erat pedaneus iudex qui de causa status non potest cognoscere principaliter, sed bene potest incidenter: ut. l. quoties. supra, de iudi. & si diceretur quod imo preses de quo loquitur hic, est de maioribus magistratibus: respondet Pet. quod nomen preses hic accipitur large pro quolibet alio iudice. ad hoc gloss. in l. secunda. supra, de pedaneis iudicibus circa finem. que ita intelligit. l. nostram. sed docto. communiter tenent precedentes solut. ¶ In gloss. magna ibi, Ioan. non distingunt, dicit dominus meus quod hec gloss. non bene describit questionem emergentem, & incidentem, & quãdo super ipsis sit pronuntiandum, & quando non. Unde declara potissimum iuxta dicta ipsius quod emergẽs est illa que opponitur, & allegatur in ipso processu, & respicit processum sive habeat ortum ante processum, ut tu nõ potes esse procurator: quia miles, vel similiter sive habeat ortũ in ipso processu, ut quod testis nõ debet admitti, quia infamis, vel quod non est iudex ille qui asserit iudex sive ex ipso processu, ut quod non debet dari tanta dilatio. Incidens autem est illa que respicit iustitiam, vel iniustitiam cause, & merita ipsius, & opponitur, vel allegatur ad ultimatum finem victorie, ut sunt omnes exceptio. peremptorie de quibus in. l. peremptorias. infra

¶ Circa. l. i. de ordi. iudi. advertatis ad dicta cy. butrigarii Bar. Bal. & Fulg. & ultra Mo post do. Comen. do. Areti. hic, videatis do. Panormi. in c. i. in vii. col. de ordi. cogni. do. Alexã. in. l. quod iussit. in. i. col. de re iudi. do. Alex. in. l. si finita. in. § iulianus. in. xxii col. de dãno infec. Et circa articulũ istũ utrũ incidẽs incidenter decisuz in alio iudicio refricari valeat, ultra cumulata hic per novissimos, videatis optimaz decisionẽ Pau. de ca. in cõsi. xcvi. in i. volu. in novis impressionibus. S. T.

a ¶ Do. benedic. de plumbi. ⁊ do. Anto. de alexan. istaz. l. si questio. in ver. patrueles fratres ⁊ cōuerso vltra alios hic notant ⁊ bene, p obseruātia quorundaz locorum italie in quibus patrueles amitini ⁊ consobrini fratres nūcupātur. non simpliciter quēmadmodū est casus hic meltor de iure. Madicono mio fratel cugino. ⁊ mio fratel consobrino. ⁊ isto ordine distinguūt vlteriores i gradu dicentes. mio primo cugino mio cugino germano. tūc de secūdo gradu trāsuersalium intelligētes sed si simpliciter profertur. dicendo mio cugino. in aliquibus locis de secundo. gradu intelligitur. ⁊ in aliquibus puinciis vlterioris gradus nō habetur consideratio, nisi sub parētele nomine. ⁊ qui in francia domāda no il cognato del fratello il patregnio il socero del padre. il genero ⁊ il figliastro del figliuolo. idem vt in primis. ⁊ secūdis casibus de feminis intelligendo. ⁊ ista do. vti cotidiana, sunt notanda pro sta-tutis. ⁊ testiū dictis secundū commune vsuz loquendi loci interpetrandis. et quo ad hec omnia videatis etiaz. modernissi. in tra. de duo. fratrib⁹ in. i. ⁊. ij. charta optime loquentes. S. T.

b ¶ Ultra Mo. limitate hāc. l. qn̄. vt per Joan. de imola. in. c. i. de mu. petitio. ⁊ p do. Panor. ibi in. xvi. col. S. T.

c ¶ Super hac. l. i. vltra Mod. adducentes infinitas Rote deci. vi

sententiam rescindi non posse. ⁊ habuerunt ortum ante processum, ⁊ ideo exceptio. rei finite que possunt opponi in duplici virtute si opponantur ad processum, vt nō procedatur vlterius inducunt quest. emergentem super qua debet pronuntiari, vel intelligitur pronuntiari saltem tacite, vt procedendo ad vlteriora, vt per gloss. not. in. l. secunda. §. sed si dubitetur. ff. de iudic. si autem apponantur ad merita cause, vt non debeo: quia transactū vel iudicatum, vel iuratum tunc inducunt questionem incidentem de qua cognoscitur, sed non pronuntiatur nisi in vltimato fine, ⁊ sententia principali, ⁊ sic per quādam consequentiam super ipsa incidenti, vnde ⁊ in hoc differt incidens ab emergenti: quia in emergenti oportet pronuntiare expresse, vel tacite per processum ad vlteriora: nam ex quo opponitur ad processum oportet procedere, vel non procedere, sed in incidenti nihil pronuntiatur expresse nec tacite nisi in vltimato fine: imo, ⁊ in vltimato fine interdum ipsa questio incidens non determinatur, puta quando fertur absolutoria ex alia causa, vel ex alio respectu, sed an in dubio videatur super incidenti pronuntiari de quo tangitur per gloss. nostram in fine conclude quod, aut de ipsa incidenti non est plene cognitum, ⁊ tunc non videtur pronuntiari: vt l. secunda. hic allegata in gloss. facit. l. si in diem. §. si rationem. ff. de compensatio. Aut fuit plene cognitum, ⁊ tunc quantum ad casuz nostrū dic quod aut fuit lata sententia super principali pro puero, ⁊ videtur super incidenti pronuntiatum, vt hic in text. quia non potest super principali verificari sententia, quod ipse sit heres patris nisi intelligatur pronuntiari quod ipse sit filius ⁊ legitimus. aut contra puerum, ⁊ tunc non videtur pronuntiatum super statu: quia potest stare illa sententia contra puerum quamuis de statu suo non sit pronuntiatum. licet enim non sit heres, non sequitur ergo non est filius legitimus: quia potuit esse alia causa impeditiua hereditatis, vt testamentum: vt. l. neque natales. infra, de probationibus. ⁊ l. non hoc. infra, vnde cogna. sequitur Lex, si questio.

SVMMARIVM.

1 ☞ Si inter fratres patrueles de diuidenda hereditate litigantes non refertur questio status, hereditas diuiditur: sed si dicta questio refertur, prius de ea discutitur, quam super petitione pronuntiatur.

SI questio.

a Si inter † fratres patrueles de diuidēda hereditate litigantes non refertur questio status, hereditas diuiditur, sed si dicta questio referretur, prius de ea discutitur quam super petitione pronuntiatur. hoc dicit. sed an super ipsa questione status pronuntietur dictum est. ā. in. l. prima. sequitur Lex, cum ciuili.

SVMMARIVM.

☞ Ubi questioni criminali incidit ciuilis, vel econuerso, vtraq; vna sententia terminatur.

CVm ciuili. h. dicit.

Ubi † questioni criminali incidit ciuilis, vel econtra vtraque vna sententia terminatur. hoc dicit. exempla pone, vt in gloss. prima ⁊ secunda. ¶ In gloss. in verbo, vno tempore, ibi, infra. l. proxima. dic quod ibi vtraque veniebat eque principaliter: ideo prius terminatur ibi criminalis ad hoc etiam. l. prima. quando ciuilis actio criminali preiudicet: ⁊ an vtraque ab eodem exerceri possit. hic vero vna veniebat principaliter alia incidenter ¶ In eadem ibi, supra. l. prima. in fine que est contra dic, quod ibi ad decisionem principalis sequebatur decisio incidentis: ideo sufficit de principali pronuntiari. sequitur Lex, quoniam.

SVMMARIVM.

1 ☞ Ubi ciuilis ⁊ criminalis questio vertitur inter eosdem, prius determinatur criminalis postea reassumitur ciuilis, ⁊ de hoc dicto hine dantur rationes.

QVoniam.

b 1 b Ubi † ciuilis, ⁊ criminalis questio vertitur inter eosdem. prius determinatur criminalis postea reassumitur ciuilis. hoc dicit. ⁊ sic interim supersedetur in ciuili, ⁊ ratio potest esse duplex, vna: quia criminalis sit maior, ⁊ maioris preiudicii quam ciuilis. vt hic in text. ibi, vt pote maius: alia quia criminalis ista sit preiudicialis ciuili. ⁊ ipsam extinguat: vt. l. adulterii. infra, de adulter. ⁊ ista ratio videtur melior secundum Jacob. butr. ⁊ Bal. nam si essent diuerse, ⁊ distincte licet criminalis sit maior ciuili: tamen possent simul intentari, ⁊ in vtraque procedi: vt infra, de donationibus inter virum ⁊ vxorem. l. si maritus. ⁊. ff. de iure fisci. l. in reatu. nec plus deberet operari concessus pendens quam sententia lata: vt. ff. de exceptionibus. l. si autem. ⁊ ideo non oportet tunc supersedere in ciuili, sed tu potes vtrāquam rationem simul iungere, ⁊ habebis effectum. l. nostre. ⁊ cōtraria sunt soluta in. l. precedenti. sequitur Rubrica, de litis contestatione.

De litis contestatione. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞ Litis contestatio non inducitur per solam notificationem, vel postulationem, vel editionem actionis, sed per narrationem ⁊ contradictionem coram iudice factam.

2 Aliud est postulare, aliud libellum edere, aliud litem contestari.

LEx prima. h. dicit.

c 1 c Non † inducitur condictio litis per solam notificationē, vel postulationem vel editionem actionis, sed per narrationem supple, ⁊ condictionem coram iudice factam. hoc dicit. ¶ In text. ibi, res in iudicium deducta non videtur quominus possit reuocari, vt. l. videtur in iudicem. ff. de iudiciis. dicitur tamen iudicium quo ad certos effectus etiam ante contradictionem rei ex quo interuenerunt tres persone, videlicet actor reus, ⁊ iudex, vt capitulo, forus, de verborum significatione. ⁊ dictum est supra, de in ius vocan. ⁊ supra, de iudiciis. in rubrica.

2 ¶ In gloss. prima. not. quod † aliud est postulare, aliud libellum edere, aliud litem contestari Bald. etiam facit differentiam inter postulare, ⁊ petere: quia postulare est desiderium suum coram iudice aperire, ⁊ sic etiam sine partis citatione. petere vero est cum citatione: vt. l. amplius non peti. ff. rem ratam haberi. ¶ In eadem ibi, in fine in casu hec exceptio non procedit: quia illa. l. secunda. quādo libellus principi datus litis faciat contestationem. non dicit quod per illam productionem libelli censeatur lis contestata, sed dicit quod prescriptio interrumpitur, que prescriptio potest interrumpi etiaz citra conditionem litis, vt dictuz est in. l. traditionibus. supra, de pactis. ergo ⁊c. ¶ In gloss. magna ibi, scilicet ⁊ responsionem bene supplet: vt dixi supra in summario. vel potes arctius declarare vnico verbo. per narrationes vtriusque partis tam actoris petentis quam rei respondentis sola. enim narratio actoris non sufficit ad conditionem, vt hic in principio, sed requiritur narratio actoris, ⁊ responsio rei: vt. l. ij. in princ. ⁊ dicta. l. rem non noui. §. patroni. ā. de iud. imo nec quelibet responsio rei sufficit ad cōditionē, sed requiritur quod respōsio sit contradictoria iuris, vel facti ppositi ex quo facto it o-

oritur

¶ Do. inquantum Mo. faciat differentiam inter interesse & vsuras, dato quod hoc sit tri
piale & bene declaratum per do. Riml. do. meum do. Marcum de mantua, & do. pur
pu. post Cy. bal. & Sal. in. l. vnica de sen. pro eo. quod interest pla. nihilominus vl
tra nouissimos hic, & ibi videatis pulchras decisiones in materia interesse. An
cha. in cons. cxlviii. do. Franci. Aret. in cons. clii. in. iii. col. & do. Fely. in
c. cu venerabilis. in. iii. col. de exce
ptioni. S. T.

contra qua etiam facit quod immediate subda. ¶ Re-
stant due prime opin. quaru primam tenet Bal. in. l. i.
ff. pro so. & Sal. in. d. l. Mutius. in. iii. q. adducens. l. cum
duobus. §. quida sagariam. in ratione sui. ff. pro so. & san
ctus Bern. serm. xxxix. artic. ii. c. iii. dicens quod si dedi
monasterio. c. oues. cum hoc quod quolibet anno det mi
hi. v. donec viua cum plus ex eis verisimiliter pcipi pos
set, & post mortem omnia sint monasterii, etia si fuerint
multiplicate secundu Host. & talis cotractus est licitus,
nec potest ecclesia petere restitutione, etia si paulo post
perierunt omnes oues cum tempore societatis non fue
rint lapsa. quod multu vrget cotra opi. Pet. s. reproba
tam. & hanc partem tenet dictum supra initum in. d. §.
quid si finito. & respodent dicti doc. ad ratione gl. quod
si Seius perdit opera Titius perdidit interusuriu pe-
cunie. Redditus enim resultans ex opera correspodet
redditui, seu interusurio pecunie: & ideo siue ab initio,
siue ex post facto pereat pecunia viget eadem equitas,
& idem ius prout volunt prefati doc. per dicta ratione,
nec possumus dicere quod si Titius immittit. c. Seio,
qui locado suas operas habuisset forte pro annua mer
cede. l. dicte opere correspondeat predictis. c. cum nulla
sit inter eas portio. secundo est necesse dicere quod cor-
respondent interusurio pecunie, prout dicunt prefati
doc. quod multum pondera pro quo facit, qr opere ho-
minis dicitur fructus hominis. l. in hominis vsufruc.
opere sunt. & l. fructus hominis, in operis cosistit. ff. de
oper. seruo. Decet ergo quod si alter comunicat inter-
usuriu, & sic quodammodo fructus pecunie, cum ille ni-
hil aliud comunicet societati, prout ergo interusuriu pe
cunie ascribitur lucro, ita & opera seu fructus opere lu-
cro ascribatur. facit. l. coiri. & l. questus. & l. si no adiiciat.
ff. pro so. vnde si Seius perdit operas no refert, qr Ti
tius tantunde perdit etia vltra sorte principalem. nec
obstat ratio gl. que dicit quod Seius potest pdere per-
sona, qr respodetur quod persona no est estimabilis. l.
si. in fi. ff. de his, qui deiece. & facit. l. no est singularis. §.
infinita. ff. de reg. iur. preterea persona no est posita in
societate, sed opera persone sol. si perit aliquid quod
no est in societate decet quod non imputetur societati,
circa quod tamen vide quod dicam. ff. eadem quest. Tu
autem pro concordia potes sic distinguere quod aut ope
ra Sei que est mittenda in societate considerato etiam
periculo persone est tanti pretii quod secundum com-
munem estimationem equiualeat interusurio pecunie &
periculo ipsius pecunie, & tuc procedere potest opinio
gloss. quia tunc militat dicta ratio gloss. & cessat supra-
dicta responsio Bald. & sequa. & conuenit equitati & ar-
bitrio boni viri, prout etiam de natura societatis, vt di
ctum est. & facit optime text. in dicta. l. si non fuerint.
§. ita coiri. iuncta gloss. in princip. eiusdem. l. nam ibi
dicitur quod potest fieri per pactum quod immittens
operas non patiatur aliquam partem damni. & tamen
in princip. l. gloss. tenet quod non potest fieri per pa-
ctum quod partes lucri vel damni sint inequales, si
ex altera parte non immittitur aliquid plus compen-
sabile cum illa maiori parte lucri, de quo supradictum
fuit, aut opera ab initio est tanti estimanda, quanti est
solum interusurium pecunie, & tunc aut pecunia est
communicata, aut totum damnum pecunie, est reten-
tum per immittentem aut dubitatur. ¶ Primo ca-
su damnum est commune, quia perit res communis,
& regula est, quod periculum rei pertinet ad dominum.
l. pignus. & l. que fortuitis. infra, de pignoratitia a-
ctione. & capitulo primo, de commod. cum similibus.
¶ Secundo vero casu perit immittenti, per eadem
iura quod procedit nisi societas fuerit causa perem-
ptionis: vt quia pecunia alias non perisset si socie-
tas non fuisset inita, vt est text. in. l. si id quod. §. idem
Celsus. ff. pro socio. quod non fieret nisi societas coi-
ta fuisset. & hoc voluit Rapha. quod & probatur, quia
si alter ex sociis patitur aliquod damnum, etiam cir-
ca rem propriam, licet extrinsecam a societate debet il-
lud damnum communiter resarciri, dummodo socie-
tas fuerit proxima causa damni. l. cum duobus. §.
quidam sagariam. & l. secundum Julianum. ff. pro soc.
secus si sit causa remota. l. socium qui in eo. §. socius. ff.
pro so. vnde etia damnu quod quis patitur eo quod perso
na sit vulnerata, puta in medicis & i medelis expedado
restit

restituitur a societate, si fuit causa vulneris, vt dictis iuribus. ⁊ pari ratione videtur idem si ex vulnere fuit adeo debilitatus, quod eius opere sint effecte inutiles vel minus vtiles, veniat hoc damnum resarciendum de communi. argumento dictorum iurium iuncta. l. fin. ff. de his qui deiec. effud. Non ergo mirum si damnum pecunie posite in societate resarcitur de communi, cum tunc vigeat maior ratio: ⁊ hec, vt arbitror, fuit de mente Bald. in. l. i. §. pro soc. questione octaua, dicentis quod si a sententia posita in societate pro estimata perit, naturaliter perit ponenti, quia perisset etiam apud dominum si non posuisset in societate: secus si perisset causaliter secundum eum ibi, ⁊ in. l. i. §. de fruc. ⁊ litis expens. quē refert ⁊ sequitur sanctus Ber. sermone. xxxix. artic. ii. c. iii. ⁊ sermone. lx. artic. i. c. iii. ⁊ eandem distinctionem facit Bal. in. d. l. cum duobus. §. damna. dicta enim sua ratio, quia perisset etiam apud dominum: sonat in id quod. s. dixi, licet ipse nimis generaliter loquatur in secundo membro, quia posset casus fortuitus contingere, per quem perisset etiam apud dominū: sed Bald. forte habuit a communiter accidentia, alias non bene loqueretur, quia sine ratione, ⁊ l. Et aduerte, quia Bal. tenet quod per contractum societatis non trāsferatur dominium, nec estimatio. facit illud transire, vt dixi supra in prima glo. vnde sentit hic quod supra dixi, licet eius opinio non procedat quatenus, vult quod estimatio non faciat transire dominium, prout dixi super dicta glo. prima. ¶ Tertio casu sunt opiniones, an pecunia cēseatur communicata, nec ne: nam gl. in. l. i. §. pro soc. vult quod in dubio censeatur communicata per. l. i. ⁊. §. ff. eod. tit. ⁊ hoc videtur de mente Bar. ⁊ Sal. in. l. si vt certo. §. nūc videndum. ff. commod. quod procedere potest quando vterque posuit in societate pecuniam, vel alias res. quo casu loquuntur dicta iura: secus si vnus ponit pecuniā, alter operam. d. l. cum duobus. §. damna. ⁊. §. item ex facto. secundum Jaco. de are. vt refert Cy. in. d. l. i. cum eo transiens. ⁊ quod dominium non transferatur, voluit Bal. ibi, ⁊ in. d. §. dāna. ⁊ hoc voluit forte beatus Thomas in dicta questione. lxxviii. de qua. s. in primo argumento contrario quem refert, ⁊ fratres quod nō transferatur dominium sanctus Ber. xxxix. articu. ii. c. iii. pro quo facit, quia immittens operas nihil transfert in aliū, vnde conuenit equalitati ⁊ fraternitati, quod nec in eū transferatur, vnde si vera hec opinio Jaco. de are. ⁊ sequa. periculum est solius immittentis per supradicta: ⁊ hoc si non perit causa societatis, alias secus per dicta. s. Item hoc verum si perit antequam sit consumpta: nam per consumptionem transfertur dominium. argum. l. rogasti. §. si. cum tribus seq. ff. si cert. pet. ⁊. l. si alieni nummi. ff. de solut. ⁊ saltem res communi nomine emipte ex pecunia dicta essent communes, vnde si post consumptionem perijt capitale non perit res immittentis, sed res societatis, ⁊ sic res communis ideo damnum debet esse commune per regulam supradictam. Unde raro contingit quod damnū in huiusmodi societate sit eius solius immittentis pecuniā: si vero est vera opinio gl. tunc indistincte periculum est commune per eandē regulam. Aduerte tamen, quia gloss. d. l. i. §. pro soc. vult quod pecunia cēseatur communicata, ⁊ tamē vult quod damnum pecunie perdite sit solius immittentis pecuniam. ⁊ per consequens opinio glo. in hoc confunditur per hanc concordiam, quod est verum est, tamen dicas quod illa gl. in prin. voluit quod pecunia cēseatur communicata non solum, quia sit translatum dominiū pecunie pro parte, sed etiā sit communicata quo ad effectum, vt quandocunque diuisio fiat, diuidatur etiā ipsa pecunia immissa, ⁊ hoc modo communicetur effectualiter ⁊ perpetuo, ⁊ si hec esset decisio illius gloss. in si. foret indistincte vera, qꝛ tunc periret res omni respectu communis: ideo damnum esset commune, tamen ponēti pecuniam nihil resarciretur, quia dimidiam a se abdicauit, aliam dimidiam perdidit, dum pecunia perijt: ⁊ sic totā perdit, ⁊ hec, vt puto, fuit intentio dicte gl. ¶ Sexto quero qualiter † damnū capiatur in societate, ⁊ certe damnū accipit respectu capitalis seu pecunie immisse non respectu operarum, vt patet ex dictis. s. circa precedentes questiones: nam huiusmodi societates lucri, ⁊ questus fiunt communiter ad commune lucrum ⁊ damnum, scilicet, vt lucri ⁊ damni partes saltem in dubio sint equales, vt. s. latius dictum fuit in secundo quesito, ⁊ damnum alteri socio contingens causa societatis debet sibi de communi resarciri. d. l. secundum Julianum. ⁊ latius dixi. s. proxima questione. ⁊ tamē si vnus perdit operas suas nihil sibi regulariter resarciretur, vt patet ex dictis. s. proxima questione. quod ⁊ probatur, quia damnum ex vno latere minuit lucrum ex altero latere contingens, quia lucrū dicitur deducto omni damno. l. quintus Mutius. ff. pro soc. ⁊ insti. eo. tit. §. de illa. in si. ⁊ tamen opere non minuūt lucrum: nam totum id quod superest vltra sortem censetur lucrum, vt approbat consuetudo optima legum interpres. ⁊ probatur in d. l. cum duobus. §. item si ex facto. vbi diuiditur totum id quod superest vltra sortem, ⁊ tamen non potest fieri per pactum quod damnum non minuat lucrū, ⁊ quin vnum cum altero compensetur. d. l. quintus Mutius. ⁊ d. §. de illa. in si. ex quibus necessario infertur quod opera non ascribitur damno. facit, quia opera comparatur interusurio pecunie, vt dictum est. s. proxima questione: sed perditio interusurij pecunie non ascribitur damno, ita nec perditio operarum quod probatur aperte in d. l. si nō fuerint. §. ita coiri societatē posse, vt nullam partem damni alter sentiat, lucrū vero sit cōmune. Cassius putat quod ita demum valebit si tanti sit opera quanti damnum est. que verba apertissime demonstrant quod qui solas operas perdit nullam partem damni sentit, quod est multum ponderandum ad solutionem principalis questionis. ¶ Septimo quero, an valeat pactum quod capitale sit saluum, respondeo quod aut pactum concipitur quod sit saluum si in societate reperitur capitale, vel quatenus reperitur eatenus sit saluum, ⁊ tūc valeat per. d. §. itē ex facto. prout dixi. s. in quarta questione. aut quod capitale sit saluum etiam si in societate non reperiatur: ⁊ tunc sunt opiniones, nam gloss. xiiii. quest. iii. cap. plerique. videtur tenere quod non liceat ita pacisci. ⁊ idem tenet Bal. Jo. cald. ⁊ do. Nico. quod ⁊ dicitur esse opinio Theologorum, vt tetigi. s. in tertio argumento contrario. ⁊ idem voluit Floren. in. c. nauiganti de vsu. ⁊ Petr. de ancha. in cap. peccati venia. de reg. iur. in. vi. in quinta questione. pro quibus facit tex. d. §. ita coiri. tamē Hosti. post Alber. in summa. de vsu. §. an aliquo. tenet quod sit licitum. ⁊ idem tenet Bald. in quodam suo consilio quod incipit viso instrumento facto inter Salice. ⁊ ishe. ⁊ idem videtur velle Raph. in. d. l. cum duobus. §. item ex facto. dicens quod si contrahentes non habuerunt animum ineundi mutuum, ⁊ non videt tex. iuris cano. nec strictam rationem quod iste contractus sit illicitus. pro quibus facit tex in d. §. de illa. versi. ⁊ ita adeo. ⁊ quidam allegant pro casu cap. per nostras. de don. inter virum ⁊ vxorem. presupponendo quod ibi mulier non subijt periculum: tu autem pro concordia potes tres casus considerare, quia aut contrahentes habuerunt animū ineundi mutuū, aut habuerunt animum non ineundi mutuum, aut sumus in dubio. ¶ Primo casu procedit opinio gloss. ⁊ sequa. adeo quod quicquid percipitur vltra sortem debet restitui, quia talis est aperta vsura. Deus enim respicit cor non verba. xiiii. quest. v. canone, si quid inuenisti. ¶ Secundo casu videtur dicendum quod non sit vsura, quia tunc non contrahitur mutuū tacite nec expresse, ⁊ vsura cadit in solo mutuo, secundum omnes Theologos ⁊ Canonistas. prout dicit sanctus Ber. sermone. xxxvi. articul. exxi. in multis locis. quod ⁊ patet ex his que traduntur per gloss. ⁊ doct. in capit. conquestus. de vsu. ⁊ in capitulo, consuluit. eodem titu. ⁊ quod per Joan. andr. in regula, peccatū, in. vi. ⁊ beatus Thomas diffinit, vsura est id quod accedit rei mutuate ipsius vsus gratia, ⁊ ita definit Hostien. in summa de vsu. tamen licet non sit vsura potest dubitari, an liceat ⁊ an contractus valeat: circa quod videtur dicendum quod aut susceptio totius periculi non habet congruam recompensationem, dum contractus initus: ⁊ tunc pactum non valet, vt est textus satis apertus. in dicta l. si non fuerint. §. ita coiri. Et procedat dicta opinio, aut recipit congruam recompensationem: puta, quia propter dictam susceptionē periculi datur ponēti operas maior pars lucri, quā sue industrie cōueniret, adeo quod arbitrio boni viri nō sit minoris estimationis illa maior pars lucri, quam sit illa periculi susceptio, que sit

vltra naturam societatis: vt puta, quia inueniretur qui illud periculum susciperet pro.c. ⁊ inueniretur, qui pro illa maiori parte sperati lucri poneret.c. et tunc procedat secunda opinio Hostien. ⁊ sequa. Nam tunc nulla redundat iniquitas, vt de se patet ⁊ id suadet ratio: nam prout ponens operas a susceptione dimidie partis periculi que sibi incumberet potest per pactum exonerari, eo, quia sua opera plus confert societati quam pecunia ⁊ illud plus lucri quod esset sue opere attribuendum compensat cum exoneratione dimidij periculi. vt d. §. ita coiri. pari ratione videt quod si pecunia plus confert societati, quam opera possit ponēs pecuniam exonerari a susceptione dimidij periculi quod ad eum pertineret, eo quia concedit socio plus lucri, quam sue opere cōueniret. Et ita pcedat generalitas. d. §. de illa. nec ob. d. §. ita coiri. quia argumentum a contrario sensu non militat: vbi in contrario sensu est eadem ratio: nam argumentum a paritate rationis fortius est quam argumentum a contrario sensu. vt not. Imol. in. l. si vero. §. de viro. circa fi. ff. solut. matrimo. ⁊ facit optime gl. in clemen. i. de rescriptis. ⁊ in clemen. auditor. eod. tit. ⁊ maxime vbi contrarius sensus non tollitur omnino: sed limitatur, prout contingit in casu nostro, quia contrarius sensus. d. §. ita coiri. militat in precedenti membro, vt supra dixi. ⁊ in se. j. dicam. ⁊ pro hoc optime facit doctrina in qua cōcordant Theologi dicentes, quod tunc contractus societatis est licitus, quando est equa cōditio sociorum vel probabiliter dubitatur, cuius conditio sit melior, prout dixi. S. in quarto argumento contrario: sed hoc contingit in casu nostro merito ⁊c. Pro quo etiam facit, quia si tale pactum rehceretur resultaret, quod melior esset conditio ponentis operam, quia ipse reciperet plus lucri quam sue opere conueniret, ⁊ ponens pecuniam reciperet minus lucri, quam sue pecunie conueniret. ⁊ sic ponens operas peccaret si pactū susceptionis periculi rehceretur secundum dictam theoricam Theologorū. ¶ Tertio autem casu si verba sunt indifferentia, quia adaptantur ad contractum mutui ⁊ ad contractum societatis. Et tunc indicetur mutuum, quia tale pactum accedit proprie ante mutui: ⁊ non naturā simplicis societatis. ⁊ hoc casu loquitur gloss. in. d. canone, plerique. decimaquarta, questione tertia. aut verba conueniunt societati ⁊ non mutuo, tamen non aliter apparet de mente: ⁊ tunc si per susceptionē periculi non datur congrua recompensatio, tunc pactum sine dubio videtur illicitum per supradicta, tamen potest probabiliter dubitari, an presumatur mutuum: nam si mutuum presumeretur valeret pactum super damno, quia talis est natura mutui. l. incendium. j. si certum petatur. sed non valeret pactum super lucro, quia totum lucrum pertinet ad mutuarium, per capitulum. consuluit. de vsur. cum similibus. si autem non presumeretur mutuum, quod puto verius, quia verba communiter deseruiunt menti. l. Labeo. §. idem Tubero. de supellec. leg. ⁊. c. secundo requiris. de appel. ⁊ quia hoc videtur equius ⁊ benignius. argumento. l. benignius. ff. de legibus. ⁊ tunc non valeret pactum super damno. videtur tamen quod tunc non valeat contractus societatis, non autem remaneat societas vitiato pacto interposito super susceptione periculi. argumento. d. l. si non fuerint. §. ita coiri. ⁊. §. si. ⁊. l. sequenti. aut datur congrua recompensatio, ⁊ tunc licet casus videatur dubius per supradicta, ⁊ ante factum sit ab huiusmodi contractibus abstinendum, quia tutius est pro anima. argum. cap. iuuenis. de spon. ⁊ capitu. significasti. de homicidio. tamē ex post facto non puto iudicandum contractum vsurarium per dicta. S. proxime. ⁊ argumento. l. merito. ff. pro socio. quinimo nec videtur contractus illicitus per dicta. S. proxime, ⁊ dicta in precedenti membro, tamen cogitandum esset maxime, quia sanctus Ber. contrarium tenet in pluribus locis volens quod qui suscipit periculum pro aliqua parte debet pro ea parte ratione periculi suscipere lucrum ⁊ susceptio periculi facit, vt censeatur mutuum vel quasi mutuum, ⁊ si species tradantur non estimate: prout ipse dicit, inter cetera in sermone quarto artic. ij. c. ij. in princip. sed non probatur iure nec ratione attento maxime, quod quasi semper est maioris estimationis spes lucri, quam per contrarium timor damni, imo inter ea non solet esse proportio. vnde longe melior esset conditio suscipientis periculum quam alterius, ⁊ sic secundum theoricā ipsius ⁊ aliorū Theologorum contractus deberet censeri illicitus ex parte suscipientis periculum. Non enim video quomodo cadat mutuum: si vero cessat omnis animus mutuandi, nec venditur tempus, nec temporis consideratio habetur. ⁊ vidimus quod in commodato possit periculum suscipi per pactum preter naturam contractus eius de commodato, ⁊ etiam in locatione prout ⁊ ipse beatus Ber. voluit in. d. c. ij. ⁊ est clarum in iure, nec est ratio quare magis id prohibeatur in societate, quam in commodato vel locatione, licet ipse hanc differentiam ibi faciat ea ratione, quia in societate debet esse equalitas proportionis: sed certe in casu nostro est equalitas proportionis merito cessat dicta ratio differētie. Quinimo etiam in mutuo possit suscipi periculum ⁊ ratione suscepti periculi aliquid percipi vltra sortem, prout infra dicam, eadem questione principali, vbi autem esset inequalitas proportionis, prout forte communiter accidit quando huiusmodi pactum apponitur, tunc posset procedere eius opinio, alias secus: ⁊ sic potest ad concordiam reduci. vide tamen quod supradictum est in precedenti membro. His premissis ad decisionem principalis questionis facilis est descensus. Dicta enim societas videt licita quod ex plurimis deducit. ¶ Primo, quia nulla. l. nec diuina, nec humana reperitur prohibita. ⁊ vbi nulla est. l. prohibitio ibi, cessat peccatum. cap. nam concupiscentiam nesciebam, nisi. l. diceret non concupisces. extra, de constitu. ⁊ Pau. ad Roma. septimo capitu. peccatum non cognoui nisi per legem, nam concupiscentiam ⁊c. ¶ Secundo, beatus Tho. ⁊ omnes Theologi dicunt societatem esse contractum sui natura licitum, etiam vbi vnus ponit operam ⁊ alius pecuniā, sed ea est natura societatis, vt in dubio lucra, pericula ⁊ damna sint inter socios communia. l. coiri. l. si non fuerint. l. mutuis. ⁊. l. cum duobus. §. damna. ff. pro socio. cum similibus, ⁊ per glo. in. d. canone, plerique. ⁊ Odofre. ⁊ Host. in eorum summis, quod ⁊ nemo negat: merito talis societas, de qua in themate est licita maxime, quia in dubio societas contrahitur ad arbitrium boni viri. l. quod enim. §. i. ff. pro socio. cum simil. supra adductis. sed bonus vir non esset qui arbitraretur iniustum seu malum aut iniquū, merito societas debet contrahi etiam secundum leges, secundum iustitiam, equitatem ⁊ bonitatē, que cessant, vbi foret inequalitas, seu iniquitas, seu peccatum, sed legibus hanc naturam saltem attribuuntur societati quod pericula ⁊ damna sint communia, ergo necessario deducitur quod vbi hoc idem deducitur in pactum nulla est iniquitas, imo nihil aliud videtur nisi quod exprimitur id quod tacite inest quod nihil solet operari. l. hec verba de lega. primo. l. non recte. j. de fideiuss. ⁊. l. cum quid. ff. si certum petatur. ¶ Quod ⁊ tertio corroboratur, quia consuetudo ita interpretatur huiusmodi societates, scilicet quod pericula communicentur, ⁊ vbi de sorte principali perditur sine culpa socij, damnum sit commune, vt volunt gloss. ⁊ doct. in. d. l. i. j. pro socio. ⁊ viget hec consuetudo etiam in terris ecclesie, vt docet experientia rerum magistra. c. quam sit. de electi. in. vi. ⁊. c. an tutum. in princip. eodem titul. ⁊ libro. Et consuetudo est optima iuris ciui. ⁊ cano. interpres. c. cum dilectus. de consuetudine. ⁊. l. interpretatione. de legibus. ergo probatur quod ius cano. ⁊ ius ciui. hoc disponit. Cum ergo consuetudo ⁊ iura ita interpretātur huiusmodi societates, quo pacto dicere possumus ex nostri capitis sententia quod contractus sit illicitus cum iura eam naturam saltem attribuāt in dubio societati quod equalitas sit inter socios, vt. S. pluries dixi. vnde si dicimus huiusmodi contractum continere inequalitatem nihil est aliud dicere, nisi quod Iurisconsulti, qui fuerunt perspicacissimi viri, ⁊ iuriste, ⁊ totus, vt ita loquuntur, mundus non nouerunt que esset equalitas in societate. quod quantum absurditatis habeat quilibet est bonus iudex. Sin autem continet equalitatem cōditio contractus est licitus, etiam in foro anime per theoricā Theologorū, de qua supra in quarto argum. ¶ Quarto hec pars iuuatur pluribus autoritatibus: nam primo supplementū piganelle specifice reprobat illud dictū piganelle, de quo in quinto argumēto contrario ea ratione, quia opera correspondet ⁊ compensatur

inter

nsurio pecunie, quam rationem firmat sanctus Bern. in. d. tracta. de contractubus, in pluribus sermonibus. ⁊ fuit originaliter ratio Bal. in. l. i. §. pro so. Item gl. in d. canone, plerique. dicit quod potest fieri huiusmodi contractus, quod ego dem tibi negotiatori pecuniam, vt emas merces, ⁊ periculum sit commune ⁊ lucrum. idem dicit Godofre. in summa, de vsur. dicens quod si vis lucrari sine peccato, pone pecuniam alteri ponenti operas, ⁊ communicetis pericula, damna ⁊ lucra, idem refert ⁊ sequitur Hosti. in summa e. tit. §. si. quod ⁊ tenet summa confessorum. lib. ii. sub ru. de vsu. q. xxxviii. idem dominus Anto. ⁊ do. Nico. in cap. naviganti. de vsu. ⁊ dicit do. Anto. ibi, si exponunt pecuniã periculo cõmuni, vult ergo quod periculum pecunie debeat esse cõmune ⁊ quod contractus sit licitus: non ergo dicat aliquis quod lucrum ⁊ damnũ sit commune eo, quia si de societate perditur, immittens pecuniã patitur damnum pecunie, ⁊ immittens operas patitur damnum operarũ, prout quidam dicere volunt, quia docto. intelligunt de damno pecunie immisse quod sit commune, ⁊ ita declarat do. Anto. ⁊ alii idem volunt ad hoc dicta. s. in. v. quesito. quod ⁊ vult aperte Bald. in. l. i. §. commod. col. vii. dicens quod si ego immittens volo quod tu mihi reddas medietatem estimationis rei per me immisse deperdite, possum: quia est secundum naturã societatis. d. §. damna. idẽ vult aperte Raph. dicens quod si vnus ponit operam, ⁊ alter pecuniam, damnum pecunie debet esse commune. idem videtur velle Bald. hic, qui satis aperte id vult in. l. i. §. de fruc. ⁊ litis expen. quod ⁊ apertissime dicit in. l. si patruus. in si. §. commu. vtriusq. iudicii. subdens quod opera est effecta communis, ita quod nihil perditur quia sit commune, vnde illa opera est repetibilis secundum eum, qui adducit. l. si non sortem. §. libellus. de condic. indeb. quod ⁊ probatur ex dictis. s. in. v. quesito. non ergo Godofre. ⁊ Hosti. bene exposuit Bartbol. de pigis, exponendo, vt. s. in. v. argumento contrario, quia predicti Godofre. ⁊ Hosti. in quorum autoritate se fundat Bartbo. loquuntur de damno pecunie per iam dicta. quod ⁊ patet per id quod subdit Hosti. de capitali saluo, ⁊ lucrum quod est diuidendum etiam illud quod queritur ex questu. l. questus. ⁊. l. coiri. ff. pro socio. vnde est illud quod resultat vltra sortem, vt probatur in. d. l. cum duobus. §. item ex facto. ⁊ latius dixi. s. in. vi. quesito. opera enim correspõdet interusurio pecunie ⁊ non ipsi pecunie. vt. s. dixi. ad hoc dicta in. v. quesito. ⁊ propterea supplementum bene respondet dictum Bartbo. per dictam rationem per iam dicta: nam susceptio periculi non iminutat naturam societatis, quia id venit ex natura societatis, vt. s. sepenumero dictum est ⁊ dilucide probatum. Ex quibus concluditur quod contrahere societatem ad commune lucrum ⁊ damnum, prout communiter contrahuntur ⁊ contrahere simpliciter societates idem importat, quia etiam tunc censentur cõtracte ad commune lucrum ⁊ damnũ, vt clarissime demonstratum est, sed huiusmodi societas simpliciter contracta est licita secundũ omnes: ergo societas sine dubio contracta ad commune lucrum ⁊ damnum, prout communiter solet fieri, debet iudicari licita, quia iura ⁊ rationes efficaces vigent, ⁊ plurime societates que sunt testibus roborate ⁊ approbate per consuetudinem, cuius non est vilis autoritas. l. ii. §. que sit long. con. autoritas autem sancti Bernar. videtur facere in contrarium, quem oportet fateri errasse in hoc si eius dictum simpliciter intelligatur, quia nullo iure nec ratione iuuatur. argumento dicti capituli, nam concupiscentiam. quinimo suis dictis simpliciter intellectis falsitas deprehenditur ex primis dictis eiusdem: fundat se enim, quia inest palliatum, seu interpretatum mutuum, ⁊ tamen ipse Bald. tenet quod si res estimata immissa in societate perit naturaliter, perit immittenti, sed mutuo perit mutuatario non mutuanti. l. incendium. infra, si certum petatur. merito non inest mutuum. Item si censetur mutuata dimidia pecunie, interusurium pecunie mutuate corresponderet interusurio alterius dimidie non mutuate, vnde opere a mutuatario posite in societate non corresponderent interusurio pecunie, ⁊ propterea vt equalitas seruaretur, prout seruari debet secundum omnes, tunc deberent refundi de communi dicte opere, siue esset perditum capitale, siue solum capitale remissum in quibus omnibus prefatus sanctus Bernar. tenet specifice contrarium, vt patet ex relatis. s. in quarto ⁊ quinto quesito. sed posset quispiam, dicere distingue casus ⁊ concordabis dicta sua: quia aut huiusmodi societates simpliciter contrahuntur, aut contrahuntur ad commune lucrum ⁊ damnum, seu periculum: ⁊ tunc procedant dicta sua supra proxime relata, ⁊ ideo tunc sit contractus licitus: ⁊ si pecunia pereat naturaliter, seu non causa societatis, tunc pereat immittenti: si vero pereat causa societatis, ⁊ tunc pereat vtrique ⁊ opera correspondeat interusurio pecunie. Aut non contrahuntur simpliciter, sed eo pacto vel intentione quod qualitercunque perdatur sors immissa, siue pereat causa societatis, siue aliter, pereat vtrique: ⁊ tunc sit contractus illicitus, ⁊ procedat illud aliud dictum prefati sancti. ⁊ hec forte fuit eius intentio: nam in suo themate interuenerunt duo pacta. ¶ Primum, quod pecunia pro medietate curret ad periculum mercatoris, pro alia ad periculum immittentis. ¶ Secundum pactum, quod tandem equaliter lucratur ⁊ perdatur vtrique. Unde primum pactum voluit forte simpliciter intelligere, ⁊ secundum pactum secundum naturam societatis. facit, quia illud primum pactum debet aliquid operari per iura vulgaria, vnde isto casu censeatur mutuum interpretatum, quia pecunia nullo casu perit solum immittenti, ⁊ secundum hoc eius dicta non essent contraria, ⁊ secundum hanc intelligentiam habes quod sanctus Bernar. non vult quod si societas simpliciter contrahatur ad commune lucrum ⁊ damnum, sit illicita, nec quod tunc insit mutuum interpretatum, quinimo ex suis dictis infertur contrarium, vt patet ex supra proxime dictis. quinimo omnes tenent talem societatem esse licitam, licet Bartbo. huiusmodi societatem interpretetur, vt supra: ⁊ non bene. Ex quibus elicias primam conclusionem indubitatam, quod vbi simpliciter contrahitur societas, in qua vnus immittit pecuniam, ⁊ alius operam huiusmodi contractus sui natura sit licitus in quolibet foro. Item secundam conclusionem quod talis societas censeatur contracta ad commune lucrum ⁊ damnum. Item tertiam quod si huiusmodi societas contrahatur expresso pacto ad commune lucrum ⁊ damnum licite, ⁊ absque peccato contrahatur, nec arbitror aliquam ex dictis conclusionibus habere vllam excitationem. Ex his infertur quod cum huiusmodi societates communiter contrahantur quod lucrum ⁊ damnum sint communia, sic societates in frequentiam licite contrahuntur, nec obstat si dicatur contrahentes gerunt in animo quod si sors immissa pereat, etiam non causa societatis damnum sit commune, ⁊ ex hoc huiusmodi societates habent aliquid iniquitatis: nam respondeo quod ita forte gerunt in animo, quia credunt ius ita disponere ⁊ esse licitum, vel forte non cogitant illum casum euenire, ⁊ vbi occurreret consulerent peritiores, ⁊ secundum iuris dispositionem causa decideretur, nec haberetur consideratio dicti animi qui non apparet, ideo effectus esset bonus ⁊ iustus nec animus fuit prauus, ideo cessare debet peccatum cum actus societatis sit de se licitus. ⁊ hec respiciunt societates, que fiunt secundum communem cursum, sed dubitari potest quid si est conuentum quod qualitercunque perdatur pecunia immissa pereat vtrique socio, vel per verba expressa, vel per equipollentia: prout forte voluit sanctus Bernard. quod essent verba sui thematis supra relati, verum tunc societas debeat censeri licita, necne? circa quod videtur dicendum quod etiam tunc societas sit licita, quia solum dici potest grauatur prestans operas, quia suscipit periculum pecunie, casu quo secundum naturam societatis ad eum non pertineret. Circa quod tamen vide dicta supra, in quinto quesito. sed non est illicitum quod quis ex pacto subeat periculum quod sibi alias non incumberet. capitulo primo, extra, de commod. saltem dummodo fiat congrua recompensatio suscepti periculi: susceptio enim periculi non facit contractum vsurarium dicit supplementum piga-

* ¶ Uos domini concludatis (quidquid dixerit iste de pigis cū aliis sequacibus) quod ex susceptiōe periculi rei mutuate cū nō effi ciat alteri contractus, quēadmodum si post mutuū quispiam pro timere Rome arripiente illomet ipsum mutuū peteret mercedē quod tunc tristo ⁊ simili casu cū alterius cōtractus efficiatur novatio, iuste solutio vltra mutuum peti potest sed in casu nostro cū simus in diversis nulla est illatio cōficiēda. ⁊ hoc probatur ratione c. l. ratione primum quia accedēs mutuo vltra sortem est usura. hic est huiusmodi accessio ergo ⁊ novatio nō efficitur alterius cōtractus sed generica periculi in specificum vel individuale in ipsū mutuo dantē. ⁊ per cōsequēs nō variat substantia ex adiecte qualitatis variatione imo hic nō est variatio sed restrictio. quia de natura mutui, generice spectat periculū ad ipsum mutuātem si mutuū recipiēs variis (in genere casibus) nō soluendo efficiatur sed ex particulari pactiōe ꝓposita casus efficit restrictio periculi in ipsum mutuantē adhibiti. secundo ꝓbatur decisione summi pontificis in. c. si naviganti. in principio. extra, de usuris. ⁊ ita padue ⁊ bononie vidi iudicare ⁊ in baccalis patrocinatus sum intrepide concludendo ex particulari periculi retētiōe ex quo mutui cōtractus nō variatur, supra sortem in eo cōtractu petitum est usura ⁊

nelle in ver. usura. in princip. ⁊ voluit Hostien. in summa. de usur. in dicto. §. nec aliquid. nec facit contractum illicitum quando creditur quod toto contractu considerato conditio recipientis periculum non sit deterior, quam alterius contrahentis. prout voluit gl. summe Raymundi, libro secundo. sub rubrica, de usuris. §. quod si emunt. ⁊ summa confessorum. simili titulo, ⁊ libro que. xxxv. ⁊ sanctus Bernardus, in dicto tractatu, de contractibus. sermone. xxxix. articulo primo. capitulo tertio. potest enim estimari arbitrio boni viri ista periculi susceptio, ⁊ si ab altero contrahente refunditur aliquid similis estimationis non est incongruum, neque peccatum, vt latius prosequitur ibi predictus sanctus respondens ad capitulum, naviganti. de usuris. quod ibi fuit expressum mutuum ⁊ sors mutuata: secus alias secundum eum. que ratio coadiuvatur autoritate domini Antonii, in dicto capitulo, naviganti. dicentis quod contractus mutui debet procedere ex sola charitate, in quo contractu omnis spes lucri indefinite est prohibita, iuxta illud evangelicum. mutuum date nihil inde sperantes, ideo sive spes lucri sit certa, sive incerta generat usuram. ideo licet mutuans suscipiat periculum sortis, tamen quia potest sperare periculum non evenire ⁊ consequenter lucrari, ⁊ si habet spem lucri est usura merito. ⁊ secundum eum, ⁊ in eo cap. idem dominus Antonius, ⁊ dominus Nicolaus, loquentes de venditore qui fecit dilationem pretii dicunt ad propositum quod non est arguendum de mutuo ad contractum emptionis, quia ex mutuo non potest sperari lucrum ex emptione. sic ergo ⁊ fortius non posit argui ex mutuo ad contractum societatis lucri ⁊ questus, ex quo licet sperare lucrum, quinimo proprium huiusmodi societatis sit sperare lucrum cum sit societas resultantis ex questu. l. coiri. ⁊ l. questuo. ff. pro socio. quinimo si quis mutuat ex charitate ⁊ amicitia, ⁊ periculum suscipit in se, ⁊ propter illud periculum vult aliquid equipollens non est usurarius, prout voluit magister * Barth. de pigis. in ver. usure. primo. §. quid de eo, qui mutuat. ⁊ refert idem tenere Lauren. de fano. ⁊ idem tenet dominus Laurentius floren. in suo tractatu, de usuris. posito in capitulo, consuluit. de usur. ⁊ licet supplementum ibi reprobet dictum Bartholomeum de pigis, per dictum capitulum, naviganti. pro eo quod periculum suscepisset, ⁊ de predicta reprobatione faciunt supra proxime dicta per sanctum Bernardum, ⁊ dominum Antonium, ⁊ Nicolaum. ⁊ ipsa reprobatio procedat quando non esset alias mutuaturus, nisi fecisset illud pactum, vt ratione suscepti periculi aliquid concederetur, ex quo pacto speraret lucrum, tunc enim esset usura propter rationem domi. Anton. de qua supra, sed quia si esset alias mutuaturus ex charitate, prout loquuntur Laurent. de floren. ⁊ Bartholo. de pigis. ⁊ sic non mutuavit propter illud pactum, sed ex charitate tamen deveniunt ad illud pactum reciprocum, nec suadet ratio quod sit usura, quia non sperat lucrum ex mutuo, nec mutuat propter spem lucri, nec aliquid percipit gratia huius usus rei mutuate: ⁊ sic cessat diffinitio usure, ⁊ cessat preceptum evangelicum, dictans mutuum date, nihil inde, id est mutuo sperantes, sed sunt duo contractus separati non correspectivi, vnus simplicis mutui procedentis ex charitate. alius est contractus innominatus, scilicet facio quod des, quia suscipio periculum, vt des pecuniam. vnde videtur per omnia, idem ac si ego mutuarem tibi ⁊ promitterem ire Romam, ⁊ tu pro dicto itinere dares decem, quo casu esset adhibenda supradicta distinctio, ita pari ratione in isto casu. ad hoc, quod not. Salic. in. l. petens. supra, de pactis. dicens quod si mutuo tibi ad usuras, ⁊ illa contemplatione promitto facere aliquid equivalens illi usure, tunc usura etiam hodie poterit peti, nec erit usura, nisi nomine: ⁊ erit licita quasi iure cuiusdam permutationis secundum eum, ad hoc optime quod tradit Bald. in. l. cunctos populos. supra, de summa trinitate. vbi tradit regulam, quod quatenus ratione istius prestationis, que dicitur usura. prestatur aliud correspondens ibi cessat usura, quia non

est lucrum, sed est quedam recompensatio, que inter cetera enervat susceptionem periculi. Predicta autem intelliguntur secundum dicta supra, scilicet si sine pacto esset aliquid mutuaturus sine usuris. Nam tunc haberetur spes lucri secundario non principaliter, nec in mutuo est prohibita spes lucri secundario. vt notatur in gloss. ⁊ doct. in capitulo, consuluit. de usur. ⁊ quod tunc non sit peccatum mortale firmat sanctus Bernardus, sermone. xxxix. articulo tertio. capitulo tertio. ⁊ sermone. xxxvii. articulo primo. capitulo secundo. vbi subdit quod tunc nec esset veniale. ad hoc sexagesima prima distinctione. capitulo, si officium. secundum eum qui intelligit spem secundariam prout dixi, scilicet quando esset alias mutuaturus. Ex quo patet quod dictum Laurentii, ⁊ Bartholom. de pigis, est verum. in dubio autem si non apparet de animo, sed reperitur quod quis mutuat ⁊ suscipit periculum rei mutuate, ⁊ pro susceptione periculi aliquid percipit ecclesia iudicat ipsum usurarium. ⁊ iste est text. in dicto capitulo, naviganti. vbi Papa videtur potius iudicare, quam statuere attenta natura, vbi censemus quod denotat iudicare premissa deliberatione. vt notatur in gloss. in verbo, censemus. in clementina prima, de concessi. preben. licet habeat varias significationes. vt not. gloss. in verbo, censemus. in clementina prima, de probationibus. ⁊ quod Papa ibi iudicet in casu dubio, patet per ea que ibi subduntur per implicativam quoque. quia ibi in casibus sequentibus contractus non reputatur usurarius, ⁊ tamen potest esse usurarius si contrahens haberet mentem pravam iuxta notata per docto. in capitulo, in civitate. de usuris. ideo in precedenti casu contrahens iudicatur usurarius, si haberet bonam mentem non esset usurarius: Papa ergo qui divinare non potest. capitulo, vt nostrum. vt ecclesiastica beneficia. ⁊ sic non noscit corda hominum iudicat ex verisimili, ⁊ communiter accidentibus, ideo quandoque fallitur. capitulo, a nobis. de senten. excommunic. ideo non sequitur iste contractus, iudicatur ab ecclesia usurarius, ergo semper est usurarius: prout nec econtra sequitur iste contractus reputatur non usurarius ab ecclesia, ergo semper est non usurarius, vt patet in terminis dicti capituli, naviganti. secundo responso, ⁊ dicto capitulo, in civitate. cum ibi notatis per docto. tene menti predicta ad intellectum dicti capituli, naviganti. ⁊ ita alias legendo dict. capitulum, visum fuit. licet doct. non dicunt. vnde vtroque casu videtur quod non sit usura, sive fiat societas ad commune lucrum ⁊ damnum simpliciter, prout solent communiter fieri huiusmodi societates, sive fiat specificum pactum, quod medietas pecunie in omnem eventum restituatur ipsi immittenti. ad hoc etiam dicta supra in vltimo quesito. fatendum tamen est quod quanto magis suscipit de periculo tanto magis debet relevari in lucro: ad hoc, vt resultet equalitas ⁊ bona fraternitas, puta si opere Seii merentur. xx. annua. ⁊ Seius susciperet periculum medietatis pecunie, quod periculum alius suscepisset pro decem congruum esset quod Seius perciperet, tunc triginta annua, vnde debet tantam partem lucri suscipere que estimatur ad triginta quolibet anno, ⁊ si hoc esset foret rationabilis ⁊ debita portio ⁊ equalitas: si ergo taliter contrahitur quod sit dubium, an ex societate sit suscepturus plus vel minus dicta quantitate, tunc ratione dubii talis contractus debet iudicari licitus. argumento dicti capituli, naviganti. ibi ratione dubii ⁊ per theoricam supradictam Theologorum, qui dicunt quod contractus societatis, tunc est licitus quando probabiliter dubitatur, cuius cōditio sit deterior, posset etiā fortasse teneri quod etiam si esset inequalitas, nihilominus societas esset licita, per ea que dixi salvando Bartol. supra, in tertio quesito, scilicet quod paciscens inequalitatem videatur donare id quod ad eum deberet pervenire vltra quam perveniat, ad hoc quod not. Bald. in authentica, ad hec, infra, de usuris. dicens quod mercatores qui vendunt merces plus debito non tenentur ad restitutionem, sed possunt relinquere heredibus, quia habent ementium consensum allegat notata per Innocen. in

cap.

capitulo, quia plerique. de immu. ecclesie. intelligitur tamen secundum dicta supra, scilicet si ematur a sciente & non ex levitate vel ex indigentia, seu necessitate, per dicta supra, in dicto tertio quesito. in huiusmodi autem societatibus illi qui ponunt operas communiter sunt periti & experti in exercitio, ita quod bene cognoscuntur si est equalitas vel inequalitas in societate, & communiter contra habentes societatem causa lucrandi, & sic non ex necessitate vel levitate, ideo prout in aliis contractibus resultat quedam tacita donatio, que in foro poli exonerat conscientiam. Ita pari ratione videtur in societate. quia nulla ratio assignari potest, quare non possit donari socio prout venditori: nec magis trahimur ad donandum venditori quam socio, imo minus, nec videtur subesse ratio naturalis, quare tacita donatio non exonerat conscientiam socii recipientis plus debito, prout exonerat conscientiam venditoris plus debito accipientis, nisi eam rationem assignemus quod iura attribuunt eam nature societati quod societas nequeat contrahi, nisi servata equalitate per ea que habentur in dict. l. si non fuerint. ff. pro socio. & que dixi supra. in tertio quesito. & Bald. in quodam suo consilio quod incipit, videamus que societas dicit. quod contractus societatis requirit in supremo bonam fidem, tamen est dura illa opinio. hoc casu, scilicet quando resultaret tacita donatio, ubi autem cessarent termini tacite donationis, tunc opinio Azo. quam supra dixi post Raph. esse communem, est equa & rationabilis: istum autem casum, scilicet quando pactum ex quo resultat inequalitas initur a sciente non ex mentis ignavia vel necessitate. Reputo ex dictis dubium: ista tamen dubietas non dependet fundamentaliter ex aliqua ratione theologica: sed ex dubietate legistali, scilicet utrum ius gentium, & Cyn. circa hoc dederint aliam specialem naturam societati quam aliis contractibus quod pro certo est magis Legistale quam Theologicum, ideo cogitabis in hoc casu, & tene quod si societas de iure tenet non est illicita in foro anime per predicta, non obstante adducta in contrarium, non enim obstat illa regula quicquid accedit sorti est usura, quia prout pluries dictum est. illa regula procedit in mutuis non in aliis contractibus. Mutuum enim est contractus gratie & charitatis. alii vero contractus, sunt contractus iustitie. dicit sanctus Bernardus, post Alexan. limb. sermone. xxxvii. articulo primo. capitulo tertio. ita ergo in societate ex qua aliquid percipitur, id secundum iustitiam percipitur. Item non obstat autoritas beati Thome, quia imo facit pro nam in eadem questione. ipse primo simpliciter presupponit huiusmodi contractus societatis fore licitos, nec distinguit merito, nec nos ex eius autoritate distinguamus. argumento. l. ii. in fin. ff. de officio pre. cum conequandis. ratio autem sua, ut sit generalis ad dictum, ut decet iuxta notata per glossam. in. l. prima. ff. de exceptionibus. & in. l. fin. ff. de officio procuratoris Cesaris. debet intelligi quod retineat damnum & periculum pecunie saltem pro parte, alias ineptissime loqueretur, quia non est verum quod periculum pecunie pertineat in totum & semper ad immittentem pecuniam: quinimo nec regulariter ad eum pertinet totum periculum, ut & supra pluries dictum est, nec etiam est verum quod semper retineatur damnum totius pecunie immisse: ut patet ex dictis supra maxime in quarto & quinto quesito. Hoc autem non potest negari quin magis sit Legistale quam Theologi, cum an transferatur damnum, necne: & etiam ad quem pertineat periculum, quia hec dependent ex despositione iuris, licet quidam fugiendo dicant quod Theologi aliter capiant damnum quam Legiste, vel secundo dicamus quod sanctus Thomas loquitur de periculo quod non contingit causa societatis, sed contingisset etiam si societas non fuisset contracta. argumento. l. si id quod. §. item Celsus. ff. pro socio. & que dixi supra, in quinto quesito. quod tamen intellige secundum dicta preterea, licet beat. Thom. ponat unam rationem differentie inter mutuum & societatem, & sit bona & finalis, tamen sunt & alie saltem illa quod mutuum est contractus gratie & charitatis, & quod solum in mutuo mandatur quod nihil inde percipiatur vel speretur non sic in societate, ut supra sepius dictum est, ideo non licet arguere ea ratione cessante, quia quando plures vigent rationes, si una cessat & alia remanet non cessat dictum instit. de nup. §. affinitatis. & l. si non lex elisescentia. ff. de heredibus instituendis, cum similibus. nec obstat dict. l. si is qui. §. si cum questum. ff. commodato. quia loquitur in commodatario qui non habet damnum rei, nec natura contractus tendit ad illud lucrum sibi concedendum. Unde cum etiam periculum non sustineat non decet quod lucrum sentiat ex re aliena, ubi autem subiret periculum posset commodatarius sentire lucrum occasione rei commodate: ut est text. in dicta. l. manifestissimi. §. sed cum in secundam. infra, de furtis. sed licet ille qui periculum sustinet suscipiat quandoque lucrum ratione periculi, si ad id habet causam habilem, ut ibi, non propterea tollitur quin dominus ratione sue rei possit lucrum percipere, licet periculum ad alium spectasset, ut in illis propriis terminis est text. in dicta. l manifestissimi. §. sed querebatur. nam si subripitur res commodata, tenetur ad penam ad quam agere potest is cuius interest, & sic commodatarius & dominus, & si agit commodatarius pena cedit ad sui lucrum ratione periculi, si autem agit dominus pena cedit lucro domini propter damnum, sic & alias in. l. sicut emptio. §. interdum. cum. l. sequenti. ff. loca. periculum spectat ad emptorem & lucrum, seu merces pertinet ad venditorem, imo etiam post rem peremptam, & sic cessante dominio lucrum mercedis pertinet ad venditorem, ut est ibi text. cum gloss. quam ibi docto. sequuntur similiter in terminis. l. curabit. C. de actionibus empti. venditor percipit lucrum ex re non sua que non stat ad suum periculum. Non obstat secundum argumentum formatum in contrarium, quia primo negari potest quod esset usura, vel contractus illicitus quando sit pactum quod totum capitale sit salvum, quia imo forte esset licitus quando cessaret animus mutuandi, & pro susceptione periculi suscipiens periculum reciperet aliquid correspondens per dicta supra pro hac parte, & per latius dicta supra, in septimo & ultimo quesito. Cogito tamen quod simpliciter & absolute loquendo detur contractus illicitus, tamen ratio est, quia est contra naturam societatis; prout latius declarat Bald. in. l. prima. infra. pro socio. in xix. quest. & domi. Nicol. sic in dicto capitulo, naviganti. de usuris. & sentit Bald. in dicta. l. prima. infra, de fructibus, & litium expensis, dicens quod si is qui posuit pecuniam est pactus salvo capitali alius non est socius, sed quod sustineat partem damni ipsius, & suscipiat partem lucri non est contra naturam, sed secundum naturam societatis merito non est eadem ratio totius ad partem, ideo non procedit argumentum de toto ad partem. l. sed & si lege. §. adeo. ubi gloss. in verbo, dimidiam. ff. de petitione hereditatis. & dict. l. que de toto. §. incerte. de rei vendicatione. & l. quendam. infra, de distractione pignorum. non obstat tertium argumentum contrarium, quia negatur quod sit inconveniens quod ego possim transferre in te dominium rei mee, cum hoc ut aliquid lucrum ex ipsa re tua percipiam: ut patet in terminis, C. l. sicut emptio. & C. l. curabit. ad hoc optimus text. in. l. apud Labeonem. §. item apud. ff. de prescriptis verbis. ubi probatur quod si tibi dotem estimatam cum hoc, ut eam experiaris & emas, & si infra tempus displicet restituas, & interim mihi des fructus vel mercedem, tunc debes mihi mercedem ante quam eligas, & tamen resultat ibi contractus innominatus do, ut facias: & sic is qui dominium transtulit recipit fructus, & tamen nemo diceret quod huiusmodi contractus esset illicitus. ad hoc etiam. l. i. cum ibi notatis. ff. de exercitoria actione. ita ergo pariter in casu nostro, in solo autem mutuo est hoc prohibitum, & quare magis in mutuis quam in aliis contractibus supradictum est in societate cogitur hoc non est prohibitum, alias sequeretur quod si translatio dominii attenderetur ponens pecuniam non posset suscipere dimidiam lucri, etiam si periculum per consequens, ut illi detestabile & nefandum quid, non petendum. nec super eo contrahendum est, & bonorum alias loquendo cum excelentiss. do. Augustino bero. preceptore meo & uti patre observandissimo. sup hoc casu hanc esse suam opinionem asseruit & est communis, ut dicunt Mo. in repe. l. cum quid. & l. singularia. si cer. peta. & Mod. in tra. de usu. in xxvii. questione. & ego numerando autoritates hinc inde doctorum hanc opi. magis communem inveni, quam domi. notetis, quia ex ea in pacto iuris & in practica maximum honorem habere poteritis. S. T.

sortis ad eum pertineret. Ex quo medietas seu pars lucri attribuentur persone socij, vnde duntaxat de residuo lucri quod non attribuitur opere, sed pecunie posset percipere dimidiam ne alias perciperet lucrum de re facta socij, ⁊ sic non posset medietatem percipere totius lucri, quod est omnino falsum, licet hoc videamus in mutuo per dictum capitulum, nauiganti. non ergo licet in proposito nostro arguere de mutuo ad societatem, vt ⁊ supra dictum est. Non obstat quartum argumentum, quia fateor quod vbi conditio alterius est deterior in contractu societatis, peccat ille socius cuius conditio est melior, nisi consocio resarciat quatenus eius conditio est deterior, si est considerabilis inequalitas saltem vbi non cadunt termini tacite donationis secundum dicta supra, quinimo potest dici forte etiam illicitus in foro fori, secundum notata per gloss. ⁊ Raph. in. d. l. si non fuerint. ff. pro socio. tamen negatur quod hoc casu sit deterior conditio eius qui posuit operam attento quod secundum communem facti accidentiam magis lucratur ex societate quam fuisset lucratus ex locatione operarum: ⁊ pro susceptione periculi recipit recompensationem equiualentem arbitrio boni viri, vt supra clare deductum est. nec obstat quintum argumentum contrarium, quia late responsum est: nam dicte autoritates contrarie aut simpliciter intellecte male loquuntur, prout ⁊ dicit supplementum piganelle, aut non sunt intelligende simpliciter, secundum dictum Bartholom. de pisis, intelligantur, quando opera prestanda erat tempore inite societatis estimanda, verisimile tanti pretij quanti pecunia immissa, ⁊ interusurium pecunie currens ante operam prestatam quod raro accidit, prout ⁊ dixi supra, in quarto quesito. isto casu considerato Bartholo. de pisis, reducit in societate inequalitatem ad equalitatem proportionis, ⁊ ad hoc adaptantur eius verba: finaliter opera non est tanti estimanda quanti pecunia immissa, ⁊ dictum interusurium, est tanti estimanda quanti interusurium pecunie prout communiter accidit, vt ⁊ tetigi in dictis quarto ⁊ quinto quesitis. tunc si interuenit tacitum mutuum, vt quia animus contrahentium erat quod medietas pecunie mutuaretur, procedat opin. sancti Bernardi, que in mutuo est fundata his cessantibus procedant autoritates contrarie de quibus supra. ¶ Non obstat sextum argumentum, quia diuersi sunt termini: nam quando dantur animalia pro estimatis tali estimatione que facit emptionem, tunc ponens operam emit medietatem animalium, ⁊ illam medietatem ponit in societate, ⁊ vendens ponit aliam medietatem, non autem ponitur tunc pecunia in societate, ideo vnus non ponit in societate minus quam alter, vnde si emptor dicte medietatis solueret pretium incontinenti esset euidens inequalitas, si pro suis operis in. l. consequeretur. si ergo non soluit, non potest dici quod prestet operas ex alio, nisi in recompensationem, quia non soluit pretium, ⁊ sic prestat operas propter dilationem pretij, ⁊ sic venditor videtur vendere tempus quod non licet, vt per Joannem andream, in regula peccatum, in vi. ⁊ per dominum Antonium, in. d. capitul. nauiganti. in fin. ⁊ probatur ex text. in capitul. in ciuitate. in fin. eodem titulo. ideo per hanc viam potest tunc reprobari dictus contractus, quod tamen an vel qualiter procedat declarabitur latius in seq. quest. princ. in terminis autem nostris est solus contractus societatis, ⁊ ipsa pecunia tota est posita in societate ad immittentem pecuniam. ⁊ in. l. pecunie. ponit ipse prestans operas, ideo qui posuit operas pro suis operis consequitur interusurium pecunie merito non videtur tempus, nec resultat inequalitas: nec obstat septimum ⁊ vltimum, quia in casu nostro negatur quod sit probabile dubium, quia licet Bartholom. de pisis, ⁊ sanctus Bernardus, loquantur modis supra allegatis, tamen loquuntur sine fundamento nisi intelligantur, vt supra proxime dixi, vel prout circa dictum sancti Bernar. dixi supra, circa adducta pro hac parte ante medium. ¶ Item plures sunt in contraria opinione, vt supra retuli, nec expedit propter hoc abstinere a societatibus, quia societas contractus laudabilis videtur, ⁊ quodammodo necessarius, ⁊ si contraheretur eo modo quo ipsi dicunt, vel vt actius loquatur contraheretur eo modo quo prefati a plerisque intelliguntur, licet forte cautius esset ex parte immittentis pecuniam, quia sine dubio nihil iniusium exigeret, tamen ponens operas peccaret, quia resultaret euidens inequalitas. nõ enim agitur in mente contrahentium, vt contrahatur mutuum: sed societas: ideo decens est quod ponens operas perciperet tantum lucri quantum merentur opere sue, quod secundum illam considerationem recipit ante partem, scilicet ante quam habeatur consideratio lucri, illud autem quod postea plus ex lucro consequitur non ex alio consequitur: nisi, quia suscipit periculum, sed nulli dubium est quod quasi semper arbitrio boni viri plus valet spes lucri in societate quam sit estimanda susceptio periculi, quia alias nemo intret huiusmodi societates, neque condigne nuncuparentur societates lucri ex questu descendentis, ideo euidenter deducitur quod ponens operas pro illa susceptione periculi plus debito consequitur, ergo sua conditio est euidenter melior. quã sit conditio ponentis pecuniam, merito secundum regulam supra a Theologis traditam ponens operas euidenter peccaret, ⁊ sic qui consulit quod talis societas illo modo contrahatur, incidit in sillam cupiens euitare charibdim, quia volens euitare peccatum ponentis pecuniam facit quod ponens operas incidit in peccatum, ideo ista via nequaquam est tutior, sed periculosior: quia apud Deum non est acceptio personarum. capitulo, nouiter. de iudi. sed equa lance iudicat ⁊ diuitem paruum ⁊ pauperem, sicut magnum ⁊ diuitem ⁊ econtra, vt ibi. ⁊ Deuteronomi, cap. j. ⁊ actuum xi. ⁊ prima questione octaua. §. hinc Petrus. vnde non minus displicet Deo peccatum ⁊ inequalitas ex parte ponentis operam, quam ex parte immittentis pecuniam. venio admodo ad secundam questionem principalem, ⁊ circa ipsas societates sunt considerandi duo casus principaliter, quia aut animalia dantur in societatẽ inestimata aut estimata. † Primo potest inter contrahentes agi, vt dominium transferatur in totum in recipientem, ⁊ tunc resultabit contractus innominatus. l. si tibi arre. in princip. ff. de prescriptis verbis. ⁊ iste casus raro accidit in vsu, ideo super eo me non extendam, tamen arbitror contractum licitum, licet trãsferens dominium speret lucrum dato etiam quod periculum in totum pertineat ad recipientem per dicta supra, in prima questione principali maxime in responsione ad secundum ⁊ tertium argumentum adducta pro prima parte. Item potest agi, vt dominium transferatur pro parte. Item vt in totum remaneat apud tradentem. d. l. si tibi arre. secundo responso. ⁊. l. cum duobus. §. si in coeunda. ff. pro socio. ⁊ tradit Raph. in l. si id. §. item Celsus. eodem titu. ⁊ istis duobus vltimis casibus potest resultare cõtractus societatis ⁊ contractus innominatus prout dixi. sequitur gloss. fin. in eadem. l. ⁊ qualiter discernatur. dic vt ibi, si enim non transfertur dominium dicitur communiter quod est contractus innominatus, ⁊ tunc si res date in societatẽ perirent, pereunt domino, ⁊ sic dant in societatem ratione retenti dominij, prout dicit Bald. post Petr. hic, ⁊ idem vult Paul. hic. est enim regulare quod res pereat periculo dominij. l. que fortuitis. ⁊. l. pignus. ff. de pignoratitia actione. nisi sit alteri debita in specie: nam respectu peremptionis debiti perit periculo creditoris, licet debitor sit dominus. l. si ex legati causa. ff. de verborum obligationibus. ⁊. l. quod te. ff. si certum petatur. ideo cum tradens animalia in societatem dicto casu sit dominus ⁊ creditor, quia pastor tenetur animalia restituere, sequitur quod periculum pertinet ad tradentem, nec refert pereat naturaliter vel casu fortuito per iura preallegata cum multis similibus, si tamen alia esset consuetudo illa esset seruanda, quia consuetudo est ius non scriptum ⁊ seruandum. l. de quibus. ⁊. l. penult. ff. de legibus. ⁊ infra, que sit longa consuetudo. quasi per totum: quinimo id quod est consuetum censetur in dubio actum inter partes. l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de edil. ed. ic. ⁊. l. si prius. ff. de aqua pluu. arcend. ⁊. l. ij. §. in commissoria. ⁊ ibi gloss. not. ff. de lege commissoria. idcirco si esset consuetum quod dantes anim

animalia non sustinerent, nisi medietatem damni casualiter vel naturaliter venientis illud in dubio censeretur actum, ⁊ esset servandum per predicta, nec forus poli in hoc discordat a foro fori, quia nulla lex nec vlla ratio id suadet. Deus enim vult servari pacta, quia non servans pacta frangit fidem, ⁊ mentitur: quod est grave non solum apud ius Civi. l. i. in princip. ff. de constituta pecunia. sed etiam apud Deum qui non facit vim inter iuramentum ⁊ simplicem loquelam: ⁊ ita peccat qui non observat simplicem promissionem, sicut ille qui non observat iuramentum: vt in canone iuramenti. xxij. quest. ij. ⁊ in capitu. pervenit. in fin. ⁊ ibi gl. fin. de fideiussoribus. ⁊ ipse Deus fecit pactum cum Noe. Unde de iure poli huiusmodi contractus innominati sunt servandi, ⁊ iura canonica, que tendunt ad conservandam societatem humanam in Deum, vt dicit Joan. andr. in regula peccatum. in vi. ⁊ sunt edita instinctu spiritus sancti: vt dicit Joan. calde. in repetitione. d. capitul. naviganti. de vsur. ⁊ domi. Nico. in. d. capitul. in civitate. eodem titul. per canonem, si quis Diaconus. in. l. distinctione. magis astringunt ad servandas simplices promissiones quam iura civilia. c. i. de pactis. cum ibi notatis. ⁊ capitu. novit. cum sua materia de iudiciis, idcirco huiusmodi pacta sunt servanda si non resultant contra preceptum Dei, in veteri ⁊ in novo testamento prohibentis vsuras exerceri. capit. super eo. ⁊ capit. cum tu. de vsur. cum similibus. ⁊ non fit contra charitatem, ⁊ sic contra preceptum divinum dilige proximum tuum sicut te ipsum, quod est quando proximus lederetur. Usura autem non est, quia non contrahitur mutuum expresse nec tacite, quia non intervenerunt res consistentes ⁊ finitionem recipientes in pondere numero vel mensura. l. ij. §. i. ff. si certum petatur. neque transit dominium in recipientem saltem in totum. l. ij. §. appellata. ⁊ §. creditur. nec periculum saltem in totum pertinet ad recipientem prout ad mutuatarium. l. incendium. infra, eodem titulo. Item non est contra preceptum diliges proximum tuum, ⁊ si taliter contrahitur quod conditio vtriusque sit equalis, vel ignoratur cuius sit melior. ⁊ profecto rustici, vt plurimum lucrantur ex huiusmodi societatibus, ⁊ eorum interest inire huiusmodi contractus: ita quod qui debeat animalia in societatem, non nocet, imo vtilitatem confert recipienti, ⁊ ideo facit actum consonum charitati, non autem charitati contrarium: ⁊ rustici qui sunt in huiusmodi magis experti arguendo a communiter accidentibus magis noscunt quam cives qui communiter dant animalia rusticis in societatem. ita quod censendum est quod contractus non claudicet contra rusticos qui magis habent rei experientiam. argumen. cap. quam sit. in princi. de elec. in. vi. ⁊ l. legatis. §. ornatricibus. de legatis tertio. ita quod in dubio arbitrandum est quod si societas contrahitur, secundum quod est consuetum contractus non claudicet maxime contra rusticos, nec fit deterior conditio rustici, si non est deterior restat contractum esse licitum ex parte civis per doctrinam Theologorum, de qua supra in precedenti questione, ⁊ ideo concludendum est quod contractus sit licitus, licet rusticus sustineat partem periculi quanquam beatus Bernardus in sermone quarto, sub rubr. societatis, aliud velit, vt supra retuli in precedenti questione in penultimo argumento adducto pro prima parte, ⁊ licet Bartholom. de pisis, idem videatur velle in ver. vsura. §. quid si habens secũdo capita tradita alicui pascenda custodienda sub certa mercede, vel sub certa participatione fetuum gregis respondeo secundum Raymundum: si dominus retinet periculum animalium non est contractus vsurarius, sed locationes: secus si non retinet periculum, sed imputat conductori secundum eum ad contestum, sed supplementum subdit, sed etiam si non retineret periculum non esset propter hoc vsura, neq; hoc dicit Raymundus, vt patet in. d. xxxvi. quest. sed posset alias continere iniquitatem, secundum eum qui iniquitatem intelligit, quando contractus claudicaret: quando opere ⁊ susceptio periculi non haberẽt condignam recompensationem. ⁊ predicta procedunt quando est retentum dominium in totum, ⁊ quando pro parte arguendo de toto ad partem iuncto eo quod dictum fuit in princip. huius questionis, ⁊ in questione precedenti maxime in responsione ad secundum ⁊ tertium contraria. ⁊ certe quando est contractus innominatus res videtur procedere magis de plano, quia non reperitur quod alia sit attributa natura contractibus innominatis quam aliis contractibus, sed in aliis contractibus susceptio periculi non reddit contractum illicitum, vt dictum fuit supra in precedenti questione. in fin. vltimi quesiti. ⁊ Ianus in adductis pro parte affirmativa post medium. Merito idem in contractibus innominatis, si autem societas caderet in contractu societatis, quod quando sit declaratum, fuit supra super gloss. fin. tunc similiter non est peccatum per easdem rationes, ⁊ per latius dicta in precedenti questione, saltem quando periculum non suscipitur in totum, ⁊ ex ibi dictis in quinto quesito, deprehendi potest ad quem in dubio pertineat periculum: nam distinguendum est quod si dominium non est translatum in recipientem, aut animalia verisimiliter non perissent, si non essent data in societatem: ⁊ tunc indistincte pereunt societati, ⁊ sic periculum est commune. l. cum duobus. §. in coeunda. ⁊ §. cum quidam Sagariam. ⁊ l. si id quod. §. item Celsus. ⁊ l. socium, qui in to. §. fin. cum. l. sequ. ff. pro socio. aut alias verisimiliter perissent, ⁊ tunc pereunt periculo domini immittentis aliam. argumen. d. §. item Celsus, a contrario sensu per notata per Bal. in. l. i. §. pro socio. ⁊ in. d. l. cum duobus. §. damna. ⁊ in l. i. §. de fructibus, ⁊ litium expensis. licet ipse distinguat inter casum quando pereunt naturaliter, ⁊ casum quando pereunt casu fortuito: sed reddit rationem, quia perissent penes dominum, etiam si non posuisset in societate, ideo videtur distinguendum, vt prediximus per dictam rationem que probatur per dictum. §. item Celsus. si tamen dominium fuisset pro parte translatum in recipientem, tunc videtur quod pro ea parte pereat recipienti etiam si non periret causa societatis per regulam supradictam, quia res perit domino, vt supra dictum est. ⁊ ita dicit Raph. in. d. §. item Celsus. ⁊ Bal. summat ibi illum text. in pecunia communicata periculum est commune: in communicanda periculum est domini quod videtur procedere in pecunia prout loquitur. d. §. item Celsus. ⁊ prout dictum fuit in precedenti questione principali in quinto ⁊ sexto quesitis. ⁊ etiam si immittens animalia non habebat eadem corpora, sed habebat recipere animalia equivalentia: si vero habebat recipere eadẽ corpora finita societate videtur quod tunc pereant immittenti, si non pereunt causa societatis, quia ipse est creditor illorum corporum, ⁊ res debita perit creditori cessante mora ⁊ culpa debitoris. d. l. quod te. si certum petatur. ⁊ l. si ex legati causa. de verborum obligationibus. ⁊ ff. de periculo ⁊ commodo rei vendite. quasi per totum. Secundo vero casu principali, scilicet quando dantur in societatem animalia estimata considerandi sunt tres casus: nam aut estimatio facit emptionem, ⁊ hoc constat, aut constat quod non facit emptionẽ, aut sumus in dubio. ¶ Primo casu res est satis dubia, quia prout diximus in precedenti questione, in vi. argumento adducto pro prima parte summa confessorum. ⁊ gloss. summe. Raymun. ⁊ sanctus Bernard. ⁊ Bartholo. de pisis, ⁊ eius supplementũ omnes volunt quod in tali cõtractu insit quoddam palliatum vel interpretatum mutuum pro quibus facit quod tradit Bald. in. l. i. §. commodato. dicens quod etiã perinde, ac si tradens animalia estimata mutuasset medietatem pecunie, ⁊ rusticus ex illa pecunia mutuata emeret medietatem animalium, quod si verum est deducitur aperte vsura, quia tantum in societatem mittit rusticus recipiens quantum civis tradens animalia, cum quilibet immittat suam medietatem animalium, vnde ratione ipsorum animalium quilibet debet habere medietatem proventuum, ⁊ ipse rusticus deberet habere medium mercedis pro custodia, quam mercedem non ex alio dimittere videtur nisi per mutuum, vnde videtur esse aperta vsura, sed responderi potest quod non est mutuum taliter consideratum, sed est venditio cum dilatione temporis, sed tunc videtur quod sit vsura, cum videatur vendere tempus: ⁊ in illa dilatione temporis palliatur mutuum, cum non videatur

excusari ratione dubij, quia forte non speratur quod plus valeat tempus in quod confertur solutio. preterea forte erat alias venditurus tempore contractus: & sic videtur censendus vsurarius per dictum cap. in ciuitate. & cap. nauiganti. in fi. de vsuris. sed Bald. in rubric. j. de vsuris. dicit quod d. cap. in ciuitate. & d. cap. nauiganti. loquuntur in mercibus que consistunt in pondere numero & mensura, & idem vult Petr. de ancha. in sua disputatione que incipit in antiquis & modernis temporibus. & cap. j. de vsu. an. vt. si autem venditur fundus vel domus ad tempus iusto pretio, & propter dilationem venditur plus iusto pretio: puta, quia fundum valoris decem vendo pro quindecim mihi dandis ad terminum non est vsura: si emptor interim aliquid percipit ex re empta. l. curabit. j. de actionibus empti. secundum eos. dispositio enim. d. l. curabit. procedit & in foro cano. & in foro poli, quia vsura ibi percipitur ratione interesse. prout no. gloss. & docto. in cap. conquestus. de vsur. & in. d. l. curabit. & in. l. Julianus. §. ex vendito. ff. de actionibus empti. concordant enim omnes Canonici & Theologi. pro vsura potest exigi ratione interesse per cap. salubriter. de vsur. & per docto. in. d. c. conquestus. vbi gloss. & doc. enumerant plures casus in quibus vsura permittitur: quos casus enumerant etiam beatus Thomas, & alij Theologi, in quibus tamen casibus proprie loquendo non est vsura, & ideo videtur quod venditor pro huiusmodi interesse possit illa recipere vltra iustum pretium presupponendo quod illud interesse verisimiliter estimaretur. v. & hec faciunt hunc casum non mediocriter dubium. Sanctus autem Bernar. in sermone. xxxiij. articulo. xiij. c. ij. refert dictum Bal. formaliter subdens quod Theologi non sequuntur vbi pretium rei est taxatum secundum Francisc. de marrone. in quarta distinctione non plura dicens, nec Fran. de marr. videri potuit. ratio autem quare Bal. non bene loquatur potest esse, quia illud interesse non possit deduci in pactum per ea que dicit Joan. andr. in d. c. salubriter. vbi querit, an gener cui per socerum est dos promissa ad tẽpus possit cum socero pacisci, quod donec sibi soluet pecuniam dotalem debeat sibi aliquid annuatim, & ideo Joan andr. dicit quod non, quia iure non cauetur quod sit licitum percipere vltra sortem, nisi in casu d. c. salubriter. quod loquitur in fructibus possessionum qui subijciuntur diuino iudicio, quod & sequitur domi. Anto. si pactum fuit nulla mora commissa, vt quia a princi. fuit conuentum de dote soluenda ad tempus, quo casu vult quod gener non possit consequi etiam fructus rei pignorate, quia ex nulla mora nullum est interesse secundum eum. sed Joan. calde. ibidem quem refert & sequitur ibi domi. Nico. dicit, quod licet dicta opinio sit tutior, tamen contraria opin. est de iure verior, scilicet quod etiam a princip. possit conueniri de dicto interesse prestando, nec obstat ratio Joan. andr. quod illi fructus subijciant diuino iudicio, quia respondendo prout ibi dicit domi. Nicolaus ille text. generaliter loquitur, possunt etiam fructus certi esse, puta pẽsio domus & merces fundi locati, preterea vltra enim quo ad vsuram non consideratur quid sit illud quod traditur vltra sortem ex parte debitoris, vt in canone, si feneraueris, cum duobus sequen. & quest. xiiij. quia preceptum Dei dicit nihil inde sperantes, & sic non refert speretur aliquid certum vel incertum, dummodo id quod speratur sit ad pecuniam reducibile. siue certum sit, siue incertum, quia qui omne dicit nihil excludit l. Julianus. de lega. tertio. & cap. si Romanorum. xix. distinct. & cap. solite. de maioritate & obedi. si ergo licet sperare fructus incertos & in pacto illos deducere, qui non obstante incertitudine pretio estimarentur, ergo in istis terminis propter interesse cessat vsura, si cessat vsura merito pro interesse potest sperari aliquid correspondens, non obstante quod illud sit certum, si spes non est improbata qualiter, nec videtur improbatum pactum, quia Dei preceptum considerat ipsam spem, nec ponderat an illa spes sit vallata pacto, necne. Itaque vbi licite vltra sortem speratur aliquid ad pecuniam reducibile ibi cessat vsura, si cessat vsura, ergo pactum non est vsurarium: quia per illa verba nihil inde sperantes tollitur omnis superabundantia. dicit text. in dicto capitulo, consuluit. ergo si licet hoc sperare non est superabundantia, si hoc non sequitur abundat, ergo licet deducere in pactum: pro quibus facit quod post medium Raymund. & Hosti. tradit sanctus Bernar. sermone. xxxvi. articulo tertio. capit. secundo. dicens, quod si mutuans erat ex pecunia lucraturus vel euitaturus damnũ, & ex pietate mutuat, tunc potest licite pacisci quod illud interesse resarciatur. & subdit idem secundum Hostien. si volebam emere terram vel vineam ex pecunia, & propter mutuum cessam emere, possum licite pacisci quod mutuatarius reddat mihi tantum quantum illa terra quam emissem redderet, deductis sumptibus labore & periculo. & idem in his duobus tenet magister Aluton. archiepiscopus Floren. in sua summa, de vsur. nec videtur predictis refragari quod tradit gloss. fin. in cano. i. decimaquarta questione tertia. & Tho. de aqui. secunda secunde questio. xij. &. xiij. & Bald. in. l. j. infra, de vsuris. & Odofred. in dicto capitulo. consuluit. volentes quod mutuans possit sperare quod mutuatarius obligatus ad antidora sibi remutuet, sed non potest pacisci quod mutuatarius teneatur remutuare, quia responsio sumitur ex dictis docto. in dictis locis, scilicet, quia illa obligatio ad antidora inest, & eo ipso sequitur ex mutuo, ideo si mutuatarius renuntiabit nihil reperitur superabundans, sed est quedam executio obligationis innate ex receptione mutui: ideo licet sperare hoc quod est de natura mutui, sed si deducitur in pactum, oritur ex pacto alia obligatio quam sit illa que oritur ex ipso mutuo, & ista obligatio que illa que superabundat, & ideo est prohibitum: nam licitum est sperare id quod naturaliter sequitur ex mutuo. prout est restitutio rei mutuate in eo genere. l. ij. §. j. ff. si certum petatur. & ita est obligatio ad antidora. quicquid autem est vltra id superabundat, & reddit contractum vsurarium, siue deducatur in pactum. siue resideat in simplici spe. d. capitu. consuluit. ideo illud est prohibitum, quinimo Rinimal. in sua summa, in titu. quibus causis vsure permittantur, vel prohibeantur. §. item quanuis. tenet quod vsuram incurrat qui mutuaret principaliter propter spem, & mutuatarius sibi renuntiaret. quod & videtur tenere Odofred. in summa de vsur. §. j. sed in terminis nostris illud quod speratur non est innatum ipsi mutuo, neque oritur ex mutuo: ideo si spes non causat vsuram, ergo nec pactum quod & patet, quia in diffinitione vsure pariter ponderatur intentio prout pactum: vt patet ex notatis maxime per dominum Nicolaum, in capitulo, de vsuris. Non obstat id quod supra dicit dominus Antonius, quod vbi nulla mora ibi nullum interesse, quia hoc est falsum: nam mora non causat interesse, licet quandoque faciat interesse deberi, quicquid autem sit in dicto capitulo, salubriter. in quibus loquitur domi. Anto. tamen in terminis nostris non consideratur mora, prout probat text. in. d. l. curabit. ibi allegata, licet mora intercessit per quem text. dicit Bald. in. l. ij. infra, de vsur. quod si venditor tradidit rem, tamen non perfecte impleuit contractum, impleuit contractum ex parte sua: vt quia promisit dare fideiussorem, & non dedit, vel non tradidit liberam, prout promiserat nihilominus vsura pretij debeatur, vt interesse vigore. d. l. curabit. quia propter hoc non impeditur vsus rei: & quia iste vsure debentur ex quadam equitate potius quam ratione more, vt probat. d. l. curabit. secundum eum quod & probabitur ex notatis per glossam. in. l. fructus. eodem titulo. & in. d. l. curabit. quatenus vult quod si venditor non tradit rem venditam, nec emptor dat pretium nihilominus emptor potest petere fructus, & tunc venditor potest petere vsuras pretij, quod & sequitur Bal. in dicta. l. curabit. & facit optime quod not. Bartol. in. l. Julianus. §. offerri. ff. de actionibus empti. & Bald. in. l. si traditio. in vndecima questione. infra, eodem titulo. per. l. fin. ff. de fundo dotali. sed constat quod dictis casibus nulla est mora, etiam irregularis cum pretium peti non possit per dictum. §. offerri. ergo &c. licet forte latissime sumendo posset dici mora irregularis, ex quo emptor recipit commoditatem fructuum ex re empta, licet petitio cesset prout forte fuit de mente Bartol. in dicta. l. curabit. sed attenta dicta

ratione

ratione. potest similiter dici mora irregularis si habeat dilationem. nos tamen simpliciter & absolute, sed reservato iure pretendit istud interesse: nam ratio fructuum perceptorum pariter militat vtroque casu. Vnum tamen obstat dicto Bald. in dicta rubric. de vsuris. supra relato, quia in illo casu emptor qui recipit rem emptam, non posset soluendo decem, euitare cursum vsureis quinque, & hoc excedit interesse. d. l. curabit. nam illud interesse cessat statim soluto pretio, & ideo istud censeatur superabundare, & censetur vsura. d. capitulo, consuluit. iuncto. d. capitu. in ciuitate. & d. capitu. nauiganti. & propter id quod supra dixi in obligatione ad antidora deducta in pactum, & hoc multum vrget contra istos dantes in societatem animalia estimata ad communem lucrum & damnum nos habita alia consideratione operarum & industrie pastoris: quia forte pastor recipiens animalia soluendo dimidiam estimationis, & sic pretium partis per eum empte non posset petere mercedem operarum pro dimidia aduersus tradentem animalia, nisi respondeatur quod imo posset, quia consuetudo interpretatur quod iste societates societatum animalium estimatorum intelligantur ad commune lucrum & damnum non considerata industria, seu opera pastoris, quia non solet repeti vel solui interim dicta dimidia estimationis: & sic ille opere confunduntur cum illo interesse debito, ratione. d. l. curabit. quando autem solueretur cessaret consuetudo, & tunc si non haberetur consideratio industrie seu opere pastoris cessaret equitas & fraternitas, que debet versari in societate. l. verum. ff. pro socio. cum similibus adductis supra in proxima questio. ideo forte opera & industria pastoris debet forte tunc recompensari, vel in mercede debita, vel in maiore parte fructuum, ex quo plus immittit. argumen. d. l. si non fuerint. cum ibi notatis. ff. pro socio. iste autem casus est insolitus, ideo non prouisus per consuetudinem, ideo debet remanere sub dispositione iuris communis. argumento. l. commodissime. ff. de lib. expen. cum similibus. & propterea partes lucri deberent tunc esse correspectiue ad id quod est immissum in societate, non autem coequales per notata in. d. l. si non fuerint. & dicta supra in prima principali questione, in secundo & tertio quesitis. non obstante quod pactum fuerit initum quod lucrum & damnum sit commune, quia verbum commune potest intelligi habito respectu ad portionem eius quod immittitur non pro virilibus, & sic fortasse per hanc possent a vitio vsure excusari infiniti qui taliter hactenus contraxerunt. possent etiam forte per aliam viam excusari, quia dato quod astringere emptorem velit, nolit, vt soluat interesse. de quo in. d. l. curabit. ita quod emptor soluendo pretium non posset euitare solutionem illius interesse propter pactum resultet in hoc superabundantia, & consequenter reddatur illicita. tamen ex quo in. d. l. curabit. consideratur veritas verisimilis interesse, videtur secundum communiter accidentia istud quod ille nequeat interim soluere pretium, & non sit aliquid pecunia estimabile, quantum ad eum cui esset soluendum pretium & qui habet recipere interesse: tum quia ex illa pecunia posset emere alia animalia & dare in societatem, ex quibus verisimiliter tantundem recipiet: tum maxime, quia raro contingeret quod pastor reddidisset interim pretium dato quod non esset arctatus ad dandum aut non dandum, seu dato quod ipse soluendo interim pretium euitasset solutionem illius interesse, si non est ad pecuniam reducibile, doctores concordant quod non sit vsura: vt habetur in dicto capitulo, consuluit. Preterea si volumus quod id non liceat, & sit vsura dicendum videtur quod habeat restituere illud quod plus consequitur propter istam necessitatem quam imponit pastori & non totum id quod recipit, quia istud quod recipit alias verisimiliter recepisset ratione predicti interesse: ergo esset restituendum illud quod estimaretur ipsa certitudo interesse percipiendi plusquam ipsum verisimile interesse. quod si recte aduertatur erit inter parum & nihil. licet enim vsura committatur, & contractus vsurarius celebretur, non sequitur quicquid inde percipitur sit restituendum. exemplum, mutuo tibi centum, vt vadas ad meum molendinum contractus reputatur vsurarius, quia propter tuum accessum in molendinum superabundabit in reditu, vt tenuit Joann. Andr. in regula, peccatum, circa fin. & Petr. de ancha. in capitulo primo, de vsur. lib. vi. & domi. Nico. in dicto capitu. nauiganti. & sanctus Bernar. in tractatu, de restitutione. sermone. xxxix. articulo secundo, capitulo primo. & Riminal. in sua summa, in. d. capitu. in quibus causis vsure committuntur vel prohibentur. §. item domini molendinorum. licet frater Nicol. in suo supplemento, aliud velit si mutuatarius non damnificatur, & non bene, quia quo ad vsuram non consideratur damnum mutuatarij, sed lucrum mutuantis: nihilominus non teneor ad restitutionem totius mercedis, quam accepi ex tuo accessu, quia illam recipio iuste ex opera persone & molendini: sed teneor restituere illud quod propter tuum accessum recipio vltra illud quod alias percepissem. ita videtur sumi ex dictis predictorum docto. qui volunt quod nullo casu illud plus sit restituendum mutuatario, quia soluit quod debuit: sed dari debeat pro vsuris. vnde in proposito videtur quod tradens iste animalia non teneatur restituere totum illud quod recipit occasione dicti pacti, sed solum illud quod non recepisset, si non opposuisset huiusmodi pactum illicitum, sed predictum interesse alias verisimiliter recepisset vigore. d. l. curabit. merito saltem illud non restituet. Item forte per tertiam viam possunt huiusmodi contractus reddi immunes a vitio vsurarum interpretando contractum, quod licet animalia censeantur vendita pro dimidia pastoris, tamen ipsa pecunia censeatur remanere in societate, quasi vnus ponat pecuniam ad emendum animalia, & alius ponat industriam & operam in pascendis & custodiendis animalibus, & ex ista pecunia emantur nomine societatis ista animalia. Quo casu ipsa societas censetur contracta in pecunia, que transfunditur postea in emptione animalium, prout in simili contrahitur societas in. l. cum duobus. §. item ex facto. & in. l. si id quod. §. item Celsus. ff. pro socio. & ita interpretando huiusmodi contractus societatis non interueniret mutuum expressum, nec tacitum: nec interueniret dilatio solutionis pretij, sed durante societate ipsa pecunia repeti non poterit propter naturam societatis, & resultabit contractus licitus per dictum. §. item Celsus. & d. §. item ex facto. & per dicta supra in prima principali quest. & hec interpretatio videtur benignior. ideo videtur aduertendo, arg. l. benignius leges inter. ff. de legibus. maxime cum huiusmodi contractus, vel similes frequententur continue a secularibus & a viris religiosis, qui fundos rusticos possident: quia in eorum fundis faciunt boues estimatos ad commune lucrum & damnum, vt vberiores reditus percipiant. quo casu videtur eadem ratio que in casu isto. de illo tamen casu latius dicetur in se. principali questione, & per istas tres vias tribus modis responderi potest ad fundamentum tenentium contrarium, quatenus dicunt quod in dictis contractibus inest palliatum seu interpretatum mutuum, quia illud negari potest: prout satis aperte colligitur ex supradictis, licet quantum ad autoritatem Bald. in. l. i. infra, commoda. etiam aliter responderi posset, scilicet quod ipse non dicit quod insit mutuum, sed dicit quod quantum ad finem, vt medietas damni resarciatur, est perinde, ac si tibi mutuasset pecuniam, & tu cum ea pecunia emisses medietatem animalium: non ergo dicit Bald. quod insit palliatum mutuum, sed illos casus equiparat ad illum finem resarciendi medietatem damni, & sentit quod illa medietas repetatur per actionem pro socio: & sic non ex tacito mutuo, quinimo in casu Bal. cessant termini mutui, quia illa medietas, que secundum illam consuetudinem diceretur mutuata veniret ex natura mutui restituenda in omnem euentum. l. secunda. & per totum. ff. si certum petatur. & tamen in terminis Bald. non erat restituenda pecunia, si pecora non perissent, & non fuisset estimatio pecorum diminuta: sed ipsa pecora erant diuidenda secundum formam conuentionis, quam ponit Bald.

vnde nullo pacto cadit ibi mutuum, & sic cessat ibi vsura; nec aliud vult vltra Bald. quia sua conclusio redit ad naturam societatis, alias ipse ineptissime in illis terminis loqueretur, licet autem supradicta tolerabilia & sustentabilia videantur: tamen, quia multi Theologi, vt supra patet, concurrunt in contrariam sententiam, & nonnulli doct. iuriste idem scripserunt: ideo huiusmodi contractum societatis animalium taliter estimatorum simpliciter initum ad commune lucrum & damnum propter periculum anime non esse dicitur approbandum, sed euitandum persuademus, maxime cum alias possint licite iniri & fieri cum eodem effectu: puta contrahendo specifice societatem quod vnus ponat operam & alius pecuniam, pro qua pecunia tradit animalia estimata. quo casu si cessat mente mutuandi videtur contractus licitus, prout quando vnus simpliciter immittit pecuniam, & alius operam: nam quasi semper pecunia ponitur in societatem, vt consumatur in vtilitatem societatis, & sepe immittitur ad emendum aliquid pro societate. d. §. item ex facto. & d. §. item Celsus. ¶ Item contrahendo societatem, seu in societatem dando animalia estimata ex estimatione, que non facit emptionem, prout infra immediate dicam. ¶ Secundo vero casu quando dantur animalia estimata ea estimatione que non facit emptionem, & tunc ipsa estimatio fit ad finem, vt cognoscatur an animalia deteriorentur vel meliorentur, vel an in grege sit incrementum vel decrementum, & contrahentes sint certi qualiter debeat postea fieri diuisio. attento quod si grex augetur debet capitale detrahi ante partem saltem, si ita est conuentum expresse vel tacite. d. §. item ex facto. & sic vt videatur quid ex societate est lucrum, est necesse videre quid fuerit immissum ad hoc, vt postea non exigantur probationes & litium iurgia euitentur: ideo cautum & laudabile est quod ab initio declaretur valor eius quod immittitur in societatem, argumento eius quod habetur in. l. fin. ff. de preto. stipulat. & in cap. finem litibus. de dolo & contumacia. cum similibus. & idem cadit si grex est diminutus vel in totum pereat. vt sine nouis probationibus & sine lite cognoscatur quid sit restituendum immittenti, casu quo veniret sibi restituenda estimatio totius, vel partis ex culpa pastoris, vel ex conuentione tacita vel expressa. Iste igitur casus videtur quasi per omnia similis, & respondendum prout quando essent data animalia inestimata, prout videtur dicere Bart. in. l. i. ff. de estimatoria actio. quo casu, scilicet quando dentur inestimata quid dicendum, dictum fuit supra eadem questione, in primo principali membro: solum videtur differre in facultate probationis, & etiam quia dicta estimatio aliquid operatur in casu interitus: nam ibi in societate, que celebratur gratia vtriusque veniret culpa leuis ex natura contractus, & si tradantur res eo modo estimate venit culpa leuissima. Pactum enim estimationis debet interpretari, vt aliquid operetur circa huiusmodi pericula prout post glo. firmant Iaco. butr. Salice. & communiter docto. in. l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commod. & gloss. & Bal. in. l. i. eod. titu. & Barto. in. l. i. ff. de estim. act. vnde quia propter istam estimationem fit in aliquo conditio recipientis decem, ad hoc, vt seruetur equalitas quod releuetur in aliquo correspectiuo ad illud quod plus periculi recipit propter dictam estimationem per dicta supra in prima principali questione. ¶ Tertio vero casu est videndum, an in dubio censeatur facere emptionem, necne: quia si estimatio in dubio censetur facere emptionem, tunc respondendum erit hoc casu per omnia, prout supra dictum est in casu quo facit emptionem: si vero in dubio non censetur facere emptionem, tunc respondetur per omnia prout in proximo precedenti casu, scilicet quando constat quod non facit emptionem. Idcirco hoc tertio casu ad cognoscendum, an in dubio censeatur facere emptionem, recurrendum est ad ea, que dixi super gloss. vbi dictum fuit quod docto. variant verum in contractu societatis estimatio faciat emptionem, & conclusum fuit quod in dubio censetur facere emptionem ea ratione, quia vbi natura contractus est indifferens circa translationem dominii, quia dominium potest ex eo transferri, & non transferri, tunc in dubio facit emptionem. argumento. l. cum fundus. ff. locati. & dictum fuit, quod contractus societatis est huiusmodi, & idem repetitum fuit in prima principali questione, circa quintum quesitum. & propterea idem videtur dicendum in contractu societatis, si presupposuisset quod sit contractus societatis, & similiter videtur idem dicendum si presupponimus esse contractum innominatum, quia de natura contractuum innominatorum non est quod transferatur dominium. neque quod non transferatur, quia potest esse contractus do, vt facias, quo casu dominium transfertur per naturam verbi do. l. fin. ff. de condictione ob causam. & l. senatus. §. i. ff. de donationibus. ¶ Item potest esse facio, vt facias, quia trado rem in societatem, vt ponas operam; & sic etiam si societas cadit in contractum innominatum videtur interpretanda, quod estimatio in dubio faciat emptionem. argumento dicte. l. cum fundus. & per ea que dixi super gloss. sed in contrarium facit, quia si resultat emptio forte resultaret contractus vsurarius secundum illam opinionem Theologorum, de quibus supra in eadem questione in primo membro, secundi membri principalis. & consequenter resultaret delictum, & in dubio non presumitur quis delinquere, nec debet fieri talis interpretatio actus, vt ex eo resultet delictum. argumento. l. merito. ff. pro socio. nec videtur quis eligere viam, per quam suus actus veniat impugnandus. argumento. l. tertie. ff. de miliari testamento. vnde videtur dicendum quod aut resultet emptio non resultat vsura, aut quod in dubio non censeatur emptio. & licet Bartol. & sequaces dicant quod censetur contracta emptio, tamen non dicunt quod resultet vsura vel peccatum, quia forte si id cogitassent, non ita respondissent vel saltem non ita clare, vel loquuntur secundum ius ciuile, secundum quod non erant prohibite vsure. Posset tamen attendi qualitas dissolutionis contractus: nam dissolutio ostendit compilationem contractus, sicut resolutio ostendit materiam, ex quibus est facta compositio secundum Baldum in. l. prima. infra, de fructibus & litium expensis. ideo si tempore resolutionis societatis veniunt diuidenda animalia, & alia que sunt in societatem, sed qui posuit animalia estimata retrahit in pecunia dimidiam sui capitalis, tunc apparet natura venditionis consequenter censetur contracta emptio. si vero capitale detrahitur in animalibus que sunt in societatem tempore diuisionis, & tunc apparet quod non fuit contracta emptio, quia emptor teneretur ad resarciendum medietatem in pecunia, cum teneatur ad pretium quod consistit in pecunia. l. i. & §. cum simil. ff. de contrah. emptio. quod & probat tex. in. l. si inter virum. ff. de iure donum. & dicit Raph. in. l. i. ff. de estimatoria actione. quod in effectu originaliter ibi vult Bar. & si aliter non exprimitur in conuentione est attendenda consuetudo. qr consuetudo est similis nature, dicit Bal. in. l. i. ff. de fruct. & litis expensis. & quod est consuetum tacite censetur actum. l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de edil. edict. cum simil. supra adductis. si igitur est consuetum quod totum capitale retrahatur in animalibus non iudicabitur emptio. si vero est consuetum quod retrahatur dimidia capitalis ex animalibus & alia dimidia in pretio, tunc poterit iudicari emptio dimidie per predicta. si vero de consuetudine non apparet, tunc remanet dubium. de quo supra. ex quibus concluditur quod cautum est dare animalia in societate estimata tali estimatione que non faciat emptionem: nam tunc contractus videtur transire sine scrupulo conscientie, & ante factum cautum est abstinere a dando simpliciter in societate animalia estimata, quia non transit sine aliquo scrupulo conscientie attentis supradictis. & hoc nisi tradens animalia ponat in societate aliquid aliud quod correspondeat opere & industrie recipientis: vt quia ponat domum, pascua & similia, nam tunc res transiret secure ex parte tradentis, quoniam tunc nulla potest cadere inequalitas seu excessus ex parte sua, si predicta equiualent opere & industrie recipientis, vt dictum est. Si vero sumus post factam societatem, & agretur quod

quod dans animalia simpliciter estimata in societatem peccaret teneretur ad restitutionem in foro conscientie, & vt quia ageretur per viam denuntiationis Euangelice iuxta ea, que habentur in capitulo, nouit. de iudic. & per Bar. in extrauagant, ad reprimendam in verbo, denunciationem. puto, quod succumberet denuncians, & esset excusandus, & immittens animalia per dicta supra: tamen cogita, & multo fortius succumberet in simplici foro causidico. Nam licet, & in eo foro possit vsura repeti. capitulo, cum tu. capitulo, post miserabilem. & capitulo, Michael. de vsur. tamen hoc casu repetens vsuram non dubito quin succumberet per predicta. ¶ Nunc autem descendamus ad tertiam questionem principalem circa boues, qui quotidie fiunt colonis partiarijs per dominos prediorum ad commune lucrum, & damnum ipsorum boum: certe si dantur inestimati res transire videtur sine scrupulo conscientie, dummodo alias seruetur equalitas, vel dubium sit, an alterius conditio sit melior per latius dicta in precedentibus questionibus: quia illa militant etiam in istis terminis. Si vero esset inequalitas contractus esset iniustus, non dico vsurarius nisi ratione conscientie induceretur tacita donatio, secundum ea, que diximus in prima principali questione in fine adductorum pro secunda parte, & supra eadem. l. super gloss. Si vero dantur estimati, & tunc si estimatio non facit emptionem. idem dicendum est quod in proximo precedenti casu per dicta supra in proxima questione. Si vero estimatio facit emptionem tunc casus est dubius, & consultius est abstinere si propter boues dominus fundi vult plus consequi quam si ipse poneret vnum bouem, & colonus alium. hoc enim casu militant eedem dubitationes, que militant in proxima precedenti questione prima, quando dantur in societatem animalia estimata ea estimatione, que faciat emptionem. Sed hic est aduertendum: quia si fundus est solitus locari pro tertia parte fructuum reddenda domino quando colonus immittit boues, & si dominus immittit boues estimatos locatur medietatem fructuum prout multotiens fit in istis partibus dubium residet circa illud plus. Quod est inter tertiam partem, & dimidiam quod plus est sextum totius: quia si recte aduertatur tertia pars fructuum attribuitur domino ratione fundi sine alio onere culture. Residuum vero quod est inter tertiam, & dimidiam recipit dominus propter boues immissos, & propter periculum dimidie boum. Ideo si ipsi boues mererentur sextum, & non plus tunc procedit dicta consideratio: quia illud sextum attribuitur bobus, & quia dominus qui retinet dominium, & periculum vnius bouis sine dubio debet habere dimidiam istius sexti, & sic duntaxat circa duodecimam partem remanet dubitatio. Circa quam dicendum est prout deprehenditur ex dictis supra in precedenti questione. Si vero boues mererentur tertiam partem & sic quantum opera, & industria rustici prout consuluit Bartol. in suo consilio vigesimo, quod incipit Micarellus, & Venantius fratres. tunc immittens nihil plus debito consequeretur. Nam illud tertium, quod attribuit bobus diuiditur inter colonum & dominum, & sic ex fructu seu mercede boum non plus consequitur dominus, quam colonus: nisi forte diceretur quod colonus leditur in opera quam consumit in custodiendis, & pascendis bobus que solent esse partes estimationis. Si vero dubitaretur an estimatio faciat emptionem, & tenet Bal. in. l. j. in si. J. ca no. & Bal. in. l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. eodem titul. dicunt quod si boues traduntur estimati in ministerium fundi vt colonus cum eis coliret agrum non censentur venditi, & de iure periculum casus pertinet ad dominum non ad colonum. Si vero colono traduntur estimati, tunc estimatio censetur facere emptionem. l. tertia. ff. locati. Cum itaque boues communiter fiant a dominis agrorum, vt coloni cum eis colant agros videtur dicendum quod estimatio non censeatur facere emptionem quod forte est verum intelligendum nisi fieret pactum expressum, vel tacitum: quia forte ita esset consuetum quod finita colonia dominus recipiat dimidiam estimationis, & boues diuidantur per notata per Baldum in. l. prima. J. de fruct. & litis expen. relata supra super gloss. & supra proxima questione. Si vero consuetum esset, vel pacto expressum quod totum capitale retraheretur in bobus si extarent esset magis clarum, quod non induceretur tacita emptio. & ita posset sustineri communis consuetudo facientium istos boues estimatos quod intelligantur eos tradere in ministerium fundi. & sic retineant dominium, & licet conueniant de parte periculi retinenda per colonum non propterea contractus est illicitus: quia si non susciperet illud periculum non consequeretur tantum partem fructuum, ita quod suscipit congruam compensationem suscepti periculi. nam si colonus non suscepisset in se periculum tunc totum id quod opera boum consequeretur pertineret ad dominum per no. per Bal. in. l. si patronus. C. vtriusque iud. & per Bar. in octogesimo consilio, vt incipiente Martiarellus. consulendum est itaque, vt res transeat sine scrupulo, quod boues non vendantur expresse nec tacite, sed specifice agatur de recipiendo capitale in bobus quatenus supersunt, & vt res transeat magis clara in foro conscientie dentur in ministerium fundi. idem per omnia videtur dicendum quando boues dentur ad colonum secundum vulgare nostrum, hoc est: quia traduntur boues cum hoc quod periculum sit dantis, & recipientis, & recipiens boues det tradenti puta. x. salmas grani pro pari boum. nam tunc si traduntur estimati tali estimatione que non facit emptionem contractus est licitus: quia resultat quedam quasi locatio, & quod pacto conductor suscipiat in se periculum, quod est licitum, vt. J. sepius dixi. facit. l. si in naue sauphe. & quod ibi, not. ff. locat. Si vero dantur estimati ea estimatione que facit emptionem cadunt eedem dubitationes que in proxima precedenti questione de societate quia viget per omnia eadem ratio. Et si dictum fuisset loco boues estimatos pro tot salmis grani annuatim tunc in dubio estimatio non faceret emptionem: quia de natura locationis est quod non transferatur dominium merito &c. per dicta. J. super gloss. & licet non sit propria locatio: quia non interuenit merces in pecunia materiata iuxta. l. locatio & conductio cum naturalis sit. et. l. conductio proxima est emptioni & venditioni. ff. locati. tamen resultat contractus innominatus similis locationi, & sic idem dicendum est quod in locatione arg. l. naturalis illius ferme tibi, & tuus mihi. §. si. ff. de presc. ver. & quod ibi habetur per Bar. procedendo de similibus ad similia ar. l. non possunt. ff. de legib. & c. inter ceteras. ex. de rescript. cum si. Restat, vt deueniamus ad vltimam

8 questionem principalem. s. circa mutua que fiunt† colonis partiarijs circa que licet iuriste, & theologi parum insistant: tamen, & seculares, & religiosi visi huiusmodi contractus celebrant. Quare communis fere omnium opin. videtur iudicare huiusmodi contractus licitos: quia facto descernitur intrinseca opinio. l. reprehendenda. J. de institu. & substitutio: sub conditione factis cum simi. Quod & aperte tenet frater Nico. de ausimo in suo supplemento. in ver. vsura, vt discussa illa quest. molendinarij mutuantis, vt mutuatarius vadat ad suum molendinum, & allegatis nonnullis rationibus pro molendinario sic ad literam inquit. alias iura merabilis multitudo etiam vsuraria cum fundi hodie non possint sine mutuo locari, imo hoc casu videtur potius grauata conditio mutuantis, quam accipientis: si diligenter inspiciatur secundum eum qui ita residet. ¶ Item Bald. in. l. rogasti. §. si tibi. ff si certum petatur. ponendo casum quando non inuenio colonum nihil mutuem dicit quod mutuo, vt habeam colonum non est vsura, & magister Antonius archid. Floren. in sua summa de vsuris allegando Laurentium de Floren. dicit quod mutuans colono partiario non committit vsuram: quia redimit vexationem; nam debet inuenire laborantem sine mutuo secundum eum. Quod tamen est intelligendum quando alias non habita consideratione mutui esset equalitas in contractu, ita quod propter mutuum non oneratur conditio mutuatarij, nam si oneraretur, vt quia vbi alias sine mutuo fundus locaretur ad tertiam partem fructuum cum mutuo locatur ad dimidiam tunc est expressa vsura: quia militat dicto casu diffinitio vsure, nam lucratur

ex mutuo. Et hoc voloit sanctus Bernad.qui in tractatu de prestantijs, sic ad literam inquit, Tertio insuper queri potest utrum si domini mutuant pecuniam rusticis, ut possessiones eorum colant nihilominus de fructibus possessionum iuste eisdem colonis satisfacientes, vel alias iustum pretium suarum operarum tribuentes, sint in foro conscientie censendi usurarij? & secundum Gregorium de arimino, in questione de in prestitis Venetiarum dicendum est quod dupliciter est satisfactio predictis dominis per mutuum exhibita colonis. Prima fit ex iustitia. Secunda vero ex nequitia. Prima quidem ex iustitia fit, nam licet si mutuantibus dominis exhibeantur opere a colonis: ille tamen opere non sunt eis ad lucrum cum eas emens iusto pretio sicut ponitur in predicto casu propterea non est usura. hoc probatur exemplo, autoritate, & ratione. primo patet exemplum, videlicet ponamus quod dominus conducat colonum ad certum tempus pro iusto pretio, & pretium tradat ante quam colonus incipiat operari dicatque postea colonus se non operaturum nisi sibi mutuet, & dominus propterea mutuat alias nõ mutuaturus. In hoc non committit usuram cum non recipiat lucrum: quia nihil recipit nisi suum. secundo potest ratione: Nam si usuram incurreret ipsam restituere tenetur, sicut omnia iura dicunt. sed nullus sane mentis id sentiret: quia tunc colonus perciperet duplum iusti pretij, quod utique impium est. tertio hoc idem autoritate clarescat: si enim talis esset usurarius, & per consequens ad restituendum obligatus non liceret mutuario detinenti possessionem mutuantis, & recipere possessionem in pignus non computando fructus in sortem: quod tamen est falsum sicut patet in capitul. primo. de usuris. Alij adducunt simile, verbi gratia, occupasti rem meam, vel vim facis in rebus meis, vel mihi ad aliquid es obligatus quod non vis mihi reddere nisi mutuem: certe si mutuo, & id lucror non lucror, sed vexationem redimo, & meum recupero, & me defendo quod licet. capitulo, dilectus. de simonia. Secunda satisfactio domino exhibita a colonis fit ex nequitia si plus aliquid de iusto pretio detrahit operarum colonis, vel preter operas iuste emptas aliquid aliud recipit, & coloni impedimentum: tunc nequissima est usura, etiam est sententia prefati docto. secundum Bernad. ad literam, & prefatum Gregor. refert & sequitur Laurentius de Flor. in dicta sua repetitione. capitul. consuluit. de usur. Sed circa hoc quero: ponamus, quia consuetum est ita mutuari non reperitur sine mutuo colonus, vel si reperiretur non reperiretur, qui pro tanta rata fructuum domino responderet: nihilominus si non esset its consuetus mutuari reperirentur, qui laborarent fundum, & pro rata fructuum domino responderent: quia si ubique cessaret mutuum, non cessaret cultura agrorum forte tolerari posset, si tunc mutuatur quia mutuaretur tunc mutuans non lucratur ex mutuo, sed euitat damnum quod ipse mutuans alias sentiret propter dictam consuetudinem, & de iure licet mutuare principaliter propter resartionem damni, & propter consequendum, & tuendum ius suum, ut dicto capitulo primo, de usur. & ibi not. per gloss. & docto. & not. in. d. capit. conquestus, eodem titulo. Et per istam viam forte multi excusantur. & istud forte sensit ille frater Nico. in suo supplemento, & magister Antonius post Laoren. de Flo. supra relati. & ad hoc adaptantur dicta supra proxime per Gregor. de uri. & secundum Berna. & ita potest intelligi dictum Baldi in dicto. §. si tibi. ff. relatum. ¶ Item, secundo quero, ponamus quod unus habet in suo fundo colonum ad dimidiam fructuum sine mutuo; tamen, quia videt quod alius est melior laborator, & forte retinebit in fundo plura animalia, ita quod ex firma meliori cultura cultus verisimiliter plus fructabit. Ideo causa adducendi illum in suum fundum mutuat ei aliquam quantitatẽ pecunie, & collocat sibi fundum ad partem fructuum talibus pactis quod contractus in se non claudicat: tamen mutuans expectat ex isto novo contractu aliquid plus consequi quam prius consequeretur, est ne licitus iste contractus, certe si dominus non recipiebat tantum a primo colono: quia primus non cultiuabat agrum debito modo prout tenebatur tunc dictus contractus videtur licitus: quia tunc non lucratur ex mutuo, sed euitat damnum quod licet, ut dicto capitulo primo, de usuris. Si vero primus colonus faciebat, id ad quod tenebatur tunc cessat dicta ratio, & dictus contractus videtur usurarius, dato quod secundus colonus non grauetur in aliquo: quia licet mutuatarius non grauetur, & nihil propter mutuum exponat ultra id quod alias non facto mutuo erogasset, nihilominus resultat usura: si mutuans aliquid ex mutuo lucratur prout dicimus in molendinario qui alicui mutuat, ut vadat ad suum molendinum, & recipit ab eo debitum, & solitam mercedem pro cultura. nam licet mutuatarius de suo nihil exponat nihilominus committitur usura, ut dixi supra, in questione de societa. circa finem primi membri secundi casus principalis licet mutuatario nihil sit restituendum, eo: quia nihil ultra debitum ab eo aufertur, sed erogandum sit in pauperes, prout volunt Ioan. andr. & Ioan. cald. Petr. de ancha. dominus Nicol. sic & sanctus Berna. in locis supra allegatis. advertendum tamen est quod prefati docto. dicunt quod non restituitur illud, quod molendinarius consequitur pro multura, sed illud quod consequitur propter maiorem concursum: quia propter accessum istius mutuatarij vadunt alij, & molendinum habet maiorem concursum, & propter numerosiorem concursum magis lucratur. Et ita dicunt in doctore mutuante scholaribus. Unde posset quis dicere quod istud non militat in casu nostro: quia non cadit hoc quod propter istum novum alij concurrant: quia solus conductor habet cultiuare agrum. Et ideo in istis terminis nihil sit restituendum neque sit usura: tamen non videtur dictum doctorum ita ruditer intelligendum: quia si propter accessum mutuatarij alius accedit, & ille alius debitam multuram erogat non plus tribuit mutuanti accessus secundi, quam accessus primi. si ergo solus accessus primi non induceret usuram: pariter nec secundi si accessus primi, & secundi usuram non inducit pariter nec tertij. Et sic successiue de alijs: quia mutuanti nihil affert accessus secundi, tertij, vel quarti: quin afferat accessus primi nec illis alijs qui debitas, & condignatas multuras erogauerint est aliquid restituendum, nec etiã sunt eroganda in pauperes multure, que recipiuntur ab alijs qui illa occasione accedunt, sed est erogandum in pauperes illud, quod plus venderetur molendinum propter dictum accessum plurimorum prout dicit Ioan. andr. in dicta regula, peccatum, circa finem. & sanctus Berna. ubi supra. Quapropter si propter accessum solius mutuatarij molendinum, vel reditus molendini plus venderetur, quam alias fuisset venditus pari ratione illud esset erogandum in pauperes. Ita pari ratione dicendum videtur in casu nostro. si propter accessum istius coloni a quo nihil indebitum exigitur reditus fundi, vel fundus plus venderetur illud sit in pauperes erogandum. & ita videtur dicendum etiam si desidero tecum contrahere societatem lucri, & questus coequalem, & de se iustam, & licitam, & spero ex ista societate lucrari, & etiam quod tu lucreris, & ut te inducam ad ineundum mecum societatem, mutuo tibi pecuniam, alias non mutuaturus, talis contractus videtur censendus usorarius: licet mutuatario non sit restituendum: quia mutuum non procedit ex charitate, sed propter spem lucri: ergo est usura. & licet mutuum non sit causa proxima, sed remota ipsius lucri non refert propter proxime dicta in questione molendinarij, & doctoris, & propter dicta supra in prima principali questione ad intellectum. c. nauiganti. de usu. Et quia preceptum Dei dicit mutuum date, nihil inde sperantes, & id quod procedit ex causa causata dicitur procedere ex causa causante. nam ut aiunt philosophi quicquid est causa cause, est causa causati. argumentum ad hoc in. l. manumissiones. & l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure. Unde si ille sperat ex causa causata a mutuo deinde, id est, ex causu mutui sperare: igitur videtur quod huiusmodi mutua, que fiunt cum istis colonis partiarijs sint multum periculosa: quia raro fiunt simpliciter propter

propter charitatem, vt fieri debet, sed quasi semper mutuans sperat aliquod lucrum, vnde non vigent rationes s. adducte per Grego. Lauren. de Flo. & Bern. quia militant quando mutuatarius propter mutuum euitat damnum, si in casu nostro non euitat damnum, sed mutuat, vt plus solito consequatur ex contractu seu actu, alias de se licito: quod plus si cessaret mutuans non priuaretur suo nec damnificaretur in suo, vt patet ex predictis. Ex quibus patet quod eorum dictum remanet sine ratione nisi intelligatur secundum id quod dixi s. ead. questione in primo quesito, & quod dicam. j. circa finem. possset tamen forsitan dominus inire societatem cum colono partiario in qua colonus poneret operam, & industriam pro cultura, & dominus poneret fundum, & pecuniam, & boues non estimatos, vt. s. in proxima questione precedenti. ¶ Ita quod non contrahatur mutuum neque venditio boum, & faceret pactum de retrahendo capitali, si ex tali societate lucraretur, & idem resultabunt effectus: quia raro, vel nunquam contingit quod ex huiusmodi societatibus non lucretur, saltem quando pro pluribus annis initur, & talis contractus videtur licitus propter dicta in precedentibus questionibus principalibus: nec talis contractus societatis est extraneus in istis terminis: quia ex contractu inito inter dominum fundi, & colonum partiarium in dubio resultat quedam quasi societas, vt probat text. in. l. si merces. §. vis maior. ff. locati. & faciunt que habentur per doctor. in bac. l. in qua sunt pastores partiarii fructuum pecorum. Et dubitatur an resultet contractus societatis an contractus innominatus, vt dixi s. super gloss. Et eadem est ratio in colono partiario fundi: vnde nihil repugnat quominus possit iniri expressa societas prout iniri potest in terminis. l. nostre: ergo vnus licite immittit pecuniam in recompensationem operarum coloni, & maxime hoc procederet si non fieret pactum quod capitale sit saluum. Quod non oportet fieri: quia semper plus fructus capitur ex fundo quam in eo erogetur saltem si pro pluribus annis societas contrahatur. Si vero fieret pactum quod capitale sit saluum in totum, vel in partem, tunc incideremus in illas dubitates quas tetigi in prima principio questione, que cadunt formaliter in istis terminis. Et pro predictis facit quod no. Petr. de anch. in capitul. peccati venia. de re iudi. prout relatum reperio in quodam tractatu de vsuris noniter delato, & directo ad reuerendissimum dominum Spoletanum in forma repetitionis capituli nauiganti. Nam Petr. de ancha. querit an sit licitus huiusmodi contractus colonorum qui volunt quod domini ponant boues suo periculo, & pro bobus darentes mensuras frumenti: tamen quia boues male tractantur constat periculo domini. Ideo domini quandoque cum colonis paciscunt eis mutuare magnam quantitatem pecunie pro dictis bobus emendis, & sublevandis aliis suis necessitatibus, & coloni emunt boues suo periculo, & recipiunt pecunias. Facit primo quod totus contractus debeat iudicari vsurarius: quia colonus non conduxisset fundum nisi fuisset factum mutuum. Ideo mutuum fecit meliorem conditionem ipsius mutuantis. Vsura autem est prohibita non solum principaliter, sed etiam cum instrura contractus liciti l. athletas. §. ait pretor. ff. de infami. nec mirum si accessorium vitiat contractum principalem si quis non erat, alias contractus l. cum te. j. de pact. inter emptorem, & venditorem secundum eum. Qui tamen contrarium sit mat quia non est contractus locationis, & mutui, sed est contractus societatis. videtur enim contracta quedam societas inter dominum, & colonum, presupposito autem pro vero quod iste sit contractus societatis. infert quod in dicto contractu possunt iniri pacta inequalia super lucro, & damno, & super periculum quod pertineat ad vnum socium non ad alium iuxta ea que habentur in. l. si non fuerint. ff. pro so. ad propositum ergo siue coloni siue socii volunt obligare dominum ad mutuandum, & non teneri ad restitutionem donec duret condictio, videtur satis iustum quod domini possunt cum bona conscientia eximi ab onere tradendi boues suo periculo. & istud proprie non potest dici mutuum, sed collocatio pecunie in societate contrahenda. Quod autem eam pecuniam habeat saluam finita societate est de iure secundum naturam societatis, vt not. in. l. prima, infra pro socio. Nam cum sola pecunia possit poni ex vna parte, & ex alia opera, & industria, & lucrum equaliter, vel inequaliter diuidi, vt notatur in dicta. l. prima. multo magis potest inequalitas subeundi periculi deduci in pactum, & per consequens dominus se exonerare a periculo boum: cum quandoque dominus solum ponat predium, & colonus animalia. Sed quando bonitas predii non esset tanta dominus supplet cum pecunia. Hec Petr. de ancha. quem referens sequitur in colono partiario qui vere potest dici socius, ex quo consequitur partes lucri non credens predicta procedere in colono affectuario seu nummis colente. Tene menti: quia volunt quod etiam si verba concipiantur sub nomine mutui contractus sit licitus etiam si contractus taliter fiat quod cessante pecunia contractus esset inequalis, qui & alterius conditio esset deterior quod est notabile dictum si procedit & sit substenabile, si contractus interpretetur contractus societatis non. obstantibus verbis sonantibus mutuum: vnde saltem si contractus non initur nomine mutui, sed nomine societatis res videtur transire sine scrupulo: vnum tamen videtur obstare quod Petr. de ancha. non videtur considerasse: quia de natura societatis est quod capitale retrahatur ante partem prout supra dixit Petr. de ancha. Et latius dixi in prima principali questione in quarto, & septimo quesito: tamen ipsum capitale extrahitur de ipsa societate, & sic de communi, & consequenter qui immittit operas, & recipit pecunias tenetur secundum naturam societatis in effectu restituere de suo dimidiam pecunie. & tamen in casu Petr. de ancha. immittens pecuniam recuperabit totam, & integram summam ab ipso colono, & non detrahet illam de fructibus nec de rebus societatis. vnde quod reddatur integrum capitale ab ipso colono accedit nature mutui potius quam nature societatis. Potest forte responderi quod est perinde ac si fieret pactum, quod colonus ponat omnia necessaria, & opportuna pro cultura suo periculo, & si illa extant finita societate ipse pro se eam retineat, nec tunc inconueniens reddit ipse integrum capitale: quia ipse colonus pro ipsa pecunia habet res nec refert si res non extant: quia perierunt periculo coloni, nec videtur hoc pactum esse reprobatum, dato quod pactum quod capitale sit saluum sit reprobatum in societate de quo late dixi in prima principali questione in sexto quesito: quia hoc casu non fit pactum quod capitale sit saluum. Sed solum quod boues, & alia necessaria pro cultura periculo coloni stent: dato enim quod pereant boues, & alia deputata pro cultura: tamen possunt recolligi tot fructus quod excedunt perditionem illarum rerum prout communiter contingit, & isto modo potest transire contractus societatis cum bona conscientia. Illud autem quod capitale in pecuniam in missum retrahatur in pecunia sepe practicatur: qui mercatores sepe promittunt finita societate pro se retinere debitores, & mercantias, & restituere capitale in missum in contanti. videtur enim esse quoddam pactum de emendo portionem alterius quod non est reprobatum, nec in terminis nostris est pactum inualidum si res postea non extant per textum in. l. si in venditione. in princip. ff. de condict. & periculo rei vendite. de cuius intellectu vide dicta in. l. petens circa finem gloss. infra eodem ¶ Item aliud videtur obstare: quia vt plurimum contingit quod colonus indiget pecunia ob aliam causam quam ob causam culture. Illa igitur causa tunc non spectat ad societatem: vnde istud pactum tunc non videtur conuenire nature societatis, sed videtur potius quidam color questus, quedam fraus de nomine contractus ad nomen quod fieri non potest argumento. l. nemini licere. infra, de aduocatis diuersorum iudiciorum. & l. prima. in fine. infra, de priuilegiis scholarium. libro duodecimo. Et quod habetur in capitulo, de ciuitate. de vsuris, cum similibus. sed potest forte responderi quod ex quo partes principaliter agunt inire societatem, & forte colonus non posset societati satisfacere: ideo fit pactum quod possit de societate retrahere tantum quantitatem, & remouere illud impedimentum, vt libere possit

¶ Mo. tractantibus seriem restitutionis conscientie de per vsurarium, vltra eos vos concludatis restitutionem ab vsurario esse conscientiandam in eius vita: vt concludunt Alexan. de alexandria. & Franci. de platea. in tracta. vsura. & contra. Mo. in vlt. char. & ista procedunt nisi vsurarius fuerit in necessitate. quia cum tempore necessitatis bona sint communia: vt est casus in. l. j. in. §. cum in eadem. ff. ad. l. Ro. de iac. in. c. discipulos. de consecra. dist. v. ac in. c. si quis per necessitatem, de fur. & tradit do. Fely. in. c. j. de offi. indi. sed postquam deuenerit ad vberiorem fortunam tunc bene tenetur vt communiter concludunt docto. maxime Mod. in. l. ij. de perditi. qui filios distra. & in. l. filiicitas. in. §. finali. de offi. presi. & tradit do. Fely in. c. cum dilecta. in xliij. col. de rescri. S. T.

expedire incu͂bentia societati, ideo non dicatur pactum alienum a societate, nec sit aliqua fraus si partes non agebant in mente contrahere mutuum prout contrahent societatem, & vnus immittere pecuniam, & alius operam & domum, & conueniret quod domus de pecunia societatis actaretur, vt sit expediens exercitio societatis, tunc enim nemo diceret esse pactu͂ illicitum, & etiam quilibet fateretur posse licite pacisci quod in fine societatis dominus domus redderet de suo proprio integram pecuniam co͂uersam in vtilitatem sue domus. vnde idem videtur dicendum in isto casu in quo persona coloni (vt ita loquar) actatur & disponitur, vt sit accomodata ministerio fundi & exercitio societatis: si autem colonus vellet pecuniam pro causa penitus separata a societate puta causa emendi fundu͂, vel aliam rem non oportunam culture agri tunc esset magis dubiu͂, sed vt plurimum contingit quod huiusmodi prestantias recipiunt indigentes, vel pro soluendis debitis, vel pro sustentando se, & familiam suam. Sed aduerte: quia Lauren. de floren. postquam retulit Greg. de arimino prout. s. relatum est subdit in. xlij. quest. Sed opponitur cum eo, & videtur quod licet dominus intendat tantum recipere operas a colono in compensatione iusti pretij quod dat pro illis operibus nihilominus peccet: quia etiam recipit pro mutuo: quia propter mutuum colonus pro iusto pretio vendit operas suas quas alias nullatenus vendidisset. sed solue quoniam iste contractus venditionis secundum se nullum est lucru͂ ipsi domino: quia nulla pecunia, vel pretio potest estimari alieno a pretio ipsius rei que venditur. Alioquin vbi nullu͂ interueniret mutuum vendens posset exigere vnum pretiu͂ pro venditone; aliud pro re quam venderet, & sic venderet venditione͂ pro vno pretio, & rem venditam pro alio pretio. Et pari ratione posset exigere pretium de venditione venditionis iam dicte, & sic in infinitum quod nullus diceret, & sic stultum esset dicere quod colonus pro operis venditis recipiat iustum pretium & pro venditione aliquid amplius, & consequenter colonus nihil videtur dare domino: & venditio operarum coloni nullum lucrum videtur afferre domino, & sic quod colonus vendat ei operas suas nihil affert lucri ipsi domino sicut nec colono erit lucrum quod dominus emat eius operas secundum eum. Considerare igitur videtur prefatus doct. quod non attenditur an ipse opere sint causa vtilitatis, & lucri sed an ipsa venditio in se sit lucrum pro quo facit: quia ipse ibidem in. xxxviij. & xxxix. questionibus in questione circa molendinariu͂ mutuante͂ concordando cum alijs. s. relatis quod non debeat mercedem, vel multura͂ suam vltra quod teneatur erogare in pauperes estimatione illius commodi concursus gentium, vel notitie que habetur de moliendino, & licet videatur aliquid lucrari: quia si ille no͂ accessisset opere sue fuissent inutiles respectu illius mercedis: quia non fuissent prestite, & stetisset otiosus. tamen propter hoc non teneatur eam mercedem restituere in totum, vel in partem licet ad locationem operarum deuenisset propter mutuum, sed nulla consideratione habita istius mercedis solum astringatur ad restituendu͂ illud quod accessit illi mutuatario, & afferret vltra ipsam mercedem quod quidem multum confert ad terminos nostros, scilicet quod etiam vbi est simpliciter mutuu͂: tamen si colonus pro operis suis verisimiliter recipit tantum fructuum quod ascendat ad debitam merced e͂ operaru͂ non sit co͂tractus illicitus, licet mutuans deueniat ad dictam locatione͂ & co͂ductione͂ causa alicuius vtilitatis co͂seque͂de, vt quia forte predium alias stetisset incultu͂ pro parte rei, vel temporis. & cum tot docto. s. relati quos inueni ponentes istam questione͂ de domino mutuante colono partiario videantur inherere opinioni quod co͂tractus sit licitus, forte non esset absonum simpliciter tenere quod simpliciter liceat, etiam si non deducatur in societatem saltem expressam non obstantibus hijs que. s. dixi: quia forte non est habenda consideratio eius in quo plus venderentur fructus illius molendini propter accessus illius mutuatarij respectu mercedis qua͂ exhibet ipse mutuatarius sed duntaxat respectu illius extrinseci, scilicet propter maiorem concursum & propter maiorem notitiam, & fortasse posset attentari quod etiam si maior concursus haberetur, & ille maior concursus esset pecunia estimabilis tamen si mutuans du͂ mutuauit no͂ habuit ad illud co͂sideratione͂, sed solummodo, vt illud accede͂t & sic soli, vt ipse mutua͂s ei mutuatario locaret operas no͂ teneatur ad aliquid restituendu͂ seu erogandu͂ in pauperes: quia no͂ mutuauit propter illud lucru͂ quod postea consequitur, sic no͂ mutuauit propter spem lucri si locare operas non reputatur lucrum: vt. s. dixi. & sic cessat euangelica prohibitio mutuum date nihil inde sperantes. Et si predicta procedunt infertur quod non resultat vsura in exemplo dicto. s. eade͂ questione immutuante alteri, vt eum trahat ad ineundum secum societatem, de qua sperat lucrari que videntur rationabilia licet in contrariu͂ faciat. C. nauiganti. de vsuris. circa cuius intellectum vide dicta. s. prope fi. prime principalis questionis. Et ideo cautius est non inire mutuum sed contrahere societatem, & idem resultabit effectus finis: gratias ago tibi

O eterne princeps, cuius gratia adiuuante ha͂c
singularissimam repetitionem conditam a
famosissimo vtriusque iuris doctore domino Pet. Philippo de Corneo
transcribere valui & finem imponere, die. xvij. Martij, & in
die festo pasche rosate.
M. cccclxxij. Perusij transcripsi in
domo Petr.
Raynerij
de Perusio.

Incipit repetitio authenticæ

Sacramenta puberũ facta & compilata ſecundo loco per dominũ Pet. Philippum de nobilibus de Corneo famoſiſſimum doctorem vtriuſq; iuris, quam ego Franciſcus marini poccioni de Angelo trãſcripſi Peruſij ſub anno domini, M.cccclxxij. & uigeſimo, ſeptimo menſis Martij.

SVMMARIVM.

1 ☞ Iuramentum confirmatorium contractus a pubere ſponte preſtitum reddit contractum inexpugnabilem, ſed vi vel metu preſtitum eſt nullum.
2 Sacramentum quo pacto ſit conſiderabile.
3 De quo iuramento hec authentica loquitur.
4 Iuramentum ſi preſtatur ſuper re non ſacra quid iuris ſit.
5 Clerici iurant in pectore tanquam in re ſacra.
6 Iuramentum an ſit preſtandum per caput ſuum.
7 Iuramentum an ſit preſtandum capite vel pedibus.
8 Impubes religionem vouere non poteſt.
9 In iuramento verba non requiruntur, ideo obligantur ipſo muti.
10 Iuramentum an poſſit preſtari per nuntium, per procuratorem, vel per alium.
11 Iuramentum quando ſponte factũ, vel preſtitum dicit.
12 Confeſſus in tormentis non dicitur ſponte confeſſus.
13 Ex enormi leſione an dolus preſumatur.
14 De qualitate verbi ſuper pulchra poſt Odofr. & Bal. declaratio.
15 Leges loquentes de contractibus ad quaſi contractus trahuntur.
16 Quatuor requiſita iureiurando, vt ſit obſeruandum.
17 An minor iurans ſit certiorandus ad hoc, vt iureiurãdo minoris etatis beneficium tollatur.
18 Iuramentum a minore interpoſitum in obſeruatione contractus ab alio celebrati in re ſua, an ipſum contractum validet eum maiorem repreſentando, in terminis huius authentice ſacramenta puberum.
19 Iuramentum an validet contractum. l. vel ſtatuto improbatum.
20 Contractus prodigi iuramento non firmatur.
21 An de iure ciuili etiam illaqueetur anima.
22 Contra bonos mores quid eſſe tripliciter conſideratur.
23 Diuerſimode contra publicam vtilitatem de iure canonico & de iure ciuili reputatur.
24 Prodigi cui ſit bonis interdictum, contractus non iureiurando firmatur.
25 Contractus reprobatus defectu ſolennitatis, probatorie an iuramento firmetur.
26 Contractus reprobatus defectu ſollennitatis formalis an iureiurando firmetur.
27 Donatio inter virũ & vxorẽ confecta iuramento firmatur.
28 Tria precipue requiruntur ad hoc, vt iureiurando cõtractus firmetur.
29 An detur aliqua via, vel aliquod remedium quibus iuramenta non cuſtodiantur.
30 Iureiurando non firmatur contractus in quibus proſpicuis indicijs de euidenti iniquitate argui poteſt, & preſertim in caſu enormis leſionis.
31 Iuramentum poteſt remitti a parte in cuius fauore in emanatum extat.
32 Non valet ſtatutum quod ex aliquo facto non preſumatur vſurarius contractus, & non valet ſtatutum imponens penam contrahenti matrimonium: hoc tamen ex mente Bal. per. d. Corne. limitatur.
33 Iureiurando duplex oritur obligatio.
34 Iuramentum afficit heredem quoad temporale non quo ad ſpirituale vinculum, & poſt Bald. hic concludit do. Corneus.
35 Triplex eſt metus, videlicet concuſſiuus impreſſiuus & ſuſpicionis violentis conſideratiuus.
36 Promittens ſe non denunciaturum maleficium, & iurans promiſſio, & iuramentum nullius eſt momenti.
37 Plures dantur rationes ex eo quod iuramentum per metum interpoſitum ſit ipſo iure nullum.

ET ᵃ famoſa & vtilis authentic. eſt ſumpta ex titul. de pace iuramento firmanda. §. item ſacramenta. decima collatione in vſibus feudor. vbi eſt longius melius gloſſata quam hic, & quia breuis eſt communiter non ſumatur, tu hoc quod dicit bene recollige, & vide deligenter. † Iuramentum contractus confirmatorium a pubere ſponte preſtitum reddit contractum inexpugnabilem, ſed preſtitum per vim vel metum eſt nullum. hoc dicit. ¶ Diuiditur in duas partes. prima loquitur de iuramento ſpontaneo, ſecundo de violente, vel metiuloſo. ſecunda ibi, per vim & qualiter ſe habeat iſta authentica ad legẽ. C. dicam. j. ſuper verbo contractibus. ¶ No. quod iuramenta ſuper obſeruantia contractuum preſtita firmant ipſos conſequenter non ſolum ſi preſtantur a maiore, ſed etiam a minore, vt hic. & non ſolum ſi contractus eſt alias de iure validus, ſed etiam ſi alius eſt nullus, vt hic ſecundum communem lecturam, licet pleriq; contra, vt dicetur. j. in verbo contractib. ¶ Not. ꝙ iuramentum eſt inuiolabiliter ſeruandũ. an autẽ hoc procedat quando ſtatutum reſiſtet iuramento dicam in verbo inuiolabiliter. ¶ Not. quod licet actus per vim, vel metuꝫ celebratus regulariter teneat, tamen veniunt reſcindendi per actionem quod metus cauſa, vt in titul. quod metus cauſa. ff. & C. tamen fallit in iuramento, vt eſt hic tex. no. vt nõ requiratur abſolutio a iuramẽto ꝙ an procedat dicaꝫ ſuper verbo nullius eſt momenti. Et Barto. Bald. Angel. & Salic. procedunt ponderando verba text. ſuper ſingulis verbis tangendo queſtiones que ipſas reſpiciunt: ideo ſimili ordine procedam expediendo primo gloſſ. ſuper verbo abſumpto poſitam ſi quid ſuper ea tangendum erit. demum extra gloſſ per queſtiones expediam ea que illud verbum reſpiciunt, vt ſic facilius inueniantur que hic ponam. ¶ In text. ibi, ſacramenta † quero primo quod ſignificet, & an hoc verbum hic proprie ſumetur dic quod ponitur, id eſt, iuramentum ſecundum Bartolum. ſinonima enim ſunt ſacramentum, iuſiurandum, & iuramentum ſecundum Cynum, & ſumitur hic improprie: quia ſacramentum eſt rei ſacre ſignum de quo loquitur text. extra de ſacra non re, ſecundum Bartolum, ſed imo ſacramentum proprie dicitur iuramentum ſuper ſacro preſtituꝫ. vnde debet preſtari ſuper altare, vel ſuper Euangelijs, vel aliqua re ſacra ſecundum glo. primã in corpore, vnde ſumitur circa quod vide quod dictum in ſequenti queſtione. Secundo quero an hec † authentica habeat locum in iuramento verbo tenus preſtito circa quod gloſſ. in corpore tenet quod non, nam debet ſecundum eum corporaliter preſtari ex quo text. loquitur de ſacramentis que ſunt iuramenta ſuper re ſacra preſtita, & iuramentum verbo preſtitũ nõ dicitur proprie ſacramẽtũ vt nota. in authentica, nam princip. §. ſed neque ſecundum Baldum, & Iacob. & quod hec authentica procedat duntaxat in iuramento corporaliter preſtito, dicunt noſtri docto. & bene ſecundum Cynum, nam iſta authentica eſt odioſa ſecundum eum: ergo reſtringenda. ¶ Item hec authentica venit ad declarationem. l. C. ideo debet intelligi ſecundum terminos. l. declarate. vt in authentica de alijs ante inſtrumenta donatis, ſed lex. C. loquitur in tali iuramento merito &c. ſecundum eum, & ita communiter tenent legiſte per dictam communem rationem ſecundum Bartolum. hoc enim tenuerunt Iacob. de are. Iacob. butrig. Petrus rain. & omnes vſque ad Bartol. ſecundum Rapha. quod & tenet etiam Bald. per dictam rationem & ſimiliter Salice. & idem etiam tenet Bartol. de iure ciuili, ſed de iure canon. tenet contrarium. nihil allegat ad hoc cap. cuꝫ conting. de iureiur. & cap. quanuis. de pac. in ver. & can. iuramenti. xxij. queſtione tertia. ſecundum Rapha. ſe

ᵃ ¶ Super hac authentica ſacramẽta puberũ. ſi aduerſus vẽdi. iuy vos domi. videatis moderniſſimos in tractatu. de iureiurando. in. x. charta. & moderniſſimos in tractatu reſti. in integrũ. in. xli. q. vſq; ad. lxxxviij. & videatis ſingulares notabiles & communes deciſiões per me adductas. in additionibus ad iſtũ docto. in. i. re. huius authẽtice. ſi. ſi aduerſus venditio. & aduertatis ad dicta optima do. Cornei in hac re. ſ. S. T.

contrarium quem videtur fuisse mens Federici, qui similiter dicit sacramenta & cuius tempore fuerunt facti canones secundum eum. & quod etiam de iure ciuili sufficiat iuramentum verbo prestitum tenuit Imol in dicto capitulo, cum contingit, in .xxiiij. dicens quod tota vis .l. codicis & authentic. stat in periurio. ex hoc sentiens quod idem erat de iure codicis quod forte non procedit cum tex. si specifico loquatur de iuramento corporaliter prestito. sed videtur procedere quo ad hanc aothenticam, que similiter loquitur indiffinite in sacramentis prout videtur esse de mente Raphael. nam etimologia verbi sacramentum hoc suadet cum deriuetur ex sacra & mente, vnde si mens dirigitur ad rem sacram ista potest dici sacramentum. si verbo prestatur puta dicendo per Deum vel per Euangelia. prout si iuratur tangendo rem sacram; quia vtroque casu mens dirigeretur ad rem sacram ad hoc quod dicunt gloss. & Jacob. butrigar. in sequenti questione. de qua .§. nec obstant rationes .§. in contrarium adducte. nam ratio gloss. & Bald videtur soluta per predictam: nam gloss. in dicto §. sed neque. notat id quod dicit Bald. nec obstat ratio Cyn. quia licet ista authentica tollat beneficia fauore minoris inducta, & ideo possit dici hoc respectu odiosa, & sic respectu temporalium rerum; tamen respectu anime que est prestim vida .l. sancimus .§. de sacrosanctis ecclesiis. debet censeri fauorabile * & extendenda; quia tollit periurium, secundum Bartol licet ad alium finem, & licet quod sit extendenda tenent docto. secundum Paul. qui ita transit nec obstat communis ratio doctor. quia licet ista authentica fuerit posita per Irnerium super .l. C. non sequitur quod Federicus eius autor eam fecerit ad interpretationem .l. C. nec vllatenus apparet ex verbis in corpore. vnde potest dici quod Federicus processit trahendo regulam. & non volendo restringere .l. C. sed ampliare prout dicitur in verbo contractibus, quod licet lex. C. loquatur in venditione valida, tamen hec authentica procedit in aliis contractibus tam inualidis quam validis prout est communis doctor. sententia: vnde ita dicere possumus quod licet .l. C. loquatur in iuramento corporaliter prestito; tamen hec authentica, que simpliciter loquitur in sacramentis latius intelligatur tam in sacramentis verbo prestitis quam in corporaliter prestitis. sed licet videatur hoc de iure verius tamen de iure ciui. tamen de iure cano. tenendum esset contrarium. Ex quo gloss. & docto. fere omnes concordant: tamen de iure cano. tenendum est quod sufficiat iuramentum verbo prestitum per iam dicta, & ius canon. est seruandum in terminis imperij. & foro seculari per capitulum, licet mulieres. de iureiuran. in verbo, & ideo parum quid dicendum de iure ciui. potest tamen esse vtilis in contractibus iudeorum & infidelium qui ligantur .ll. Imperatoris. vt. l. iudex. §. de iudeis. & ideo in eis seruatur ius ciuile non canon. argument. capitulo, gaudemus. de diuortio. prout vult Bald. hic. Tertio quero quid si iuramentum prestetur super scriptura, vel alia re nihil sa4 cramentum continente circa quod dicebant † Vltramontani quod sufficit tangere aliam scripturam quasi euangelium quia iurans non dicit super Euangeliis istis, sed ad sacra Dei euangelia, licet cautius esset quod prestaretur super Euangeliis, prout dicit Jacob. butri. secundum Baldum hic, sed dicit aliter Cyn. super sexta questione. disputat enim quid si quis iurat super romonsio vbi credebat esse Euangelia: tamen post Petrum concludit quod licet tale sacramentum obliget Deo, tamen non quo ad hoc, vt perdat beneficium iuris, & sic non quo ad hanc authenticam, sed quod sufficiat super alia scriptura iurare tenuit glo. in clemen. prima. §. porro. de heretic. & gloss. prima in corpore: quinimo vult quod sufficiat iurare super lapide, vel ligno, quia Deus respicit ad corda secundum eum quod imo in capitulo, quod & si Christus. de iureiurando. verum intelligit quando non est data certa forma iurandi a iure, vel consuetudine, alias secus per notata per Innocen. qui voluit quod in omni solenni iuramento requiratur tactus Euangeliorum. vt refert Bald. in corpore facit. capitul. vt circa de election. in sexto, secundum eum qui vult super his seruandam consuetudinem que dat formam, & aliter facto non tenet secundum Speculator. in titulo, de instrumentorum editio. §. breuiter parum est. in principio. ¶ Consuetudo aut videtur approbare quod sufficiat tangere scripturas habito respectu ad Euangelia: solet enim dici iurauerunt ad sancta Dei euangelia manutactis scripturis, & communiter non tangunt Euangelia, sed sunt profane, sed potest dici quod licet sit de consuetudine quod ita fiat quando istud conficitur forte: quia certe sunt scripture magis in promptu quam res sacre. tamen non obstante dicta consuetudine si iuraretur super altari, vel super tabula vbi esset depicta figura Dei valeret iuramentum, & procederet hec authentica, quod et dixit Jacob. butr. hic, & refert Bald. in cor. hic, licet de consuetudine mentionem non faciat, sed dici potest quando non est consuetudo quod alias 5 non prestetur, imo est consuetudo quod † clerici iurent in pectore tanquam in re sacra, que est in promptu & in consuetudine proceditur de similibus ad similia. l. de quibus. in fine. ff. de legibus. vnde a simili videtur extendenda consuetudo ad iuramentum prestitum super alia re sacra: de iure tamen non esset dubium per dicta supra, & maxime tenendo quod sufficiat iuramentum verbo prestitum de quo in precedenti questione. Quarto quero, an hec authentica procedat in iurante 6 per † caput suum circa quod Jacob. butri. tenet quod non; quia debet respicere religionem a Deo: licet secus sit in iuramento litis decisio. l. Titia. in fine. cum legibus seq. ff. de iureiur. secundum Baldum. pro quo facit verbum sacramentum licet gloss. aliud velit in dicta trigesima charta; quia licet non deceat iurari per creaturam, vt in authentico, & si tempus, de toreiurando. tamen etiam si iuratur per demonem iuramentum astringit, vt & in canon. monet vigesimasecunda quest. secundum eum. sed licet astringat non sequitur quod habeat locum hec authentica maxime: quia etiam simpliciter, pactum astringit Deo. xxij. questione quinta iuramenti. & tamen non oritur iuris adminiculum, & licet dicatur iuramentum non propterea dicitur proprie sacramentum in quo loquitur proprie iste text. ideo de iure ciuili tenenda est opinio Jacob. butri. & Bald. de iure vero canon. quod loquitur iuramento forte procederet opinio Imole. Quarto quero quid in iuramento per capillos, vel caput Dei quod est prohibitum, vt in authentico non luxurientur contra naturam in rubro & nigro. ideo non procederet hec authentica prout voluit gloss. in corpore. sed licet non debeat ita iurari tamen iurans & non seruans non euitat periurium argumento dicto capitulo, monet. & dicto capitul. & si Christus, ideo in tali iuramento habet locum ista authentica, secundum Imol. in dicta trigesima charta. Sexto quero, an sufficiat 7 iuramentum prestari † capite, vel pedibus, & tenendo quod requiratur iuramentum corporaliter prestitum de quo supra requiritur quod manu prestetur prout voluit gloss. not. quam docto. sequuntur in dicto capitulo, vt circa. ¶ In tex. puberum super glo. ibi, qui iurasse quasi velit dicere gloss. quod iuramentum puberis sibi non preiudicat, sed bene sibi prodest si ab alio ei defertur, & ita probat. l. qui iurasse. & ita declarat gloss. i. in corpore idem tenens. ¶ Unde not. quod iuramentum impuberis non firmat contractum, nec procedit dispositio huius aothentice, secundum hanc gl. & ita tenent hic Petr. & Cyn. & eorum tamen ratio non bona: quia hec authentica, est odiosa. idem tenet etiam Bald. hic & in corpore, nam in omnibus infirmum est iudicium impuberis: vt l. qua etate. ff. de testa. & l. fin. de manu. vendicta. & quia l. diffinit etatem nec est nostrum addere, vel detrahere. l. secundum eum in corpore. & licet Jacob. butr. dicat impubere doli capace, quod si interuenit decretum iuramentum est seruandum, sed si non interuenit iuramentum est nullum nec firmat contrartum secundum eum: tamen eius opinio est falsa, nam iuramenti religionis vinculum non cadit in pupillo. ¶ Item iuramentum in nostra authentica dat esse obligationem, & obligationi & executioni. vt scilicet si traditio subsecuta sit irreuocabilis ista authentic. non possunt fieri in iuramento pupilli etiam si iuraret cum autoritate tutoris: ideo in tex. ponitur verbum puberum secundum Bald. hic. & hanc partem gl. tenent omnes vsque ad Bar. prout dicit Raph. sed quia doli capax obligatur delicto. l. impuberem. ff. de furt. cum si. supplet periurio secundum Bar. qui ita transit sententiam quod ista auth. locum habet in factis impuberum doli capacium & ista

* ¶ An decisio istius authentice sacramenta, sit odiosa fauorabilis pure, vel mixte videatis dicta per me in additioni. ad istum docto. in. i. re. §. si aduersus vendi. S. T.

& ista opinio est verissima de iure canonico, est etiam vera de iure ciuili tenendo quod hec authentica, locum habet in contractu alias nullo, & hoc in pubere doli capace qui equiparatur puberi in delictis. ¶ Item iuramentum facit censeri maiorem. item, quia iure canonum obligantur, & index secularis compellit illud obseruari. capitulo, licet mulieres. extra, de iureiurando. ¶ In verbo, bene sanctius est concordare ius ciuile cum cano. vt dum loquitur de pubere extendatur ad impuberem habentem vim, & effectum puberis secundum Salice. qui ita residet. & consuetudo hoc non seruat: nam ius ciuile, & ius canonicum excipit pubertatem, & ideo non est par ratio extendere. & ita fuit publice disputatum secundum Ange. qui ita residet, & ita videtur procedere tam de iure canon. quam de iure ciuili super re preterita dicendo mendacium, & sic loquitur dict. capitul. prim. de delictis pue. quandoque videtur quod non petat quando iurat super obseruando contractu licito, & sic iurat de re futura, nam tale iuramentum non ligat sicut nec ligat contractus, & ideo transgressio iuramenti non inducit periurium prestitum: quia iuramentum debet habere subscriptionem iurantis. capitulo, & si Christus. de iureiuran. que non cadit in pubere etiam proximo pubertati: vt. l. qua etate. ff. de testamen. & l. pupillus si furi. ff. de acquirenda hereditate. & sic videmus quod de iure canon. im-

8 puberes † non possunt vouere aliquam religionem per capitul. vestra. & capitul. significatum. de regi. & capitulum prim. eodem titul. in sexto. ¶ Ita & nequeunt iuramento astringi cum vtrunque prestetur Deo secundum eundem Odofredum qui subdit quod his omnibus non dubitaret sequi opinion. huius gloss. de iure ciuili, & canonico. Sed certe dictum capit. i. de delict. puer. loquitur simpliciter nõ magis in iuramẽto assertorio de preterito, quam in iuramento permissorio de futuro vnde debet simpliciter intelligi nec tenendum quod populus non obligetur ex iuramento naturaliter. l. prima. ff. de donationibus. & Baldus in. l. pactum dotale. C. de collationibus. dicens quod iuramentum impuberis solum Deum habet vltorem &c. consequitur vule quod impubes non seruans iuramentum peccet. quod, & dixit Angel. in. l. si quis pro eo. ff. de fideiussoribus. Nam licet iuramentum impuberis non firmet contractum tamen contraueniens peccat secundum eum. vbi etiam propterea fundamentum non est bonum, & quod de iure canon. idem sic iuramentum impuberis doli capacis quod iuramentũ impuberis tenent Hostien. Ioã. and. Anto. & Imol. in dicto capitulo, cum contingat. & idem tenet Archidia. in capitulo, quamuis. de pactis. in sexto. quod & tenet hic Paul. de iure canon. adducendo capitulũ, ex literis el secundo. de sponsalibus. & facit generalitas dicti capituli, cum conting. & dicti capituli, quamuis. & cap. licet mulieres. de iureiurando. in sexto, & licet votum solenne non cadat in puberẽ, non sequitur quod in eo non cadat votum non solenne prout est iuramentum, ideo opinio Bartol. est tenenda de iure canonico quod ius canonicum seruabitur etiam in iure ciuili per dictum capitulum, licet mulieres. quod tamen ius cano. non habet locum in Iudeis, & infidelibus per dictum capitulum, gaudemus. secundum Bald. in corpore qui subdit idem esse in hereticis & excommunicatis quod est sume verendum si procedit. ¶ Extra gloss. quero quid in contractu adulti tuito cum curatore, & doctor. communiter tenent quod habeat locum. Hic authentic. secundum Baldũ. incipere in tertia questione, & profert hic ratio. qr iuramentum representat maiorem Ioan. fingit eum non habere curatorem secundum Bal. pro quo facit, quia verba generalia huius auth. in hisque consistunt cum fauore anime & euitatione peccati pariter respiciunt habentem curatorem prout non habentes merito cum in eo concurrant mens, & verba. l. non mirum. si ita dicitur. Secundo quero quid in iuramento prodigi & Bald. in corpore circa finem vult quod non habet locum hec authen. de quo dicetur in verbo, contractibus in articulo, an contractus contra. l. initi firmet iuramẽto. Tertio quero quid in contractu muti, & dic quod sic

9 quia non requiruntur † verba in iuramento prout voluit Iac. Petrus, & Cyn. secundum Sali. Quarto que-

10 ro an † hec auth. habeat locum in iuramẽto prestito per alium. circa hoc Iac. de are. Petrus & Cyn. volũt, quod si iurare per nuntium procedat hec authenti. quia tunc actus fundatur in persona domini. l. multum interest. cum sua gloss. §. si quis alteri, vel sibi. & l. pater ex prouincia. de manumissis vindicta. sed si prestatur per procuratorem, vt procuratorem: quia concipit verba in personam suam & ipse obligatur. l. quecunque grauis. de actio. & obligationib. si postea subdit in animam constituentis nihil agit secundũ eos, vt hic latius per Cyn. in nouella questione. & licet canon. secundum eos dicant quod procurator poterit iurare in animam constituentis: tamen dicunt ipsi quod non videntur qualiter possit nihilominus quicquid dicãt standum est iuri can. cum videamus quod etiam actus, qui non potest fundari in persona procuratoris celebratur per procuratorem. capitul. fin. de procurato. in. vi. & ideo videtur quod etiam tunc habeat locum tex. arg. regule, qui per alium. in. vi. cum similibus. & quod per procura. in animam constituentis iurari possit est tex. in capitu. in appella. de iura. calumnie. in. vi. & in capitulo, presentium. de testa. eodem titulo. et est ratio: quia non iurat ipse, sed vt ille secundum Sali.

11 ¶ In text. ibi, sponte facta quero † quãdo iuramentum tenet sponte factum, vel prestitũ dicitur. circa hoc Bar. tenet quod istud verbũ ponitur ad differentiã eorũ que que per vim & istud verbum satis declaratur per secundam partem litere secundum Rapha. quasi sentiens q prima pars huius authentice locum habet quando cessat secunda &c. consequenter tunc iuramentum dicatur sponte prestitum quando non interuenit vis, vel iustus metus. & ideo si prestetur per metum non iustum, scilicet quod non cadat in constantem virum, vt quia non sit metus mortis, vel cruciatus corporis, vel similis. l. interpositas. §. de trãsac. & l. si donatis. §. quod metus causa. habet in eo locum prima pars huius text. ad hoc tex. in secunda parte in contrario sensu, & idem forte sentit Angel. dicens quod requiritur quod nulla vis, vel metus interueniat: vt. §. patet. & sic se refert ad finem litere, & videtur sentire gl. in corpore in verbo, sponte. in prin. dicebat tamen hic dominus meus censeri sponte factum quod nullo cogente imperio est factum prout dicitur in. l. si quis maior. §. de transact. & ideo si minor compellitur ad iurandũ per iudicem nõ habebit locum hec authentica: nam licet metus non fuerit iustus: vt in dicta l. interpositas. tamen non verificatur verbum sponte, vt & alias Bald. in capitulo primo. §. iniuria de pace iura. firm. in vsi. feudorũ. notabiliter dicit quod notarius nõ

12 debet scribere quod sponte fuit confessus † si quoquo modo aliqua precessit ante tormenta etiam ex interuallo sed scribat quod voluntarium secundum dominũ meum qui vltra residet in contraria opinione, eo, quia secunda pars litere venit aduersatiue ad primam vnde prima pars videtur intelligenda in contrario casu secunde partis, & ideo licet dicta. l. si quis maior. que loquitur per verba magis specifica non procedit dictu casu quo ad penas de quibus ibi, tamen procedat tex. hic quo ad obseruantiam contractus, & iuramenti secundum eum. qui tamen dicit super hoc cogitandum. & hec pars videtur tenenda in practica, ex quo videtur de interesse docto. tamen verbum sponte positum hic in litera, & in dicto capitulo, cum contingat negari non potest quin vrgeat in contrarium, & ideo videtur quod de rigore procedat sententia contraria nec obstat contrarius sensus secunde partis: quia in secunda parte disponitur quod iuramentum sit nullius momenti, & fatendum est quod prestitum per metum non iustum erit ipso iure nullum per hunc text. a contrario sensu non sequitur quod inuiolabiliter sit obseruandum & validat contractum prout validatur iuramentum sponte prestitum, vt dicetur in verbo, contractibus, & negari potest quod prima pars habet locum solum vbi cessat secunda pars huius tex. & consequenter in contrario casu secunde partis prout dicit glo. in corpore, in verbo, sponte. an si. hec authentica, non habet locum in contractibus ad quos quis teneatur ex iuris dispositione propter hoc verbum sponte & Bal. etiam hic tangit super hoc verbo, an hec authentica locum habeat in iudiciis qui redundant in inuitum. l. inter stipulantem. §. Stichum. ff. de verbo. obligationib. de quo dicetur in verbo, contractibus, & tamen constat dictis casibus cessare iustum metum, & cogita. ¶ Et requiritur quod minor iurauerit, non per errorem: quia

¶ Domini vos concludatis q confessio facta in tortura. non dicitur spõtanea, nec pariformiter voluntaria cũ questione mediante fuerit elicita: hec meticulosa dicetur, cũ circũspecti iudicitio arbitrio fuerit elicita dicta cõfessio criminis & delinquẽtis qualitate circunspecta. vt decet, & tũc nullo istorum nomine sed legitimo nuncupet. vt cõcedet quo ad prefata capita cõcludatur bene p doct. in pacto iuris, & in practica obseruatur, vt dicũt patauini & bononienses Mo. in. l. i. & fi. de questio. ff. & Mod. in tract. de indiciis & tortura. in. xiij. que. vsque ad trigesimã. & hec notetis propter. l. statutorũ, testiũ depositiones, ac notariorũ instrumenta. & hec cõmuniter practicãtur & pluries practicari vidi. S. T.

vbi est error, nulla est voluntas spontanea: quia nil est tam contrarium consensui quam error: vt. l. si per errorem. ff. de iurisdic. omnium iudicum. ¶ Secundo quero, quid si fuit dolo inductus ad iurandum, & gloss. in corpore dicit quod non habet locum hec authentica. & idem vult hic Salic. in antepenulti. versic. ibi, quero an hoc. pro quo est text. in dic. capitulo, cum conting. & in dicto capit. quanuis. & ideo si contractus esset olim de se validus non tolleretur in integrum restit. quia opponenti de iuramento replicabitur de dolo prout dicta gl. in corpor. si vero contractus esset de se nullus non firmaretur iuramento nec esset necessaria restitutio. l. in esse.

13 la secunda. ff eo. vtrum autem talis dolus presumatur ex enormi lesione tangit Bal. in corpore in quarta questione qui concludens quod sic per notata per Bart. in. l. fina. ff. de pretoriis stipu. vbi dicit quod arbitrator presumitur in dolo si enormiter ledit. ff. de transactio. l. eaz. §. causa secundum eundem Bald. ad hoc notata per Bartoluz in. l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. & per docto. in capitulo, quintauallis. extra. de iureiuran. De consuetudine tamen seruatur contrarium: quia minores faciunt refutationes, que seruantur, secundum Bald. in dicta quarta questione. vidi tamen in hac ciuitate consilium quod tunc iuramentum non sit seruandum: tamen in contrarium not. gloss. & Barto. & docto. in. l. ij. §. de rescind. vendit. volentes quod iuramentum in dubio tollat remediũ illius. l. in qua constet esse enormem lesionem, & tamen si esset dolo prestitum non tolleret per dictũ capitulũ. cum contin. & capitul. quanuis. ¶ Item facit l. si pater. §. de verbo. obligatio. vbi quando resultat enormis lesio, dicitur dolus re ipsa qui differt a proprio dolo, & sic adde ex proposito circa quod vide in iuribus allegatis. §. & dicaz forte. §. in verbo, custodiantur. ¶ In text. super not. iuncta glo. quam doct.,

14 sequuntur significatum verbi † super. quod dicitur super latuz factũ & id quod fit ex interuallo dummodo tendat ad actus roborationem quod Ange. inducit ad statuta loquentia per verbum super, & Odoffredus inducit ad terminos dicte. l. si quis maior. §. de transact. & procedit gloss. nostre quando iuramentum interuenisset ante cõtractum, & si contractus esset alias inualidus, & ideo si ex postfacto interuenisset, & contractus fuisset alias validus: nam tunc iuramentũ ex interuallo postea prestitum potest tollere beneficium restitutionis, ne quid repugnet secundum Paul. de cast. sed si contractus precedens fuisset nullus, iuramentum ex interuallo appositum de iure ciuili nil valet: quia iuramentum de iure ciuili nõ habet vires de per se, vt possit agi, vel implorari officiuz iudicis nisi in liberto. l. si quis pro eo. in prin. cum ibi notatis, de fideiussor. solum habet vires, vt validet contractum, & faciat ex eo oriri actionez, sed si cõtractus fuit a principio nullus non potest ex postfacto reconualescere: quia eius dies semel cessit inutiliter: argumento ad hoc. ff de estimat. seruor. l. vsufructu. in fine & ff. de furtis. l. serui & filij. in princi. & ff. de castren. pecul. l. ex castrensi. in principio secundum eundez Paul. secundum quem si contractus fuisset conditionalis forte secus esset si iuramentuz interuenisset ante conditionis euentum argumento dicte. l. ex castrensi. versicul. hic vero, sed de iure cano. procederet glo. nostra quo ad hoc, vt per obseruantiaz iuramenti possit implorari officium iudicis argumento. l. quintus. ff. de ann. leg. & c. nouit. de iudic. non quo ad hoc, vt actio oriatur ex contractu secundum eundem Paul. cuius dictum licet videatur satis ratione suffultum: tamen non est recedendum a sententia gloss. pro qua facit generalitas nostri tex. & alias videmus quod contractus nullus ex postfacto validatur puta ratihabitione, & alias testamentum nullum validatur ex superuenienti cautione in terminis capitul. quanquam. de vsu. in. vi. prout multi tenent. de quo late dixi in. l. posthumo. in fi. §. de contra. tab. ¶ Quero an requiratur partis presentia, & Bart. hic concludit quod non: quia iuramentum dependet a potestate vnius tantum, prout & ratihabitio que ideo in absentia partis potest interponi. l. Pomponius scribit si nego. ff. de nego. gest. secundum eum ad hoc quod dicitur in gloss. sequenti, & hanc partem firmat Ra. dicens intrepide tenendam ea ratione: quia iuramentum prestatur de eo. Item per capitulum, quanuis. de pact.

vbi iuramentum validat contractum initum cum patre cuius non interest, & validat in fauorem filiorum, sed Jacob. de ra. Petr. & Cyn. tenent contrarium super illa questione gloss. sequentis. & Bald. videtur interesse eorum sententie: subdit tamen dubito ne canoniste teneãt contrarium per eorum regulam: quia potest seruari sine interitu salutis eterne. Item quia non requirant presentiam, vt no. in canon. quotiens cordis oculis. tertia questione septima. secundum eum. & hoc vltimũ vult idem Bald. in. l. pactum dotale. §. de collation. in nona questione dicens per gloss. dicti canon. quotiens cordis oculis. quod per pactum iuramentum queritur ius etiã omnibus absentibus. quod voluit Bald. super decreto xvi. quest. prima. & reperio allegatum Petrum de ra. idem dixisse in capitulo primo. de iureiurando. ¶ In text. ibi, contractibus in gloss. in princip. licet Petrus teneat contrariam opinionem propter verbum contractibus. iuncta. l. quarta. §. condemnatum. de re iudica. & propter verbuz retractationis. iuncta. l. si sub conditione. §. post defectum. ff. de iniusto. test. & l. x. ff. de verbor. obligationibus. tamen consuetudo approbat opinionez gloss. & docto. tamen communiter sequuntur prout dicit Barto. & quidam tenent eo: quia iuramentum facit minorem censeri maiorem secundum eum. quod & dicit gl. in corpore, & idem tenet hic Salice. & hoc est clarum de iure canon. quia iuramentum representat puberem esse maiorem. nam iuramentum est quid spirituale, & spiritualibus adultus videtur maior. c. sciendũ. de iudiciis in sexto. inde secundum canonem: vbi est iuramentum non requiritur decretum. secundum Bald. supple nec autoritas curatoris. nec obstat verbuz de retractandis: naz & etiã quod est nullum retractatur de facto. idem secundum Paul. de castro qui idem tenet. ad hoc. l. si dolo. §. de rescindenda venditione. & hanc partem firmat etiam hic Rapha. & tenent communiter omnes, & maxime ex quo de iure canon. est hoc approbatum saltem per rationem positam in dicto capitulo, cuz contingat. & in capitulo, quanuis. de pact. in sexto. & quia ius cano. ita approbat non expedit hoc disputare secũduz Pau. in repetitione. non obstat quod. l. codicis loquatur de contractu valido & notatur super ea: quia respondetur. quia hec authentica, venit additiue ad. l. primã. prout dicunt doctor. nam prout quidam dicunt fuit facta ad confirmandam opinionem Martini prout refert Cyn. licet Petrus id neget, secundum eum secundum quem quicquid sit de iure approbatur opinio huius glos. quia mundus errando approbauit hanc opinionẽ. vnde hec authentica, multas animas mittit ad inferos secundum Cyn. & dicit Alber. vt dicit Raph. quod audiuit a quodam cõsiliario Herra alias Federici septimi quod prefatus Imperator propter multas querelas habitas proposuit hanc authenticã corrigere, sed non fecit, morte preuentus: sed prout dicit Ra. hec authẽtic. est hodie in effectu correcta: quia communiter per Italiam sunt statuta quod non seruentur, & quicquid sit de iure an dicta statuta valeant: tamen de facto seruantur secundum eũ circa an dicta statuta valeãt dicã late. §. super ver. inuiolabiliter. & volens quis tenere opinionẽ Vltramontanoruz &c. posset dicere quod consuetudo que est optima. ll. interpres. l. si de interpretatione. ff. de. ll. nõ est inducta vigore huius authentice, sed propter ius canon. quod seruatur vbique prout sumitur ex dictis Paul. in repetitione. & satis predicta opinio posset de iure teneri: sed non expedit, cum communiter omnes contrarium teneant. sit ergo conclusio vna cum gloss. quod hec authentica locum habet etiam in contractibus inualidis quod procedit in cõtractibus validis fauore iuramentis secundum Bartol. & inualidis ratione minoris etatis non alias secundum Bart. & idem vult gloss. in verbo, contractibus. circa principiuz, dicens quod iuramẽtum solum facit quod iurantem representat maiorem. & communiter docto. ita transeunt. sed quid dicendum de iure canon. not. dicam. §. eodem. verbo, extra glos. tamen etiam de iure ciuili generalia verba huius authentice, sonant in contrarium. dicitur enim hic quod sacramenta inuiolabiliter custodiantur non dicit magis quando contractus essent nulli ratione minoris etatis, quam quando essent alias nulli, nec materia in corpore vbi est situata hec aut. loquitur de priuilegiis minorum, nec refert si

est hic

est hic posita: quia fuit posita pirnetium, qui non habebat authen. alteram, ⁊ si dicatur quare dicit puberum respondetur, quod dixit vt excluderet impuberes, sed non vt excluderet maiores, nam ethymologia vocabuli in cap. puberes. extra, de despon. in princip. ⁊ facit. l. in de cotam. §. quando tutor, vel curator desierit esse maior potest dici pubes. facit quia cōstat: quia maior nō potest dici impubes, ergo pubes dici potest, ⁊ sic nihil videtur obstare quo minus hic authen. intelligatur generaliter prout loquitur, tamen pro opinione Barto. ⁊ gloss. videtur text. in dicto cap. cum contingat ibi, cōsensus in talibus non videatur obligatorius, secundum legitimas sanciones, per quem tex. satis videtur probari dicta opinio nisi diceres, quod ille text. non loquitur in contractu mulieris iurantis, sed in consensu mulieris iurantis reseruando contractum viri, ⁊ ideo ibi cessant verba text. non tamen est recedendum a sententia gloss. Bartol. et communi. ¶ In eadem ibi nos contra idem glos. in corpore. ⁊ Barto. Angel. Rapha. Paul. de cast. ⁊ Barto. hic, ⁊ in corpore, olim enim contractus sumebatur latissime. l. quesitum. ff. si de instru. ⁊ l. omnē. ff. de iudi. prout dicit hic Barto. post Odofredum. est enim hec authen. fauorabilis fauore anime prout volunt Bartol. ⁊ Roc. quod ⁊ videtur velle Salice. sequens opinio. Bartol. licet Petrus ⁊ Cyn. dicant odiosam. ⁊ Bald. hic, et in corpore de quo querat, ⁊ non firmet ad idem gloss. in. l. ij. ff. de preto. iudi. tu. secundum Baldum hic, qui tenet hanc partem. §. quod hic, authen. locum habet in stipulatione, ⁊ donationem per rationem text. in. l. i. scilicet, vt imperator sit auctor periurij. dependet autem hec questio a questione posita in precedenti aditione, nam si procedit opinio vltramontanorum, quod hic auth. non habet locum in contractu nullo tunc: quia decretū non validat donationem. l. finali. infra si maior factus. ⁊ ideo iuramentum non operabitur, ⁊ procedet opinio contraria: non quia donatio non veniat appellatione contractus: quia imo venit per iura gloss. ⁊ Bartol. sed propter dictam rationem, secundum Paul. in repetitione, sed si procedit communis opinio, quam etiā tenet ipse, quod scilicet hec authen. locum habet, etiam in contractibus inualidis procedit decisio gloss. secundum eum iudicas, quod etiam stante opinione vltramontanorum qui volunt, quod hec authen. non habet locum in contractu inualido potest nihilominus procedere decisio gloss. vt quia donentur pecunie, vel alie res que seruando seruari nequeunt in quibus non requiritur decretum. l. lex que tutores. infra, de admi. tu. ¶ In eadem ibi, et habet videtur tutior, ⁊ ita communiter tenetur circa que vide dicta supra in gloss. proxima. ¶ In eadem respondeo, ⁊ idem tenet gloss. in corpore concludens, quod per iuramentum minoris validatur sententia confessio et arbitrium eo: quia in iudicijs quasi cōtrahitur ⁊ licet Petr. idem scribat. ff. de peti. ad idem. l. ij. in fin. cum sua gloss. ff. de preto. stipula. ⁊ licet contrariam teneat in corpore Bald. ea ratione: quia iudicia redduntur in inuitum, sic non sponte, ⁊ quia hec authen. est odiosa non est extendenda, prout dicit in. l. si quis maior. supra, de transact. ⁊ idem tenet Jaco. butric. quia hec authen. loquitur de iuramentis interpositis super rebus suis, ergo non super iudicijs que non sunt res sue, tamen Jaco. de ra. tenet hanc partem secundum Salice. qui idem tenet, et idem communiter secundum Bartol. tenetur qui idem tenet, nec obstat. l. inter stipulantem. §. si stichum, allegata in gloss. per contraria: quia licet iudicium reddatur inuitum non redditur iuramentum inuitū; quia iurare non arctatur, secundum Bartol. ⁊ Rapha. quod not. quia alter sumit in dicta. l. si quis maior. ⁊ licet hec authen. loquatur in cōtractibus tamen trahitur ad quasi 15 contractus: quia leges † loquentes de contractibus trahuntur, etiam ad quasi contractus. l. omnem. ff. de iudic. secundum Paul. scdm quem in. vi. principali. quest. distinguendum est, quod aut iudicium erat de se validuꝫ quia interuenit autoritas curatoris, ⁊ tunc habet locuꝫ, hec authen. quia iuramentum faciet perdi beneficium restitu. per dictam rationem, si vero iudicium, alias esset nullum: quia agitatum sine curatore. est aduertendum, quod iudicium habet plures ⁊ diuersas partes, ideo in qualibet parte, de per se requiritur iuramentum ad confirmandum illum articulum et iuramentum a princip. generaliter prestitum non sufficit ad validandum singulos actus, sed in quolibet requiretur nouuꝫ iuramentum: quia solemnitas debet adesse tempore quo actus celebratur. l. obligari. §. tutor. ff. de autoritate tutorum. secundum eundem Paul. ⁊ idem dicit de iure cano. quo ad actus validitatem, sed aduerte: quia iuramentū non habet se ad contractum, vel ad iudicium per modum solemnitatis: quia hoc iure nō cauetur, nec requiritur quod iuramento interueniat tempore actus, prout dictum fuit post gloss. supra in verbo, super quod videtur velle ipse Paul. in secunda questione. licet in quinta aliud dicat, ⁊ propterea iuramentum a natura prestitum reseruando omnes actus iudiciales, postea secutos videtur pariter operari prout si super his actibus interponeretur, quod imo videtur quod interpositum de seruando quasi contractum resultantem, ex litis contestatione forte operaretur validitatem iudicij: quia ille quasi contractus, non videtur simpliciter de seruando litis contestationem duntaxat: quia nihil esset, sed de seruando iudiciuꝫ tamen cogita super hoc, quia non tangitur per doctor. ⁊ vide que habentur in dicta. l. ij. in fine. de pretor. stipulatio. qualiter se habet quasi contractus, circa litis contestationem, quo autem ad iuramentuꝫ super alijs actibus iudicialibus interpositum, vide quod infra dicam in secunda limitatione, ⁊ aduerte: quia ex his habes, quod hec authen. exorbitans que loquitur in contractibus trahitur ad quasi contractus, qui non sunt proprie, nec vere contractus, sed improprie ⁊ ficte: vnde in contrarium videtur. l. final. infra, de his qui ve. eta. impetra. ⁊ l. lij. §. hec verba. ff. de negotijs gestis. ⁊ quod dixit Barto. in dicta. l. si quis maior per dicta iura concludens, quod illa. l. loquens in maiore non habet locuꝫ in eo qui non est, sed fingitur maior nisi dicas, quod ista authen. tanquam fauorabilis fauore anime sit amplianda, quod trahatur ad casum facti, prout necessario videtur dicendum retentis hic dictis per doctor. in hac questione, quod est summe notandū ad limitationem dicte. l. fin. ⁊ vide circa hic dicta in. l. si alternis. infra si minor se maio. dix. hanc tamen opinionem gloss. ⁊ doctor. quod iuramentum validet iudicium limita procedere, quando altera pars consentit, quod minor intersit in iudicio alias secus, quia non est aliqua. l. que dicat minorem habere legitimam, an inuito aduersario, prout quidam dicunt secundum Rapha. qui videtur inherere eorum sententie: tamen quia hec gl. in precedenti questione quam etiam ipse Rapha. sequitur quod etiam parte absente iuramentum approbat contractuꝫ, ⁊ dixi super gloss. in verbo super non videtur referre, an quis cōsentiat vel non, pro quo etiam facit illa ratio: quia si ius minoris representat eum maiorem, quam ponderat gloss. in corpore ⁊ etiam Bartol. ⁊ Bald. ego vidi cum valeat tanquam cum maiore agitatum ex predictis iunctis dictis gloss. in. l. super que videtur sequi inconueniens, quod si minor agitabit iudicium, ⁊ reportauit sententiam pro se poterit postea iurando comprobare sententiam inualidam cum teneatur, quod sufficiat iuramentum postea ex interuallo interponi, et si lata fuisset contractum non iurasset, ⁊ sic iudicium claudicabit contra. l. fina. infra, de fruc. ⁊ litis expensis: quod videtur inconueniens, ⁊ aperiri via fraudibus contra. l. in fundo. ff. de rei vendi. nisi dicas quod iuramentum tendens ad arctandum iurantem: vt contractum obseruet validet contractum quem ipse habet seruare, et sic obligat ipsum iurantem, non autem validet obligationem. esset ridiculum dicere quod haberet locum hec authen. vt sic in eum iuramentum te arctaret ad obseruandam donationem, vnde eo modo iuramentum minoris non videtur quod habeat validare sententiam latam, contra aduersarium saltem aduersario non consentiente, et hoc modo potest suaderi limitatio Rapha. nisi dicas, quod dictam gloss. ⁊ doctor. simpliciter procedat quando iuramentum a princip. interponitur super litis contesta. seu sententia que poterant prodesse ⁊ obesse ipsi iuranti, ⁊ sic cessat dictum inconueniens, ⁊ ratio supra adducta. ¶ Item secundo limita non procedere quando iuramentum fuisset interpositum super sententia ⁊ precessissent acta iudicialia facta cum minore sine autoris

tate curatoris: quia tunc ex quo nõ procedũt acta valida, nec iuramentũ tendit ad validandum acta precedentia, super quibus non est iuratum non potest sententia validari sine actis per.l.probatam infra, de sententijs iun ctis his que habetur in.l.prima. infra communia veri. iudi.& l. priuatorum. infra, de iurisdictione omnium iudic. ¶ Item tertio forte potest limitari procedere dictã gloss.& doctor. quando iuramentum interponitur super sententia, vel litis contestatio. nã in dictis duobus actibus contrahitur: vt in iuribus supra adductis, in alijs autem actibus iudicialibus non videtur iure caueri, quod quasi contrahatur. ¶ Item non videtur in eis procedere dispositio huius authen. & licet Paul. ex relatis supra eadem additione videtur velle, quod etiaz alia acta iudicialia validentur iuramento, & gloss. in corpore super verbo contractibus, idem dicat in confessione tamen dicta ratio suadet contrarium. ¶ Et circa confessionem Bald. hic super verbo sponte, refert Iaco.butric. tenere contra illam gloss. querit enim, quod si iudex inquirit contra minorem, & minor dixerit non posse confiteri sine curatore, & curator non vult autorari. et dicit non posse torqueri nec curatorem cogi ad autorandum. iudex autem dicit minori in re dicere veritatem, et non venire contra, circa quod quidam dicunt quod iuramẽtum validant confessionem: quia in iudicijs quasi contrahitur, sed Iaco. butri. dicit quod illud iuramentum non tenet quicquid dicat gloss. non obstat text. hic, quia loquitur quando sponte et nõ quando super rebus, sed hic nec sponte, nec super re iurat secundum eum. secundum quem si quis sponte, & non per modum necessarie iurisdictionis iuret coram iudice, & confitetur se debere mihi centum, & iurat se non ventuz contra confessionem forte non posset eam retractare, licet esset minor. l. licet generaliter supra, de episcopis et cleric. secundum eundem Iaco.butr. qui male loquitur inquantum dicit confessionem minoris, etiam iuratum nõ valere sine autoritate curatoris: vt infra, de autori.prestan.l.clarum. Si enim loquimur de confessione que fit ad veritatis probationem quanquam iudici appareat, iudicia non requiri autoritate curatoris, nec videtur circunscriptus iure communi qui vtitur iure communi animi, quilibet maior cogeretur eo casu ad confitendum, & ita no. Cyn. in.l.clarum. quando igitur confessio esset ipso iure nulla non firmaretur per iuramentum, sed quando est aliqua, vt quando est extorta in casu permisso tunc valet confessio, & iuramentum consolidatur secundum Bald. potest autem dici quod Bald. post Iaco.butr. non tenet confessionem inualidam confirmari iuramento eo: quia non quod quasi contrahatur in ea, sed quia iuramentum non sponte interponitur, sed coacte: ideo quando sponte iurasset res esset dubia, & duruz esset obtinere contra glo. que cum dicto casu concordare videtur Iac.but. ¶ Ex his itaque habes, quod hec authẽ. habet locum in omnibus obligationibus, siue descendant ex contractibus, siue distractibus: vt not. gloss. in.l.iij. ff. de contrario iudi.tu.& Paulus hic facit quasi distractus sunt contractus duorum pluriumue consensus.l.prima. ff. de pact. licet Bald. hic, aliud in hoc velit dicens, quod non habet locum ista authen. hic, in distractibus eo: quia super contractibus censeatur interpositum iuramentum, secundum rationem Posilani in.l.C.& quia seruari potest sine dispendio salutis eterne. Et ideo quidam dicunt, quod non firmatur distractus per iuramentum vigore huius authen. sed vigore dicti cap. cum contingat. et similium, ideo vigore huius authen. quia distractus sunt species conuentionis in.l.prima.§.conuentionis. secundum Salicetum. ff. de pactis. ¶ Item habet locũ etiam in obligationibus descendentibus ex quasi contractibus: vt sumitur ex hac gloss. & ex his que dicunt hic doctor. post eum in corpore: vnde ita est tenendum licet de rigore iuris videatur dubium per ea que dixi in.l.si alterius.& si minor sena. dixerit, & supra etiam tetigi. Non autem firmat testamentum vel codicillos quo minus possit reuocari: quia non sunt cõtractus vel quasi.l. verba gesserunt. ff. de verborum significatione. secundum Salicetũ, secundũ quem cõmuniter tenetur, quod iuramentum nõ arctet tanquam cõtra bonos mores: vt latius per eum, circa quod vltra vide dicta in.l.pactum dotale.& in.l.pacta que cõtra. supra, de pactis. Extra glo. hic gloss. in cor. interserit multas questiones circa huiusmodi iuramentum minoris. an validet contractum, & fere in omnibus videtur considerare, an contractus factus a maiore valeat, vel non valeat. naz si factus a maiore non valeret concludit quod iuramentum minoris non validet tunc contractum, secus si factus a maiore non valere firmat hic Paulus: vt patebit ex infra dicendis in prima questione, quod vult Bartol.& doctor. communiter: vt dixi supra in eodez verbo in prima additione ad glossam quod et tenendum est tanquam commune, licet de rigore possit teneri contrarium per ea que dixi in dicta prima additione. Et quia etiam ex dictis doctor. de quibus supra sumitur, quod hec authentica sit extendenda: quia ergo generalia verba authentice, hanc authenticam restringimus ad inualiditates ratione minoris etatis cum hec authen. in corpore non sit posita in materia, vbi de specialitatibus minorũ agatur, sed in materia communi. ¶ Item quia pro posse debemus euitare disturbantias inter ius cano. et ciuile per iura vulgaria, sed ius cano. disponit simpliciter quod contractus iuramento vallidetur, prout communiter omnes tenent & dicetur infra in verbo custodiantur merito &c. ¶ Quero autem primo pro intelligentia dictorum & dicendorum infra qualiter se habeant iura antiqua & noua, circa huiusmodi iuramenta contractus confirmatoria: responde secundum Paulum in repetitione, quod sunt consideranda quatuor iura. primum ius digestorum quo iure iuramentum huiusmodi de futuro non habebat magnam vim, sed si non seruabatur imponebatur pena fustigationis.l.si duo.§.finali. ff. de iureiurando. vbi de hoc. ¶ Secundo operabatur: quia si actus non valebat eo modo, quo agebatur faciebat valere, alio modo quo valere poterat.l.cum pater.§.filius matrem. ff. de legatis.ij. ¶ Tertio inducebat ciuilem et naturalem obligationem in casu.l.si iurisiurandi. ff. de operis liber. scilicet, in liberto iurante prestare operas patrono secus in alijs.l.si quis pro eo. in princip. ff. de fideiusso. si iuramentum imponebatur super contractu nullo qualitercunque nullitas resultaret, siue iure communi siue speciali non confirmabat contractum, imo etiam erat nullum iuramentum. sicut ipse contractus.l. iuris gentium.§.& generaliter. ff. de pactis.& l.si quis inquilinos. ff. de legatis primo.& ideo poterat rescindi, siue de iure communi siue speciali, sed tanquam accessorium sequebatur naturã principalis secundum Paulum. ¶ Sinautẽ tẽpus est iuris codicis quod addit duas vires, prima quia si interponebatur super cõtractu valido & efficaci facit venientem contra incidere in penas de quibus in.l.si quis maior. supra, de transac. secũda: quia tollebat restitu. que conceditur minori: vt in.l.C. si autem contractus erat nullus eum non validabat, secundum opinionem Butrigarij, que communiter approbatur, vt dictum fuit in.l.C.& idem si contractus validus poterat retractari de iure communi, vel speciali non indulto in priuilegio minoris etatis, sed alia ratione: vt patet in.l.si ex falsis. supra, de trãsactionibus. soluz enim reperiebatur sublata per iuramentũ restitutio concessa a iure fauore minoris etatis: vt in.l.C. que non erat trahenda ad alios casus.l.quod vero contra.& l.ius singulare. ff. de leg.& in regu. ea que contra in sexto. ideo mulier per iuramentũ non perdebat beneficium Velleiani, sed fuit inde ductum illud per ius cano. vt in cap. ex rescripto, extra de iureiurando secundum eum. ¶ Tertio superuenit ista authen. que auget virtutem iuramento: vt tollat etiam nullitatem contractus que perueniant occasione minoris etatis, scilicet, propter defectum decreti iudicis, vel autoritatis curatoris dummodo iuramentum esset sponte prestitum: vt hic potest per communem intellectum gloss.& doctor. quod est tenendum tanquam verius quicquid dicat Vltramontani Petrus & Cy. vt hic authẽ. aliquid addat ad.l. codicis dũ dicit, qđ inuiolabiliter obseruetur, si vero annullatio contractus descendebat alia ratione, quaz minoris etatis nihil disponebatur per hanc authenticam, que cum sit contra iuris regulas non debet tradi extra suos terminos, siue dicamus eam odiosam, siue fauorabilem secunduz eundem Paul. que tamen ratio est contra mentem aliorum qui

qui voluit hanc authenticam esse ampliandam nõ restringendam nisi concordando dicas quod extendatur * ad casus, ad quos verba authẽtice * trahi possunt, que extensio dicitur esse ex mente comprehensiua nõ extensiua non autem trahatur ad casus, ad quos verba non adaptantur per argumentum a simili, vel a paritate rationis, licet Imol. in dicto cap. cum contingat. notet ex dictis Bartol. quod licet. l. correctiua non sit extendenda argu. l. si vero. §. de viro. soluto matri. ff. ⁊ in. l. precipimus. de appella. ⁊ not. in authentica, quas actiones. C. de sacrosanctis ecclesijs. tamen fallit in dispositione inducta fauore anime per dicta hic, per Bart. ⁊ doc. quod dicit esse summe notandũ. ¶ Superueniut ⁊ quarto ius cano. quod considerauit, quod per iuramentum quis principaliter obligatur Deo, licet secundario obligetur parti: vt habetur in cap. ⁊ si Christus. in fine. de iureiurando. ideo disposuit † quod iuramentũ sit seruandum dummodo poterit seruari sine dispendio salutis eterne, ⁊ non tendat in alterius dispendium. dict. cap. cum cõtingat. ⁊. d. cap. quanuis. in sexto. ⁊ dummodo non sit contra publicam vtilitatem principaliter. c. si diligenti. de foro competenti. Et quarto, vt non sit contra bonos mores. cap. non est obligatorium. de regulis iuris. in. vi. nec solo iure est curandum, an contractus valeat, vel nõ valeat, nec an sit inualidus ratione etatis, vel alia ratione, siue iure speciali, siue iure cõmuni, sed indistincte iuramentum est seruandum, dummodo concurrant illa quatuor, ⁊ iuramentum sit prestitum a doli capace, et in his consistit effectus omnium que ponuntur per Bart. in dicta. l. si quis pro eo. ff. de fideiussoribus. ⁊ secundum eundem Paul. circa que vide, que dicentur in sequentibus questionibus. ¶ Secundo quero quid si minor iurauerit in contractu inefficaci ratione minoris etatis, et alia ratione puta: quia mulier minor alienat fundum dotalem, vel se pro alio obligat, vel minor facit pactum de non succedendo, ⁊ sic de singulis: respondeo, aut minor solum iurat obseruare contractum ⁊ tunc iuramentum solum representat maiorem, ita quod non potest venire contra ratione minoris etatis, ideo contractus remanebit inefficax alia ratione, aut iurauit seruare contractus, ⁊ non venire contra ratione minoris etatis, vel alia ratione, ⁊ tunc ex primo iuramento habetur ꝓ maiore. ex eo autem quod iurat nõ venire contra est perinde ac si maior iurasset. vnde in casibus in quibus iuramentum firmaret contractus similiter confirmabit iuramentum. in casibus autem iuramentum maioris non confirmaret, nec hoc confirmaret secundum Barto. hic, quem sequitur Raph. circa quod aduerte: quia cum de iure ciuili iuramentum non valeat nisi contractus nullos ratione minoris etatis secundum dicta. B. in priorima lectione ⁊. B. in vltima additione ad gl. dictum Bar. videtur necessario referendum, ⁊ ad dispositionem iuris cano. cum de iure ciuili iuramentum non validet cõtractum maioris alias inualidum. ¶ Ex quibus no. limitationẽ ad. d. c. quanuis. ⁊ ad dict. cap. mulieres. de iureiurando. in. vi. iuramentum enim minoris solum facit eum censeri maiorem, ⁊ solum censetur in dubio iurasse non venire contra ratione minoris etatis prout ⁊ vult ipse Bartol. in. l. ij. infra, de rescin. vendi. quem sequitur ibi Ange. ⁊ videtur etiam ibi Bal. in noua questione. ⁊ ita tenent communiter docto. secundum Pau. hic in lectura facit quod notat gloss. in. l. frater a fratre. de condictio. indebiti. ⁊ in. l. finali. infra, si maior factus secundum eum, quod est summe notãdum ad limitationem dictorum iurium non tamen reperio, quod doctor. ibi limitent. Imol. Ioan. andr. ⁊ dominus Dominicus de sancto Gemini. in cap. quanuis. de pactis. in. vi. dicunt quod ille text. loquitur de iuramento puberis. et sic volunt quod iuramentum firmet illum contractum, qui est de se inualidus alia ratione, quã ratione etatis, ⁊ ita firmat hic Paulus in repetitione in tertia columna dicens, quod licet de iure ciuili iuramentum minoris, non tollat alias inualiditates nisi ratione minoris etatis: quia nec iuramentum minoris tolleret. tamen secus est de iure canoni. qꝛ iuramentum, etiã minoris tollit omnia remedia contra factum pertinẽtia: quia in omnibus militat ratio iuris cano. nec obstat dicta lex finalis: quia illud in ratificante secundum eum. ¶ Tertio quero an ad hoc: vt iuramentum minoris tollat beneficium etatis requiratur, quod sit certioratus, circa qđ Dyn. cõsuluit, quod requiratur certioratio, alias cum illa beneficia consistant in iure ⁊ minor presumatur ignorare, iura. ff. de probationibus. l. cum de indebito. §. sin autem ⁊ ignorantia est in ea probabilis. l. regula. ff. de iuris ⁊ facti ignorantia. ⁊ iuramentum non trahitur ad ignorantes. ff. qui satisdare cogãtur. l. prima. quia habet vim renuntiationis que non trahitur ad ignorata. l. mater decedens. ff. de inofficioso testa. ⁊. l. si his ad quez. ⁊. l. Clodius. de acquirenda hereditate. ¶ Imo iuramentum nisi minor appareat certioratus secundum eum non valet. quem sequitur Cyn. in. l. ij. infra, de rescind. vendit. quod refert, ⁊ sequitur hic Alberic. de ro. quod ⁊ tenuit Ioan. and. in cap. penultimo. extra, de emptio. ⁊ vendi. ⁊. l. penultima. C. ad Velleia. ⁊ quia iuramentum non trahitur ad id, quod non est de verisimili mente iurantis. l. finali. infra, de non numerata pecunia. ⁊. l. finali. ff. qui satisdare cogantur. vbi Bald. sequitur hanc opinionem: cui etiam videtur inherere. l. secunda. infra, de rescin. vendit. licet de equitate distinguat in ea distinctione tamen resideat, vt infra tangam. ⁊ hec opinio est multum equa propter multas deceptiones que fiunt minoribus ⁊ teneri potest tenendo, quod in muliere renuntiante Velleia. requiratur certioratio secundũ Imol. in dicto cap. cum contingat. ¶ Contrarium vero, quod certioratio non requiratur tenuit Bartol. hic, et in. l. sciendum. de verborum obliga. ⁊ in dicta. l. secunda. infra, de rescin. vendit. ⁊ ita dicit se cõsuluisse. sufficit enim quod sit certus de facto super quo iuratur, nam iuramentum extenditur ad omne ius resultans ex facto, super quo iuratur. l. si duo. §. idem Iulianus. ⁊. §. si quis iurauerit. ff. de iureiurando. ad hoc etiam text. in. l. prima. supra eodem. si bene aduertatur. ⁊ ita communiter seruatur secundum eum hic. ad hoc etiam text. noster, et quia iuramentum representat maiorem, ideo nõ vtitur beneficio etatis ⁊ sufficit esse cogitatum in genere prout in simili habuimus in. l. sub pretextu. supra, de transactio. secundum eum, in dicta. l. secunda. vbi idem tenet Angel. dicens, quod ita seruat consuetudo, ex idem voluit Archidiaconus in cap. quanuis. de pactis. in sexto. et Ioan. andr. ibi dicens, quod idem voluit Hostien. adducens ad hoc illum text. ⁊ idem videtur velle Petrus de anchar[a]no, ibi qui se remittit ad Barto. in dicta. l. sciendum. ⁊ idem tenet Bald. in. l. prima. in fine. infra, de iureiurando. dicens, quod super quodam instrumento, in quo minor simpliciter renuntiauit beneficio restitutionis ⁊ iurauit ipse consuluit, quod iuramentum sufficeret licet non appareret certioratus ⁊ eius consilium fuit approbatum per collegium Mediolanense secundum euz. ad dictam autem rationem Barto. in qua principaliter se fundat, scilicet, per dictum. §. idem Iulianus. ⁊ dict. §. si quis iurauerit. potest responderi, quod procedat in his in quibus nõ presumitur iuris ignorantia, que presumitur in muliere et minore. argumento. l. vbi exigitur, ⁊ quod ibi habet. ff. de edendo. ⁊ quod per gloss. in dicta. l. sciendum. secundum Imol. ibi. ¶ Preterea illa iura loquuntur de iuramento prestito super facto preterito nos vero loquimur in iuramento prestito super facto futuro, vel facti preteriti obseruantia, secundum Rapha. quando enim iuratur super facto preterito in consequentiam remoto facto necessario remouentur omnia ex facto prouenientia: non sic quando iuratur super facto futuro ad tollendum remedia, que contra factuz competunt, vnde casus sunt penitus diuersi secundum Paulum hic, iure dicentem, se ex hoc alias legendo solitum sequi opinionem Dyn. sed subtilius indagando ipse mutat propositum, non ratione Bartol. que non viget, vt supra patet: sed quia iura Dyn. loquuntur in consistentibus in facto non in consistentibus in iure, nam iuramentum fingit eum scire omnia, que in iure consistant, ideo licet mulier non certiorata beneficio Velle. si simpliciter renuntiat sine iuramento, sibi non preiudicat secundum nota. per Cyn. in. l. finali. infra, ad Velle. tamen secus si cum iuramento: quia cogitur obseruare, ac si fuisset certiorata: vt est casus in cap. ex rescripto. de iureiurando. vbi videtur ꝓbari determinatio Bartol. secundum eum. ¶ Preterea non est verum, quod iuramentum noceat ratione tacite renuntiationis, sed propter religionem iuramenti, ⁊ eius

* ¶ Vos domini cõcludatis hanc authentice sacramenta, decisionẽ nõ esse ad impuberes extendendam. casus est in ea rotundus. et dato ꝙ impubes doli tamẽ capax delinquere valeat, nihilominus ipsa contractus rescissiõe iurisiurandi absolutio petetur. ⁊ disputãter in pũcto iuris substineri valet. cõmunis tñ est in contrariũ, vt dixi in additiõi. ad istũ do. in. j. re. istius authentice. §. si aduer. vẽdi. ⁊ cũ ista decisio puberes astringat iurisiurandi obseruatione quo religionis publici iuris intuitu, quo Deo principaliter, secũdario parti obligãtur, tertio reipu. christiane ⁊ his ⁊ alijs de quibus hic per Mo. post domi. Corne. non rigorosa sed equitate plena, appellanda est Federici principis decisio. S. T.

reuerentiam supra eodem in.l.prima.secundum eum.et idem tenet hic Rapha.dicẽs quod hic dicta.l.i.confundit opinionem Dyn.⁊ quod doctor.communiter sequuntur Bartol.ideo per primam rationem Paul.et per dict.cap. ex rescripto.vbi dicit esse casum firmat Ludoui. in dicta.l.sciendum.pro quo facit, quod notat Innocẽ. in cap.cum dilecti.de accusatio.vbi vult,quod iuramentum non censeatur interpositum sine magna deliberatione,⁊ hanc partem tanquam communem dicit esse sequendam Rapha.in dicta.l.ij.⁊ idcirco eam * tanquam communem teneatis: maxime per generalitatem text. nostri.⁊.l.prime. supra eodem.⁊ dicti cap.ex rescripto. ⁊ dicti cap. quamuis.⁊ dicti cap. cum contingat. licet Imol.in dicta.l.sciendum.respondeat ad hanc authenticam,quod non incõuenienter distinguatur per alia iura.que responsio poterit etiam cadere ad dicta cap.⁊ ad dicta.l.prime.sed esset diminatio,⁊ magna rescriptio horum iurium,⁊ licet Bald.in dicta.l.secunda. ad quam se remittit in corpore distinguat,quod aut minor contrahit cũ curatore,aut sine.primo casu valeat:quia scientia curatoris reputatur scientia minoris per id quod habetur in.l.pupillus.ff.de acquirenda hereditate.Secundo casu,secus esset si contraheret cum decreto iudicis: vt ibi latius per eum cuius distinctio nõ placet hic Saliceto inter cetera: quia licet ipse curator sciat: non scit ipse minor qui principaliter iurat,ideo dato quod ignorantia minoris presumatur non noceret sibi scientia curatoris secundum eum supple cum vinculum iuramenti respiciat actum ab eo, cui non datur curator ⁊ attento quod sciẽtia,⁊ dolus curatoris nihil operatur ad impediendam in integrum restitu.vt supra si tutor, vel curator interuene.

*¶Et explosa distinctione Bal. optime improbata per Alo. hic, in re.in. xx. col. post Plubi. fall. do.Corne.⁊ do. Riminal.⁊ magis cõmunis est hodie ista opi.vt dicũt hic Alo.in xxi.col.⁊ Alo.in c.ex rescripto. de iureiuran. in. ij. col.⁊ Alo.in tracta. iurisiurandi. in.x.charta.⁊ ego ita in Italia pluries vidi practicari.⁊ ita hic Lutetie practicatur ⁊ obseruatur. S. T.

18 ¶Quarto quero † an hec authen.procedit si.scz minor iurat seruare contractum ab alio factum super re sua? Ang.in auth.de nuptijs.§.sed quod sancitum circa medium tituli concludit per gl.ibi,quod sic dicens quod hec authen.locum habet etiam si pater alienat bona filij,⁊ filius minor iurat seruare, secundum eum pro quo faciunt generalia verba huius authentice cum dicat simpliciter super contractibus.non super cõtractibus a se factis, ⁊ facit etiã dictum.c. cũ contingat. ¶Quinto quero,quia in multis partibus Italie sunt statuta que prohibent aliquos cõtractus puta:quia minores vel mulieres non contrahant sine consensu consanguineorum,vel sine decreto iudicis generaliter que-

19 ro † an,⁊ quando lex vel statutum prohibet contractuz iuramentum eum validet.circa quod Barto.hic distinguit,quod aut lex dirigit verba in rem puta contractus non valeat,⁊ tunc loquitur hec authentica non enim prohibetur quis emere a minore,nec minores prohibentur alienare,⁊ hoc etiam casu loquitur dictũ.c. cum contingat,⁊ dictũ cap. quamuis. ¶Aut dirigit verba in personam puta ne audeat contrahere cum maiore sine consensu ⁊c.⁊ tunc non obstante iuramento potest venire contra:nam si quis facit cõtra preceptum.l.peccat mortaliter.extra de maiori.⁊ obedien. cap. qui nõ obedierit principi morte moriatur. ⁊ alibi Apostolus ait omnis anima[illegible] subiecta sunt principi secũdum eum supple ad Romanos.xiij.cap.de qua fit mentio in cap.ij.de censibus. ⁊ in cano. magnum. versicul. omnis anima. xi. questione prima. ⁊ subditur in dicta epistola. ⁊ qui voluntati eius resistit voluntati Dei resistit et damnationem sibi acquirit,sed Bartol.ad idem canon, qui resistit.xi.quest.iij.in canone,quod precipitur.xiij.quest. i.⁊ ideo si lex Imperatoris vel statutum populi prohibet personam contrahere, tunc qui contra facit peccat mortaliter.ideo iuramentum non ligat: quia interpositum super peccato mortali.non est obligatorium in regula,de regulis iuris in sexto.⁊ in cap.quamuis.in fi. ⁊ dicto cap.cum contingat.quod est perpetuo menti tenendum secundũ.d.meum hic,ad idem dictum Hosti.⁊ Io.an.andr.in cap.licet mulieres.de iureiurando. in.vi. qui volunt,quod quando quis iurat se non alienaturum si alienat ⁊ iurat,iuramentum non astringit:quia peccat alienando ita ergo in proposito secundum Bartolum, in.l.si quis pro eo.ff.de fideiuss.ex hoc ibi inferẽs quod fideiussio nõ firmatur iuramẽto in terminis ne fide.po. den.⁊ idem approbat in.l.is cui. ff.de verborum obligatione.per hanc rationem inter alias inferrens quod

30 † contractus prodigi non firmetur iuramento cum sibi administratio inhibeatur a iudice. idem etiam vult in authentica,decernimus.infra,de arbitris. ex quo inferens.quod iuramentum contra formam illius authentice prestitum non astringat etiam de iure canonico, et sic est aduertendum,quod Bartol.in verbis supra relatis,videtur hic velle quod hoc procedat,⁊ si lex vel statutum dirigat verba prohibitiua in personam contrahentem cum minore vel muliere ⁊ idem etiam sonare videntur eius verba in dicta.l.si quis pro eo.in versicu. sed aduerte ibi,quod mulier non alienet: vt quod aliquis non emat, ⁊ postea dum subdit statutum prohibeat personas: vt puta, nullus audeat contrahere cum muliere,vel mulier non contrahat,tamen postea in versicu.quinto prohibetur dicit quod vbi statutum dicat, quod nemo contrahat cum muliere, vel minore tamen iuramentum minoris, vel mulieris non potest firmare contractum in fauorem ipsius prohibiti. ⁊ in hoc concordat cum ibi dictis tamen tunc iurans tenebitur seruare iuramentum argumento. cap.significante. de pigno.quia verba non diriguntur in minorem, vel mulierem que iurat:vt ibi per eum.facit cap.debitores. de iureiurando.hanc distinctionem dicitur tenuisse Ange.in dicta.l.si quis pro eo. Paulus etiam de cast.hic in repetitione reprehendit Bartol. quatenus hic videtur velle, quod iuramentum non astringat etiam quando verba diriguntur in personam.⁊ prohibitus iurat, iuramentum non astringat per dictam rationem Bartol. voluit etiam Petrus de ancharano,in dicto cap. cum contingat.⁊ in dicto cap.licet mulieres. ⁊ An.in suis repetitionibus.in dicto cap.cum contingat.sed contrarium firmat hic Raph.dicens,quod his consuluit contra Bartol.⁊ audiuit quendam egregium decretistam publice id disputantem, ⁊ apud fere omnes canonistas vidi terminare contra Bartol. ⁊ in alia lectura dicit vidi contraria consilia multorum canonistarum contra Bartol.⁊ in vtraque firmat contra Bartol. eo quia epistola Seueri.⁊ Antonij in materia nostra est prohibita.l.prima.ff.de rebus eorum.quia. l.prohibens contractum censetur etiam personas prohibere argu. l.oratio.ff.de spon.⁊ argumento.l.finalis.infra, de indicta viduitate.⁊.l.prima.infra.de cupre. lib. vndecimo.et facit.l.si ad reseruandum. infra, de prediis minorum. ¶Nec obstat ratio Bartol.quia prohibitiu concernens merum fauorem prohibiti non arctat prohibituz. l.filiusfamilias.§.diui.de legatis primo.⁊ onus impositum in huiusmodi concernens merum fauorem onerati non arctat.l.Titio cap.in princip. ff. de conditio. et demonstratio.⁊.l.secunda.in fin.cum sequenti.ff.de donatio.⁊ ideo faciens contra legem sibi precipientem aliquid in sui fauorem non peccat mortaliter secundum eum.⁊ idem latius prosequendo firmat hic Paul.in repetitione per easdem ratiões adductas, ⁊ quia senatusconsul.Velleia.loquitur per verba prohibitiua in personam.l.prima.in princip.ff.ad Velle.vt ibi,senatusconsulto comprehensum est ne pro vllo femine intercedant. ⁊ tamen firmatur iuramento.dicto cap.cum contingat. secundum eum.facit cap.ex rescripto.eodem titu. Item preceptum respiciens merum fauorem. eius cui precipitur.l.i.in fine.ff.mãda.quod nõ arctat:vt ibi.⁊ in precepto Euangelico,vende omnia ⁊ da pauperibus, secundum eundem.⁊ posito quod tunc faciens contra.l.peccaret mortaliter,⁊ sic contrahendo dicto casu mortaliter peccaret,tamen si post contractum taceret,⁊ non veniret contra non propterea peccaret tacendo ⁊ non veniendo contra,quia preceptum.l.hoc non disponit secundum Rapha.hic,⁊ Paulum de cast.nisi lex prohiberet contrahere, ⁊ mandaret quod contractus retractaretur secundum Rapha. et hanc rationem assignat etiam Imola,⁊ dominus Nicol.in dicto cap.cum contingat qui.d. Nicol.adducit cap.⁊ si Christus. de iureiuran.⁊ can.nunc.xxij. quest.i. iuncto. §. illicitum. xxij. quest.iij.que inductio satis viget.licet Ludoui.in dicta l.his cui bonis.eam damnet approbans tamen dictam rationem pro qua inducit cap.debitores.de iureiurando.nam recipiens ad vsuras quandoq; peccat: vt habetur in cap.supplico.extra, de vsuris, ⁊ tamen iurans soluere vsuras arctatur ad soluendum. dicto cap. debitor. secundum eum ¶Item dato quod Bartol. bene loquatur,non tamen esset bona sua illatio ad terminos

tituli, ne fideiussores vo.ven. nam prohibitio ibi non dirigatur in fideiubentem, sed in dantem fideiussorem ⁊ forte etiam in recipientem. vnde fideiussor fideiubendo non facit contra.l.dispositionem. secundum Paul. hic, ⁊ hanc etiam partem contra Barto. videntur tenere Bald. ⁊ Angel. in dicta.l.is cui bonis. vbi contra rationem hanc ibi etiam assignatam per Bartol. ad probandum, quod contractus prodigi non firmatur iuramento: quia facit contra preceptum iudicis. allegant, quod etiam alienatio minoris est in personam prohibitam: vt.l.non solum.⁊.l.⁊ si quidem. infra, de predijs minorum.⁊.l.lex que tutores. infra, de administra.tutorum. licet ab hoc contrario defenset Bartol. ibi Imola dicens, quod ille leges non intendunt inducere prohibitionem de nouo, sed solum se referre ad prohibitionem iuris antiqui, que est directa in personas tutorum.l. prima.ff.de rebus eorum. secundum hanc etiam partez firmat ibi Ludoui. per.l.primã.⁊.l.ad resoluendum. infra, de predijs minorum. ad que iura pariter militat responsio supra proxime data per Imolam. ¶ Item videtur falsum quod.l. Cyn. prohibitiua tendat ad illaqueandum animam peccato mortali si contra fiat: sed solum tendit ad illam actus inualiditatem.l.non dubium. supra, de legib. quod aperte probatur: quia.l.Cyn. etiaz

menti propterea ipse filius est similis prodigo,cui est bonis interdictum: vt innuitur in dicto.§.filijs autem. sed iuramentum prodigi non valet:vt per Jaco.de areti.in l.qui habet.de auto.tuto.merito nec tale iuramentum in dicto.§.filijs autem. secundum Bald.⁊ idem tenet ibi Ang.⁊ refert ibi Paul.dicens,quod ista ratione iste contractus prohibetur ad similitudinem prodigi cuius contractus non firmatur iuramento,prout communiter tenetur est magis colloratus,⁊ subdit quod in decidendo non recederet a Bald.⁊ ab Angelo.videtur tamen inclinare,quod de rigore iuris iuramentum liget; quia non est contra bonos mores,⁊ non contra publicam vtilitatem. et doctor. sentiunt idem quod Bald. secundum Rapha.secundum quem non obstat, hec authen. quia ibi alienatio est prohibita propter mores ne vertatur patris damnum,prout doctor. post Bal.sentiunt secundum eum,qui ita residet. Sed aduerte: quia quicquid referat Bal.Speculator in dicto versic.quod si super hoc iurauerit,tenet contrarium. arguit enim primo,quod iuramentum non firmet per cap.si diligenti.de foro competenti.⁊ subdit formaliter dic quod per authen.sacramenta puberum.cap.si aduersus vendi.⁊ canonem,puberem.§. quest.v.ex quibus videtur velle,quod iuramentum nedum arctet,sed etiam firmet contractum, ⁊ etiam allegat hanc authenticam.idem concludit Ange.in dicto.§. filijs autem.in lectura quam habeo,licet Pau.aliter referat:vt.§.dixi.⁊ contra Bald.firmat etiam Jmol.in.§. membro principali. xxij. char. dicit quod contra eum sentit Specul.vbi.§.⁊ gloss.in verbo,voluntati.in dicto §. filijs autem.⁊ hec pars videtur verior de iure per regulam dicti cap. cum contingat. cum simil. secundum eum,qui fatetur,quod non tenebit in preiudicium patris, sed videtur quod sibi preiudicabitur post mortem patris, vel facto sui iuris,facit quod not.Innocen. in cap.scripture.de vo.vnde licet filiusfa.non obligetur voto tamen facto sui iuris tenetur seruare secundum eundem Jmolam,nec obstat ratio Bald.de prodigo: quia non clare probatur ex illo text.propterea est dubium: an contractus prodigi firmetur iuramento secundum eum, qui exhis concludit quod iuramentum arctat iurantem,quod ⁊ tenendum est per dicta supra in prodigo. an autem firmetur contractus Jmola non bene aperit ⁊ sentit quod in vita patris non firmat alienationem,⁊ hoc forte verius est:quia negari potest quod filio est interdicta alienatio solum eius fauore: quia etiam fauore patris. argu. l.j.infra,de bonis maternis. et hoc innuit verba Jmol. ⁊ Raph.facit etiam quod ibi dicit Jmo.circa statutum prohibens filiumfa.obligari,nam licet do.Anto. dicat quod sit inductum fauore filij,tamen ipse dicit quod imo etiam est inductum in fauorem patris. item facit, quia cessat potentia transferendi dominium, quod non ipse sed pater habet ius disponendi non solum ratione patrie potestatis,sed etiam ratione iuris sui.dicta,l.j.de bonis maternis.⁊ hoc firmat dominus meus in.d.§.filijs autem.qui etiam dicit quod post mortem patris tenetur seruare,quod ⁊ puto satis clarum per dicta,sed dubium remanet,an tunc contractus firmetur iuramento post mortem patris. super quo est cogitandum nam videtur quod non cum ipse actus cessaret potentia alienandi.argu.regule,quod ab initio in.vj. in contrarium facit quod habetur in.l.cum autem.ff.de vsucapi. ¶ Decimotertio,quero an iuramento firmetur actus cui lex non obsistit neque fauet: exemplum in stipulatione facta alteri,vel in pacto nudo de iure ciuili,circa quod concludit Bart.in dicta.l.si quis pro eo.quod cum ex tali contractu oriatur obligatio naturalis: vt not.in.l.stipula. ista.§ alteri.de verb.oblig.de iure cano.validetur iuramento sicut stipulatione penali de facto.§.alter.⁊.j.de contrah.⁊ commit. stipu.l.nuda.facit optime glos.in canone,questione cordis oculus,secunda.q.vij. ⁊ quod in Specul. delegato. §.nunc videndum.vers.xxiij.in titu.de periurio. secundum Jmol.in.d.c.cum contin.char.xxiij.qui cum hoc transit,quod ⁊ tenet ibi.d.Anto.sexto casu qui dat notabilem ⁊ singularem regulam,quod vbicunque oritur naturalis obligatio iuramentum super illo prestitum inducit efficacem obligationem.ad idem.l.j.§.debitum.ff.de constitu.pecu.sed dominus Anto.ibi,in vltima col.qui cum hoc transit quam tamen theoricam puto omnino falsam per dicta.§.in verbo,impuberum.juncta.l.j.ff.de nouatio.⁊.§.in hoc verbo,contractibus.in secunda questione. ⁊ quod dicetur.j.ead.quest.in pacto nudo,sed licet tunc iuramentum firmet contractum tamen si lex dat rationem solennitatis actui ad id idem robur iuramentum non dabit illa vim secundum.d.Anto.quem refert, ⁊ sequitur ibi Jmol.in.xij.char.circa stipulationem autem alteri factam dicit.d.Nicol.se dubitare.allegat tamen gl.in dicto cap.quoties.⁊ posset dici quod quando oritur obligatio naturalis firmetur iuramento, alias secus ex notatis in.l.stipula.ista.in.§.insula.secundum eum,qui ita residet tamen aduerte ad glos.d.c.quoties. que vult dictam stipulationem valere de iure cano.⁊ sine iuramento.sed illa glo.non probatur iure,prout dicunt Jmol.et Lud.in.d.§.alteri.quia imo de iure cano.inspicitur,an interfit.c.cum inter seniorem.de electione.⁊ cap.non solet. §.q.vi.secundum eos,ideo stipulator non potest agere, secundum eos.quod ⁊ vult Ang.dicens, quod illa obligatio naturalis non est sufficiens ad agendum de iure cano.licet aliud ipse dicat in.l.j.ff.de pac.non tamen habita mentione de illa gl.non potest agere ille cui stipulatur per cap.quamuis.de vsuris.in.vj.ibi aut alij qui possit ei acquirere,secundum Lud.⁊ hanc partem sentit etiam Salic.hic,in.viij.colum.in.vj.nunc quero, an iuramentum prestitum coram notario preiudicet,⁊ allegat gloss. precedentem dicentem quod non.subdens hoc verum si simpliciter iurat coram eo,sed si iurat notario recipienti vice eorum quorum interest,si tenetur illa opinio, quod notarius non possit alteri querere in conuentionalibus reputat pro claro,quod non preiudicat secundum aliam opinionem contrariam:si iuramentum prestatur super certo contractu,secus si generaliter super omnibus contractibus,ab eo faciendis secundum eum,sed quod ille alter possit agere,ex pacto iurato tenuit Bal.in.l.pactum dotali.j.de colla.in.ix.quest.dicens per illam glos. quod per iuramentum potest queri ius etiam absentibus, et idem dixit in quodam opusculo super decreto.xvj.q.j. Bal.in.l.illud.de sacrosanc.eccles.allegat illam glo. pro singulari.⁊ not alibi quod pijs locis, potest quis verbis directis stipulari,licet aliud velit Bartol.⁊ in vero illa glos.id non probat quo ad verba directa,⁊ ad hunc finem allegat illam glos.Barto.in.l.generaliter.infra, de non nume.pecunia.dicens quod confessio facta absente parte maxime ad exonerationem conscientie tenet per illam gl.⁊ loquuntur respectu absentie non respectu stipulantis ⁊ mens gl.non apparet; nam text. super quo est posita,⁊ ratio primo assignata per gloss.quod papa est seruus seruorum,suadet istam intelligentiam,quod queratur absenti.sed.l.j.ff.de constitu.pecu.quam gloss.allegat ad suum dictum suadet intelligentiam,quod queratur stipulanti neutrum tamen probatur iure, nec videtur inducenda discrepantia inter ius cano.⁊ ciuile,⁊ docto.in questione nostra non declarant ad cuius vtilitatem stipulatio confirmetur,sed vt arbitror,sentiunt, quod confirmetur ad finem,quod stipulator possit agere,nam adducunt ad similem penam, ad quam agit stipulator non absens,⁊ hoc sine dubio: vt Nicol.voluit in distinctione §.relata cum absenti obligatio naturalis non queratur, sed stipulanti,quod videtur esse de mente Anton.ex sua theorica.§.relata. aduertendum tamen est quod licet doctor.passim teneant,⁊ ita tenendum sit tamen nihil pro hoc allegant.illa enim similitudo de stipulatione penali nihil videtur facere nam per eam non confirmatur pactum nudum: vt vidistis in.l.si pacto,quo penam.supra, de pact.nec stipulatio facta alteri sed de stipulatione penali agit ad penam non ad id quod deuenit a principali stipulatione; nihil enim obstat stipulationi penali, ideo non mirum si est efficax.vnde ad propositum si volumus vti hoc simili dicas quod iuramentum non firmet pactum nudum vel stipulationem alteri factam sed agetur ad obseruantiam iuramenti cum contrarijs, remedijs nec iuramento cessat ratio, que inficit stipulationem alteri factam scilicet cessatio interesse prout cessat in stipulatione penali, ⁊ insuper huiusmodi confirmatio videtur quasi superuacua, quia si stipulator aget poterit repelli exceptione, tua non interest.dicto capitulo cum inter.quod habetur per doctor. in cap.nouit.de iudicijs. Secundo dicunt,quod non potest agere etiam per denuntiationem iudicialem,seu canonicam, nisi is cuius interest. quod ⁊ dixit Bartol.in

extrauaganti ad reprimend. in verbo, denuntiationes versiculo, sed Joannes andre. circa pactum, autem nudum dicat dominus Nicolaus in dicta vltima colūna, quod non est dubium. per dictū. cap. primum de pactis. & idem tenet Petrus per hanc authenticam secundum Salicetum hic in antepenultima columna. Bal. tamen hic, & in corpore, & in l. prima. infra, de ope. libertorum, & Angelus in. l. iurisgentium. §. quinimo. ff. de pactis. tenent quod iuramentum non firmet pactum nudum: vt latius per eos, qui loquuntur de iure ciuili, in quo concordat etiam Bartol. in dicta l. si quis pro eo. quod & tenuit Salice. in. l. legem. supra, de pact. & in. l. prima. infra. de oper. libertorum. & hic dicens hoc communiter teneri. & ita tenendum est licet dominus Antonius in dicto cap. cum contingat. aliud velit esse de iure ciuili, per. l. iurisiurandi de oper. liber. quam. l. doctor. pro se allegant argumento a speciali. Item per. l. primā. §. debitum. de constitu. pecu. qui loquitur in pactis ex quibus oritur obligatio saltem naturalis non iuramento ex quo de iure ciuili regulariter non oritur obligatio: vt dicta. l. si quis pro eo. & istud teneas licet dominus Ludouicus in. l. prima. in fin. ff. de verborum oblig. reprobatis fundamentis domini Antonij teneat eius dictum per text. vbi videtur casus secundum eum in. l. si quis maior. supra, de transactio. dum dicit actione priuatus intelligit eum actione que oritur ex pacto iuramento firmato. sed nihil est: quia non fit ibi mentio de pacto nudo, ideo debet intelligi actione, si qua sibi competebat. non enim querebatur ibi, an actio competeret sed de pena deierantis si pur volumus inheret verbis, ex alio nil facit: quia loquimur de actione competente ei qui iurauit, & sic orta ex pacto sibi facto. ridiculum autem esset dicere, quod in eum iuramentum, de obseruando pactum quod vestiat pactum, quod mihi facis super quo pacto non interponitur, sed licet iuramentū de iure ciuili non vestiat seu firmet pactum nudum, tamen illud firmat de iure cano. prout vult Barto. quem sequuntur dominus Antonius, & Jmola, vt supra, patet in dicta. l. prima. de oper. liber. allegat cap. primū. de iureiurando. quod nihil facit, nec hoc dictum de iure probatur, ideo posset probabiliter teneri contrarium de rigore iuris, nec obstat quod dicit dominus Nicol. quod de iure canoni. ex pacto oritur actio: quia fatendū est secundum communem opinionem, sed illud vendicat sibi locum in clerico. et in terris ecclesie, sed si iuramentum de iure cano. validat pactum nudū, prout validat in dicto cap. quibus, illud esset seruandum etiam in terris Imperij, & inter laicos per dict. in cap. licet mulieres. vnde hoc scire est magni effectus: ergo tene menti: quia in practica transeundum est cum dictis doctor. Et vltra eorum dicta posset hic, instari, retenta dicta opinione, quod pactum nudum firmetur iuramento, an idem dicendū sit in contractibus ordinatio quod doctor. non tangunt, & quod iuramentum non firmet facit. l. finalis. ff. qui satisdare cogantur. & l. fina. infra, de non numerata pecunia. et licet contractus innominati sint pacta nuda, tamen sunt magis debiles, quam simplicia pacta nuda, per notata per gloss. in. l. petens. supra, de pactis. & dicta post Bald. in. l. fine apud acta. supra, de transactio. tamen dicendum videtur, quod talis contractus firmetur iuramento, per theoricam Bartol. & doctor. traditam in hoc membro: quia iste casus comprehenditur sub hac questione, nam ex huiusmodi contractibus innominatis, ideo actio non oritur: quia ius non assistit, non quia ius resistat, & quod Bartol. subdit de pacto nudo, & stipulatione facta alteri ponit loco exempli, quod non arctat regulam per iura vulgaria. nec obstant dicte leges finales in contrarium adducte: quia ibi inest tacita conditio ex natura rei. seu ratione consensus. sed in casu nostro inest alia conditio. facit gl. in verbo necesse. l. si pecuniam. de condictio. ob causam. sed actio non oritur propter contractus debilitatem, & quia ius non obsistit. cogitandum tamen esset vbi casus occurreret, & generaliter quando dicatur. l. non obsistere, & quando non fauere. vide per Bartol. & Angel. in. l. cum. l. de fideiuss. & d. Bart. in effectu, sequitur dominus Antonius in dicto cap. cum contingat. vbi latius de hoc per Jmolam in octauo principali mēbro, char. xliij. xliiij. xlv. ¶ Decimoquarto quero † an iuramento firmetur contractus reprobatus propter defectum solennitatis probatorie, ad quod respondet Bar. quod non: q: iste solennitates sunt inducte, ob publicā vtilitatē: ideo remitti nequeūt. l. ius publicum. ff. de pactis. & l. nemo potest. de lega. ij. secundum eum in dicta. l. si quis pro eo. circa quam rationem, vide dicta. S. eodem. verbo in dicta questione. et eum sequitur dominus Antonius in dicto cap. cum cōtingat. subdens quod quando solennitas non fundaretur omnino super publica vtilitate nō impediret obligatio iuramēti. exēplū in cōtractibus in quibus ꝑpter fauorem minoris vel mulieris statutum requireret huiusmodi solennitates. Item vbi & ob publicam vtilitatem lederet animam, vt in legatis ad pias causas argumento eius quod habetur in cap. cum esset. & cap. relatum. de testa. prout refert eum dominus Nicolaus in dicto cap. cum contingat. videtur tamen quod licet de iure ciuili sit introducta solennitas probatoria vltra solennitatem iuris ciui. talis solennitas non habet locum quando iuramentum interuenit saltim quo ad probationem iuramenti: nam quo ad iuramentum videtur sufficere probatio iuris ciui. per duos vel tres testes, licet requirantur plures de iure cano. vel ex forma statuti, cū ius ciuile nō habet potestatem disponendi super iuramento, velut spirituali. per id quod habetur in cap. tuam. de ordine cogni. pari ratione nec statutū. secundum Jmol. in dicto cap. cum cōtingat. in. xxviij. charta. ad id quod dicetur in verbo, inuiolabiliter, & quod dictum fuit in quarta questione, & hoc saltem coram iudice ecclesiastico, coram quo potest agi. cap. finali. de foro competenti. secundum eum. & eadem ratione vbi statutum requirit scripturam si interuenit iuramentum, licet ipse contractus non poterit probari, nisi per scripturam poterit tamen probari iuramentum per testes, & si iuramentum esset simplex prestitum de obseruando contractū. posset tunc probari in consequentiam etiam contractus, cū alias non posset iuramentum probari, secundum eum qui dicit hoc esse menti tenendū: quia alij non dicunt. si autem statutum viget, quod nullū instrumentū probet nisi sint rogati duo notarij si producitur instrumentum de contractu iurato de quo est rogatus vnus solus notarius, tunc in casu quo statutum valet, prout tale instrumentum non probat contractum, nec probat iuramentum. arg. l. finalis. infra, de non numerata pecunia. secundum domi. Nicol. in dicto cap. cū contingat. secundum quem non refert, an sit inductum propter publicā vel priuatā vtilitatē, ex quo nō potest fieri perfecta probatio iuramenti, non tamen excusatur in foro conscientie: quia statutum non annullat iuramentum, sed probationem. ex quibus dictis videtur, quod statutum vendicet sibi locum in probatione iuramenti contra dicta, supra per Jmolam, sed videtur procedere quando probatio non esset inducta de iure diuino, vel gentium, sed de iure ciuili, prout contingit in instrumentis notarij constituti ab Imperatore, vel alia potestate seculari: quia potest statutum in territorio derogari dispositioni imperatorie per. l. omnes pupilli. de iustitia & iure. & per consequens derogari potestati & fidei notarij imperatoris, secus forte in probatione inducta de iure cano. vel si propterea dedisset notario autoritatē cōficiendi. p. & authē. instrumenta: quia tunc videtur, quod prout statutū seculariuum non potest derogare probationi iurisgen. vel diuini super iuramento: vt. S. per Jmo. ita & pari ratione, nec probationi inducte de iure cano. cum deficiet potestas statuendi super iuramēto. & sic militet ratio Jmole tamen cogita. termini autem Bart. sunt an iuramentum de quo constat firmet contractum, non an probetur iuramentū, super quo videntur satis concordare Jmol. & do. Nicol. quod nota. ¶ Decimoquinto quero, an cōtractus reprobatus propter defectum solennitatis formalis firmetur iuramēto, ad quod respōdet Bart. quod nō: q: deficit forma que dat esse rei. l. Julianus. § si quis ad exhibendum. quod & tenet do. Anto. in. d. c. cū cōtin. & Jmo. ibi char. xliij. & do. Nico. ibi antepe. col. vide q̄d dicetur in. xvij. q. ex hoc infertur, quod si in stipulatione non fuit seruata forma puta: q: nō interuenerunt verba iuramentum non validabit stipulationem. Itē infertur quod fideiussor intercedet in duriorem causam, quam

principalis non valebit fideiussio, licet interveniat iuramentum verum quia iuramentum habet vim clausule, vt actus valeat eo modo quo valere potest si non valet, vt agit.l.cum pater. §.filius mater. de legatis.ij. ideo nicta stipula. valebit vt pactum licet sine iuramẽto non valuisset, vt pactum.l. prima. §.si quis ita. de verborum oblig. Item fideiussor tenebitur: vt expromissor secundum eos, et predicta vera nisi ratione consensus contractus deficeret, nam tunc nihil operaretur iuramentum: si enim ex toto deficit consensus, vel est limitatus iuramentum nihil obligaret vltra consensum ipsuz. l.finali.infra, de non numerata pecunia.ꝛ.l.finali. ff.qui satisdare cogãtur.ꝛ.l.si libertus.ff. de operis libertoꝛ.et l.finali.in princip.ff.ad municip.secundum eos. et hoc quando quis simpliciter iurauit seruare contractum, si autem in obligatione literarum promisit non opponere exceptionem non numerate pecunie, ꝛ iurauit tunc eam opponere nõ poterit ita quod cogitur soluere licet possit postea repetere.argumen. cap.debitores. de iureiurando.prout voluit Bartol.in.l.finali.de non numerata pecunia.quod ꝛ tenet Ange.ibi licet renuntiatio non iurata, non tenet prout voluit ipse Nicol.de mat.ꝛ Cy. ꝛ Bald.in.l.si ex cautione.eodem titu.de quo latius per Imolam in dicto cap.cum contingat.in sexto membro, xlij.charta. qui tandem sequitur Bartol. vt iuramentum firmet renuntiationem, nec obstat quod ea fragilitate qua inducitur ad confitendum ꝛ compromittendũ eadem ad renuntiandum ꝛ iurandum: quia indigentes pecunia de facili trahuntur ad faciendos cõtractus ad voluntatem creditorum. per quam rationem doctor. dicunt, quod non valet simplex renuntiatio, ꝛ ideo pariter, videtur quod non valeat iuramentum. argumen. dicte.l.finalis. de nõ numerata pecunia.ꝛ dictorum supra, quia secundum Imol. hec ratio non tollit vinculũ iuramenti: vt patet in terminis huius authentice, quia qua facilitate minor inducitur ad vendendum ꝛ ad renuntiandum in integrum restitutioni eadem inducitur ad iurandũ, ꝛ tamen aliud disponitur iuramento quoniam nec non interuenit iuramentum secundum eum, ꝛ interim validat renuntiationem, quod non poterit repetere solutum, nec petere absolutionẽ quicquid voluerit Bartol. vt supra. Nam iuramentum facit debitum: quia iurans videtur voluisse obligari, nulla facta mentione ꝛ imputet sibi iurans, nec videtur habere locum dictum capitul. debitores. quia in casu isto non turpiter recipit cum iuramentum facit debitum: licet dictũ Bartol. habet equitatem secundum eundem Imo. Sed imo videtur procedere dictum Bartoli, etiam de rigore: quia negatur quod iuramentum facit debitum: sed solum obligat ad non opponendum exceptionem, nec sequitur, nec potest opponi: ergo voluit se obligare, etiã non facta numeratione, sed imo verisimiliter, quod iurauerit non opponere confisus in creditore, quod numeraret forte tamen dictum Imole posset procedere in absoluto, in qua non sequitur Bartol. ꝛ Angel. circa quod tamen vide dicenda in versicu. inuiolabiliter. sed in repetitione soluti procedat dictum Bartoli, ꝛ Angel. quia virtus iuramenti non repugnat per dictum cap. debitores. secus videtur si iurasset non alienare, et numeratio non esset facta: quia tunc verba iuramenti traherentur, etiam ad dictum Bartol. scilicet, quando solutum repeteretur, ꝛ de se patet, ꝛ videntur dicta dicit Imola procedere retenta opinione Barto. ꝛ sequacium quod simplex renuntiatio non teneat, sed retenta opinione glo. in dicta.l.si ex cautione. quam ꝛ sequitur Raph. scilicet, quod renuntiatio teneat non probatur negatiua. ꝛ sic in effectu transferret quis onus probandi in renuntiantem tunc etiam eo modo intelligeretur secundum Imol. quinimo videtur vltra doctor. retenta supra dicta opinione Bartol. ꝛ Ange. quod licet renuntiatio iuramento firmetur tamen competit repetitio. ꝛ illud procedit si probetur non fuisse factam numerationem, alias secus. nam prout dicit Barto. in dicta.l.si ex cautione ꝛ.l.propter confessionẽ presumit numerationem factam si non opponat exceptionem non numerate pecunie, sed in casu nostro dicta exceptio non potest opponi propter iuramentũ, merito ꝛc. Et predicta faciunt ad contractum simulatum nam an firmatur iuramento, vel tollatur exceptione simulationis facit quod non cum esset verus consensus. ꝛ ita tenet gloss. in.l.ab emptione. infra, plus valere, quod agit. quã sequitur Bartol. Cyn. ꝛ Angel. etiam ꝛ dominus Anto. ꝛ domi. Nicol. in dicto cap. cum contingat. prout est simulatus contractus, ꝛ ita iuramentum secundum doctor. licet grauiter peccet taliter iurans: quia in vanum assumit religionem iuramenti. per ea que habentur in cap. dixi sacramẽto. xxij. quest. iij. ꝛ quod habetur in cap. tua nos. de iureiurando. secundum Imol. quod procedit si causa simulationis fuit iniusta puta: vt alius deciperetur secundum dominum Nicol. columna. xxiij. qui secus videtur velle si subest iusta causa simulationis. et predicta procedunt quando certus est, ꝛ non simulatus, secus si certus esset verus sed factus in fraudeꝫ puta: quia quis petit pecuniam mutuo sub vsuris in fraudem vendito fundo cum pacto de reuendendo eo. pretio ꝛ ille interim lucretur fructus, nam tunc non poterit venire contra nisi petita absolutione secundum Baldum, in dicta l.ab emptione. ꝛ idem in effectu. vult dominus Anton. in dicto cap. cum contingat. licet per alia verba, scilicet, quando simulatio fit de vno contractu ad alium, ꝛ agitur quod seruetur contractus apparens, ꝛ vterque bene loquitur secundum Imol. in. xli. charta. ꝛ idem voluit in effectu Angel. in dicto suo consilio quod incipit, Catharina. idem etiam sentit dominus Federi. de senis in consilio. cccclxxix. quos refert dominus Nico. colum. xxij. qui latius prosequendo, idem tenet. si autem agit: vt seruetur contractus verus non simulatus ꝛ apparens. exemplum, partes ineunt contractum donationis, et cum de dote soluitur gabella simulat venditionem: vt non soluatur gabella tunc iurans non tenebitur seruare contractũ venditionis cum deficiat consensus in venditione secundum dominum Abbatem. ꝛ Imolam. qui non declarant, an tunc vinculo iuramenti teneatur seruare donationem. ¶ Circa quod est recurrendum ad mentem partium si de ea constat in dubio actum, vt seruetur contractus simulatus in apparenti donec seruetur, quod vere inter partes actum fuit, ꝛ hoc casu iuramentum ligabit. quod non debemus presumere, quod quis voluerit abuti iuramento argu.l.merito.ff. pro socio. et cap. estote. de regulis iuris. secundum dominum Nicol. qui predicta vera intelligit, nec simulatio fieret ad decipiendum tertium, nam tunc qui non debuit confundere ordinem rerum maxime spiritualium, ꝛ abuti iuramento maxime ad alterius deceptionem non debet audiri hanc turpitudinem. argu. cap. interrogati. xxvij. distinctio. ꝛ notatorum per glossam cap. tua nos. de spõ. ꝛ ita etiam Roder. declarant precedentem casum quando contractus est omnino simulatus. Item predicta vera intelligas nisi simulatio fuerit de vno contractu ad alium: quia non potest seruari sine interitu salutis eterne, vel est contractus contra bo. mo. nam tunc iuramentum non artat secundum eum. intellige bonos mores. secundũ dicta.ꝫ.eo. versi. quest. vij. ¶ Item tertio predicta vera intelligas in iuramento de obseruantia contractus, secus si iuraret predicta omnia vera esse. quod tunc non poterit obijcere simulationem: quia detegeretur suum periurium, ideo non deberet audiri argumen. dicte.l. transactionis. supra, de transactionibus. ꝛ cap. inter dilectos. de donatio. prout voluit dominus Antonius, ꝛ domi. Nicolaus dicto cap. cum contingat. quod ꝛ in simili voluit Bald. in.l.finali. infra, de non numerata pecunia. ꝛ istud teneas quicquid dicat Imola in. lij. charta. quod verum intelligas nisi ageret per viam denuntiationis ad exonerationem conscientie aduersarij, quia eo respectu potest quis allegare suam turpitudinem. per id quod habetur in dicto cap. inter dilectos. et in cap. quemadmodum. de iureiurando. ꝛ in cap. ex rati. de testibus secundum eundem Imol. xli. charta. Item quarto predicta vera nisi fuisset renuntiatum exceptioni simulationis ꝛ iuratum seruare renuntiationem. per ea que dicta fuerunt supra circa renuntiationeꝫ exceptionis non numerate pecunie. ¶ Item predicta vera quando simulatio interuenit ex vtraque parte: secus si ex parte iurantis tantum, vt quia aliud gerebat in corde, aliud in ore: vel quia dolose vsus est verbis duplicibus:, nam tunc iuramentum intelli-

gitur

gitur secundum mentem recipientis iuramentum, & sic Deum decipere videtur: vt est .xxij. quest. v. cap. quacunque arte in. §. his omnibus, secundum dominum Nicol. in dicto cap. cum contingat. colum. xxij. circa hanc colum. xxiij. circa hãc. xv. quest. vide infra. xvij. ¶ Decimo sexto quero, an iuramento firmetur contractus reprobatus ratione rei siue materie super qua interponitur: vt quia super re de qua non est commercium: circa quod Bartol. in dicta. l. si quis pro eo. cõcludit, quod non: quia videtur continere impossibile de iure, vel de facto. l. a principali. §. finali. de legatis. i. & l. inter stipulantem. §. sacram. de verborum obligatione. & quia non videtur, quod consensus seu iuramentum partium possit tollere defectum rei, ideo nihil operatur secundum eum. facit regula, ad impossibile secundum dominũ Nicolaum in dicto cap. cũ contingat. in penultima colum. qui idem tenet, quod & tenet dominus Antonius in octauo membro. & videtur velle, quod idem quod iure sacra. vel vsibus feud. pauci deputata: vt platea, campus, fori & huiusmodi. sic esset iure fiscali non deputata vsui publico, quod non videtur verum. quod res fiscalis nõ deputata vsui publico, videtur esse in nostro commercio patet: quia licet res fisci nequeat triennio vsucapi. institut. de vsu. §. res fisci. tamen potest longiori tempore prescribi. dicto. §. res fiscal. l. intra quatuor. ff. de diuersis, & temporalibus prescript. & l. sicut. & l. omnes. infra, de prescriptione triginta vel quadraginta annorum. secundum Imolam, in dicto cap. cum contingat. xlv. colum. sed licet sic de eo teneat ad contractus obseruantiam etiam sine iuramento, & sic procedat quod dicit Imola, tamen si tibi promitto dare rem fiscalem, & sic in te trãsferre dominium, quod non est in me: sed apud fiscum vel imperatorem, licet aptitudine sit de iure in nostro commercio, tamen quia imperator non solet concedere reputatur impossibile, id quod promisi dicta. l. apud Iulianum. §. fina. ideo promissio, & iuramentum non tenebit argumen. l. impossibilium. ff. de regulis iuris. et hoc modo procedit, quod dicit dominus Antonius, et videtur de mente Bartol. dum dicit impossibile de iure, vel de facto. & in hoc allegat, respiciens illud de facto. l. apud Iulianum. § finali. et ad hoc nouum membrum sic ad hanc quest. applicat Imola, an si iuro non alienare & postea alieno cum iuramento alieno, an firmetur iuramento, & quod non firmetur allegat gloss. in cap. licet mulieres. de iureiurando. in sexto. quam ibi sequentes Ioan. monachi. & Archidiaconus ibi adsunt, & idem tenuit Specul. in titu. de emptione & vendit. §. tertio verso. & iurante, quod non alienabit, & neque cõsentiet alienationi, nam tunc non poterit per alienationem & de facili preiudicari secundum eum, & illam gloss. allegat et sequitur etiam Bartol in dicta. l. si quis pro eo. in tertio membro principali. & licet posset dici quod illa glos. de rigore iuris nõ procedat per id quod legitur in cap. sicut ex literis. de spon. & in cap. intellecto. de iureiuran. & in cap. dilectu. de prebendis. & per Specu. in tit. secundu. §. nunc tractemus verso. qui si legatus secundũ eundem Imo. tamen quia illa glo. communiter tenetur potest dici, quod aut contra iuramentum de non alienando sequatur alienatio, alias de iure permissa, et tunc non procedat dicta gloss. que non loquitur hoc casu sed valet alienatio: quia non vitiatur actus saltem temporalis qui fit contra iuramentum dict. cap. ex literis, aut erat a iure reprobatus, sed per iuramentum super contractu positum confirmaretur ex tunc actus iuratus postea factus primum non iuramentum non valere clarum est: quia nec firmatur in primo iuramento contrario primo, & ita procedunt dict. glo. & sequaces. qui hoc casu loquuntur circa hoc ius Cyn. vide dicta supra eo. versicu. iiij. quest. & hinc sumpta occasione tractat. l. late. & an actus factus contra iuramentum teneat ex eius dictis finaliter cõcludi potest, quod sit regula nisi actus sit mere spiritualis, nam talis actus concludit, quod nõ valet per dict. cap. dilecto. prout videtur velle Innocẽ. licet Ioannes andreas ibi, & Specul. in dicto versicu. quid si legatus. & Ioan. andr. in additio. contrarium voluit. dicas, vt latius ibi per eundem Anton. & in iuribus supra adductis. ¶ Decimoseptimo, quia contractus vltra causas, de quibus supra in nouem precedentibus que quando a iure reprobatur ex aliqo iuris

actibus subditorum quero, an huiusmodi contractus firmetur iuramento: circa quod Bartol. in dicta. l. si quis. pro eo concludit, quod sic per cap. quamuis. de pactis. in vi. Nam illud pactum erat a iure reprobatum. ne propter periurium quod de presenti renuntietur forte magne hereditati de futuro. l. periculũ. de collat. & tamẽ firmatur iuramento dicti cap. quamuis. secundum eum. qui idem videtur velle in termino. l. cum hi. ff. de transactio. scilicet in transactione facta super alimentis futuris debitis ex vltima voluntate, nam illo casu exemplificat hoc membrum. Sed contrariũ firmauit ipse Bar. in dicta. l. cum hi. in princip. eo. quia illa. l. dat formam. & procedit prohibendo, dũ dicit ne aliter rata esset, & eũ sequitur ibi Raph. & qr publice interest publicas voluntates mãdari executioni. l. vel negare. ff. quemadmo. testa. aperia. Sed dicta publica vtilitas est secundaria non principalis prout dicitur in alienatione rei dotalis, ideo iuramentum arctat. dicto cap. cum contingat. secundum dominum Antonium ibi, & propterea firmat transactio iuramento, secundum dominum Nicol. in columna penultima. & licet reipublice intersit testamenta mandari executioni, tamen hoc est verum non renunciantibus alias sequeretur, quod etiam in alijs terminis nõ posset renũciari relictis in testamẽto, quod est falsum secundũ Imol. in vltima charta. & licet fuerit prohibita: vt tollatur occasio: vt ne pauperes fame pereant, non tamen semper & directe id contingit, & licet quando id possit contingere non ob id debent tolli vires iuramenti per id quod habetur in cap. si vero. de iureiurando. et per id quod infra dicetur secundum eundem Imol. secundum quem, licet hic sit regula. verum tamen si appareret notoria paupertas, vel verisimilis fames pro hoc forte transactio non firmaretur iuramento. per id quod habetur. lxxxvi. distinctio. pasce, & quod not. Federicus in consilio. lx. alias. lxij. secundum eum. nec obstat. quod est tradita forma: quia similiter in alienatione rerũ minoris decretum iudicis est de forma. ff. de rebus eorum. l. magis puto. §. passim. & infra eodem titu. l. si predium. Et tamen firmatur iuramento: vt hic prout videtur respondere Imola in dicta vltima columna. sed per hanc responsionem videtur confundi theorica supra tradita in. xv. quest. quod iuramentũ a iure reprobatum defectu solẽnitatis formalis nil operetur, que theorica facit pro dicta ratione Bartol. & licet doctor. non declarent. potes considerare, quod quelibet solennitas a iure requisita cuius obmissio reddit actum nullum potest large loquendo dici de forma iuxta notata per Bald. & Ange. in. l. prima. ff. de liberis & posthumis. & hoc respectu decretum iudicis, est de forma alienationis rerum immobilium minoris, & de forma transactionis super alimentis & preteritio, & exheredatio liberorum in testamento patris, & tunc nõ procedit theorica tradita in dicta xv. quest. per text. hic, & pari ratione non procedit in terminis dicta. l. cum hi. tamen quandoque forma sumitur magis prope pro solẽnitate substãtiali, & in trãsactione prout in testamẽto est institutio heredis, & in stipulatio. sunt verba, & sic de singulis, & isto modo sumit forma in dicta xv. quest. & sic & alias fit differentia inter solennitatẽ intrinsecam & extrinsecam in. l. sciendum. de verborum obligatio. nec obstat secunda ratio Bartol. quis negare potest: quia illa verba non aliter rata esse sint prohibitiua transactionis maxime in personam prohibendo transactionis inualiditatem, vnde transigens non trãsgreditur preceptum. l. propterea dicta ratio fuit reprobata supra eod. verbo quarta questione & dictum Bart. in dicta. l. cum hi. posset intelligi de iure ciuili, quo iure bene loqueretur per dicta. & eod. verbo, in secunda questione. & quod dicit Barto. in dicta. l. si quis pro eo. procedat de iure cano. prout ipse loquitur. ¶ Ex his secundo concludit Bartol. quod † donatio inter virũ & vxorem iuramento firmetur prout & tenuit Bal. de cu. in. l. sed & si possessori. §. si iurauero. ff. de iureiuran. est enim talis donatio prohibita, ne mutuo amore spolientur: vt alter ditior, alter pauperior fiat. l. hec in aũt fiat. in principio. ff. de donationibus inter virum. secundum eundem Bartol. qui idem tenuit in. l. Seius & Augerius. ff. ad. l. Falcid. & idem tenet Federicus de senis in consilio. cxl. alias centesimo trigesimoseptimo, & text. hic, et in dicto cap. cum contingat. & in dicto cap. quamuis. quod & velle

27

videtur Bal. in.l.cum te in,C. de donatio.propter nup. licet tandem remittat se.quod etiam est de mente domini Anto.in dicto cap.cum contingat.qui dicit, quod iuramentum arctat,sed non firmat actum,sed ipse generaliter tenet quod iuramentum non firmet contractum etiam in terminis huius authen.& in dicto cap.cum contingat.vt infra dicam in verbo,custodiantur.sed contrarium videtur velle Petrus & Cyn.in.l.prima.in fine.C. de sacrosanctis eccles.& Joan.andr.in additio. Specul. in titulo,de donationibus post diuortium super rubrica ad finem.& Bartol.in.l.cum quis decedens Titia.de legatis.iij.qui idem voluit in.l.prima.ff.de donatio.inter virum.eo quia talis donatio est contra bonos mores contra text.ibi,quod & firmat Angel.in dicta.l.si quis pro eo.quia lex resistit potentie dirigendo verba prohibitiua in personam.quod & videtur Salice.in dicta.l.cum. vltra predictas rationes ad primam adducens text. ibi.& libidinem forsitan.per quem text.docto.dicunt huiusmodi donationes non firmari iuramento, prout dicit ibi Bald.sed primam opin,videtur tenere domi. Nico.in dicto cap.cum contingat.penultima col.et est magis communis prout dicit Imol. charta pene ante penulti. qui idem tenet non habet perpetuam causam nec prohibitionis,nec est contra bonos mores, patet quia confirmatur morte,quod non esset si foret contra bonos mores,prout & dicit Bald.in dicta.l.cum multe. secundum eu3.nec obstat.dicta.l.prima.de donationibus inter virum : quia non dicitur ibi, quod sit contra bonos mores,licet dicatur quod moribus sit prohibita,na3 exponitur : vt ibi . in gloss.secundum Imolam. nec obstat secunda ratio Angel.& Salice.quia illa ratio bona per dicta supra eodem verbo, in quarta questione , prout etiam dicit Imola,posset & instari,quod verba prohibitiua non dirigant in personam,nec obstat quod per tales donationes videtur cessare studiu alimentandi filios: vt colligitur ex text.l.ij.in princip. de donatio. inter virum.& educatio liberorum est de iure naturali, & ideo videatur quod iuramentum non valet,per id quod habetur in cap.cum quidam.& in cap.quintavallis. de iureiuran.& per Specul.in titu.qui filij sint legitimi.versicu, sed pone. nam respondetur quod non semper & directe, sed interdum & occasionaliter id inducitur tales autem vt occasiones remote non sunt attendende quo minus seruetur iuramentum,quod seruari potest sine dispendio salutis eterne.per id quod notat gloss.in dicto cap. si vero.& gloss.& Joan.andre.in dicto cap.quanuis. put respondet Federi.de senis in dicto consilio. secundum Imolam. ¶ Et eodem modo potest responderi ad tex. dicte.l.cum multe.quam responsionem not.& tene menti:quia confert ad multa. respondent etiam Federic. et Imola ad aliam rationem text.dicte.l.ij.quod de iure cano.diuortia sint prohibita,ideo cum illud sit seruandum:vt per gloss.institu.de gradi. §.sexto gradu. cessat dicta ratio. Item potest dici quod Bartol.in dicto.§. Titia.& Petrus & Cy.in dicta.l.j.non loquantur in iuramento permissiuo.sed in iuramento assertorio,secundum Imol.vbi latius per eum,& vltra eum potest dici quod Bart.in dicta.l.i. de donatio.inter virum.non loquitur concludendo.sed arguendo cum finaliter se remittat ad dict.l.si quis pro eo.vbi firmat contractum. ¶ Ex his etiam tertio infertur.quod licet fideiussor non possit dari pro dote saltem conseruanda. infra ne fideiussores dotium dentur in rubro & nigro.tamen fideiussio validetur iuramento,sed contrarium tenuit Barto. in dicta.l.si quis pro eo.sub tertio membro principali ea sua solita ratione:quia contra.l.dirigentem verba prohibitiua in personam quod & tenet dominus meus in dicto cap.cum contingat.ad fin.tertij casus. ex eo : quia talis fideiussio est prohibita , ne oriatur perfidia inter coniuges.l.secunda.infra, ne fideiussores dotium dentur.& sic videtur esse contra bonos mores : vt ibi latius per eum sed contrarium firmat ibi Imol. in.xlviij.parte & dicto cap.quanuis. nec obstat ratio Bartol. quia illa non est vera:vt.s.eod.verbo in quarta quest. et facit quod not.Joan.and.in additio Specu.in titu.de instrumentorum editione.§.porro.volens quod legi prohibitiue nequeant renuntiari sine iuramento.sed cum iuramento sic.secundum Imol.& vltra eum quidem respondent quod est prohibita datio fideiussoris non fideiussio adeo fideiussor iurans non venit contra nec obstat ratio domini Antonij:quia non dicitur ibi quod detur semper & directe causa perfidie sed interdum & occasionaliter prout dictum fuit in tertia illa & proxima illatione secundum eum. ¶ Ex his etia3 infertur & quarto,quod licet non valeat transactio facta non in suis & congeneratis verbis testamenti in.l.de his. ff. de transact.adeo quod illi.l.non potest renuntiari,prout voluit ibi Jaco. butr.& Jaco.de bel.Bartol.Angel.& doctor.communiter tamen firmetur iuramento,quod talis casus,videatur adnotari ad hoc membrum, & hoc firmat Imola in dicto cap.cum contingat.in vltima charta,licet contrarium sentiat Bart.in dicta.l.cum hi.in princip.& quod tale iuramentum valeat voluit etiam dominus Anton. ibi,quia principalis vtilitas est subditorum. facit quod not.in.l.prima.supra,de pactis.secundum domi. Nicol. ibi in penulti.col.qui ita transit tenendo contra Barto. nec obstat secundum Imolam,quod prout dicunt Jaco. but.Bartol.& doctor.in dicta.l.de his dispositio illius.l.est inducta in odium occultantiu3 testamenta:quia hec ratio facit,quod non possit renuntiari per simplex pactum sed non facit quod non possit renuntiari cum iuramento per ea que habentur in cap.significante. de pigno.& dicta.s.in.xij.quest.secundum eum,qui non bene declarat an renuntiatio,seu transactio firmetur iuramento,an vero iuramentum duntaxat liget.nam in terminis dicti cap.significante.iuramentum non firmat et similiter dicta circa.xij. quest. sed dicta solu. Imole in illa questione faciunt quasi hoc casu contractus firmetur iuramento,ideo tenendo quod illa dispositio sit inducta odio occultantium testamenta videtur, quod iuramentum non firmet actum,licet arctet iurantem , sed est aduertendum quod iste contractus non reprobatur solo odio occultantium testamenta,nam prout dicit Rapha.in dicta.l.de his.si sola ista ratio esset illa lex non nullitaret vbi testamentum non occultaretur,sed concurrit etiam fauor vltime voluntatis vnde iste est casus mistus : quia contractus reprobatus in isto fauore & odio. & iste casus quando, scilicet, contractus reprobatur ex fauore vnius,& odio alterius non tangitur per Bartol. in dicta.l.si quis pro eo.nec per docto.in dicto cap.cu3 contingat.sequentes ordinem Bart.ideo esset cogitandum. & videtur posse dici quod dicta.l.de his.non sit proprie inducta in odio occultantiu3,sed forte ne homines trahantur ad occultandum,sed quia hoc non semper, et directe resultat.sed occasionaliter : et occasione remota, ideo iuramentum firmet per dicta.s.in precedentibus illationibus & dicenda in sequenti illatione que possunt satis trahi,ad hunc casum. ¶ Quinto infertur ad donationem, nam insinuata, an firmetur iuramento,de quo Bartol.in.l.Modestinus.in fin.ff.de donatio.quaerit et respondet se remittendo ad dictam.l.si quis pro eo. vbi nihil specifice tangit,sed Bald.in.l. illud. de sacrosanct. eccles.firmat quod iuramentum non firmet.nam ad hoc

33 vt iuramentum firmet contractum precipue requiruntur tria.primo ,quod persona sit habilis seu habilitata per iuramentum.secundo quod generalis forma sit seruata.tertio,quod non sit facta super re prohibita allegat. l.si quis inquilinos.§.finali.de legatis.i.cum hoc casu videatur super re prohibita cum prohibeantur donationes , vltra summam a iure taxatam si non insinuantur cum censeantur occulte & suspecte.l. donatio sine &. l. data opera.C.de dona.secundum eum.quod & tangit Bal. in.l.ante penul.C.de dona.& allegat pro hac parte: quia donare est perdere.l.filius.ff. de dona. vnde iuramentum non videtur deseruptum cum videatur patens lesio, & per consequens videtur quod iuramentum non obliget per.c.& si Christus.de iureiuran.& quod not.glos.in authen.quod eis.C.de nuptijs.Secundo,quia prohibita vna via non debet alia concedi:vt in regula, quod vna via. in.vi.& l.scire oportet.§.oportet.de excus. tuto. Tertio, quia videtur suspecta per id quod habetur in.d.l.donatio.Quarto,qr eadem facilitate qua quis inducitur ad donandum inducetur ad iurandum,& sic videtur quod non obligetur.argu.l.doli.§.diuersum.ff.de dona.Quinto,quia videtur ob publicam vtilitate inductum ne per metum & fraudem grauiter ledatur.que dus coram iudice cessare presumuntur.l.finali.ff.quod metus causa. & quod interest reipublice, ne quis re sua male vtatur

insti.

institu. de his qui sunt sui vel alien. iur. §. primo. propter que dic hanc questionem esse dubiam, & super ea cogitandum, pro hac etiam parte facit quod. Simon vicentinus per. l. sancimus. infra, de donationibus. & Jacob. de beluiso in quadam questione, quos refert et sequitur Joannes andre. in additio. Specu. in titulo de instrumentorum editione. §. porro in vltima additione, tenet quod non possit renunciari huiusmodi solennitati insinuationis, & tenuit Bartol. in dicta. l. Modestinus. & Bald. in dicta. l. illud. & Salice. in dicta. l. antepenulti. & Jmola in dicto cap. cum contingat. in antepenultima charta. potissime ea ratione: quia insinuatio videtur inducta potius in odium aliorum: vt fraudes fiant dicta. l. data opera, quam fauore donantium. Sed Joan. andr. in dicta additione tenet quod donatio non insinuata firmetur iuramento pro id, quod habetur hic, & in dicto cap. cum contingat. & in dicto cap. quamuis. & quia donatio non insinuata, non est ex toto prohibita: quia infra certam summam tenet dict. l. sancimus. & non habet perpetuam causam prohibitionis dicta. l. penultima. de donatio. secundum eum. quod & firmat Jmol. in dicta penultima charta. quod & tenet dominus Nicol. in dicto cap. cum contingat ea ratione: quia. l. ciuilis non presumit firmiter dolum, sed inducit illam dispositionem: vt euitetur fraus que posset interuenire sine insinuatione. d. l. data opera. secundum eum non obstant adducta in contrarium. non enim obstat prima ratio Salice. quia licet donare sit perdere. tamen imputandum est ipsi iuranti argumento regule scienti, & regule damnum in. vi. prout & refert Joan. andre. in dicta additione, secundum Jmolam, secundum quem non dicitur iuramentum adeo indistinctum, quod non liget: quia tunc dicitur indistinctum iuramentum, quando prestatur ab eo, qui non est sane mentis. Nec obstat secunda ratio: quia dicta regula, quod vna via non habet locum in contractu iurato vt hic. & dicto cap. cum contingat. & dicto cap. quamuis. & dicto cap. debitores. Nec obstat tertia ratio: quia non sequitur quod sit suspecta, licet non sit insinuata: quia potest fieri publice palam coram testibus secundum eundem Jmolam supple. quod licet sit suspecta non sequitur quod sit fraudulenta, ideo non tollitur virtus iuramenti prout & videtur de mente domini Nico. ex dictis supra. Nec obstat quarta: quia licet in dicta. l. data opera dicatur, quod insinuatione inducta, vt tollatur occasio faciendi donationes clam & per fraudem, tamen ista occasio non est attendenda per notata per gloss. in dicto cap. si vero. de iureiurando. & in dicto cap. quamuis. & dicta supra in precedentibus illationibus. Nec obstat quinta ratio: quia illa non attenditur iuramento vt hic, & dicto cap. cum contingat. & dicto cap. quamuis. Nec obstat sexta: quia non reperitur iure cautum, quod insinuatio sit inducta ob publicam vtilitatem, & licet publice intersit ne quis male vtatur re sua, tamen ista secundaria vtilitas non attenditur in his terminis. dicto cap. cum contin. & dicta supra. x. quest. nec obstat, quod non potest renunciari. ll. inducentibus solennitates. l. nemo potest. de lega. i. quia illud est verum nisi interueniat iuramentum: vt hic. secundum eundem Jmol. ad hoc dicta supra, circa principium huius questionis. Nec obstat, quod ista solennitas est potius inducta in odium recipientis donationem, quam in fauorem donantis: quia respondere potest, quod per hoc non tolluntur vires iuramenti. nam secundum omnes iuramentum ligat dicto cap. significante, licet sit dubium: circa absolutionem secundum eum circa quod vide dicta supra. in. xi. questio. item dici potest, quod imo insinuatio sit inducta principaliter in fauorem donantis, ne sua liberalitate pauperetur. l. ne sua liberalitate. ff. de re iudi. Et secundario in odium procurantium illas fieri clam & occulte. ideo videtur posse renunciari saltem cum iuramento secundum eundem Jmolam. Not. hanc rationem: quia eodem modo potest dici circa precedentem illationem: non enim apparet hoc casu nec in illo quod. l. sit inducta in odium, sed ad obuiandum ne fiant fraudes & deceptiones: vnde videtur militare responsio data in aliis illationibus. Nec obstat vltima ratio Bal. quod. ll. prohibent. nam per hoc non tollitur virtus iuramenti per. d. §. eo. verbo in. iii. quest. ex quibus primo concludendum est quod iuramentum, absque dubio arctet & maxime: quia. l. inhibet donationes non insinuatas fieri, sed mandat donationes insinuari. vnde donans donando non petat retenta etiam opinione Bar. & consequenter nec petat iurando seruare donationem, licet non insinuando retenta alia opinione Bartol. attento maxime, quod insinuatio potest fieri ex postfacto, & sic donans poterat licite seruare iuramentum faciendo postea insinuare, an autem iuramentum validet donationem, videtur magis dubium propter illam rationem: quia communiter tenetur quod insinuatio sit inducta in odium. tamen in practica non putarem recedendum ab opinione Joan. andr. & sequacium propter eorum autoritates & dicta supra tene menti: quia quotidianum ex superiori anno consului. Sexto inferri potest ad donationem factam inter patrem & filium an firmetur iuramento, quod tangit dominus Nicol. in dicta penultima colum. remittens se ad nota. per Bart. in. l. iii. infra, de donationibus. qui loquitur in donatione facta filio per patrem, & ad Joan. andre. in additio. Specul. in titu. de testamentis. §. primo. versicu. sed pone filius, qui loquitur in donatione facta patri per filium, et Bald. vult quod cum iuramentum sit de iure naturali quo iure patria potestas non curatur: non possit iurans venire contra tale iuramentum: quinimo videtur velle quod iuramentum firmet donationem, quod & videtur velle Joan. andr. in dicta additione, cum inter patrem et filium sit naturalis obligatio: vt habetur in. l. frater a fratre. de condictione indebiti. secundum eos, quod etiam sine dubio videtur tenendum in terminis Joan. andr. cum nihil obstat quo minus filius circa aduentitia saltem in quibus patri non queritur vsusfructus possit donare patri, prout & potest tertio. & illa in quibus patri queritur vsufruct. potest sine dubio donare cum consensu patris. in. l. fin. §. filiis autem. de bonis que liber. adeo quod si donat patri nihil obstat, nisi quia consentit in causa propria, sed ille consensus non videtur ibi requiri per viam autoritatis vel solennitatis adeo quod posset forte attentari, quod etiam sine iuramento valent. vide tamen que habentur in dicta. l. frater a fratre. & vide dicta supra in. xii. questione. Secundo, quod donatio facta per patrem filio firmetur iuramento: semper mihi visum fuit dubium, licet simpliciter dictum Bald. allegauerim in authen. ex instrumento. infra, de collatio. quia iurans non potest facere, quod incapax poterit capere. quis enim diceret quod si quis donaret fratri minori, et iuraret frater minor quereret rem, vel si dominus donaret seruo quod seruus quereret ius in rebus donatis, & sic haberet propriu pari ratione, non potuisset de iure antiquo pater facere quod filiusfami. capere possit. merito hodie posset in profectitiis in quibus nihil est immutatum & maxime: quia per seruum et filiumfa. queritur patri & domino etiam inuitis. l. etiam inuitus. de acquirendo rerum dominio. & l. seruus vetante. de verborum oblig. quod procedit etiam hodie in profectitiis. vnde non potest pater facere, quod quesitum filio, ex causa profectitia non queratur sibi, & ex hac ratione vitiatur donatio inter patrem & filium: vt habetur in. d. l. frater a fratre. & in. l. ii. infra, de inofficiosis dona. et. l. filiae cuius. ff. fami. ercis. ideo si hoc respectu vitiatur donatio. non venit donans contra iuramentum, & per consequens cessare videtur ratio dicti. c. cum contin. & d. c. quamuis. nec iuramentum ligat super eo, quod est impossibile de iure, vel de facto arg. l. impossibilium. ff. de reg. iur. et c. ad impossibile. eo. tit. in. vi. & dictum fuit. §. pri. quest. & si filius emeret fundum suo nomine, & pater iurat seruare contractum filii, non propterea erit periurus. si res per filium empta fruatur quesito sibi alium pleno dominio, & hodie vsufr. Et insuper si donat & tradit iam soluta est obligatio naturalis. faciendum tamen est, quod si iurat non reuocare est naturaliter obligatio ad non reuocandum, & tenetur ad obseruantiam iuramenti, & consequenter donatio non reuocata confirmabitur morte iuxta not. in. d. l. filia cuius. & in. d. l. ii. & in. d. auth. ex testamento. si tamen reuocaret licet incideret in periurium, tamen forte reuocatio non esset nulla: quia iuramentum non vitiat actum factum saltem temporaliter contra iuramentum: vt dixi supra circa iurantem non reuocare testamentum. Septimo infertur quod valeat pactum iuramento firmatum de non cedendo bonis, & consequenter possit personaliter cap.

pro debito: nam q tale pactum valeat tenuit Federi. in suo consilio septuagesimo, per ea que habentur in cap. ex rescripto, de iureiuran. ⁊ per Spec. in titu. de renunciatio. ⁊ conclu. §. i. ad finem versi. itē est, ⁊ per ea que habentur in l. fina. j. qui bonis cedere possunt. ⁊ hoc verū intelligit nisi sit notoria paupertas: tunc iuramentum non ligat, prout non ligat filium iurantem non petere alimenta cap. cum quidam. de iureiurā. ⁊ per Specu. in titu. qui filij sint legitimi. versi. sed pone. ⁊ cum tertio dicto transit domi. Anto. in dicto cap. cum cōtin. sub tertio casu principali, licet aliud videatur velle in primo membro transiens cum Barto. quasi sit contra bonos mores, sed primum dictum approbat Imol. in d. cap. cum contin. in hoc. x. membro. charta. xlvij. ⁊ latius in primo membro. in. xi. charta. dicas vt ibi, latius per eum, ⁊ per Bartol. ⁊ alios in l. alia. §. eleganter. ff. soluto matrimonio. vbi alias late dixi. ¶ In text. ibi rerū suarum verbum rerum latissimum est. l. rei appellatione. et l. rei appellatio. ff. de verborum signific. adeo quod hic, comprehenditur contra factum super re aliena perinde, ac si dixisset super contractibus suis, prout concludit gloss. in corpore in verbo suarum, in fin. quia firmat hic Bartol. post Odofredum exponendo magis proprie quam gloss. i. super contractibus obligationū suarum: obligationes ergo venient hic appellatione rerum prout ⁊ videtur velle ipse: ⁊ bene per dicta iura veniunt appellatione rerum etiam incorporalia: vt dicta. l. rerū appella. prout, ⁊ dicit gloss. in cor. in verbo rerum. ¶ In tex. ibi. non retractandis supple, vel quia expresse hoc iurat, vel per equipolens puta; quia iurauit seruare contractum, vel non venire contra predicta, seu contractū, prout in simili in sententia requiritur verbo cōdemno, vel absoluo, ⁊ tamen sufficit equipollens. l. si presens, in text. ⁊ in gloss. j. de sententijs. prout vult Bart. hic, post Odofre. ¶ In text. ibi, inuiolabiliter est, id est, incorruptibiliter, ⁊ sine violatione alia, prout dicit gloss. super 28 hoc verbo in corpore, sed circa hoc instari potest † an detur aliquod remedium, vel aliqua via, quod possit fieri; vt huiusmodi sacramēta nō custodiantur, circa quod principaliter primo est videndum an virtus iuramenti violetur per absolutionem petendam a iudice ecclesiastico, vel quia recipiens cogatur relaxare iuramentum. Secundo, an virtus iuramenti possit violari, ex forma statuti annullantis contractum, etiam iurati. ¶ Quero igitur primo, ad iurans seruare contractum possit aliquo ex remedio se tuere: vt non teneatur iuramentū, seu contractum seruare, ⁊ certe hic videtur probare, quod nō cum dicat inuiolabiliter, ⁊ similiter tex. in dicto cap. quanuis. dum dicit omnino, ⁊ ideo non potest iurans petere, q qui satisd. cogatur. ⁊ relaxare iuramentum, nec quod iudex eum absoluat a iuramento, prout videtur velle Bartol. in dicta. l. si quis pro eo. ⁊ doctor. eum sequentes qui in quarto membro, quando scilicet cōtractus reprobatur odio recipientis iuramentum dicit, quod iuramentū obligat licet nō firmet contractus, sed ꝫ potest peti absolutio a iuramento: vt latius dixi in verbo cōtractibus in. xi. quest. ⁊ in tertio ⁊ quinto membris quando contractus reprobatur ratione publice vtilitatis secūdaria, vel quādo fauore iurātis simpliciter dicit, quod iuramentum ligat ⁊ firmat contractum, nec facit mentionem de absolutione: vt dixi. d. eo. verbo, contractibus. ⁊. xij. quest. prout. ⁊ hoc ponderat Imol. in dicto cap. cum contin. ⁊ licet Vincentius ibi, aliter voluerit in terminis illius. cap. ⁊ quod iuramentum sit ibi seruandum, donec petitur absolutio. ⁊ eum refert Ioan. andre. non impugnans, ⁊ Petrus de anchar. in quodam consilio, quod ipse refert in cap. canonum. de constitu. in repetitione. in. xi. quest. tamen contrarium voluit Archidiac. in dicto cap. quanuis. ponderando verbum omnino ibi, positum quem sequuntur Imol. ⁊ dominus Nicol. in dicto cap. cum contin. ⁊ ibi voluit dominus Anto. vt apparebit ex infra dicendis, quod ⁊ voluit Ange. in dicta. l. si quis pro eo. simpliciter dicens, quod in terminis huius authen. ⁊ dicto cap. cum contin. non possit peti absolutio, quod ⁊ tenendum videtur per generalitatem huius text. ⁊ dicto cap. cum contin. ⁊ dicto cap. quanuis. ⁊ dicto cap. licet mulieres. Et ne ista iura sint quodammodo ludibria ⁊ posita verbis potius quā rebus contra cap. commissa. de election. in sexto. ⁊ l. si pretor. in princip. de iudi. ⁊. l. ij. in fi. coram delegatis. prout hanc rationem ponderat Imola in dicto cap. cum contin. ⁊ pari ratione idem dicendum est quando aliter contractus esset reprobatus per. l. vel statutum fauore publice vtilitatis secundarie, vel fauore iurantis, alias ex varijs vtilitatibus subditorum, cū ad dictos casus trahantur ista iura: vt patet ex dictis supra in verbo contractibus, in. x. ⁊. xij. ⁊. xvij. questione. licet aliud videatur velle Federicus de senis cōcludens in consi. cclxxij. quod si statutum disponit q contractus filijfa. sine consensu patris etiam si iuratus fuerit non valeat ipso iure, tunc iuramentum ligat, sed quia recipiens iuramentum facit contra formam statuti, ex causa ecclesie cui obtemperare debuit, ⁊ non cōtrauenire octaua distinctione que contra. ⁊ in. xi. quest. iij. qui resisti non debet, ex transgressione reportare commodum, sed potius puniri, prout in terminis. d. c. debitores. de iureiuran. Iuramentum ligat, sed creditor cogitur relaxare: quia iuramentum est super re illicita, ita ⁊ hic cum iuramentum sit illicitum, ex parte recipientis propter prohibitionē statuti, secundum eum, cuius dictum procedere posset, quando statutum reprobaret actum in odium recipientis, prout esset forte interpretandum dictum statutum, exemplo senatusconsulti Macedoniani, circa quod tamen, vide dicta in verbo contractibus, in. xi. questio. ⁊ circa fin. xij. quest. quando autem statutum non reprobaret actum odio recipientis iuramentum teneas, quod iuramentum firmat contractum, ⁊ non potest peti absolutio per predicta, quod licet regulariter sit verū, tamen fallit quando interuenisset dolus aduersarij, ex proposito, nam tunc iuramentum non firmat contractum argumento eius, quod hic in fin. dicitur de vi vel metu, licet hic text. non faciat mentionem de dolo, tamen de eo intentionem faciunt text. in dicto cap. cū contin. ⁊ in dicto cap. quanuis dicentes, quod iuramentum, nō vi vel dolo prestitum est seruandum, si sint dispendio ⁊c. An tamen hoc casu sit necessaria absolutio, vel iuramentum sit nullum ipso iure; ita quod non liget dicam. j. in verbo nullius esse momenti; vt infra dicam. ¶ Secūdo fallit, quando interuenisset dolus re ipsa, vel resultat exemplo enormi lesione dicit dominus Andre. in dicto cap. cum contin. in quarto suo casu principali, si non urguitur aliqua deceptio que habet annexum dolum saltem presumptum nullum remedium competit contra iuramentum per quecūq; verba loquatur statutum, sed vbi deceptio esset enormis, tunc iurans habet remedia veniendi, contra adhoc notata per gloss. in cap. veniens. ⁊ in iuribus ibi allegatis de iureiurā. ⁊ hoc quia in enormi lesione presumitur dolus, ⁊ subest causa sic presumendi. l. omnes. §. Lucius. ff. que in frau. credi. secundū eū, ⁊ idem quando interuenit enormis lesio, voluit Pet. de anchar. in dicto cap. canonum. in. xi. quest. col. lxxvi. dicens se consuluisse. quod nullus contractus, vel quietatio facta per minorem. xxv. ann. valeat, nec de eo reddatur ius nisi intercedat certa solennitas. occurrit enim, q patruus dotauerat neptem in quingentis, ⁊ neptis cum iuramento renuntiauerat, sibi omne ius competens in hereditate paterna, que valebat in quadruplici, super quo casu conclusit, quod possit peti absolutio seu relaxatio a iuramento primo per regulam, quia iuramentum non debet esse iniquitatis vinculum in canone intercedere. xxij. quest. iiij. ⁊ in cap. quanto. de iureiuran. Item debet habere tres comites. cap. ⁊ Christus. de iureiurā. ⁊ in canone aduertendum. xxij. quest. iiij. ⁊ per gloss. in authen. quod eis de nuptijs. sed dicto casu non est iustitia, sed euidēs iniquitas ergo ⁊ cetera. Item paria sunt inesse dolum ex proposito, vel re ipsa. l. si quis cum aliter. de verborum oblig. ⁊. l. ij. §. circa. de exceptio. do. isto autem casu videtur inesse dolus re ipsa saltem ꝓpter grauem damnum, nedum enim vsque ad quadruplum, sed etiam vsque ad dimidiam iura subueniunt deceptis. l. ij. i. de rescinden. vendit. in isto autem casu concurrit etiā minor etas, ⁊ sexus fragilitas quibus iura subueniunt, ex qualitate enim personarum, ⁊ ipsius facti: nam arguitur dictus patruus de dolo. l. i. ⁊ quod ibi nota. de exceptio. doli, ratione ergo euidentis iniquitatis, ⁊ doli saltem re ipsa videtur relaxandum iuramentum, sicut quando per metū. dolus enim ⁊ metus paria sunt quo ad rescisionem actus. c. penul. ⁊ cap. abbas. quod metus causa.

causa secundum eum.adducit etiam dictum Uincentij 29 de quo supra. ¶ Ex quo concludit quod hec † authentica debet limitari, vt non habeat locum in casibus in quibus ex perspicuis iudicijs potest argui de euidenti iniquitate, & dolo re ipsa secundum eum.cuius verba satis placent domino Nicol. in dicto capitulo, cum contra.columna.xxvj.& est limitatio notabilis si est vera secundum Innoc.ibi charta.xxv.Concludit ergo Pet. de ancha.in illo casu iuramentum relaxandum adducens etiam questionem Federici: quia est transgressor statuti,& meretur penam non premittitur, & non curatur in quem verba statuti dirigantur prout, & dicit ipse Federi.in dicto consilio quicquid aliter velit Bald.vbi latius per ipsum Petrum de ancha.secundum quem non obstat quod Joan.andr.post Jacob.de belviso in addino.in titulo, de sententie prolatione.§.vt autem.& in titulo,de restit.in integrum.§.primo.prime columne in simili questione dicit quod iurans obligatur iuramento: quia non dicunt quod non possit peti relaxatio nec ipse negat quod iuramentum obliget secundum eum, sed dominus Anton.in quarto suo casu principali vult quod non requiratur absolutio, nam iuramentum de seruando contractu,vel non veniendo contra nō trahitur ad enormem lesionem:quia enormis lesio,& remedia exinde competētia videntur excepta ab huiusmodi iuramentis. per ea que habemur in capitulo, quintanallis.de iureiurand.vbi communiter dicitur quod si quis iurat non venire contra laudum iuramentum non trahitur ad enormem lesionem. preterea dict.capitulū.cum contin.& dictum capitul.quamuis.exceptuant iuramentum do'o extortum: videtur ergo exceptio procedit siue dolus sit ex proposito siue re ipsa ratione enormis lesionis secundum eum,qui dicit hoc procedere non solum in minore,sed etiam in maiore dummodo maior nō iuret non venire contra etiam ratione enormis lesionis, nam tunc maior non audiretur,sed minor qui taliter iurasset posset petere absolutionem licet Bart.& alij contrarium velint in dicta.l.ij.ff.de rescind.vend.secundum eum,qui subdit hoc procedere etiā si adijciat quod omne id,& totuz quod plus valet donat,& donare intendit. ex quo enim in tantum ledit minorem non videtur esse absque dolo,& fraude contrahentis cum minore,& insuper procedit etiam si iurauerit id esse pretium rerum: vt ibi latius per euz qui dicit ita se consuluisse pro quadam puella,& predicta habent equitatem:quia huiusmodi verba sepe apponuntur per notarios a se ipsis,& aliquando sub inuolucro verborum minores, maxime femine decipiuntur secundum eum qui ita resident.cuius dicta in effectu sequitur ibi dominus Nicol.in.xxxj.& xxxij.columna: quia presumitur dolus, & quia iurans non presumitur talem casum cogitare,& iura communiter excipiunt dolum, & paria sunt adesse dolum ex proposito, & re ipsa. per iura de quibus.ā.secundum eum secundum quem predicta procedunt non solum si verba sint indefinita, sed etiam si verba sint generalia,vt quia iurauit nulla ratione,vel causa contra venire: quia sunt intelligenda ciuiliter,& debēt ab eis excipi graues lesiones argumentum optimū in.l.si creditores.in.§.Lucius. ff.man.&.l.Aurelio.§.primo.deliberatione legata secundum eum.quinimo etiam si maior iurasset non venire contra ratione enormis lesionis quicquid simpliciter dicat.d.Anto.vt.ā possit tunc ratione enormissime lesionis venire potest cōtra:saltē petendo absolutiones a iuramento prout enim posset quando interuenit dolus ex proposito.d.§.Lucius.Ita & quando re ipsa dicta.l. si quis cum aliter.& hoc nisi appareret ex aliquibus circunstantijs quod vere donare voluerit id in quo fuit lesus, & sic potest intelligi.l.si quis donationis causa.de contrahen.emptio.In dubio autem quantuncunq; verba sint late concepta nō presumitur animus donandi: sed potius verba fuisse apposita ex cōsuetudine notariorum, sed in eo quod adducitur notabile dictuz Speculator.per eos in titulo,de emptione, & venditione.in.§. nunc videndum.& consequenter ex dictis domini Antonij sequitur quod ex iuramento interposito etiam per minorem super contractu in quo quis est lesus vltra dimidiam insti pretij,non tollitur remedium.l.secunda. de rescindenda venditione. sed contrarium voluit ibi gloss.Bartol.& Bald.& doctor.communiter omnes,& gloss.& docto.in capitulo penult.de emptione & venditione.pro quibus facit quia iurans super facto contrauentionis censetur iurare super omnibus concernentibus illud factum.l.si duo.§.idem Julianus.&.§.si iurauerit.cum ibi notatis.de iureiurando.ideo &c. propterea sine iuramento non posset venire contra nisi ratione enormis lesionis:ergo nihil operaretur ideo dictum domini Antonij non videtur de iure procedere secundum Innocentium in.xxviij.char.vide que dicam in eadem questione, post eundem Imolam. nec etiam videtur procedere quod ipse dominus Antos.dicit in minore iurante non venire contra ratione enormis lesionis.nam ex quo tale iuramentum est sponte prestitum, & potest seruari sine dispendio &c.est seruandum alias sequeretur quod si minor donaret rem suam, & iuraret seruare contractum,iuramentum non astringeret. cuius contrarium dicitur hic per glos.in verbo contractibus & per doctor.vt dixi supra eodem.in secūda additione & per hoc tollitur ratio domini Anton.& similitudo sua de contractibus cum male consumpturo secundum Imolam. ¶ Item non est verum quod iuramentuz prout non tollit dolum ex proposito ita nec dolum ex re ipsa quia hoc est falsum per notata per gloss. & docto.in dicta.l.secunda.& in dicto capitulo penultimo nec obstat dicta.l.si quis cuz aliter.que debet intelligi quando non interuenisset iuramentum.nec etiam obstat quod habetur in dicto capitul.quintanalis: quia intelligitur in actu gerendo per alium non in actu gesto pro se prout,& respondet Jacob.butrig.in dicta.l.secunda.ff.& alia est differentia: quia in suo contractu requiritur lesio saltem vltra dimidiam, sed in contractu alterius sufficit minor lesio, vt probatur in.l.si societatem.§.arbitrorum.ff.pro socio. & per docto.in dicto capitulo, quintanalis.secundum eundem Imol.in dicto capitulo, cum contingat.trigesima charta. nec etiam procedit dicta limitatio Petri de anha.scilicet quod licet iuramentuz arctet:tamen possit peti absolutio:quia ista authentica,tollit etiam remedium restitutionis,que non datur ꝓpter leuem lesionem.l.Scio.de in integruz restitutione. nec intelligatur hec authentica, & dict.capitulo.cum contingit.& dicto capitulo,quamuis.nisi prius petita absolutione: quia tunc est ludibrio, & etiam imposita verbis contra dict. capitul. commissa cum similibus,secundum eundem Imol.secundum quem non solum si iurasset non venire contra ratione enormis lesionis.sed etiam si iurasset non venire cōtra ratione minoris etatis,vel alia ratione non posset tunc venire cōtra propter enormē lesionem,vt quia esset deceptus vltra dimidiam insti pretij per notata per gloss.Bartol.& docto.in dicto capitulo penultimo, & ita etiam firmat hoc casu Salice.hic,vt quidam referunt:licet in lectura quam vidi non dicat.& idem vult gloss.in verbo, custodiantur. in fine.cum simi.remittat ad glos.dict.l.secunda.Si vero minor iurat seruare contractum,vel non cōtrauenire doctor.communiter tenent quod iurans sibi preiudicet in vtroque remedio prout dicit Ang.hic.sed hoc est verum nisi ex preambulis, vel annexis iuramento alias mens iurantis deprehēdetur puta.si sciens esse minorem iurauit, nam tunc iurauit non venire contra, scilicet ratione minoris etatis.argumen.l.si seruus plurium.in.§.si.de lega.tertio.&.l.Titia.§.idem respondit. de verborum obligationibus. secundum Salicet. prout eos refert Imol.in dicto capitulo.cum conting.char. xxviij.&.xxviij.secundum quem pro vltimo dicto Sali. facit.l.si de certa re.supra,de transact.sed non est veruz quod docto.velint quod dicto casu per iuramentum tollatur vtrunque remedium, nam Imol gloss Bartol.& Bald.in dicta.l.secunda.& Angel.ibi, & gloss in dicto capitulo penultimo, volunt quod huiusmodi simplex iuramentum minoris solum tollat beneficium etatis secundum Imol.ad hoc dicta supra in verbo.contractibus. in secunda questio. quibus adde & istud est equius & videtur satis de iure procedere si ille qui re vera erat minor apparet minor ex aspectu, nam tunc iuramentum videtur prestitum secundum qualitatem persone. argumento.l.plenum §. equitij. de vsu. & habitatione. & sic tanquam a minore. Si vero non esset mentio su

ſta etatis nec minor appareret ex aſpectu, tunc forte procederet opinio Angel. ⁊ Saliceti, quia renuntiatio videtur trahi ad omnia iura competentia. l.prima.§. ſciendum.ff.de ſucceſſorio edic ſecundum eundem Imolam ſecundum quem facit etiam dictus.§.idem Iulianus.⁊ dict ſi quis iurauerit, ⁊ hanc opinionem tenuit etiam Petrus, vt refert Cyn.in dicta. l.ſecunda.in ſexta queſtione. Equior tamen eſt opinio gloſſarum.quam ſequitur Nicol.de matta. Bartol.⁊ doctor.communiter. ideo forte propter eorum autoritates in practica ſeruaretur hec opinio.facit quod habetur in.l.ſecunda. infra, ſi maior factus.ſecundum eundem Imolam.in xxviij.char.qui ita ibi reſidet vide dicta in dicta priori ma queſtione, ſed contra dicta ſupra in maiore.⁊ dicta in precedenti membro.ſcilicet quando iurauit non contrauenire ratione minoris etatis, vel alia ratione facit fortiter: quia quando maior ſimpliciter promittit non contrauenire aliqua ratione, vel renuntiat omni priuilegio ſibi competenti non excluditur a remedio dict.l. ſecunde. quia renuntiatio, vel promiſſio non trahitur ad ius quod quis ignorat, vel preſumitur ignorare. prout voluit Nicol.de matta. per.l.cum Aquiliana.ff.de tranſact.⁊ quod habetur in.l.prima.ff.ſi quis in ius vocatus non ierit.⁊ facit quod habetur in.l.ſcd ⁊ ſi quis.in §.queſitum ff.ſi quis cautionibus.ſecundum Bartolum in dicta.l.ſecunda. Et iſtud videtur de mente gloſſ.ibi, ſecundum Butrium, ⁊ in dubio recurrendũ eſt ad coniecturas, ⁊ alio non apparente preſumeretur ignorantia vbi, eſt enormis leſio per notata in.l. quiſquis.de reſcindenda.per Bartolum. ergo pari ratione videtur quod iuramentum preſtitum ſuper tali promiſſione, vel ſi ſimpliciter iuratur de ſeruando contractum non trahatur ad dictum remedium quod quis ignorat, vel preſumitur ignorare per.l.fin.infra, de non numr. pecunia. ad hoc etiam notata per Bartolum in dicto. §.queſitum. vbi concludit quod iuramentum preſtitum ſuper renuntiatione non trahitur ad id ad quod non trahitur renuntiatio.⁊ hanc partem concludit Odofred.volens vt refert Iacob.butriga.quod iuramentum non trahitur ad enormem leſionem per ea que habentur in.l.ſi libertus.de operis libertorum.ad idem quod notat.per Bartolum.in.l.fina.de pretor. ſtipulatione. vbi ſi quis promittit ſtare dicto alicuius intelligitur niſi enormiter ledat: idem etiam voluit Bald.hic, ⁊ in corpore in quarta queſtione dicens quod vbi minor enormiter leditur preſumitur dolus ex enormi eorum leſione, vt qr faciunt venditionem de omnibus eorum bonis, vel renuntiare hereditatibus ſibi debitis. l.pactum.infra, de collationib.ad hoc gloſſ.que mature loquitur in. l.tertia.§.contrario. ff.de contrario iudicio.vt licet contrarium videatur ſeruari ſecundum eundem Bald. Item facit. l.penult. §.idem queſiuit.ff.de condicti.indebit. vbi ſi quis per ignorantiam ſoluit indebitum.⁊ promiſit non repetere: tamen repetet per condictionem indebiti. quo errore quis inducitur ad ſoluendum eodem inducitur ad promittendum non repetere quinimo hoc procedit etiam ſi renuntiauerit condictioni indebiti, ⁊ ſine cauſa ſecundum Bartolum ibi, tamen viſum eſt durum ſecundum Imolam in dicto capitulo, cum conting.charta trigeſimaprima.qui videtur in hoc vltimo reſiſtere qui videtur quod pari ratione iuramentum non liget cum eadem facilitate inducatur ad iurandum ex quibus negari non poteſt hunc articulum non eſſe dubium attentis rationibus hinc inde ſecundum Imolam in xxxj.charta, ⁊ ſequenti vadit ceſpitando hec figit pedes.videtur autem velle quod in minore, ruſtico, ⁊ muliere in quibus preſumitur iuris ignorantia iuramentum non tollat remedium dicte.l.ſecunde.etiam ſi verba ſint generalia, ſed quo errore fuit inductus ad vendendum eodem errore ad iurandum, ⁊ ideo non ſolum quando ſimpliciter iurauit minor non venire contra non tollitur remedium dicte. l.ſecunde. prout, etiam tenet communis opinio gloſſarum.⁊ doct. vt ſupra patet, ſed etiam quando iuramentum fuit generale, vt quia iurauit non venire contra ratione minoris etatis, vel alia ratione licet enim tunc ſit in contrarium communis opinio: tamen videtur de iure poſſe dici quod tale iuramentum ſibi non preiudicat in remedio dicte.l.ſecunde.ſecundum eum in.xxxj. charta. nec obſtat quod non datur reſtitutio pro modica leſione, vt in ratione ſupra in contrarium adducta, quia aliter preſumitur tunc modica leſio, quam pro leſione minus dimidia ſecundum eum. ad hoc notata in dicta.l. Seio.quinimo ſi iurauit non venire contra ratione modice enormis leſionis poterit venire contra, ratione valde enormis, vt ſi rem valentem ducenta vendidi pro quinquaginta. per notata per Bartolum.in dicto.§.arbitrorum. ⁊ Angel.in repetitione ſua.que incipit, duo adinuicem litigantes, vbi dicit quod eſt conſiderare enormem. enormiorem, ⁊ enormiſſimam leſionem. nec promiſſio de non veniendo contra ratione huius leſionis trahitur ad aliam: ideo dictum iuramentum non trahetur ad hunc caſum. Idcirco poterit veniri contra nec erit neceſſaria abſolutio licet ad cautelam peti poſſit nec obſtat quod habetur in.d.l.ſecunda.⁊ in dicto capitu. penul. quia loquuntur quando iuramentum eſt generale, vt quia iurauit venire contra, ratione minoris etatis, ⁊ alia ratione: ſed in caſu iſto iuramentum eſt limitatum ad enormem leſionem ideo limitatum parit effectum.l.in agris limitatis.ff.de acquirendo rerum domin. Et videtur etiam quod ſi minor iurat non venire contra ratione etatis, vel ratione enormis leſionis, vel alia de cauſa, quod etiam tũc ſibi non preiudicat ſi leſio fuit multum exceſſiua: quia talis clauſula, vel alia de cauſa videtur trahi ad ſimilia, vel non multum diſſimilia, ⁊ ſic non ad multo maiora per id quod habetur in capitulo, ſedes. de reſcriptis. ⁊ in cle. non poteſt.de procurator.⁊ in.l.fina.§.rat.ff.de vino, trit.⁊ ole.le.ſecundum eundem Imol.in.xxxij.charta.qui in caſu quando minor iurauit ſimpliciter non venire contra minoris etatis, vel alia ratione: non tamen declarat quid dicendum, nam iſta ſua vltima verba ſonant quod tunc non poſſit veniri contra. ſed puto quod voluerit intelligere niſi, petita abſolutione.per dicta per eum in precedenti charta vbi forte hoc voluit: licet alique ſue rationes tendunt quod etiam circa abſolutionem poſſit veniri contra. ¶ Et ex his habes quod Odofred. Petrus de ancha.dominus Anto.⁊ dominus Nicol. vbi ſupra ⁊ Bald. hic. ⁊ in cor.⁊ dicta.l.ſecunda.⁊ forte etiam Imol.volunt quod minor iurans non venire contra ratione minori etatis, vel alia ratione poterit venire contra, ratione enormis leſionis: licet quidam requirant abſolutionem quidam non. Et etiam hic alio anno fuit conſultum per dominos meos.d.Ioan.⁊.d.Benedictum capra, ⁊ alios pleroſque in renuntiatione hereditatis paterne facta per quãdam puellam dotatam a fratribus, vel patruis adeo quod hec opinio poſſet in practica ſeruari que quidem eſt multum equa licet de rigore ſit ſatis dubia cum iſta equitas nuſquam reperiatur ſcripta, ⁊ rigor iuris videtur ſcriptus in generalitate huius autbentice, ⁊ quod iura, que habent verba preciſa, vt ponderata ſunt ſupra eodem verbo, in princip.⁊ inſuper de mente gloſſ.⁊ docto.in dicta.l.ſecunda.⁊ in dicto capitulo penultimo, videtur eſſe quod iuramentũ ſimpliciter ⁊ abſolute arctet: licet poſſit dici prout, ⁊ dicit Imola in.xxxj.charta loquens in maiore quod licet docto. dicant tolli remedium dicte. l.ſecunde. non tamen dicunt non poſſe peti abſolutionem: tamen prout, ⁊ ipſe vult de mente docto.videtur eſſe quod non poſſit peti abſolutio, ſed ſtandum ſit iuramento preciſe, ⁊ abſolute.⁊ ideo ſaltem nullatenus putarem quod iuramentum non ligaret non facta abſolutione licet aliud velit dominus Anton. ⁊ videatur velle dominus Nicol. ſiculus ⁊ nonnulle rationes Imole ad idem tendunt, ⁊ idem ipſe Imol.concludat in dictis ſuis caſibus relatis. Conſtat enim quod communis opinio eſt quod iuramentum ligat, nec vllo pacto videtur tolerabiliter dici poſſet quod ceſſat conſenſus huius enormis leſionis, nam conſtat quod conſentit contractui.⁊ eius obſeruantie: nam ſi contractui non conſentiret non eſſet contractus.l.primo.ff.de pact.⁊ argumento. l.nuda.de contrahenda emptione. ⁊. l.imaginaria. de regulis iuris.conſentit autem, quia non credit ſe leſum hoc facto

facto similiter: ergo si iurat seruare contractum iuramentum habet consensum simplicem, & absolutum & licet habeat, quia iurans credit se non lesum nihilominus consensum habet qui producit iuris effectum prout alias in simili dicit quod in eo. §.si furio.de acquirenda possessione.ibi, illud enim rediculum est dicere quod non aliter vult quis dimittere quam si transferat imo dimittere vult: quia se transferre existimat, ita & ad propositum iurans seruare vult se ad seruandum obligare: quia lesum non existimat. nec predictis obstat quod dicit Bartol.in dicto.§.idez quesiuit.imo facit pro.& inquantum dicit ille text. non procedit ea ratione: quia renuntiatio non trahitur ad ignorata, & sic vult quod non esset ibi, consensus licet lesio sit in toto que est maior quam in parte, vt contingit in terminis nostris. ratio autem est ibi, quia ea facilitate inducitur ad renuntiandum qua inducitur ad soluendum secundum Bartolum ibi. qui non facit mentionem de iuramento, & dicta ratio non habet locum in terminis iuramenti, vt hic. prout dixi post Imolam supra in verbo, contractibus.in vigesimaquinta questione. Nec etiam puto vllo pacto admittendum quod supra, in vltimo loco dicit Imola, scilicet quod si promisit non venire contra, ratione enormis lesionis non requiratur absolutio, sed sine ea possit venire contra, & secus si simpliciter iurauit non venire contra ratione minoris etatis, vel alia ratione. & sic verba illa ratione enormis lesionis, vel alia ratione apposita ad argumentum operantur diminutionem contra iura vulgaria. sicut enim generalitas verborum comprehendit omnem casum in terminis doctorum. & sic dicto secundo casu in terminis Imole: nam constat meliorem, & optimum vtique esse bonum. l.vbi autem. de verborum obligationib.in principio, ita & enormior, & enormissima vtique est enormis.nec vllatenus obstant que habentur per Bartolum & Angel.vbi supra.& per doctor. in dicto capitulo, quintaualliis: quia in illis terminis si iurasset non petere reductionem simpliciter licet verba non sint limitata: tamen secundum eos omnes non trahitur ad enormem lesionem, & sic docto, non se fundant in ratione: quia verba dato quod non sint limitata: tamen in eis censetur non subesse in renuntiando magne lesioni. itaque illi menti statur dummodo verba non repugnent omnino: ideo generalitas verborum restringitur in illis terminis quantum potest dummodo verba omnino non repugnent, & possunt aliquid operari quod omnino contingit in terminis nostris, vt euidenter patet ex dictis doctor. & glossarum in dicta.l.secunda. & in dicto capitulo penultimo. & sic non est bona similitudo. quod etiam demonstratur ex alio: quia illa theorica.doctoruz in dicto capitulo, quintaualliis, & in dicto. §. arbitrorum. procedit etiam in maiore nec requiritur absolutio per dictum capitulum, quintaualliis. & tamen in terminis nostris maior non posset venire contra: saltem non petita absolutione prout, & pro constanti videtur presumere ipse Imola similiter in dicto capitulo, cum contingat. Unde clarum est quod de illis terminis ad nostros non est arguendum, non solum ratione, supra tacta per Imolam, scilicet, quia ibi agitur de actu per alium explicando: hic pro se. sed etiam, quia iuramentum ibi interponitur super actu futuro: hic vero super preterito, vel presenti. vnde si arbitramentum esset latum continens enormem lesionem, & lesus promitteret, & iuraret stare dicto arbitramento & non petere reductionem nemo prima fronte diceret posse peti reductionem, & tamen omnes aperta fronte dicunt posse peti reductionem, quando quis promittit, & iurat stare arbitramento ferendo. & pro hoc etiam potest responderi ad notata per Bartol. in dicto. §.quesitum. quia ibi renuntiatio respicit actus futuros non preteritos. nec obstat quod renuntiatio non trahitur ad ignorata: quia ibi, sufficit scientia in genere, & quia iuramentum in his casibus non operatur non vi renuntiationis, sed religionis, & reuerentie Dei, vt vidistis supra, in verbo, contractibus, in tertia questione, vbi dicta multum conferunt ad hanc questionem, & contra dicta Modernorum de quibus supra, si diligenter ponderentur. nec obstat quod illa verba censeantur adiecta ex consuetudine notariorum: quia imo illa verba, que apponuntur de consuetudine censetur apposita de voluntate partium prout voluit Bartol. in. l. prima. infra, pro socio per. l.licet.infra, locati. & Imola in. l.filio preterito. de iniusto testamento. per. l. quod si nolit.§.qui assidua.de edilitio edicto. nec obstat quod iuramentum non debet esse iniquitatis vinculum: quia negari potest hunc contractum continere iniquitatem si cessat dolus ex proposito. preterea illa iura loquuntur quando id quod iuratur est iniquum: & sic adstringit iurantem, ad faciendam rem iniquam non quando iniquitas respicit iurantem, vt patet in terminis dicti capituli, debitores. & capitul. significante. de pignoribus. vbi est euidans iniquitas ex parte recipientis iuramentum, & tamen iuramentum producit vinculum: quia ligat iurantez, vt dictis iuribus. nec obstat quod ex enormi lesione presumitur dolus: quia hoc negari potest quando quis leditur ex suo facto, & maxime si circa rem in qua verisimiliter habet maiorem notitiam lesus quaz ledens, scilicet circa rem propriam lesi. argumento. l. quisquis. infra, de rescindend. venditio. nam dicta. l. omnes. §. Lucius. que in fraudem creditorum. loquitur quando creditores leduntur ex facto debitoris, & non loquitur principaliter in magna lesione, sed in alienatione omnium bonorum. Item dicta. l. creditor. §. Lucius. ff. manda. presupponit dolum ex proposito, & non loquitur in dubio, & similiter in facto alterius, & similiter dicta docto. in dicto. §. arbitrorum. & in dicto capitulo, quintaualliis. loquuntur in gestis per alium qui debet, vt bonus vir facere actum alium respicientem. ex quibus videtur quod saltem si iurans est maior iuramentum eum adstringat, non obstante enormi lesione: quicquid dicant dominus Antonius & dominus Nicol. insuper non debet peti absolutio prout, & finaliter videtur de mente Imole in dicto capitulo, cum conting. per theoricam glossarum, & doctorum in dicta. l. secunda. & in dicto capitulo penultimo. posset etiam dici, quod etiam deceptio vltra dimidiam iusti preciꝫ saltem vbi interponitur iuramentum non inducat presumptionem doli ex proposito prout videtur de mente docto. in dicta. l. secunda. & in dicto capitulo penultimo. & in dicta. l. si quis cum aliter. de verborum obligationibus. eo maxime cum lesio in dimidia iusti preciꝫ nullum causaret remedium, etiaz vbi non interuenit iuramentum. Unde durum videtur, quod per processum vnius denariꝫ presumatur dolus, etiam si interueniat iuramentum: tamen vbi esset lesio multum excessiua. quo casu videtur loqui Bal. in corp. forte concurrerent alie coniecture, vt quia esset femina non nupta, cui esset indecorum ex se virum capere, & verisimiliter affectaret nubere prout communiter accidit, & staret sub protectione fratrum, vel patruorum, qui verisimiliter habent magis notas vires etatis, cui illa renuntiat pro consequenda dote, & pro inueniendo virum quem de facili forte non inuenisset contra voluntatem fratrum, vel patruorum ex his possit argui dolus fratrum, vel patruorum, quibus illa renuntiat. maxime si illa esset minor. argumento. l. dolum. supra, de dolo. & ita procedat opinio Petri de anchara. & sequacium, & ista concurrebant in casu in quo consuluerunt domini mei: licet etiam isto casu multum obstet dictum capitulum, quamuis. cum ibi, notatis. & per Joannem andream & .d. in. intelligentes etiaz in adulta illum textum, qui loquitur in femina forte non nupta, & habente verisimilem reuerentiam patri qui arctatur filiam dotare. l. qui libertos. de ritu nupt. & l. obligamur. ff. de actionibus & obligationibus. & in casu quo communiter multum leduntur, & tamen vult tex. quod omnino seruetur pactum, vt iuramentuz firmatuz. & insuper circa hunc articulum aduerte: quia Angel. in suo consilio, quod incipit, Catharina. tenet quod vbi contractus firmatur iuramento non potest quis venire contra actum: licet per superiorem absoluatur

iuramento: quia actus est de se validus propter interpositionem iuramenti, & absolutio hoc casu solum operatur quod non incidat in periurium: non autem annullat contractum. Unde nullus dicat quod minor qui iurauit, & fuit deceptus vltra dimidiam iusti precij si absoluatur per superiorem possit venire contra contractum: quia contractus est irreuocabilis: secus vbi iuramentum non firmat actum, sed solum ligat secundum eum, quod est perpetuo menti tenendum secundum Imolam & secundum dominum Nicolaum in dicto capitulo, cum contingat. in duodecima colum. secundum quem contrarium videntur sentire Ioan. caldari. & Paul. de leaza. in quodam eorum consilio inquantum quod dicunt quod petens absolutionem iuramento confirmante contractum debet facere citari partem: quia tractatur de eius preiudicio: cum sublato iuramento sequatur rescissio contractus, vt refert ibidem Nic. qui formaliter subdit: mihi hoc dictum non placet: quia vt supra dixi. per interpositionem iuramenti: quia contractus assumpsit vires ex consensu partium, lex tollit prohibitionem sic contractus remansit validus sine alia prohibitione: non ergo debet rescindi per absolutionem iuramenti: quia contractus assumpsit vires ex consensu partium vallato iuramento. vnde tunc non cessat ex tota causa confirmans, argumento titu. quando liceat ab emptione discedere. per totum, & l. nihil tam naturale. de regulis iuris. & capitul. primo. extra eodem titulo, & hoc teneas. Unde merito dixit text. in dicta authentica in verbo, inuiolabiliter, & in dicto capitulo, quamuis. in verbo, omnino seruandum. in contrarium faciunt multa que sequentur. de quibus supra eadem questione. Item secundum opinionem Angel. inutilis esset ista absolutio. si contractus postea foret irreuocabilis dicto capitulo. si vero. de iureiurando. vbi bonus text. Unde potest sic distingui quod aut contractus substinebatur solo iuramento. & tunc sublato iuramento tollitur contractus: quia tollitur illud vinculum quo solo substinebatur, argumentum optimum in. l. Stichum. §. naturalis. de solutioni: & capitulo, cum cessante. de appellationib. Aut substinebatur etiam alio iure, & tunc sublato iuramento datur facultas intentandi illud remedium quod prius competebat ad rescissionem contractus. exemplum, quando quis fuit deceptus vltra dimidiam iusti precij quo casu contractus non est ipso iure nullus, sed iuramento sublato potest agi contra ex. l. secunda. infra, de rescindend. vendi. & capitulo penultimo. & capitulo, cum dilicte. de emptione & venditione. vel quando in contractu inito per metum interuenit iuramentum sic potest intelligi dicti capituli. si vero, & hec sunt sua verba formalia, que videntur continere quandam repugnantiam, & in totum tollere dictum Angel. quod dixerat tenendum, & approbare dictum Ioan. calderi. & Pauli de leaza. quod prius dixerat non placere, quod est verisimile, argumento l. nam & ea. de condictionibus & demonstrationib. quare dicas sequendo, vt arbitror, eius mentem. Quandoque contractus non firmatur iuramento, sed sustinetur eo respectu: quia contrahens arctatur ad seruandum contractum licet inualidum timore periurij, vt in terminis dicti capituli, debitores. & dicti capituli, significante, & tunc sublato iuramento tollitur contractus, vt supra, per eum. Si vero contractus erat de se validus, sed aduersus eum competebant iuris remedia que tollantur per iuramentum, vt in exemplis domini Nico. & tunc procedat secundum eius membrum, & similiter si minor valide contraheret etiam sine iuramento ita quod tunc iuramentum tolleret solam in integrum restitutionem etiam absolutione petita possit peti restitutio: quia cessat causa periurij in qua se fundat text. in dicta. l. prima. supra eodem. Si vero contractus erat alias inualidus, vt in terminis dicti capituli, cum contingat. & dicti capituli, quamuis. & hoc saltem in alienatione rei immobilis, & tunc contractus firmatur iuramento, sed firmatus substinetur vinculo suppsius: quia est de se validus: licet istud vinculum sit causatum mediante iuramento, & sublato tunc iuramento per absolutionem remanet contractus firmus seu validus, & ita procedat opinio Ang. approbata, vt supra per dominum Nicolaum: pro quo facit: quia non videtur esse in potestate iudicis ecclesiastici tollere obligationem, & actionem temporales habentes ortum ex contractu temporali non ex iuramento si, & alias pactum nudum firmatum contrahentia contractus: licet contractus tolleretur, puta solutione, vel aliter, remaneret firmum, & nõ tolleretur instrumentum, & efficatia pacti causata ex contractu. ¶ Item mortuis patre & matre non tollitur filius qui fuit ex eis causatus. tene menti: q: alij videtur aliter intelligere. ¶ Secundo quero an ab obseruantia iuramenti de qua hic, & in iuribus similibus possit per statuta violari, puta si statutum diceret prout hic, & in multis partibus est, quod contractus minoris, vel contractus filijfamilias non valeat sine tali solennitate etiam si iurauerit. Rayne. de forliuio in. l. omnes popul. de iustitia & iur. tenet quod statutum non valeat nec possit disponere contra iuramentum: sed contrarium quod simpliciter statutum teneat voluit Bald. ibi, & in dicta. l. pactum dotali. infra, de collationibus. & videtur velle in. l. patronus. infra, de operis libertorum. & hoc communiter seruatur prout dicant hic Rapha. & Paulus de castro. fundat se potissime Bald. quia. l. habet vim Apostoli in remittendo iuramentum, vt est gloss. notabilis in. l. adigere. §. quamuis. de iure patronatus, sed Bartol. in repetitione. l. omnis populi. dicit quod aut statutum simpliciter disponit quod non valeat contractus iuratus, & tunc procedit opinio Rayne. de for. aut causa statuti procedit remouendo causam peccati, vt quia non adhibita solennitate presumat dolum, vel metum, & tunc statutum valeat adeo quod tollat vires iuramenti. cum iuramentum dolo, vel metu extortum non liget saltem effectualiter, vt hic & dicto capitul. cum contingat. & dicto capitulo, quamuis. & ista cautela est multum bona prout hic dicit Bald. licet in dicta. l. omnes populi. ff. de iusticia & iure. eam derideat: tamen puta quod etiam si statutum non presumat dolum, vel metum: tamen valeat si habet rationem puta: quia malitia hominum illius loci erat multum prona circa decipiendos minores, & propterea emanauit statutum. nam cum habet in se equitatem, vel rationem naturalem, non potest dici statutum esse iuri contrarium, & ita seruatur de facto secundum eum, & hanc opinionem sequitur Rapha. hic dicens quod eo anno fuerat iudicatũ pro opinione Bal. & licet alias dubitauerit: tamen inclinat in hanc partem tali consideratione: quia nemo dubitaret quod si statutum diceret, nullus contrahat cum minore etiam si iurauit, & si quis contraxit, omne ius ex eo contractu deferatur in fiscum quod tunc ius quesitum priuato transferetur in fiscum: cur ergo eadem ratione non transferatur in minorem. que translatio nil aliud videtur quam liberatio quando debet fieri in obligatum: vt. l. bene queritur. §. primo. ff. commodati. & gloss. magna. in princip. in. l. frater a fratre. de condictione indebiti. secundum eum: hanc etiam partem approbat hic Salic. in vltima questione generaliter volens quod huiusmodi statutum teneat adeo quod iuramentum tunc non ligat per. l. non dubium. supra, de legibus. & l. si quis inquilinos. §. fina. de legat. primo. & quia non dicitur periurus qui ex causa concessa deserit iuramentum. lege finali. ff. quis satisdare cogantur. & quia iuramentum potest remitti a 36 parte † cuius fauore emanauit. l. fina. ff. qui & a quibus. & l. si patronus non alaerit. de operis libertorum. & per consequens per statutum per notata per gloss. in rubrica. C. de decretis decurionũ. libro decimo. & etiam ipse recipiens teneatur consensisse statuto, & per consequens quod iuramentum non arctet secundum eum. hanc etiam partem tenet ibi in dicto capitulo, cum conting. dominus Florentinus, dicens se consuluisse quod valet huiusmodi statutum, & impedit iuramentum, cum presumit dolum seu aliam iustam causam, & quia contractus factus tunc videtur esse in dolo prout eum refert dominus Nicol. in decimasexta columna. hanc etiam partem videtur tenere Petrus de anchara. in dicta repetitione capituli, canonum. columna septima. & recitans dictum Baldi hic, & transiens. Sed dominus Antonius de Imol. & dominus Nicolaus in dicto capitulo, cum contingat. & Paulus de castro hic in repetitione, & in lectura tenent statutum nõ posse tollere vires iuramenti: moderant tamen, vt infra dicam. Ideo pro latiori

declar

declaratione distinguas, quod aut statutum non facit mentionem de iuramento, sed reprobat contractum, & tunc intelligitur nisi fuerit iuratum, vt sic limitetur per ius commune, argumento.l.si serui vestri.de noxalib. cum sinu.secundum Paul.hic in repetitione:sed tamen hoc est intelligendum secundum dicta supra in verbo, contractibus.vbi de hoc membro latissime dictum fuit. tene tamen menti dictum motiuum Paul. Aut statutum facit mentionem de iuramento, vt est questio nostra, & tunc aut est constitutio canonica, & illa potest infringere iuramentum saltem ex causa cum ipsa. l.habet vim Apostoli per notata per glo.in dicto.§.quanuis. prout voluit Joannes andreas. post Hostien.in capit. quemadmodum.de iureiurand.adde ad hoc tex.ibi vbi communiter hoc tenetur.dic, vt ibi.Aut est statutum laicorum, & tunc quicquid dicant Bald.& sequaces dicendum est, quod statutum non potest infringere iuramentum prout voluit Rayner. & Bartol.in dicta.l.omnes populi.& Federic.in consil. centesimoseptuagesimosecũdo.&.d. Antonius.Jmol.& dominus Nicolaus in dicto capitulo, cum contingat.& Paulus de castro hic.& vidẽtur velle Jaco.de bel.& Joan.andreas,vt patet ex relatis in proxima precedenti questione.nec aliud forte voluit Petrus de ancha.vt patet ex ibi dictis. & ideo istud tanquam commune videtur esse seruandum. est enim iuramentum res spiritualis,& per consequens videtur quod statutum laicorum non possit super eo disponere, argumento capituli,tuam.cum ibi notatis. de ordine cognitionum.secundum Jmol. non enim est de foro seculari ideo laici non possunt se intromittere prout, & econtra iudex ecclesiasticus, se non intromittit de spectantibus ad forum seculare.capitul.nouit.de iudicijs.& in authentico, quomodo oportet episcopos in princip.secundum Paulum.pertinet enim ad Papam non ad Imperatorem de his disponere.capitulo, venerabilem.de election.ad hoc Imperator nonagesima sexta distin.vbi dicitur quod Imperator de spiritualibus habet recursum ad Papam.facit etiã quod notat Federi.in consilio nonagesimoquarto,dicens quod

37 non valet statutum quod ex aliquo facto non † presumatur contractus vsurarius.cum enim spiritualitatem tangat non possunt laici se intromittere.dicto capitulo, tuam.&.d.cap.fin.de rebus ecclesie non alie.& capitulo, cum ecclesia sancte Marie.de constitut.secũdum dominum Nicolaum qui adducit etiam notata per Joannez andream.in capitul.statutum.de hereticis.in sexto. volentem quod non valet statutum ponens penam contrahenti matrimonium, vt ibi latius per eum licet autem hoc regulariter sit verum:tamen fallit nisi statutum ex iusta causa moueatur per hec dicta per Baldum secundum quem possunt intelligi que magis late loquendo dixit Bald.in corpore, & in dicta.l.omnes populi.& dicta.l.factum. & dicta.l.nec patronus.& quod dicunt Salice.Rapha.& dominus Florentinus: sed hoc est falsum prout volunt Paul.hic, & dominus Antonius,& dominus Nicol.in dicto capitulo,cum contingat.videtur etiam de mente Jmole ibi,& aliorum de quibus supra proxime.pro quo vigent rationes supra dicte.nec obstat gloss.in dicto capitulo, quanuis. quia imo non pertinet ad.l.ciuilem,sed ad Papaz hoc prouidere etiã in dicto casu.mittit enim falcem in messem alienam secundum dominum Nicolaum,& Paul.de castro,& insuper non ex alio prohibebant alienationes rerum minoris, & pactum de quo in dicta.l.pactuz dotali.nisi propter multas deceptiones que fiebant minoribus, & mulieribus,& tamen Imperator hic & Papa,& in dicto capitulo,quanuis.non erat de his deceptionibus respiciẽtibus potius ad animam quam ad bona temporalia secundum dominum Nicolaum. ad hoc etiam quod tradit Bald.in.l.non dubium.supra, de legibus.vbi dic quod quando. l.destruit iuramentum faciens contra iuramentum re vera est periurus: tamen fingitur non periurus.l.qui iurato.ff.qui satisdare cogantur.&.l.fina. ff.ad municipal.Si vero interpretatur iuramentum, & tunc faciens contra non est periurus.l.finali.infra, de non nume.pecunia.secundum eum.ad hoc etiam quod ipse tractat in dicta. l.ne patronus. dicens quod.l.interpretatur iuramentum, quod non trahatur ad illum casum & hoc respectu habet vim Apostoli: tamen istud etiam videtur non procedere, quia etiam tunc mittit falcem in messem alienam,interpretando iuramentum; tamen si interpretaretur actum super quo interponitur iuramentum, & subesset causa interpretandi mentem facientis tunc videretur in consequentiam interpretatum iuramentum.ea ratione: quia iuramentum intelligitur secundum mentem iurantis que in iurando videtur esse talis qualis fuit in actu princip.& iste est text.in dicta.l. fina.infra,de non nume.pecunia.& videtur etiam in terminis dicte. l.fina.ad mu.quod trangressor non sit periurus: quia etiam iuramentum recipit tacitam conditionem si res in eo statu permanserit prout dicit gloss. in verbo, conditio.in capitulo, quemadmoduz.de iureiurando.& Bald.in dicta.l.fina.de non nume. pecunia. nec forte aliud dicendum esset in terminis dicte.l.qui iurato per ea que habentur in dicto capitulo, quemadmodum.vbi docto.notant quod iuramentum interpositum super actu recipit omnes conditiones, quas recipit contractus per illum text.dicti capituli, quanuis.& dicti capituli, quintaualLis.eodem titulo. & notata per Jmolam in capitulo,per tuas.de arbitris.pro quo inter cetera allegatur.d.l.qui iurato.quod putarem veruz quando.l.esset fundata in verisimili mente iurãtis prout contingit in iuribus preallegatis,alias forte secus: ideo tunc forte procederet dictum Bald. ¶ Item secus quando re vera alias fuisset mens iurantis.nam in foro anime statur veritati non iuris presumptioni, argumẽto capitul.significasti de homicidio.cuz habeatur respectus ad Deum qui est ipsa veritas,& iudicat de occultis secundum veritatem & non secunduz iuris presumptionem.capitulo, a nobis.de sententia excommunic.vt infra,proxima fallentia dicetur. ¶ Secundo fallit quando.l.ciuilis. vel statutum laicorum presumeret dolum nam tunc causa statuti tollit peccatũ prout voluit Bartol.in dicta.l.omnes populi.vt supra retuli.quod & vult Bald.in dicta.l.non dubium.vbi dicit quod si iuramentum non tollit causam prohibitionis nihil operatur, vt si statutum reprobat contractum adulti:quia fingit dolum tunc,quia iuramentum non tollit presumptionem nihil operatur secundum eum,intelligas fingit, id est, presumit per id quod ipse finaliter subdit, & quia forum anime inheret veritati, non fictioni,que est contra veritatez per supra dicta.nisi forte Bald.intelligatur quo ad effectum firmandi contractum,nam tunc etiam vbi lex fingeret posset procedere eius dictum per id quod infra dicam in sequenti fallentia. Et predicta intellige si apparent cause presumendi dolum, secundum dominum Antonium, vt quia appareret verisimilis, & vrgens coniectura fraudis secundum dominum Nicola. seu verisimilis,& proxima coniectura fraudis secundum Paul.de castro.vt quia communiter minores in loco decipiuntur ideo statutum arguendo a communiter accidentibus quod licet vt capitul.primo.de clericis.non resid.& ibi per Calderinum, & gloss.& Cyn.& Bal.in.l. neque tales.infra,de probationibus.ideo statutum introduxit quandam solennitatem, qua obmissa presumit contractum simulatum seu dolosum secundum dominũ Nicolauz,vel si statutum dicit quod vbi de facili potest haberi curator contrahens cum minore sine curatore presumatur dolo induxisse secundum Paulum. sicut enim per ius commune quedam verisimiles presumptiones exprimuntur ad probandum verum dolum, vel simulationem,vt notatur in.l.dolus.supra, de dolo. & in.l.per diuersas.§.mandati. Ita & fieri potest per statutum secundum Paulum de castro.Ad hoc optimus text.in.l.fina.infra, de non numerata pecunia.vbi presumptio quam recipit contractus operatur circa iuramentum.omnem enim presumptionem, quam habet contractus habet etiam iuramentuz per notata ibi per Baldum & Moderniores in dicto capitul. per tuas. & doctor.in dicto capitulo, quintaualLis. secundum dominum Nicolaum circa quod vide dicta supra. Et per hoc videtur quod idem esset hoc casu, etiam si statutum non faceret mentionem de iuramento prout, & hoc casu loquitur Bald.in dicta.l.non dubium. quinimo putarem potius standum esse huic presumptioni statutarie quando non faceret mentionem de iuramento, quam

quando faceret & quia tunc videtur subesse minor su-
spectio ne illa presumptio sit inducta in fraudem iuramen-
ti. & hec vera, nisi iurans postea faceret contractum esse
verum, & non simulatum neque dolosum: nam tunc etiam
in foro contentioso, standum esset veritati: quia per con-
fessionem tollitur presumptio iuris, & de iure, vt per gl.
singularem in authentico, de quali. dotis. vnde sumitur
authentica, sed iam necesse. infra, de donationibus pro-
pter nuptias. vbi doctores notant. Et habetur in capitulo,
his quidam. de spon. & facit quod per Moderniores no-
tatur in capitulo, quia plerique. de immunitate ecclesia-
rum secundum dominum Nicolaum, secundum quem
in foro anime stabitur veritati, & non huiusmodi pre-
sumptioni dicti capituli, significasti. cum similib. quin-
immo vltra enim, & si contractus foret vere dolosus stan-
dum esset iuramento. nam iuramentum per dolum, vel
per metum extortum ligat ante quam concedatur abso-
lutio. dicto capitulo, si vero. de iureiurando. vide tamen
quod dicam infra in verbis nullius esse momenti. Si
vero non apparet causa secundum dominum Antoniu
hoc est verisimilis vrgens seu proxima coniectura, secun
dum dominum Nicolaum, & Paulum de castro, tunc
statutum non tollet iuramentum secundum eos: licet e-
nim statutum possit naturalem obligationem indu-
cere inquantum obligat parti, & etiam iuramenta-
lem quo ad secundariam obligationem, que dirigitur in
partem: non tamen potest infringere obligationem iu-
ramenti inquantum principaliter dirigitur in Deum
secundum dominum Antonium quem refert domi-
nus Nicolaus columna decimasexta, non aliter im-
pugnans, Imola idem innuit columna vigesimaseptis-
ma, dicens dicto casu quod non potest, nec debet impe-
diri per statutum obligatio quereda Deo, & ita procedat
quod dicit Bald. contra Bartol. in dicta. l. omnes po-
puli. dicens quod fictio supple, vel presumptio non libe-
rat a peccato, & ideo statutum quod est Florentie dispo-
nens quod contractus per mulierem vel minorem fa-
ctus sine capitulo diti sancti Michaelis presumatur simu-
latus non tolleret per hoc vires iuramenti secundum
Paulum de castro, in repetitione. ¶ Tertio fallit
quo ad vires quas ius ciuile attribuit iuramento. nam
ille potest tolli per statutum etiam circa dictas coniectu-
ras secundum Paulum de castro hic in repetitione, et
ideo potest inducere nullitatem contractus iurati tantum,
si statutum dicit quod contractus aliter factus non va-
leat etiam si iurauerit videtur quod contractus sit nul-
lus & remanet iuramentum secundum Imolam charta
vigesimaquarta. & ideo videtur quod in foro ciuili si
contractus nullum habet remedium, sed solum habet re-
cursum ad iudicem ecclesiasticum, vt iurans cogatur ad
obseruantiam iuramenti: posset tamen esse dubium an
iudex secularis debeat facere iuramentum seruari, & an
ius canonicum debeat preualere ciuili inquantum vi-
gore iuramentum haberet efficaciam etiam si tendat ad in-
ducendam obligationem licet contrarium velit ius ciui-
le, & videretur quod sic per id quod habetur in capitulo,
licet mulieres. de iureiurando. in sexto. secundum Imo-
lam qui credit quod agens contra dictum statutum co-
muniter non audiretur in foro seculari: nisi iudex eccle-
siasticus cogeret secularem ad obseruantiam iuramenti se-
cundum formam dicti capituli. licet mulieres. qui ne sit
in eodem contextu contra ius videtur concludere quod
contractus sit nullus prout, & in vltimo loco immediate
subdit quod & clarius postea reassumit; tamen iurans
sit obligatus iuramento, & ratione huius obligationis
posset cogi ad obseruantiam saltem mediante iudice ec-
clesiastico. ad hoc dicta supra, proxima fallentia per do-
minum Antonium, & dominum Nicolaum in capitul.
licet mulieres. & dato quod capitulu, licet mulieres. lo-
quatur eo casu quo contractus firmatur iuramento. te-
ne menti, quia talis virtus iuramenti non transibit in he-
redem. capitulo, veritatis. de iureiurand. ¶ Item si co-
cederetur absolutio ab iuramento nihil remaneret per
dicta supra, proxima questione. & hoc respectu potest
procedere ratio, supra adducta. per Raphaelem. licet
ad eam dici possit quod dato quod statutum possit pro-
cedere per illam viam: tamen id non facit in istis termi-
nis. Item hoc respectu procedat opinio Bald. quate-
nus vult quod. l. habet vim Apostoli in remittendo ex
causa iuramentum quatenus sibi tribuit vires ius ciui-
le, & quatenus validat contractum, & etiam opinio Sali.
& Florentini ad hoc adaptatur de qua supra. & ita ser-
uetur communis obseruantia quam referunt Rapha.
& Paul. de castro hic. tene menti & cogita: quia aliud vi-
detur velle Bart. in dicta. l. omnes populi. dicens quod
non valet statutum quod contractus etiam cum iurame
to non valeat, sed posset substentari stantibus iam dictis
intelligendo quod non valet quominus iuramentum sit
seruandum, & mediante iuramento certus, & puto quod
vbi casus occurreret iudex secularis posset amplecti v-
tranque viam, vel cogere partem iurantem ad obseruan
dum contractum non obstante statuto, per dictum capi-
tul. licet mulieres. & per dicta supra per Imolam, vel ab-
soluere vigore statuti per predicta. Et primum secu-
rius est in foro anime. sed secundum securius ius iudi-
catur. post mortem vero iurans secure posset absolui per
dictum capitulum, veritatis. licet contrarium dici pos-
sit quod licet ius ciuile in casu huius authentice, det vi-
res iuramento, vt firmet contractum, & huius authenti-
ce dispositio possit tolli per statutum per dictam. l. om-
nes populi. & dicta supra: tamen ius canon. generaliter
disponit quod iuramentum firmet contractum quando
sine dispendio salutis eterne seruari potest, & in illa gene-
ralitate comprehenditur etiam casus huius authenti-
ce. ideo sublato iure ciuili remaneat ius canoni. inductum
fauore anime merito statutum non tollat aliquo casu has
vires maxime in terris ecclesie. ¶ Quarto fallit licet no
sit propria fallentia quo ad penam potest statutum re-
cipien. iuramentu imponere penam, & pena erit exigibi-
lis, & d. Antonius contrarium voluit in. d. c. cum con-
ting. & non bene secundum Imolam in dicta. xxiiii. char-
ta. non enim per hoc infringitur virtus iuramenti pre-
stiti quinimo si statutum non imponeret penam: tamen
precipit iuramentum non recipi deberet contra faciens
puniri pena arbitraria, vt transgressor statuti. Ex quo
statutum est rationabile per notata per Jacob. de belui.
& Bald. in dicta. l. non dubium. secundum eunde Imo.
quod & videtur velle Federic. de senis, vt patet ex rela-
tis supra, proxima questione. facit, quia & ius cano. & di-
uinum volunt quod non de facili iuretur. capitulo, & si
Christus. de iureiurand. & propter hoc non obstat theo-
rica Joannis andre. in dicto capitulo, statutum. quate-
nus vult quod statutum possit imponere penam con-
trahenti matrimonium. nam ius canon. & diuinum ve-
lunt quod matrimonia possint libere contrahi. capitu-
lo, gemma. de spon. & capitul. fina. de serui. nuptiis. non
sic in iuramentis. & pari ratione videtur quod possit im-
ponere penam iuranti, & etiam notario, qui rogaretur
de contractu minoris, vel mulieris iurantis, sed si statu-
tum imponeret penam vtenti tali instrumento, tunc si
vteretur instrumento propter contractum incurreret
penam statuti. si vero propter iuramentum, tunc secus.
& ita procedat dicta opinio domini Antonii, & secun-
dum hoc si statutum imponeret penam agenti ex tali
contractu, vt iudici agentem audienti prout si bene re-
colo est Alissi videtur adhibenda similis distinctio cum
subsit eadem ratio: tamen non transit sine scrupulo per
dicta in precedenti fallentia, & tangit etiam Imol. in di-
cta vigesimaquarta charta. an hoc casu quo statutum re-
probat contractum iuratum possit peti absolui, & tamen
concludit quod no. vide tamen dicta supra, in proxima
quest. & dicta supra in verbo, contractibus. in vndecima
quest. nam ex ibi dictis potest dici quod si statutum ma-
dat non contrahi cum minore, vel muliere, vel contra-
ctum vitiat: quia presumit dolum licet non subsit causa
vrgens presumendi: tamen possit peti absolutio. tene
menti, & vide ibi dicta. & dicit dominus Nicolaus quod
vbi imminet probabile dubium an iuramentum liget,
vel non erit cognitio iudicis secularis, sed oportebit oc-
currere ad iudicem ecclesiasticum. argumento eorum
que habentur in capitulo, tuam. cum similib. & pro quo
text. in dicto capitulo, venerabilem. tene menti, que ha-
bentur in capitulo fina. de foro competenti. in sexto. Et ex
his questionibus potes sumere duas fallentias ad istum
text. quatenus dicit inuiolabiliter custodiantur. Tertio
potes limitare quando processisset iuramentum de non

alienand

alienando, & postea alienaret cum iuramento per notata in glos. notabili in dicto capitulo, licet mulieres. circa quod vide latius dicta in decimasexta questione supra. ¶ In text. ibi, custodiantur. assumas gloss. super hoc verbo positam ibi, lege statuas. & not. ex ea. & ex. l. quam allegat, quod vbicunque. l. precipit aliquid obseruari tenet eius obseruantia competit actio, & exceptio secundum Bartolum & Raphaelem, quod not. ¶ In eadem ibi, actio ex eo contractu. hec glossa, vult quod iuramentum firmet contractum ita quod ex eo contractu alias nullo oriatur actio & exceptio prout vult hec gloss. que communiter tenetur quod hec authentic. habet locum etiam in contractu alias inualido, vt dictum fuit, ibi in proxima additione. & idem, scilicet quod iuramentum firmet contractum voluit & Barto. hic, & in dicta. l. si quis pro eo. ita etiam videtur Bald. hic velle, & in cor. vt sonant eius verba. & idem vult Raphae ea ratione, quam ponderat gloss. in corpore, & docto. sequuntur, scilicet, quod iuramentum minoris respiciat eum maiorez & cum hoc transeunt communiter legiste quod Paulus de castro hic, & in repetione dicit procedere quando iuramentum interponitur tempore contractus: secus si ante, vel postea ex interuallo: nam licet tunc habet locum hec authentica per dicta supra in verbo, super sed forte ne vnum verbum plura determinans diuersimode determinet cõtra. l. iam hoc iure. de vulgar. & pupill. cum similib. est dicendum quod vtroque casu firmetur contractus prout, & videtur de mente docto. qui simpliciter volunt quod hec authentica procedat etiam in cõtractu alias nullo, & quod contractus firmetur iuramento. Et ex altera parte simpliciter volunt, quod hec authentica etiam locuz habet in iuramento prestito ex interuallo. similis determinatio est de iure canonico in terminis dicti capituli, cum conting. & dicti capituli, quanuis. in quibus etiam terminis Bartol. Ange. & communiter legiste idem volunt in dicta. l. si quis pro eo. & hic. sed contrarium voluit Joan. de fab. institu. quibus alienare non licet in princip. ex eo: quia text. dicti capituli, cum contingat. & dicti capituli, licet mulieres. solum dicunt iuramentum seruari. nec aliquid dicunt de contractibus secundum eum, qui ex his infert quod cum contractus sit nullus non transferetur dominium, & cum dominium non transferat poterit ipsa mulier agere, & excipere contra tertium possessorem, & similiter contra contrahentem poterit agere & particularis successor, et heres iurantis cum eos iuramentum non liget. capitulo, veritate. & quod ibi not. de iureiurando. prout latius eum refert Jmol. in dicto capitulo, cum conting. in tertia charta. prout Jmola post Bartoluz in. l. si quis pro eo. vult quod obtenta hac opinione si iurans soluit liberatur a iuramento, & cum res sit penes recipientem poterit repetere condictione sine causa. ¶ Item posset petere absolutionem, sed dispositiones horum iurium essent modici effectus secundum Jmolaz: ideo Joan. calde. ibi vult contractuz iuramento firmari propter quod tolluntur dicte illationes, sed Joann. de ligna. & dominus Antonius ibi tenent contractum non firmari iuramento: quia text. hic, & ibi in capitulo, licet mulieres. solum dicunt de iuramento, vt supra dicit Joan. fa. licet enim ciuilis possit impedire naturalem, & ciuilem obligationem. l. cum. l. de fideiusso. & quod ibi per Bartoluz. & l. si non sortem. in princip. de condictione indebit. ideo cum. l. ciuilis infirmet contractum dicamus non firmari nisi vbi. l. canonica dicit firmari, sed id non dicit, sed solum iuramentum propter peccatum seruari merito, & ce. secundum dominum Antonium. nec obstant dicte absurditates que videntur inferri ex hac opinione: quia respondetur quod ex quo in his casibus nulla turpitudo est ex parte recipientis non habet locum dicti capituli, debitores. ideo non poterit peti absolutio iuramenti: quia nihil peccat in Deum, & licet veniat cõtra. l. non propterea peccat & sufficit nullitas contractus ad puniendum temeritatem: quia contrahit contra. l. secundum dominuz Antonium. circa hoc vide dicta in verbo contractibus in vndecima questio. Item recipiens habet causam ratione iuramenti ideo non tenet sacra. causa propterea cessat condictio sine causa. nec heres poterit repetere ne anima defuncti illaqueetur peccato. capitulo, fina. de sepulturis. & capitulo, in literis. de raptor. secundum dominum Antonium, & Joan. de lingna. ex iu- 38 ramento † enim oritur duplex obligatio vna que ligat ad periuriuz, alia que ligat ad obseruantiam, & illa transit ad heredes prout dicit Joan. de ligna. in dicto capitulo, veritatis. quinimo, nec singularis successor iurantis poterit repetere: quia exceptio licet personalis, que obstabat credenti obstat cessionario ex causa lucratiua, vel onerosa cuz fraude. l. apud Celsum. §. de autore. & §. cum legitima ff. de exceptione doli. sed vbi fieret ex causa onerosa sine fraude non est dare aliquod remedium contra cessionarium prout dicit dominus Antonius in dicto capitulo, cum conting. sub tertio membro quando prohibitio dirigitur in personam cedens erit periurus: quia venit contra per alium. argumento. l. si luminum. §. addicitur. ff. de damno infecto. & notat in simili Speculator in titulo. de arbit. §. sequitur ver. quid si iurauerit quis. oritur tamen ex iuramento obligatio ad obseruantiã cõtractus similis illius nature cuius est cõtractus, & sic nocet, & prodest omnibus quibus nocet, et prodesset obligatio ex contractu resultans, & sic firmiter seruabitur iuramentum, & ista est veritas secundum eundem Anton. qui ita residet in hoc articulo, & etiam sub dicto tertio membro iuramenti quando prohibitio dirigitur in rem. & sic prout dicit Jmol. videtur sibi contrarius, & non videtur bona ista vltima responsio: quia obligatio ex contractu est personalis ideo nõ afficit cessionarium ex causa onerosa sine fraude. dicto. § sed cum legitima. & dicto. §. de autore. secundum Jmolam. sed licet eum non afficiat non refert ex quo nec afficeret tenendo aliaz opinio. quod contractus firmaretur. & istud verisimiliter voluit dominus Antonius qui ex hoc iuuari potest ne sit cõtra ius, sed instari potest imo refert: quia si contractus valeret transferretur dominium, & sic cessionarius non posset venire contra: secus vbi contractus non valet. l. nunquam nuda, de acquirendo rerum dominio. & l. non dubium. supra, de legibus. sed respondet forte dominus Antonius, quod imo prout obligatio ex contractu resultans esset efficax ad translationez dominij secuta, scilicet traditione: quia traditio tunc non esset nuda causa: ita & obligatio ex iuramento resultans cum sit similis obligationi resultanti ex contractu prout ipse dicit facit responsio supra per eum data ad obiectionem per condi. sine causa. quod & iuuatur: quia dato quod contractus non firmaretur: tamen deberet oriri actio ex quo. l. canonica precipit, quod obseruetur. argumento. l. statuas. & quod dictum est supra, proxima additione. Et quod ad propositum dicit Barto. in dicta l. si quis pro eo. & quatenus dominus Antonius dixit nullum dari remedium contra cessionarium ex causa onerosa intelligatur nõ secuta traditione, & sic non translato dominio, & presupposito, quod contractus firmaretur vera esset hec opinio Domini. secundum dominum Nicolaum quod heres, vel singularis successor non poterit venire contra, & multo fortius ipse iurans post implementum per dictum capitulum, quanuis. vbi dicit tex. omnino seruandum. vnde per illam dictionem, omnino voluit excludere omnem contrauentionem prout, & ibi sentit Archidiaco. & facit text. ibi qui dicit inuiolabiliter secundum eundem dominuz Nicolaum, columna vndecima. quod tenendo quod nõ firmetur, nec possit venire contra heres, & multo fortius iurans post implementum voluit etiam ibi dominus Florenti. prout refert Nicola. columna decima. Tutius tamen est ad tollendas dictas difficultates tenere, quod contractus firmetur secundum eundem Florentinum, quod & tenet gloss. in dicto capitulo, quanuis. & ex quo gloss. iuris ciuilis, & canonici hoc tenent, & Bartol. & Joan. calderi. vt supra. & text. quem ponderat ipse Joannes Calder. in dicto capitulo, quanuis. dicit pactum seruari, & non dicat iuramentum: tamen non est ab opinione supradicta recedendum in consulendo, & iudicando per notata per Jacob. butr. in. l. prima. infra, quid pro sua iurisdict. secundum Jmolam in quarta chart. quam etiam opinionem tenuit Archid. in dicto capitulo, quanuis. & est vera. nam prout ibi pactum firmatur per illum tex. eadem ratione, & hic. & in dicto capitulo, cum conting. secundum eundem Jmolam, quod & tenent Joan. mona. & domi-

nus de sancto Gemi.in dicto capitul.quamuis.& verius secundum rationem Imole,& quia Imperator hic non mandaret iuramentum seruari si contractus nõ validaretur cum de iure ciuili iuramentum extraiudiciale non producat obligationem per text.& ibi Bartol.& doctor. in dicta.l.si quis pro eo.secundum dominum Nicol.secundum quem idem voluit Federic.de senis in consilio dccclxxxviij secundum quem licet iuramentum non extendatur ad heredem,vt eum obliget ad periurium: tamen contractus extenditur cum sit iuramento validatus alias lex deciperet contrahentem,cum interpositione iuramenti,secundum ipsum Federic.& sic quando contractus reprobatur mero fauore iurantis,vt hic,vel ratione pub.vtilitatis secundarie.d.capitulo,cum contíng.vel ex varijs vtilitatibus subditorum.dicto capitulo,quamuis.de quibus latius dictũ fuit supra in verbo contractibus.in duodecima,& decimaseptima questione.quid autẽ quando reprobatur ex alijs causis vide in octaua,nona,vndecima,& decimatertia,& sequẽtibus tribus questionibus.& ex his habes.quod paruũ distat in his terminis an iuramentum firmet contractum,vel non firmet secundum opinionem Ioan.de lignano domini Antonij,& domini Nicolai,& etiam domini Florentini,vt patet supra ex relatis licet recte intuenti possit referre in terminis dicti capituli,cum conting. quatenus loquitur in muliere iurante nõ contrahente. sed consentiente alienationi. ¶ Itẽ ex his habes recta intuendo quod iuramentum de iure ciuili non obligat parti:sed de iure canonic.producit obligationem effectualem transitoriam in heredes.circa quod aduerte:quia de iure ciuili est satis expeditum: licet alij quos refert Bald.in.l.prima.infra,de operis libertorum dicant quod ex iuramento oriatur actio per.l.actori.infra,de iureiurando.tamen ipse Bald.ibi,& Bartol.in dicta.l.si quis pro eo.volunt quod nec actio,nec obligatio etiam naturalis oriatur per dictam.l.si quis pro eo.in princi. &.l.iurisiurandi.de operis libertorum & ista est communis opinio legistarum,& vera de iure ciuili per dicta iura prout latius prosequitur Imol.in dicto capitulo,cum conting.in octaua & nona charta.ponens rationem,et motiua iuris ciuil.quod & tenet ibi dominus Nicolaus, vt patet supra ex relatis.& idem dicendum est iure cano.prout voluit Innocen.in capitul. nouit.de iudicijs. volens quod cogatur ad obseruantiam iuramenti per denuntiationem Euangelicam,& idem voluit in dicto capitulo,quintanallis.vbi vult quod iurans potest compelli ad obseruantiam per officium iudicis.& hoc sequitur Bald.hic,& in corpore in prima columna.& ista cum respiciant peccatum non videntur transire in heredes prout,& videtur velle Bald.hic in fine dicens,Nota, quod licet iuramentum sit in personam ex parte iurantis vt not.Innocen.supp.& Ioan.andre.& Hostien.in dicto capitulo,veritatis: tamen quantum ad roboratus transit in heredem:quia sequitur naturam contra-

39 ctus transmissibilis.vnde † afficit heredem quo ad vinculum temporale nõ quo ad vinculũ spirituale nec quo ad sortiendum forum,vt notatur in capitulo fina.de foro competenti in sexto,in nouella.quod est notandum secundum eundem Bald.hic,& hoc vltra tenet etiam Ioan.andre.in capitulo fina.de sepul.prout refert & sequitur Dominus in dicto capitulo fina.de foro competenti.quod,& tangit Bartol.in corpore circa quartam questionem,& extensius circa hoc loquens circa hoc vltimum,sed quod imo oriatur actio ex iuramento de iure cano.tenuit Ioan.andre.in capitulo,cum venissent de insti.quem refert Bartol.in dicta.l.si quis pro eodẽ tenens ea ratione quod text.dicti capituli,cum conting. & dicti capituli,licet.dicit quod iuramentum est seruandum si seruari potest sine dispendio.&c.ergo actio oritur dicta.l.statuas.secundum eum.quod tenuit Archi. per id quod notatur duodecima questione secunda.quicunque.& vigesimasecunda questione quinta.iuramẽti. & quia fortius est vinculum iuramenti quam nudi pacti.dicto capitulo,debitores.& quod notatur in dicto canone,iuramenti.sed ex pacto nudo oritur actio de iure canonico.capitulo primo.de pact.in sexto,& ex iuramẽto.& hanc partem firmat etiam dominus Antonius in dicto capitulo,cum conting.ex iuramento enim oritur triplex obligatio primaria de eo de quo dictũ capitul & si Christus.de iur.secundaria parti cuicunque permittatur per notata per gloss.in canone quoniens corporis oculus.prima questione septima.vbi si promisi Titio dare decem sex. Seius potest agere,& sic non habebit locum.l.stipulatio ista.§.alter.de verborum obligationibus.secundum eum.ad quod licet ad alium si.adducat hic dict.capitulũ,quamuis.vbi pactum patris iurationis prodest filijs secundum eum.circa,quod vide dicta.s. in verbo contractibus.in decimatertia questione.quibus adde proxime dicta,& hec vera nisi quando versatur turpitudo ex parte recipientis,nam tunc non competit dicta secundaria obligatio.dicto capitulo,debitores.secundum dominum Antonium,sed quod competat officium iudicis non actio videtur tex.in dicto capitulo,fina.de foro competenti.in sexto,vbi iurans compellitur per censuram ecclesiasticam,& sic verba diriguntur ad iudicem: ergo per officium iudicis.per notata per Bartolum in.l.prima,de condi.ex.l.& per hoc non obstat dicta.l.si statuas.secundum Imolam in decima charta. ¶ Item potest responderi ad iura Bart. que loquuntur in ijs casibus in quibus iuramentum firmat contractum prout,& ipse postea dicit &.s.dixi.nec obstat dictũ capitulũ,quicunque.& dict.capitul.iuramẽti.quia nihil probant de actione & gloss.dicti capituli, quicunque.loquitur de actione.& de promissione non de solo iuramento.nec obstat quod ex pacto nudo actio oriatur: quia hoc negari potest.nam text.dicti capituli primi potest intelligi quod seruentur pacta,& custodiãtur,scilicet per officium iudicis.per dictum capitulum, si.sed in primo,vel melius vltra eum licet quo ad vinculum anime vinculum iuramenti sit fortius quam vinculũ pacti nudi prout loquitur dictũ capitul.debitores. & gloss.dict.canon.iuramenti.tamen quo ad vinculum temporale prout est obligatio.& actio competentes parti quod ius est fortius vinculo pacti nudi,quod nititur duorum consensu quam iuramenti quod nititur vnius consensu,& hinc est quod obligatio oritur ex pacto nudo non ex iuramento.dicta.l.si quis pro eo.non enim oritur actio ex pacto: ergo ex iuramento cum ex multis casibus de iure ciuili pactum nuduz producat actionẽ,& tamen non iuramentum si autem actio oriretur ex iuramento illa esset transitoria in heredes per generalẽ regulam,quod actiones transeunt in heredes actiue et passiue:vt in titulo de heredi.actio.per totum.cum illa actio non oriatur de iure ciuili.sed ex re spirituali,videtur necessario fore agendum coram iudice ecclesiastico, etiam contra heredem iurantis cuius contrarium dicunt Bald.hic,& pro hac parte facit:quia non est inducenda discrepantia inter ius cano.& ciuile.capitu.cum expediat.de electione.in sexto.& quando aliquid non est expresse determinatum vno iuri statur altero iuri: vt notant doctor.in cap.primo.de noui operis nuntiatione.merito cum de iure ciuili,sit clarum quod iuramentum extraiudiciale non producat actionem nec obstat.d.l.sartori.quia loquitur in iuramẽto litis decisiuo,& de iure cano.non esset expressum.sed sint diuerse contrarie opiniones,vt.s.patet videtur standum iuri ciuili.posset tamen procedere alia opi.quando interuenisset consensus etiam alterius partis tacitus,vel expressus,nam tũc etiam habet inclusum pactum prout videtur loqui.d.c. cum conting.& d.c.licet.& d.c.quicunque.cum sua glo.& prout etiam videtur velle hic Paul.in repetitione volens quod ex iuramẽto,vel ex canone oriatur actio quãdo prestatur parte presente,alias secus. ¶ In.c.ibi,sed magis puto hec vera,& communiter tenetur quãdo ipse tradens esset dominus precedens:tamẽ procedat quãdo tradens esset dominus & sic vtraque opinio est vera prout in simili not.in iuramento litis decisorio.ff.de iureiurand.l.sed & si proximi.in prin.secundum Paul.de cast.in si.in repetitione. ¶ In eadem ibi.semel re tradita not.quod non potest quis tradere,& intentare actionem personalem que ante traditionẽ competebat post quam est facta traditio,licet res reuertatur ad tradentem,nam traditio liberauit ab illa traditione,& actione prout vult hic gloss.not.secundum Raphaelem,& Paulum.pro quo facit.l.qui pendentem.ff.de actionibus empti & venditi.& quod not.gloss.que incipit si

dubit

dubitetur in.l.populi.in.§.si bis. ff.de procuratoribus. ⁊ quod not.Iaco.de are.⁊ Bartol.in.l.permisceri.in.§. fin.ff.de acquir.possess. secundum Pau. ¶ In ead. in si.vide gl.in corpore. ⁊ vide latius dicta supra, in verbo, inuiolabiliter in prima questione. ¶ In textu ibi, per vim autem vel iustum metum. intelligas iustum, quia inferat iustam causam metuendi, non quod actus sit iustus secundum Baldum, ⁊ iustum ideo dicit, quia si esset vanus nihil operaretur secundum gloss. in cor-
40 pore. ⁊ est † triplex metus concussiuus, vt per minas potentis, impressiuus per carcerem, vel verbera ⁊ suspitionis non temerarie, sed violentis secundum Bartolum, in corpore, in princip. Item est duplex metus, scilicet expressiuus mortis ⁊ cruciatus corporis. Itē tacitus ⁊ cruciatus, scilicet parentis, ⁊ domini, cui non audet contradicere. vt not.in.l.1.ff.quarum rerum actio non datur. §. que onerande. ⁊ est text. not. in. l.penultima. ff.de furtis. secundum eum in cor. in quarta questione. vide circa hec dicta supra in verbo, sponte: vbi etiam dictum fuit quid si dolo est extortum iuramentum: nam ⁊ tenendum est prout vult gloss. secunda in corpore. ⁊ est de mente docto. quod tunc non habet locum prima pars huius authentice: sed hec secunda pars. Bartol.enim in.l.si in alterius.infra, si minor. se maiorem dixerit. dicit competere in integrum restitut. non obstante iuramento quando interuenit dolus aduersarij per.l.secundam huius tituli. ⁊.l.si falsis. C.de transactionibus. si ergo non tollit restitutionem fortius. nec validat contractum nullum. Item Bald. in corpore dicit, conclude quod iuramentum cessante dolo non metu dat solennitatem contractui secundum eum. ⁊ istud teneas licet quidam contra: nam licet in hac secunda parte non fiat mentio de dolo, non tamen inconuenit dolo quod suppleatur per alia iura ciuilia ⁊ canonica, scilicet per dictum capitulum, cum contingat. ⁊.d.capitu.licet mulieres. ⁊.d.capitul. quamuis. in quibus excipitur iuramentum per dolum extortum, ⁊ tunc iura canonica magis fauent iuramentis, ⁊ maius robur eis attribuunt quam iura ciuilia, prout patet ex dictis supra in verbo, custodiantur. ⁊ in verbo, contractibus. in prima ⁊ secunda questione. ⁊ hec vera nisi etiam dolus iuramentis interueniat: nam tunc vnus dolus, cum altero compensatur. prout voluit Bartol. in. l.si in alterius. facit. l.si cum ambo. ff.de compens. ⁊. l. viro. ff.soluto matrimonio. ⁊ facit. l. cum donationis. supra, de transactionibus. ¶ In text. ibi, etiam hec dictio: ⁊ dictio, maxime sunt implicatiue que ponuntur in tex.sunt implicatiue, vt hic aperte patet. ⁊ in. l. etiam supra. si tutor vel curator interuenerit. ⁊ in.l.i. supra, titulo primo.cum simil. ⁊ in.l.i. §.vel maxime. de collat. bonorum. l. qui se patris. infra, vnde libe. cum infinitis simil. diuersimode tamen implicant, quia dictio, etiam implicat maiora expressis, hoc est implicat casum in quo est maior ratio, quam in expresso quod est videre in casu isto, ⁊ in iuribus supra adductis exponitur etiam a maioribus, quasi dicat, non solum sunt nullius momenti iuramenta extorta per vim vel metum a minoribus, sed etiam extorta a maioribus, prout in simili exponit gloss. in. l. si contendat. de fideiussoribus. ff. ⁊ in canone, eos. xxxi. questione. sed ⁊ dictio, maxime implicat minora expressis, hoc est, implicat casum in quo est minor ratio, vt apparet hic: nam maior ratio est vitiandi iuramenta, vt non fiat querimonia de maleficijs quam alia iuramenta, ⁊ hoc propter. p. vtilitatem, vt ⁊ tangit hic Rapha. ⁊ dicetur infra in sequentibus. apparet etiam in dicto. §. vel maxime. ⁊ in dicta. l. qui se patris. ⁊ hoc ex vi vocabuli, nam maxime ista se habet superlatiue ad magis, prout maximus ad maior in text. ¶ In tex. ibi, a maioribus, potentioribus, quasi dicat, extorta per vim vel metum sunt nullius momenti maxime si maiores, id est potentiores extorserunt, prout exponit gloss. in corpore. secundum vnum modum intelligendi, ⁊ secundum hoc verbum maxime determinaret precedentis verba a maioribus, que ponerentur actiue non passiue, ⁊ secundum hoc oporteret quod dictio etiam determinaret precedentis, sed non posset nisi referres solum ad verbum iustum, quasi sit sensus non solum si per vim, sed etiam per iustum metum, sed licet quando opus esset iste violentie litere essent tolerabiles, tamen non expedit hic cum text. possit legi plane, prout infra apparebit. ¶ In textu ibi, ne querimoniā maleficiorum commissorum faciant, id est, ⁊ si nulla vel deposita querimonia de maleficio nullius sit momenti, id est ipso iure non valeat. ita formaliter supplet gloss. in corpore. quasi dicat, sunt nullius momenti sacramenta, per vim vel metum extorta. licet de vi vel metu nulla fiat querimonia coram iudice, ⁊ per consequens denotat solum quod non oportet intentare actionem, quod metus causa, vel exceptionem, sed secundum hoc dictio, ne, exponitur pro ⁊ non. que quidem est extranea expositio: nam solet exponi, id est, vt non. vt per glossam, in verbo, retineat. in. l. fin. in. l. cum pater. §. Titio. de legatis secundo. ⁊ Dyn. Bartol. ⁊ docto. in. l. qui absenti. §. primo. de acquirenda possessione. qui reprehendunt glos. facientem differentiam inter ne, ⁊ vt non propterea non adaptatur, tunc natura implicatiue: quia vel nihil implicaret secundum dictam expositionem, vel implicaret causam habentem maiorem rationem, vt satis de se patet contra dicta supra in verbo, etiam. nisi referres ad precedentia, vt dictum fuit supra, in verbo, a maioribus. posset exponi sequendo dictum intellectum gloss. quod sacramenta per vim vel metum extorta sunt ipso iure nulla maxime, vt non faciat, id est, vt non habeant necesse facere querimoniam de vi vel metu extorta, ⁊ hoc modo potest saluari dictus intellectus glosse, quem etiam tangit hic Baldus, in prima columna. sed facit violentiam litere exponendo faciant, id est necesse facere habent, nec illa videtur esse potissima ratio nullitatis: ⁊ sic nec tunc floret in propria virtute dictio. maxime. vnde licet Bald. post Iacob. de are. duobus modis legat, vt hic per eum. tu legas text. plane: vt iacet quod iuramentum, quod per vim vel metum extortum est, nullius momenti sit, id est ipso iure nullum, non solum si est extortum a maioribus vigintiquinque annis vim vel metum passis: sed etiam si a maioribus, scilicet vigintiquinque annis. ⁊ maxime est nullum si est prestitum, vt non faciant querimoniam de maleficijs commissis, non solum de ipsa vi vel metu illata, prout dicit Bald. sed generaliter de quibuscunque maleficijs. ⁊ hunc intellectum tangit gloss. in corpore, in verbo, est ortis. ⁊ forte etiam in fin. ibi. querimoniam. ⁊ ita in effectu figurat casum Paulus de castro hic, in repetitione. ¶ Nota secundum Bal-
41 dum, in corpore. quod † si quis promittit se non denuntiaturum maleficium, ⁊ iurat non valet iuramentum, quia non debet aperiri via iniquitati ad delinquendum vel ad impunitatem delicti, ⁊ hec est regula generalis ⁊ menti tenenda. ⁊ vide que notantur per Imolam, in dicto capitulo, ad nostram. de iureiurando. ⁊ quod per Ioannem Andream, in capitulo, quia plerique. de officio ordinarij. in sexto. secundum eum, ⁊ sic vult quod iuramentum sit nullum, etiam si non sit prestitum per vim vel metum, ⁊ idem videtur velle hic summando secundam partem text. ibi vis vel metus iustus, vt vbi sit iuratum de non exponenda querela maleficiorum, ⁊ sic alternatiue summat. ⁊ similiter post summarium ponit regulam quod sacramenta seruanda sunt, ⁊ duas fallentias ponit. Primam, quando interuenit vis vel metus. Secundam, quando iuratur de non habenda querela maleficij, puta offensus dum vellet se vindicare composuit se, cum suo aduersario, quod si contingeret se vindicare illum cum non accusaret. istud enim iuramentum non valet, quia est contra publ. vtilitatem: nam ratio maior publice discipline vult maleficia puniri. l. nullus. supra, de Iudeis. ⁊. l. ita vulneratus. ad legem Aquiliam. ⁊ ideo si due ciuitates habuerint inter se guerram, ⁊ dum faciunt pacem apponunt pactum, quod licet alteri se vindicare vel rumpere federa illud pactū non valet secundū eum, qui ex his videtur intelligere tex. quod nō valeat iuramētū de nō exponendo querimoniam de maleficijs committendis quod licet substētari possit referendo verbum commissorum

quod est preteriti temporis in litera positum ad tempus querimonie: tamen non est opus istum text. intelligere de maleficiis committendis, ⁊ maxime cum loquitur per verbum, commissorum. quod est preteriti temporis. ⁊ licet forte Bald. in corpore velit intelligere vtroque casu maxime per illam alternatiuam vel impunitatem delicti, ⁊ secundum hoc ipse vellet quod iuramentum de non accusando de delicto iam commisso, non valet etiam si non esset per vim vel metum prestitum, quod tamen non videtur per id quod habetur in. l. transigere. supra, de transactionibus. ⁊ melius in capitulo, veniens. extra, de accusatio. quod cap. communiter summatur, qui iurat aliū non accusare ab eius accusatione repellitur, ⁊ quod est fortius videtur in sui generalitate loqui etiam de maleficio per iuramentum commisso, quod posset tolerari, quando maleficium committendum non respiceret ipsam personam iurantem, quia non committeretur contra eum. vt sic non obstet. l. si vnus. §. igitur nulla. ff. de pactis. ⁊ hoc nisi ad iurantem pertineret ex officio sibi iniuncto de maleficio cognoscere, vel accusare. hoc enim casu loquitur text. in dicto capitulo, ad nostram. ⁊ pro predictis facit, quia non debet quis deierare, vt alias non delinquat. prout patet in dicto capitulo, debitores. tenementi, ⁊ cogita, quia vltra docto. ⁊ adde, quia iste text. non patitur intellectum Bald. quod loquatur de iuramento non prestito per vim vel metum, vt recte intuenti patet. ¶ In textu ibi, nullius esse momenti. gloss. in corpore, in verbo, querimonia. Primo exponit quo ad effectum, prout alias hec verba exponuntur in. l. in carcerem. ff. quod metus causa. secundum eam; que tandem hec verba nullius esse momenti intelligit proprie quod denotent nullitatem ipso iure per dictam. l. non dubium. in fin. ⁊ l. generaliter. de verborum significatione. si hoc verum dicit quando per vim, nam proprie aduersatur spontanee prestationi, de qua in princip. premittitur, sed quando per metum non sit nullum, nec quo ad effectum secundum eam: sed est literam violare, quia ista verba pariter referuntur ad vim ⁊ iustum metum, vnde debent pariter determinare. l. iam hoc iure. de vulgari ⁊ pupillari. cum simil. nec est vrgens differentie ratio inter vim ⁊ iustum metum, nisi eo casu est vis precisa que compelleret sine consensu vim passi, vt si expello te de domo per vim vel a te inuito facio rapi rem tuam: nam tunc huiusmodi vis non habet tuum consensum, sed prout dicit Bald. in corp. precisa coactio non cadit in actu verbali, ⁊ iuramento prout dicunt Canoniste, in capitulo, sacramen. extra, quod metus causa. secundum eum, quod ⁊ dicit Ioan. andr. allegans Philosophum, in capitulo, verum. de iureiurando. nec de hac precisa coactione intelligit gloss. cum presupponat contractum per vim factum esse aliquem, ⁊ querat de ratione differentie inter iuramentum ⁊ contractum, vnde tu intelligas hec verba nullius momenti pariter respectu metus, prout ⁊ respectu vis, scilicet quod vtroque casu sit ipso iure nullum: prout etiam intelligunt Cyn. Bartol. ⁊ Angel. ⁊ Rapha. hic, ⁊ Bald. in cor. Nota

42 ergo quod † iuramentum per metum interpositum non obligat, nec est necesse quod recurratur ad actionem vel exceptionem, licet alias detur quod metus causa, secundum Bartolum hic, in fin. ⁊ est propter religionem iuramenti quod gesta per metum sint nulla ipso iure, sic in. l. cum mulier. §. si dos. ff. quod metus causa. secundum Cynum, ⁊ Rapha. ⁊ est forte ratio Specul. quia vinculum religionis debet a libera voluntate procedere secundum Raphaelem, vel dicas quod ratio est, quia iuramentum est debilius quam contractus secundum gloss. in corp. in verbo, querimoniam. tu dic melius quod ratio est, nam iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis eo, quia qui est sibi presens non assistit, sed resistit peccato, secundum Baldum, in corpore vide infra, quia iste rationes non videntur procedere saltem de iure canonico. Cum itaque iuramentum est nullum ipso iure secundum Angelum hic, in fin. non requiritur absolutio: si tamen peteretur non esset absurdum secundum eum: sed aduerte, quia imo iuramenta per dolum, vel metum extorta ligant iurantem, adeo quod est necessaria absolutio, prout videtur satis expressum in dicto capitulo, verum. ⁊ in dicto capitulo, si vero. vbi hoc satis communiter tenetur. quod ⁊ tenet Innocent. in capitulo, ad aures. quod metus causa. ⁊ gloss. in capitulo, abbas. eodem titulo. quod ⁊ disputat gloss. idem tenens in canone, veritatem. decimaquinta questione sexta. que vlterius vult quod qui iurauit per metum non potest opponere exceptionem metus timore periurij, licet si excipiat repellat agentem secundum eam, quod tamen reprobat vltra ibi Archidiac. prout refert ⁊ sequitur Imola, in dicto capitulo, cum contingat. trigesimasecunda charta. Et hoc nisi excipiat sub hac forma, oppono quod per metum iuraui, ideo debes me compellere, ⁊ ideo vt possim excipere peto absolutionem a iuramento, argumento eius quod notatur in. l. nec non. §. exemplo. ex quibus causis maiores. l. nam postea. §. si minor. ff. de iureiurando. ⁊ l. Papinianus. §. si filius. ff. de inofficioso testamento. ⁊ ita notat Federicus in nona columna. circa fi. di. con. secundum eundem Imolam, qui ita transit. ⁊ idem vult Petrus de anchar. in dicto capitulo, licet mulieres. hoc communiter tenent, quod iuramentum per metum vel dolum prestitum nullius sit momenti, adeo quod non obliget, tamen potest dici quod idem sit de iure ciuili, quod de iure canonico. nec obstant ista verba nullius momenti, quia debent intelligi quantum ad effectum cum possit peti absolutio. prout dicit Imola in dicto capitulo, verum. sed sit violentia litere, vnde licet Legiste ita teneant, ⁊ ita sit de iure ciuili, tamen de iure canodico secus est per predicta, ⁊ istud est seruandum etiam in foro ciuili per notata in capitulo secundo. de arbit. in. vi. ⁊ in regula proxima. eodem titul. secundum dominum Antonium, in dicto capitulo, cum contingat. nec obstat Canonistis. dict. capitul. cum contingat. in fin. quod a contrario sensu facit pro opinione Legistarum, quia intelligi debet respectu effectus, prout ⁊ residet sibi Imola super gloss. que incipit, vel argumentum, qui etiam ita respondet ad dictum capitulum, abbas. quatenus innuit contrarium. ⁊ ita etiam sentit dicta gloss. in dicto capitulo, cum contingat. licet se remittat ad dicta per eam in dicto capitulo, abbas. vbi simpliciter tenet quod iuramentum per metum prestitum ligat, ita quod est necessaria absolutio. ⁊ ita etiam vult Archidiaco. ⁊ gloss. in dicto capitulo, quamuis. in terminis illius text. qui loquitur prout dictum capitulum, cum contingat. ⁊ hoc tenendo potest dici ad istum textum, quod est nullius momenti, quo ad ea que respiciunt ius ciuile, vnde de iure ciuili talis non punietur de periurio. licet alias periurus puniatur crimine stellionatus. l. fin. de crimine stellionatus. pro quo facit dictum capitulum, verum. ⁊ quod infra dicam, nec validabit contractum. ⁊ iste sit text. in dicto capitulo, quamuis. quod loquitur de pacti firmatione ⁊ pacti obseruantia, nec impediat in integrum restitutionem. de iure ciuili. ⁊ sic nullius est momenti, quo ad ea que respicit ius ciuile, ⁊ iudex ecclesiasticus forte non debebit cōpellere iudicem secularē, quod faciat tale iuramentum obseruari, cum potius debeat iurantem absoluere, quā impedire iurisdictionē secularē que regulariter ad eum non pertinet. ⁊ iste sit text. dict. capitul. licet mulieres. licet aliud videatur velle dominus Antonius, vt patet ex relatis supra. ⁊ his respectibus: ⁊ maxime, quia potest petere absolutionem non debet, id est non necessitatur seruare iuramentum, maxime in foro ciuili. vt dicto capitulo, cum contingat. vbi satis hoc modo verificatur argumentum a contrario sensu, tamen quo ad vinculum anime est aliquid, quia ligat iurantem ⁊ obligat Deo, vt in iuribus allegatis, nec obstat iste text. quia ius ciuile non intromittit de anima, nec potest se intromittere, cum mitteret falcem in messem alienam, quia potestas est proprie ⁊ solius iudicis ecclesiastici. capitulo, solite. de maioritate ⁊ obedientia. ⁊ capitulo, nouit. de iudicijs. ⁊ capitulo, tuam. de ordine cognit. cum ⁊ ista pars tanquam anime securior est amplectenda. capitulo, iuuenis. de sponsal. ⁊ capitulo, significasti. de homicid.

cum

cum ſimilibus. ⁊ quia videtur communis opin. vt patet ex iam dictis. ⁊ etiam quia vbi gloſſ. ⁊ docto. tractant hoc materiam, ſimpliciter dicunt quod iuramentum per metum extortum ligat animam iurantis, nec excipiunt caſum huius authentice, ⁊ dicti capitul. cum contingat. ⁊ ſimilium. ⁊ hoc etiam vult hic dominus meus, dicens quod quo ad hoc non habet locum hec authent. de iure canonico. quia debet peti abſolutio ſecundum eum: licet de predictis non faciat mentionem, quamuis dominus Uincentius Mediolanenſis ex vnius canon. dicat quod iuramentum per metum interpoſitum, in caſu a lege prohibito obligat ipſo iure, vt in iuribus ſupradictis: tamen ſecus eſt quando interponitor in caſu a iure prohibito, vt hic, ⁊ dicto capitulo, quamuis. ⁊ dicto capitulo, cum contingat. ⁊ dicto capitulo, licet. ſecundum eum. prout refert dominus Nicolaus, in dicto capitulo; cum contingat. in ſeconda columna. dicens quod hec opinio ſemper ſibi placuit. ⁊ ex hoc habes notabilem limitationem ad iura ſupra adducta ſecundum eum, que opinio poteſt procedere quando iurans per metum non habuit animum ſe obligandi, ſed ſuperficialiter iurauit, vt periculum euitaret: nam licet tunc delinquat temerarie iurando vel aſſumendo iuramentum in vanum, tamen non obligatur Deo ad obſeruantiam. canone, ne quis. vigeſimaprima queſtione ſecunda. prout voluit Joannes Andreas in dicto capitulo, verum. ⁊ in dict. capitu. ſi vero. ⁊ in capitulo, ad audientiam. quod metus cauſa. licet tamen talis iurans non obligetur Deo, ⁊ in foro penitentiali ſit ſtandum ſue confeſſioni, prout dicit Joan. andr. ⁊ ad hoc dictum capitul. ſigni. cum ſimil. tamen iudex eccleſiaſticus propter reuerentiam iurantis, ⁊ ne aperiatur via periurijs, cum in tali foro non ſit ſtandum confeſſioni iurantis, debet eum compellere ad obſeruantiam, niſi abſolutio petatur, cum in tali enim foro preſumitur iuratum animo obſeruandi. prout volunt Joan. andr. ⁊ Calderi. in dicto capitulo, verum. ⁊ in dicto capitulo, ſi vero. ⁊ quando fuiſſet preſtitum tali animo contraueniens mortaliter peccaret, prout communiter tenetur in dictis iuribus. ⁊ allegatur beatus Thomas, ſecunda ſecunde queſtione octaua, ſeu ſeptima, vel nona. articulo octauo, ſeu ſeptimo. ſed poſtquam venit contra, non preſumitur iuraſſe animo ſe obligandi ad finem, vt puniatur de periurio, ſeu tanquam mortaliter peccauerit. ⁊ iſte ſit text. in dicto capitulo, verum. prout dicit dominus Nicolaus, in dicto capitulo, ſi vero. predicta tamen procedunt etiam ſi iuramentum non ſit preſtitum in caſo a lege prohibito. iuramentum autem per dolum extortum, de quo etiam loquuntur dictum capital. cum contingat. ⁊ ſimilia ſupra adducta. ⁊ etiam habet locum iſta ſecunda pars huius authent. prout dicit gloſſ. in verbo, ſponte, in corpore: ⁊ dixi ſopra ſuper dicto verbo, ⁊ ſuper verbis, vim autem ⁊ iuſtom metum. Item dicendum eſt quod abſolutio requirat, quia obligat Deo. prout habetur in dicto capitulo, ſi vero. ⁊ dicto capitulo, debitores. prout dicunt domi. Anton. ⁊ Jmola, in dicto capitulo, cum contingat. ⁊ hoc niſi ſit talis dolus qui faciat ceſſare conſenſum: nam tunc iuramentum non obligat, prout ibi voluit dominus Antonius per notata per Joan. andr. qui hoc voluit in capitulo vnico. de commodato. ⁊ iſte eſt caſus clarus ſecundum dominom Nicolaum, in dicto capitulo, cum contingat. columna ſecunda. ⁊ dicitor dolus excludere conſenſum, quando fallacijs ſeu mendacijs inducitur quis ad contrahendum dolo dante cauſam contractui: ſecus ſi limitat in contractum ſecundum dominum Antonium, prout ibi refert Jmola, charta vigeſimaſexta. ſed licet fiat differentia, an dolus det cauſam contractui bonefidei, vt tunc ſit nullus ipſo iure an incidat in contractu quo caſu valeat ipſo iure. vt videtur per gloſſ. ⁊ docto. in. l. elegantur. in princip. ff. de dolo. vbi non poteſt negari, quin vtrobique conſenſerit quis in faciendo contractom, licet ad illum fuerit inductus per dolum, ⁊ ideo ſemper debeat abſolutio peti ſecundum Jmolam, in dicta vigeſimaſexta charta. pro quo facit, quia ſi dolus dans cauſam contractui excluderet conſenſum, tunc contractus etiam ſtricti iuris eſſet nullus ipſo iure cum nullus contractus abſque partium conſenſu procedat. l. 1. ff. de pactis. ⁊ tamen gloſſ. ⁊ docto. omnes in dicta l. eleganter. ⁊ vbique ſimpliciter ⁊ abſolute dicunt quod dolus quantumcunque det cauſam contractui ſtricti iuris non vitiat ipſo iure merito reſtat quod dolus dans cauſam contractui vel iuramento non facit ceſſare conſenſum. Deo gratias. Amen.

Ego Franciſcus Marini Pecionijs de cingulo, Aeterno principe adiuuante tranſcripſi hanc authenticam Peruſij, Anno Domini Milleſimoquadrageſimoſeptuageſimoſecundo, & die uigeſimaquarta menſis Aprilis. & finem huic operi in die ſancti Georgij impoſui in domo Petri Raynerij de Peruſio, que eſt apud ſanctum Auguſtinum, in ciuitate Peruſina. &c.

Sequitur titulus, de rebus creditis, & iureiurando. celeberrimi Iureconsulti domi. Petri Philippi de nobilibus, de Corneo Perusini,

De rebus creditis, & iureiurando. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 Optima continuationis rub. declaratio.
2 Tribus de causis actiones mixte nuncupantur.
3 Quare de rebus creditis, & non de rebus debitis dicitur.

Gloss. rubri. in princ. coniuncto fine continuat rub. ad proxima precedentia, prout fieri debet iuxta. l. ij. ibi, & his proximos &c. ff. de statu homi. & l. cum de lanionis. §. a sententia. ff. de fun. instruct. dic, vt in ea quam hic Bartol. & docto. sequantur, sed videtur quod ista rub. & sit continuatio † non sit bona cum Imperator debuisset primo ponere de personalibus & post de realibus cum digniora sint preponenda. d. l. ij. de statu hominum. & §. singulorum. instit. de re. diui. sed persone sunt digniores alijs rebus. vt. d. l. ij. & instit. de iure personarum. in prin. ergo &c. dicas quod cum per actiones reales magis perfecte prouideatur quam per personales, quia reales presupponunt dominia, & sic actori prouidetur circa dominia, quod est secus in personalibus, & sic cum reales debeantur pro iure, quod habetur in re quod est dignius & potentius quam sit ius, quod habetur ad rem iuxta notata in. l. fin. §. si contra ius, vel vtilita. publicam. per Cyn. merito hoc respectu actiones reales sunt digniores personalibus quod not. Vel continua hanc rubricam, eam latius declarando a remotis, prout fieri potest quando sumus in princip. librorum, iuxta gloss. singula. in rubri. ff. de condictione furt. quam ibi, & in multis locis intelligunt doct. veram quando fieret continuatio libri precedentis ad materiã libri sequentis, cum tunc quo ad ipsam materiam dicatur fieri continuatio ad proxima, vt fecit Imperator instit. de oblig. que ex delic. nas. & notatur per glo. in rubr. ff. de priuatis delictis. dictum est supra in primo libro, de sacrosanc. eccle. & sacramentis sacerd. & de magistratibus. in secundo libro. & sic in tit. de edendo. vsque in ti. de preparatorijs iudiciorum. in iij. vsque ad titu. de inoffic. testam. de ipsis iudicijs, ibi postea dictum est de actionibus mere realibus, id est nullam mixturam personalium habentibus que nullam presupponunt obligationem, sed simpliciter rem ipsam penes quemcumque vadat prosequuntur. vt in. §. i. instit. de actio. & primo de vniuersalibus, videlicet in tit. de inofficio. testa. vsque ad ti. de rei vendi. exclusiue. ibi vero de singularibus & corporalibus actionibus postea in tit. de vsufruc. & de seruitu. & aqua. de actionibus mere realibus incorporalibus. postea in tit. communi diuid. vsque ad titul. ad exhibe. dictum est de actionibus mixtis, quia non proprie dicuntur in rem, sed potius in personam, quia presupponunt obligationem personalẽ, licet in aliquo habeant naturam actionum in rem, & dicuntur † mixte tribus respectibus. Primo, quando actio est rei persecutoria & penalis, & de ista non loquuntur dicti titu. sed §. sequens. instit. de act. Secundo modo dicitur mixta, quando ex ea nõ cognoscitur quis sit reus, & quis actor secundum notata in l. in tribus. de iudi. per gloss. & doc. Tertio modo, quando est realis & personalis, id est, vt contineat reales & personales prestationes. & istis duobus modis accipitur in dictis tit. postremo in titul. ad exhibendum. dictũ est de actio. ad exhib. per quam possessor rei cogitur eam exhibere & ostendere que actio dicitur personalis scripta in rem. vt habetur in. l. de eo §. si. ff. ad exhiben. & dicitur personalis scripta in rem, quia datur contra aliquem, non quia possidet rem: sed quia est obligatus ex possessione rei eam exhibere, & sic presupponit obligationẽ: verũ, quia sunt alie actiones que dicuntur mere personales, vt sunt omnes ille que nascuntur ex obl. initis ex contractu, vel quasi, vel ex delicto, vel quasi. ideo post precedentes tit. ponitur hic rub. de rebus credi. id est de actionibus descendentibus ex contractibus, vel quasi. per quos quis credit alicui, & eius fidem secutus est: puta sibi mutuando salarium promittendo, indebitum soluendo, & simil. de quibus per totum hunc librum. & sic Imperator ab actionibus descendentibus ex cõtractu. vel quasi incepit tanquã a dignioribus, vt fieri debet, vt. §. Et quod huiusmodi actiones sint digniores illis descendentibus ex delicto, vel quasi probatur in. l. i. ff. de act. & obl. & instit. eo. tit. de obli. § fi. verum, quia tam lites actionũ realium quam personalium aliquando deciduntur iuramento merito subnectitur rub. & iureiurando. vel subnectitur alia ratione, & meliori diuidendo rubricam in duas partes. In prima prior rubrica generalis, de rebus cred. id est de omnibus rebus quas quis alij credit, & sic eius fidem sequitur: verum, quia deferens iuramentũ credit & sequitur fidem iurantis. l. qui iurasse. §. fi. ff. eod. & l. depositi. §. i. ff. de peculio. & ideo de ista re credita, & sic speciali rubr. de iureiurando. & sic secunda pars. rub. ponitur. quam Imperator solum prosequitur in nigro, non autẽ aliqd dicit de alijs rebus creditis, sed in sequentibus titulis. & istud non est mirandum cum generi per species derogetur, & sic per rubricam specialem, de iureiur. derogetur rub. de rebus cred. merito de ea nihil dicatur. vt. l. in toto. ff. de regul. iur. & in regula, generi. in. vi. & l. vols clausula. & l. stipulationes commodissimum. de ver. obl. & l. alienatam. §. Basilice. de al. & ciba. lega. & l. vxorem. §. felicissimo. de lega. iij. cum simil. Ex quo tene menti perpetuo quod multoties rubrum est generalius ipso nigro, vt patet hic vbi in nigro nihil dicitur de prima parte rubrice, sicut etiam habetur in rubrica. j. de spons. vbi in nigro nihil dicitur de secunda parte rubri. sicut etiam habetur. §. rubrica proxima, vbi in nigro non fit mentio de aleatoribus, licet bene in rubrica, sicut etiã habetur in rubr. instit. de hered. que ab intest. defe. vbi rubrica loquitur generaliter de omnibus successionibus ab intestato, & in nigro tantum fit mentio de successionum heredum, & sic filiorum qualiter succedant ascendentibus. sicut habetur in rubr. de obli. que ex delic. na. vbi rub: l. loquitur generaliter qualiter quis obligetur ex omnibus delictis priuatis: nigrum autem solum loquitur qualiter quis obligetur ex furto, & sic vna specie delicti, vt habetur etiam istud in pluribus alijs locis. Multoties econtra nigrum est generalius rubro. vt habetur in authen. vt ecclesia Ro. centum annorum gau. presc. vbi rub. tantum loquitur faciendo mentionem de Romana ecclesia. in nigro autem notatur de alijs ecclesijs, sicut etiam habetur in rub. ff. de vino. tri. & oleo leg. vbi in nigro fit mentio de melle, aceto, & simil. licet non in rub. sicut etiam habetur. j. in rub. etiam ob chiro. pecuniam, vbi in rubr. solum dicitur qualiter pignus potest retineri per chyrographariam pecuniã, & in nigro istud idẽ & alijs casibus, videlicet quod pignus extinguitur per nouationem factam de sorte principali, nisi etiã fuerit repetitũ. Et istis casibus quando nigrũ est generalius rubro, vel econtra qualiter se habeãt ad inuicem, an scilicet nigrũ speciale intelligatur secundũ rub. generaliter loquentẽ, & econtra nigrũ generale restringatur secundum eius rub. specialiter positam. vide per doc. in rub. ff. de eo per quẽ fact. est. & Imol. in rubr. de verbo. obli. que tene menti, quia sunt vtilia maxime in materia statutorum, quorum aliquando rub. loquuntur generaliter & nigrum specialiter & cum distinctione, vel ecõtra qualiter intelligantur, de quo etiam per me in consilio cccxcvi. in princip. & in consil. cclij. parum post princip. Secundo gloss. ibi, item verbũ declarat verba rub. de quibus vide per doc. latius in. l. j. ff. eod. Tertio glo. ibi. item si queras, querit † quare Imperator dicit de rebus creditis, & non de rebus debitis: respondendo duobus modis, quas responsiones hic Bartol. Bald. Salice. & Rapha. sequuntur. Ex qua prima resp

1 Quo ad requisita cõtinuationis vltra do. Philib. Antoniũ de ale. do. Corne. & do. Floria. hic videatis do. Iaso. do. Ludouicum gomesium & do. Zasium in ru. de actioni. institu. bene & copiose loquẽtes. & padue post eos hãc ru. legendo & repetẽdo copiosissime dixi. & quoad declarationem primorũ verborum ru. videatis do. Purpu. Rimi. do. Phili. deciũ & do. meum do. Marcũ de mãtua. in ru. ff. eo. titulo. S. T.

Sup ista ru. de re. cre. & iureiur. ponderando ipsius verba vltra Bal. hic, cõcludatis, quod cum ru. ex duobus nigrum ex vno tantũ cõponitur, facit vt nigrum de vno loquẽdo alterũ virtualiter cõphẽdere valeat, vt cõcludũt egregie docto. maxime sali. in. l. i. C. de diuer. rescrip. & vbi ru. est generalior nigro dicitur ipsum nigrũ supplere. vt tradit do. Anto. de but. in proe. decreta. in. §. sane in. ij. col. vbi subdit etiã, an standum sit ru. an nigro qñ cõtrarietas extiterit. de quo videatis etiã do. Alex. in ru. ff. de offi. eius. & in l. i. ff. eo. & idẽ dicit de ru. statuti do. Alex. in cõsi. clxxxix. & Paul. de castr. in consi. cccxxxiij. & quid de ru. cõtractus, an illũ probet. videatis Bar. in. l. admonendi. in viij. col in fin. ff. eo. & effectus ru. est disponere et facere ius. vt in ru. C. ne fid. do. dentur. & videatis Ange. in ru. de verbo. do. Io. de imol. do. hercu. & Mo. ibidem.

ma responsione tene menti, quod posito vno ex relatiuis censetur aliud positum. l. fin. infra, de indicta viduitate. & l. fin. ff. de acceptilatio. & l. i. §. de cupresso ex luco Daphnensi. lib. x. nam cum creditum dicatur respectu debiti, & sic sunt correlatiua posito vno aliud positum censetur. vt. §. ex qua theorica hic, Bald. post doct. plura determinat. Primo, quod si testator legauit omnia debita alicui, licet verbum, debita referatur ad ea que alijs ipse tenebatur, vt ex natura verborum elicitur secundum istam gloss. tamen ad hoc, vt dispositio ipsius magis valeat. argumen. l. quoties. de verbo. & l. quoties. de rebus dubi. & gloss. in. l. & puta. in princip. ff. famil. erciscun. videbitur legasse debita credita. quia posito verbo, debita: & verbum, credita: posuisse videtur ex natura correlatiuorum, quia si intelligeretur legasse quod alijs debet, legatum esset inutile, iuxta regulam, que est, quia illum quem non honoro non onero. l. ab eo. infra, de fideicommiss. Salic. autem istud tenendo, confirmat alia ratione dicens, quod legatum fit regulariter propter merita legatarij. l. nec adiecit. ff. pro socio. & §. fin. ff. manda. merito debet interpretari in fauorem legatarij, vt comprehendat etiam credita. Item & per hanc theoricam correlatiuorum. & per hanc glossam concludit Baldus, quod si extat statutum, quod de quolibet contractu debiti soluatur gabella: non tamen aperit per quem soluatur, an per creditorem, an vero per debitorem, & licet per hanc gloss. videatur dicendum quod debeat solui per debitorem, vt deseruiatur illi vocabulo, debiti, quod respicit ipsum debitorem, tamen ipse determinat oppositum, & quod imo debeat solui per creditorem. quod probat hoc modo, debitum & creditum sunt correlatiua, vt supra, & vnum non potest esse sine alio: ergo stante dicto statuto impersonaliter loquente, quod de quolibet contractu debiti soluatur gabella, & sic non apparet expressum a quo soluatur debet intelligi & interpretari secundum regulas iuris communis. vt habetur in. l. si serui nostri. de noxal. ff. & in. l. fin. §. in computatione. infra, de iure deliberan. sed regula iuris est, vt quoties imponitur aliquod onus propter aliquam rem illud subit, ille cui obuenit commoditas dicte rei, vt est in. l. rescripto. §. fin. ff. de mune. & hono. & in. l. si pendentes. §. si quid cloacarij. ff. de vsufruct. faciunt. que habentur in. l. secundum naturam. de regulis iuris. & in. l. manifestissime. §. cum autem. infra, de furtis. vbi ille debet subire incommodum rei ad quem spectat commodum & vtilitas, & ideo talis gabella debebit solui per creditorem ad quem peruenit res cum illud onus per statutum fuerit inuentum propter illam rem deductam in contractu & in debitum. Salicetus autem aliter intelligit hanc materiam dicens debere considerari in cuius fauorem fuerit factus contractus, & ille teneatur soluere gabellam cuius causa initus est contractus. argumento. l. si quis nec. ff. si certum petatur. & ideo donatarius cuius fauorem concernit donatio & mutuatarius, cuius causa principali emanauit simpliciter mutuum, & creditor ad cuius commodum spectat contractus feneratius debebunt soluere dictam gabellam secundum eum, non autem donans mutuans, & ceteri tenebuntur per regulam dict. l. si quis nec causam. sed dubitatur quid in contractu emptionis & venditionis, an emptor: an vero venditor teneatur soluere gabellam, dicas secundum Baldum, in. l. prima. infra, de edilitijs actionibus. & Ludoui. in notabili sexagesimooctuagesimosexto. quod emptor tenetur soluere per textum singularem, in. l. debet. in fin. ff. de edilitio edicto. quod verum intelligerem, nisi venditio appareret facta principaliter in fauorem venditoris: puta, quia forte habebat pignus sub vsuris, ideo aliam rem vendidit, vt illud reliueret per regulam supra dictam. cogita tamen. Vltimo Bald. inducit supradicta ad aliud statutum disponens, quod nullus audeat emere frumentum in platea sub certa pena, nulla autem fit mentio de venditore, quod si emitur frumentum. tam emptor quam venditor, punietur ex natura correlatiuorum per dictam. l. fin. de accept. vbi idem tenet Bartol. & hic doctor. ex quorum dictis dicebam his diebus quod statutum nostrum disponens, quod conductor debeat per duos menses ante finitam conductionem renuntiare domum locatori, alias intelligatur tacita reconductio. de locatore, autem nihil dicitur quod nihilominus si locator non renuntiauit, etiam conductori intelligatur etiam tacite relocasse domum. per supradicta. cogita si procederet, quia vltra doctores. Lex, causa. hoc dicit in summa.

do. Alex. in ru. & Lud rom. in. l. i. ff. eo. & omnino videatis specula to. hoc optime decidente in ti. de dispu. & alle in §. fin. & hec notetis vos domini, quia sunt vltra mo. hic & in rub. ff. eo. & in ru. insti. de actio. & in ru. de verbo. obliga. S. T.

SVMMARIVM.

1 Causa iuramento semel, decisa pretextu periurij non retractatur, exceptis casibus in legibus expressis.
2 Iuramentorum due sunt species.

1 CAusa. hoc dicit. Causa † iuramento semel decisa pretextu periurij non retractatur exceptis casibus in legibus expressis. hoc dicit. Et pro intelligentia huius. l. glossarum, tituli, & materie. premitte quod tunc demum dicitur iuramentum remissiuum, quando vnus a reo detulit iuramentum, & ille cui delatum est suscepit ipsum dicendo se velle iurare si postea deferens peniteat, vel dicat nolo quod iures. est. ac si ille iurasset: & sic idem est iurasse vel sibi remissum iuramentum esse per deferentem. vt habetur in. l. non erit. §. fin. cum. l. sequenti. ff. eodem. & notatur iuncta glossa, in. l. actori. infra eodem. Secundo premitte quod † iuramentorum, due sunt species: nam quoddam dicitur permissorium, quoddam assertorium. Promisso. autem dicitur quoties quis iurat super aliqua conuentione, in qua promittit aliquid dare vel facere: vel econtra, scilicet non dare vel facere. & ista species iuramenti promissorij subdiuitur, quia aliud est introductorium, aliud est confirmatorium. Introductorium est, quoties iuramentum emanat super aliqua obligatione a principe inducenda nulla precedente conuentione, vt si quis iurat ire pro Titio Romam, vel associare ad aliquem locum: & sic de similibus, cum illud a princip. facere sine iuramento non promiserit, & istud iuramentum nullam inducit obligationem de iure ciuili. vt habetur in. l. si quis pro eo. & ibi Bartol. ff. de fideiussoribus. & ponit dominus meus in authentica, sacramenta pub. supra, si aduersus venditio. quod autem sit de iure canonico, quo iure omne iuramentum debet seruari, si potest sine dispendio salutis eterne. vt habetur in capitulo, cum contingat. de iureiurando. habetur etiam per Innocentium, in capitulo, cum venissem. de institutionibus. & in capitulo, nouit. de iudicijs. & ibi per Hostiensem, & Bartolum, in dicta. l. si quis pro eo. & Salice. hic. Confirmatorium autem dicitur illud quod interuenit aliquo actu, quo prius precessit obligatio; sed interponitur iuramentum ad illam obligationem inualidam forte validandam, vt quando minor promittit, que promissio erat inualida ratione minoris etatis, & post promissionem iurat obseruare, & non venire contra, secundum terminos dicte authentice, sacramenta. vel interponitur super obligatione valida ad eam conseruandam, de quo ibi. Secunda species iuramenti dicitur iuramentum assertorium quotiescunque quis asserit aliquid esse vel fuisse de presenti vel futuro dicitur iuramentum assertorium. & istud subdiuiditur in tres species: nam quoddam dicitur iuramentum in litem, quando quis iurat rem deductam per se in iudicium quo ad se valere decem, & pro decem nollet ea carere, licet quo ad alium non valet nisi octo, & istud iuramentum ista de causa dicitur æstimationis non vere nec communis, sed affectionis, de quo habetur in titu. ff. de in litem iurando. Quoddam dicitur iuramentum calumnie quando actor post litem contestatam, qualiter non agit animo calumniandi. iurat de quo loquitur titulus, supra de iuramento calumnie. & ista species iuramenti dicitur credulitatis, quia sufficit quod iuret, quod credit spectare

iustitiam & bonam causam. vt habetur in. l. ij. §. quod obseruari. supra, de iuramento calumn. Quoddam dicitur iuramentum litis decisiuum, quando creditor iurat sibi deberi quod petit, vel debitor iurat se non debere quod petitur. & ista species iuramenti dicitur veritatis: quia requiritur, vt ille qui iurat affirmet vel neget simpliciter non autem per verbum, credo. & istud iuramentum est triplicis speciei, vt ponit gloss. hic, in fin. & in rubrica. ff. eodem. nam quoddam dicitur voluntarium quoties extra iudicium creditor debitori vel econtra defert iuramentum, an quod petitur sit verum, vel ne? & dicitur voluntarium, quia isto casu nullus cogitur deferre vel suscipere huiusmodi iuramentum, sed voluntarie defertur & suscipitur. vt habetur in. l. iusiurand. quod ex cond. ff. eodem. & notatur hic. Altera species iuramenti decisiui dicitur iuramentum iudiciale, que etiam in iudicio defertur iuramentum ab actore reo, vel econtra iudice approbante illud iuramentum. vt habetur in. l. iusiurand. §. ait Pretor. ff. eodem. & hic iuncta gloss. in verbo, inferente. & an istud iuramentum possit recusari per reum cui delatum est, vel per actorem cui est relatum. vide per text. gloss. & docto. in dict. §. ait Pretor. & in. l. manifeste. ff. eodem. & gloss. aliqualiter. in. l. delata. infra eodem. Tertia species iuramenti litis decisiui est, quia dicitur iuramentum necessarium, & est quoties quis in iudicio cogitur suscipere iuramentum, vel est sibi necesse: vt deferatur iuramentum. quod potest contingere duobus modis. Primo modo, quando defertur ab ipsa lege, quia lex disponit deferri iuramentum quod dicitur purgationis, quia iurans purgat & eximit se a macula sibi illata. vt est in casu authentice, nouo iure. infra, de pena iudic. qui male. & l. presenti. §. sic vbi posito. vbi gloss. ponit multas leges in quibus defertur alicui iuramentum ad se purgandum. supra, de his, qui ad ecclesias confugiunt, vel exclamant. l. i. Secundo modo dicitur iuramentum necessarium, quod defertur a iudice alicui partium in defectum semiplene probationis. de quo habetur in. l. admonendi. ff. eodem. & in. l. iij. infra eodem. vbi dicam. que omnia nota, pro fundamentis huius materie. de quibus omnibus vide aliqualiter per Specula. in titulo, de iureiurando. in princip. & aliqualiter per Bartolum, in dict. l. si quis pro eo. & per eundem in dic. l. iusiurandum, quod ex cond. Et tene menti hanc legem, Primo ponentem regulam, Secundo exceptionem, quod causa semel terminata & decisa iuramento non retractatur pretextu periurij, vt hic & in legibus allegatis in glosella, in verb. de periurio. & per consequens post iuramentum nihil aliud est querendum. vt habetur in. l. non erit. §. dato. & l. nam postea. §. petitor. & l. sed & si possessori. §. item si iurauera. & l. eum qui. §. si mulier. ff. eodem. & per consequens iuramentum facit de indebito debitum, sicut sententia. l. ingenuum. ff. de statu hominum. & l. res iudicata. de regulis iuris. cum sententie equiparetur in aliquibus. l. ij. ff. eodem. & rei iudicate vicem obtinet, dicit text. in. l. i. in princip. ff. quarum rerum actio non datur. Et inquantum ista lex loquitur de iuramento voluntario, vt patet ibi consensu vtriusque partis, & etiam de iuramento iudiciali: vt patet ibi, vel aduersario inferente delato &c. supple tu & iudice approbante delationem. vt. l. delata. iuncta gloss. infra eodem. gloss. hic prima querit, ex quo iuramento oritur actio, que dicitur actio in factum. vt. l. actori. infra eodem. que actio in factum, tunc competit quando ex aliquo edicto Pretoris introducitur actio, nec exprimitur nomen actionis & tunc illa actio appellatur in factum. vt dixit Bartol. notabiliter in. l. i. ff. de condictione ex. l. per ea que habentur in. l. fin. ff. de eo per quem factum est. Primo glo. recitat opinio. Placen. tenentis solum ex iuramento voluntario oriri act. in factum non autem ex iudiciali & necessario, cum tunc sufficiat agi act. descendente ex sententia. & hanc opinionem tenuerunt Petr. Cyn. & Jacob. butriga. Secundo, gloss. ponit opinio. Petr. tenentis ex omni specie iuramenti oriri act. in factum, & postea ex sententia lata vigore iuramenti oriri aliam actionem, & sic duas, & istud probat a simili ex confessione alicuius oritur vna actio. l. certum. §. fin. ff. de confess. & postea ex sententia lata pretextu confessionis oritur alia actio, & sic due oriuntur: ita etiam ex iuramento, si in iudicio actor iuret sibi deberi certum quid, ex isto iuramento oritur actio, vt per eam possit experiri contra deferentem iuramentum. Item oritur postea alia actio ex sententia, si post iuramentum fuit lata. & in hac opin. fuit etiam gloss. in. l. nam postea. §. si petitor. ff. eodem. & in. l. actori. infra eodem. Bartol. autem, & doctores omnes in dict. §. si petitor. & Bald. hic, & doctores dicunt non solum ex iuramento voluntario, sed etiam iudiciali oriri actionem: non autem ex iuramento necessario, sed sufficit illa actio, que oritur postea ex sententia, quam quidem distinctionem probant ipsi hoc modo pars que extra iudicium vel in iudicio defert iuramentum, videtur contrahere & conficere se debitorem illius, si iurabit. l. qui iurasse. in fin. ff. eodem. & l. depositi. §. i. ff. de peculio. ex quo contractu vel confessione oritur obligatio, ex qua obligatione oritur actio. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procuratoribus. ergo ex tali iuramento oritur actio, sed ex iuramento necessario nulla oritur obligatio, quia illud defertur per iudicem in defectum probationis, & sic valet quo ad perficiendam obligationem, non autem ad obligandum. d. l. admonendi. merito non oriatur actio, quia act. agentium non debet operari vltra eorum intentionem. l. non omnes. si certum petatur. per quam rationem potest decidi, quod ex iuramento in litem non oritur. vt est gloss. in. §. preterea. institut. de actio. quod tenet hic Bald. Gloss. fin. in princip. querit, quando est quod excipiatur lege, vt causa retractetur pretextu periurij, & sic verificetur hoc, nisi specialiter dicas, vt in hac gloss. ex qua tene menti quod nunquam retractatur, nec adnullatur iuramentum voluntarium pretextu periurij, & hoc non habet exceptio. vt hic est text. & in. l. admonendi. in fin. ff. eodem. & ideo si extra iudicium defers mihi iuramentum, & ego iuro te esse meum debitorem in decem: si postea reperitur contrarium tamen iuramentum non rescinditur, quin possit agere vigore illius iuramenti contra te per supradicta. ¶ Item iuramentum iudiciale, & necessarium non retractantur pretextu periurij regulariter, vt hic. & dict. l. admonendi. Sed vnumquodque fallit in vno casu, sed iudiciale in casu. l. fin. infra eodem. vbi retractatur iuramentum prestitum in iudicio a legatario petente legatum ad delationem heredis, si postea apparet deierasse retractatur, & secundum Baldum est fauore vltime voluntatis. vel ratio est illa quam ponit gloss. in dict. l. fin. ¶ Item necessarium fallit in casu dict. l. admonendi. vbi iuramentum prestitum in defectum probationis retractatur pretextu instrumentorum de nouo repertorum quibus solis est vsurus ille contra quem est iuratum quod not. ¶ Item retractatur iuramentum purgationis pretextu periurij. vt in authentica, nouo iure. infra, de pena iudicis, qui male iudicauit. per rationes de quibus in hac gloss. vel ratio est secundum Baldum, in odium corrumpentis iudicem, vt puniatur penis de quibus ibi, si post iuramentum prestitum per illum, qui dicebatur corrupisse iudicem, apparet re vera corrupisse. ¶ Item retractatur iuramentum a nemine delatum, sed vltro susceptum & prestitum. vt in terminis authentice, hodie. infra, de repudian. ¶ Item retractatur iuramentum prestitum super contractu inualido pretextu periurij per rationem, quia non potest valere accessorium, vt est iuramentum si non valet principale, vt est contractus super quo interponitur per. l. si ex falsis. supra, de transactionibus. & alijs legibus, de quibus hic in gloss. retractatur etiam iuramentum testis pretextu periurij per. l. Lucius. ff. de infamibus. & l. diuus. de re iudic. secundum Bartolum hic. & inquantum gloss. dicit, quod iuramentum prestitum a lege pretextu periurij retractatur tene menti secundum Baldum, ad multa, & maxime an retractetur iuramentum quod alicui defert statutum pretextu periurij, & vtrum retractetur iuramentum pretextu periurij statuto disponente stari iuramento damnum passi, & de multis alijs

vide

vide hic per eum. cetera que dicuntur in glo. examina, vt dixi. C. in euidentialibus. sequitur Tex. iurisiurandi.

SVMMARIVM.

1 ¶ Periurus solū punitur a Deo, ⁊ non punitur crimine lese maiestatis, etiam si deieraret per ipsum principem calore iracundie.

2 Quomodo punitur veniens contra iuramentum prestitum, ⁊ hoc vltra peccati penam.

Iurisiurandi. hoc d.

a 1 [a] Periurus † solū punitur a Deo, nō autem punitur crimine lese maiestatis, etiam si deieraret per ipsum principem, calore iracundie. h. d. ¶ Diuide hanc. l. in duas partes secundum doctores. In prima ponitur de iurante per Deum. Secunda ibi, periculum. de iurante per principem. Hodie autem de iure canonico, non licet iurare per principes vel alias creaturas: vt habetur in canone, si aliqua. xxij. questione prima. licet sit secus de iure ciuili, vt hic. ⁊ l. si duo. §. fin. ff. eodem. ⁊ l. si quis maior. C. de transactionibus. in quibus iuribus habetur quod non solum per ipsum Deum ⁊ per Euangelia licet iurare, sed etiam per principem, puta per Papam vel simil. quod no. ⁊ ista. l. secundum gloss. primam potest intelligi duobus modis. Primo, quod iuramentum de quo hic sit litis decisiuum prestitum in alterius damnum, vt non retractetur pretextu periurij. vt. C. l. i. sed solum periurus habeat Deum vltorem, non autem quod propter hoc puniatur aliter in corpore, vel in rebus. Secunda lect. est quando huiusmodi iuramentum fuit prestitum sine alterius damno, puta si quis iurauerit non comedere carnes, non ieiunare, vel quid aliud simi. nam si non seruat non punitur aliter, nisi a solo Deo. ita intelligatur hic text. contra quem opponitur de. l. si duo patroni. §. fi. ff. eodem. vbi iurans per principem ⁊ deierans punitur, quia fustibus castigatur, cuius contrarium dicitur hic. gloss. fin. soluit tribus modis, quam vide. Bart. autem tenet tertiam solutionem, scilicet quod iurans per principem, ⁊ deierans non punitur crimine lese maiest. vt hic, sed minori pena. vt ibi. Bal. autem tenet primam solutionem, scilicet quod aut iurauit per principem deliberate, ⁊ deierauit ⁊ punitur, vt in contrario, aut calore iracundie, ⁊ non punitur, vt hic. Et quia reperiuntur multe leges dicentes periurum puniri aliter quā a Deo, ⁊ sic in rebus ⁊ in persona, vt in. d. l. si quis maior. de qua gloss. hic, in fin. opponit. Item in. l. quoties. C. de dignita. lib. xij. ⁊ in. l. Lucius. ff. de infamibus. vbi testis periurus a dignitate, ⁊ a testimonio repellitur. Item in. l. fin. ff. de crimine stellio. vbi iurans rem quam obligat esse suam, punitur pena stellio. si fuit periurus. Item in. l. i. §. i. ff. de sica. vbi testis iurans aliquem aliquid commisisse, quod si esset verum, puniretur pena de sica. de qua habetur in. l. eiusdem. §. fin. ⁊ l. penult. ff. de sica. si deierat eadem pena punitur. Item in. l. i. §. i. iuncta gloss. ff. de fals. vbi testis deierans in causa pecuniaria punitur pena falsi. de qua habetur in. l. i. § fin. ff. de falsis. Item in authen. vt non luxu. contra naturam. in. §. i. ⁊ ij. vbi iurans per membra inhonesta Dei morte punitur. Item in. l. i. §. fin. C. de summa trinit. vbi punitur pena mortis periurus. sed quo ad hoc solue. vt hic. in gloss. in fin quam sequuntur doct. Et ideo pro intelligentia clariori huius materie dicas secundum Salic. ⁊ doct. considerando duo membra: nam sepe quis iurat sub quadam illicita, inhonesta ⁊ scelerata forma. sepe quis iurat honesto ⁊ licito modo. Primo casu taliter iurans, siue verum, siue falsum iuret, debet puniri pena mortis, vt est text. in. d. §. i. ⁊ ij. ⁊ ideo iurans per corpus, vel alia membra Dei verum, aut falsum semper punitur, vt ibi. ⁊ est ratio secundum Bald. hic, quia taliter iurans videtur blasphemare Deum, sicut etiam de iure canonico, tale iuramentum sceleratum dicitur blasphemia. vt habetur. xxij. questione prima. in capitul. qui per capillum. que quidem Cyn. Bald. ⁊ Salice. intelligunt procedere, vt talis iurans puniatur tali pena, quando haberet illud ex consuetudine, quam inducit secundum eos binus vel trinus actus. l. nemo. in fin. C. de episcop. audi. secus si ille taliter iurans non haberet ex consuetudine, quia aliter puniretur arbitrio iudicis secundum doctores. communiter tamen per Italiam sunt statuta imponentia penas taliter iurantibus quibus est standum. l. omnes populi. ff. de iustitia ⁊ iure. Secundo casu, videlicet quando quis iurat licito ⁊ honesto modo: puta, quia iurat secundum quod leges volunt per Euangelia, vel aliter per Deum: ⁊ in hoc considera, quia aut loquimur de parte principali iurante aut de teste, ⁊ fatimus in iuramento litis decisiuo. Primo casu, aut iurauit per Deum vel principem calore iracundie, ⁊ reperitur postea periurus non punitur alia pena, nisi a solo Deo propter tale peccatum. ita secundū vnum intellectum gloss. intelligatur iste text. faciunt. que habentur in. l. quod calore. de regulis iuris. ⁊ in. l. i. infra, si quis imperatori male. aut taliter iurans licito modo. iurat cum maturitate ⁊ deliberate per eum, ⁊ tunc si reperitur periurus: causa. super qua iurauit non retractatur regulariter pretextu dicti periurij. l. i. supra eodem. de quo dic, vt ibi. an autem aliter puniatur propter periurium distingue, quia taliter iurans licito modo considerate per principem punitur. vt. d. l. si duo patroni. §. fin. iurans autem per ipsum Deum non punitur in vita. sed post eius mortem ab ipso Deo, vt hic. Et hec de iuramento litis decisiuo, qualiter contra illud

2 veniens puniatur. An autem † puniatur veniens contra iuramentum prestitum in aliquo contractu considera, quia sepe quis facit actum, ⁊ super eo est appositum iuramentum de seruando contenta: nam si aliqua ex causa legibus permissa excusatur ab illo actu non dicitur periurus veniens contra iuramentum, nec aliquam penam patitur. l. fin. ff. qui satisdare cogantur. ⁊. l. non dubium. supra, de legibus. sepe quis facit actum iuratum, ⁊ nullam causam habet veniendi contra legem permissam, ⁊ tunc distingue duos casus, quia aut illud iuramentum tendit in damnum alterius, aut non. Primo casu, siue iuret super aliquo actu qui est de presenti ⁊ de preterito, puta si quis iurat rem quam obligat alteri esse iurantis que in veritate non erat, ⁊ tunc punitur. d. l. fin. ff. de crimine stellionatus: siue iuret super aliquo actu qui est de futuro, vt non veniret contra transactionem, pactum, ⁊ huiusmodi. ⁊ veniens contra iuramentum punitur penis, de quibus in. d. l. si quis maior. secus autem si quis iuraret super aliquo actu qui est de futuro inefficaci, quia veniens contra non puniretur, secundum notata in. l. iurisgentium. §. fin. ff. de pactis. Et hec de iuramento prestito per principalem, ⁊ sic de primo principali membro. Quid autem de teste iurante ⁊ deierante, an puniatur? dicas quod aut iurat falsum contra aliquem in causa criminali ⁊ publici iudicij: puta, quia testificatur contra aliquem de adulterio, de homicidio, ⁊ huiusmodi ⁊ iurat falsum, ⁊ punitur pena mortis. vt est text. in. d. l. i. §. i. de sicar. aut iurat falsum in causa ciuili: puta, quia testificatur contra aliquem quod est debitor producentis dictum testem ⁊ iurat falsum, tunc punitur pena falsi. l. i. §. i. ff. de falsis. que omnia bene not. quia sunt vtilia. Tex. in bonefidei. hoc dicit in summa.

a ¶ Super hac. l. iurisiurandi. videatis notata in c. quicunque. vi. que. vi. glo. ordinariam in. c. i. de Fal. ⁊ gl. ⁊ doct. in. c. querelam. de iureiuran. ⁊ videatis ad singularia dicta bal. hic, Philip. do. Cornel. ⁊ do. Rimi. vltra Mod. hic. S. T.

b ¶ In hac. l. in bonefidei. vltra Mo. post domi. Corne. videatis copiosa ⁊ singularia dicta Rimi. do. mei, do. Marci de mantua, curtij iunio. ⁊ domi. Purpu. in. l. admonendi. ff. eo. ⁊ q reprobatus a testimonio reprobetur a iuramento. ⁊ econuerso vltra Mo. hic videatis Bal. optime loquentē in. l. qui accusare. C. de edendo. S. T.

SVMMARIVM.

1 ¶ In defectum probationum iudex alteri partium iuramentum deferre debet, ⁊ dicetur huiusmodi iuramentum cause decisiuum in defectum etiam semiplene probationis.

2 Quando ciuiliter ⁊ quando criminaliter, quis agere dicitur.

In bonefidei.

b 1 [b] In defectum † probationis iudex debet deferre iuramentū alteri partium. h. d. secundum Bar. vel sic. Inopia probationum emergente debet per iudicem deferri iuramentum cause decisiuum in defectum semiplene probationis. h. d. ¶ Et diuiditur ista

lex.licet breuius in quatuor partes secundum Cy. Pet. & Bal. Nam primo ponitur in quibus causis deferatur huiusmodi iuramentum necessarium in defectuz semiplene probationis. Secundo ibi, inopia ponitur quando deferatur huiusmodi iuramentuz. Tertio ibi per iudicem ponitur a quo deferatur. Quarto ibi, causa. ponitur qualiter deferatur. ex prima parte tene menti iuxta glos. in verb. causis. quod iuramentum necessarium ex inopia probationum, non solum defertur in iudiciis bonefidei & stricti iuris, sed etiam in iudiciis in quibus quis agit ex delictis. vt habetur in. l. iii. §. quecunque. ff. eodem. quod tamen intellige secundum doct. ibi, & maxime do. m. & doct in. l. admonendi. ff. eod. quando ageretur ciuiliter ex illo delicto, cum tunc possit deferri huiusmodi iuramentum: secus autem si ageretur criminaliter, cum tunc non deferretur secundum Bart. Bal. & docto. hic. & in. d. §. quecunque & in. d. l. admonendi. & Spec. in tit. de iuramenti delatione. §. i. ver. vt autem. & hoc modo debet intelligi gloss. in. l. maritus. ff. de questionibus. que dixit in criminalibus non deferri huiusmodi iuramentum cum in dictis iudiciis probationes debeant esse luce clariores. dicit text. in. l. fin. C. de probationibus. de quo per doct. latius in dictis iuribus facientes differentiam inter actorem & reum, & etiam ponentes aliquas fallen. videlicet quod non defertur huiusmodi iuramentum necessarium actori agenti ciuiliter ex delicto, & dicitur † tunc agi ex delicto ciuiliter quando quis agit. vt sibi aliquid detur: si autem vt ille contra quem agit puniatur, dicitur agi criminaliter secundum gloss. in. l. posthumus. §. si quis ex his. ff. de inofficio. testam. vel quando quis agit ad penam applicandam sibi. dicitur ciuiliter agere. si vero ad penam applicandam fisco vel reipubl. tunc dicitur agere criminaliter, per ea que habentur in. l. aut damnuz. in prin. ff. de penis. & in. l. iiii. §. si dicatur. ff. finium regundo. secundum Bald. hic, & Barto. in. l. agraria. de termino moto. & ideo cum ex delicto iniurie mihi illate possim agere ciuiliter & criminaliter, vt est text. instit. de iniuriis. § in summa. ciuiliter si ago, vt iniurians mihi det quantum nollem mihi illatam fuisse iniuriã secundum modum traditum in. §. sed pena. eodem titu. l. si probo iniuriam mihi illatam per vnum testem deferetur iuramentum mihi in defectuz semiplene probationis per predicta, secus si agerem criminaliter ex delicto iniurie mihi illate, vt iudex puniat extraordinarie iniuriantem, quia tunc secus que no. Et huiusmodi iuramentuz necessariuz, tunc dicitur in defectum semiplene probationis quando defertur actori, vel reo semiplene probantibus, sed quando defertur vni partium nihil probanti, sed vt purget se crimine, dicitur iuramentum in defectum probationis secundum Bald. hic, per. l. admonendi. ff. eodem. Ex secunda parte text. tene menti quod huiusmodi iuramentum, tunc demum defertur per iudicem quando subest inopia probationum, & sic ille cui defertur non potest aliter factum probare, nisi mediante iuramento, ita probatur hic, in ver. inopia. & habetur per gloss. in capitulo, statutum. §. cum vero. de rescript. in. vi. & ideo si actor agens contra reum probabit factum per vnum testem, & potest probare per alios vel per instrumenta, tamen vt euitet expensas petit huiusmodi iuramentum ei deferri. faciunt not. per Bal. in. l. i. C. eodem. Ex quarta parte text. tene menti quod istud iuramentum defertur per iudicem solum, causa cognita. pro cuius intelligentia gloss. magna hic. Primo ponit quando non habeat locuz ista. l. & sic non deferatur huiusmodi iuramentum, sed actor condemnatur in expensis tanquam temerarius litigans. l. eum quem. ff. de iudic. & l. qui accusare. C. de edendo. Secundo gloss. ibi, si autem actor ponit quando habeat locum ista lex, vt scilicet deferatur iuramentum necessarium dicens, quando in iudicio est semiplene probatum, que quidem semiplena probatio contingit quatuor modis quos vide hic, in gloss. multos autem alios modos inducentes semiplenam probationem, vide per Bartol. & Modernos in. d. l. admonendi. vbi etiam vide quando scriptura priuata faciat plenam fidem, quando semiplenam, vt hac gloss. & quando nullam fidem secundum notata in. l. instrumenta. C. de probationibus. & etiam vide ibi, quando fuga rei conuenti faciat plenã, quando semiplenã, & quando nullaz & qd de fuga priuati, & qd de fuga officialis, & quid in ciuilib9, & quid in criminalib9 ibi, vide: & an & quãdo vnus testis faciat semiplenam probationem, & quando nullam ibi vide per docto. & Bal. & Raph. hic, de istis omnibus. Tertio gloss. ibi, in predictis dico casibus querit qualis debeat esse cause cognitio iudicis deferentis huiusmodi iuramentum necessarium, & quid debeat considerare quibus cessantibus non defert, de quo vide multa quibus interuenientibus non defertur huiusmodi iuramentum. in. d. l. admonendi. post medium per Bar. & doct. & hic per Baldum, & an & quando potius deferatur actori quam reo huiusmodi iuramentum, vel econtra si vterque suam intentionem semiplene probauit, vide ibi latius per docto. ponentes quo tempore vel qua parte litis petatur huiusmodi iuramentum, & quo tempore prestatur, dic vt ibi. Sequitur Lex, si ad excludendam.

SVMMARIVM.

1 ¶ Iusiurandum a pupillo sine tutore delatum non valet & post egregias rationum considerationes ad statutum ex mente Bald. per dominum Cornelium infertur.

2 Casus plurimi enumerantur in quibus iusiurandum non est seruandum illa consideratione vulgata quod malorum maius est euitandum.

SI ad excludendam.

Pupillus non potest iusiurandum deferre. hoc dicit secundum Bartol. vel sic secundum Raphaelem. ¶ Iusiu-1 randum † a pupillo sine tutore delatum non valet. hoc dicit. tene menti hunc text. not. quod delatio iuramenti facta a pupillo sine autoritate tutoris non tenet, vt hic. & l. iusiurandum, quod ex con. §. pupillus. ff. eodem. & l. i. §. primo. ff. quarum rerum actio non datur. & est ratio, quia ille qui de iure non habet facultatem alienandi rem suam, ille non potest deferre iuramentum, vt est text. secundum Bartol. & docto. in. d. §. pupillus. sed pupillus non habet facultatem alienandi. vt in. §. fin. instit. quibus alien. licet. cum similibus, ergo &c. est etiam alia ratio, quia iuramentum debet tria continere ad hoc, vt valeat, scilicet veritatem, iustitiam & iudicium. vt notat gloss. in authentica, quod eis. infra, de nuptiis. & habetur in capitulo, & si Christus. extra eodem. sed vltimum, scilicet iudicium quod appellamus discretionem, non potest esse in pupillo cum quicquid videat, ignoret. l. i. infra, de falsa moneta. & l. fin. infra, de testamento militis. ergo illud deferre non potest, & per consequens potest venire contra iuramentum a se delatum, suo tutori & per tutorem prestitum, vt hic est textus, quod tamen intellige procedere non ratione periurii, cum ista de causa non retractaretur. l. i. supra eodem. sed quia est delatum sine autoritate tutoris, cum tutor qui iurauit, non potuit sibi ipsi autorari secundum gloss. hic, ex qua tene menti secundum Bald. quod stante statuto quod mulier nõ possit contrahere, sine consensu duoruz consanguineoruz: quod si contrahit, puta aliquid vendendo cum vno ex dictis consanguineis duobus quod non potest sibi autorari per. l. i. C. de autoritate tutorum. vbi Bartol. plene examinat hanc materiam. Et sic est hic vnus casus quod quis non astringitur iuramento, imo potest venire contra sine aliqua pena, videlicet quando pupillus defert iuramentum sine autoritate tutoris, de qua tamen materia vide latius per 2 gloss. Bartol. & docto. in. d. §. pupillus. sunt & † alii casus in quibus quis potest venire contra, & iuramentum non est seruandum sine peccato & alia pena, nam quotiescunque est malum naturaliter seruare iuramentum prestitum, tunc nunquam est seruandum. l. iurisgentium. §. & generaliter. ff. de pactis. & extra eodem capitulo, & si Christus. puta si quis iuraret facere homicidium, vel aliud naturaliter malũ illud iuramentuz non est

non est seruandum, cum non valeat. facit secundum Baldum, quod habetur in. l. si a reo. §. id quod vulgo. ff. de fideiussoribus. ¶ Item quotiescunque iuramentum est sui natura indifferens, tamen accidentaliter possit redundare in delictum non est seruandum. exemplum, iuro obedire rectori, licet alias inspecto iuris intellectu, istud iuramentum referatur ad bonum, scilicet obedire in honestis secundum notata in. l. non videtur. §.i. de regulis iuris. tamen inspecta simpliciter prolatione verborum refertur etiam ad malum cum sit indifferenter prestitum merito non seruandam secundum Bartolum, ⁊ docto. ¶ Item quotiescunque iuramentum annullaret actum pium, tunc nunquam esset seruandum per ea que habentur in.l.nullum.ff.de obsequi.liberto. ⁊ ideo iurans non aduocare siue magno salario, cum istud sit excludere opus pium, quo ad personas pauperes merito non seruandū. ¶ Item si quis iuraret non fideiubere pro aliquibus, prout quotidie fit istud iuramentum non est seruandum, nec veniens contra dicitur periurus cum excluderetur opus pium, prout est fideiubere pro incarceratis. vt in authentica, si captiui. supra, de episco. ⁊ cleric. ¶ Item quotiescunque iuramentum est exclusiuum alicuius, quod est de genere bonorum antequam est seruandum, ⁊ veniens contra, non est periurus. vt capitul. non est obligatoriam. de regulis iuris. in. vi. exemplum, iuro non facere elemosinam, non ieiunare, ⁊ simil. ¶ Item quotiescunque iuramentum esset contra bonum publicum, vel incideret in monopolium non est seruandum. l.i. infra, de monopol. exemplum, si artifices eiusdem artis iurarent inter se non vendere, puta carnes nisi pro tanto pretio, puta magno istud iuramentum, cum sit contra bonum publicum, non seruaretur. ¶ Item quotiescunque iuramentum indifferenter se habet, quia non continet in se, neque bonum, neque malum: tamen ex post potest propter illud consequi malum, saltem peccatum nunquam est seruandum, secundum Bald. exemplum, si quis iurauit non alloqui Titium istud a princip. neque meritum, neq; demeritum continet: verum, quia si Titius in aliquo erraret: ⁊ propter predictum iuramentum non reprehenderet ipsum, peccaret merito non est seruandum, ⁊ sic de simil. exemplis. vt est si quis iurat tenere credentiā alicui propter quod resultaret aliquod malum, postea non tenetur iurans seruare. que omnia no. seq. ℞. cum etiam.

SVMMARIVM.

1 ☞ Relictū a tutore pupillorum potest peti tanquam fuerit ab ipsis pupillis relictum, ⁊ si de eo dubitatur tutori iuramentum deferri potest, ⁊ qualiter hoc intelligatur pulchro ordine discutitur.

Cum etiam. h. dicit.

1 Relictum † a tutore pupillorum potest peti tanquam fuerit relictum ab ipsis pupillis, ⁊ si dubitatur de eo potest tutori deferri iuramentum. h.d. tene menti, quod si testator institutis filijs pupillis ⁊ eis tutore dato, ac etiam grauato de dando aliquam rem, puta Titio quod videtur grauasse suos heredes pupillo de dando dictam rem, ⁊ sic illud legatum debebit solui de rebus pupillorum non tutoris. vt hic est tex. ⁊ in. l. etiam. vbi est idem casus. j. de fideicom. ⁊ in l. peto. §. mater. de leg. ij. ⁊ est ratio quare dictum legatum soluitur de bonis pupillorum, quia quem non honoro, non onero. l. a beo. j. de fideicom. cum simil. i. cui nihil relinquitur per testatorem non grauatur. faciunt que habentur in. l. plane. de leg. j. merito videtur tutor grauatus, vt. §. ratione administrationis: non autem, vt de suo satisfaciat secundum Bal. secundum quem bona, nec etiam persona ipsius tutoris poterunt capi ⁊ molestari pro debito ipsorum pupillorum. per hunc text. ⁊ simil. sed si fuisset aliquid tutori relictum, ⁊ postea ab eo aliquid relictum alicui illud deberet solui de suo, non autē de bonis pupilli secundum glo. fin. in fi. Ex quibus omnibus tene menti secundum doc. quod quotiescunq; relictum factū a persona representante vel a tutore curatore, ⁊ alijs administratoribus videtur relictum a persona representata, scilicet a pupillo, ⁊ ab alijs per hunc tex. ⁊ d. §. mater. vbi fideicommissum relictum a tutore alicui: puta Titio si filius impubes, cui datus erat tutor decederet infra certum tempus, quod videtur relictū fideicommissum ab ipso filio, sicut secundum Raph. hic. ⁊ in. d. l. etiam. quē ibi sequitur. d. in. esset econtra relictum factū tutori occasione pupilli, videtur relictum ipsi pupillo: exemplum, pater institutis filijs impuberibus eisdemq; dato tutore, cui legauit. c. si Titius vnus ex dictis suis filijs studio incumberet pro libris: nam istud relictum factum tutori cēsetur factum pupillo per predicta. faciunt que habentur in. l. annua. §. a Titia. ff. de annu. lega. vbi legatum factum sacerdotibus vel administratoribus alicuius ecclesie videtur factum ipsi ecclesie, quod not. Item tene menti quod tutori defertur iuramentum super re pupilli non autem ipsi pupillo, vt hic. ⁊ l. iusiurand. ad pecunias. §. pupillos. ff. eod. sed contra hanc decisionem opponitur de. d. l. iusiuran. in fi. prin. vbi quis non compellitur iurare quando non est bene certus de negotio, sed datur spatium: vt certioretur. cuius contrarium dicitur hic in tutore quem ad iurandum omnino compellit iudex. gl. si. soluit: vt ista l. intelligatur secundū illam, videlicet ne ignorans iuret. ¶ Et sic not. quod vna. l. indistincte loquens intelligitur ⁊ limitatur per. l. aliam. in materia distinguentem. de quo omnino vide que habentur per Bar. ⁊ doc. in. l. sciendum. in prin. iuncta auth. offe. §. de litis conte. Item gl. opponit contra tex. nostrū. de. l. videamus. in prin ff. de in litem iuran. vbi tutor non compellitur iurare in litem in rem pupilli. glo soluit, dicas secundum Bal. Raph. ⁊ doc. quod iuramentum veritatis, que est apud omnes compellitur prestare tutor, vt hic. sed non in iuramento in litem quod est affectionis. prout loquitur. d. l. videamus. quia alia forte est affectio pupilli in re super qua est prestandum iuramentū. ⁊ alia est affectio tutoris cum sit in diuersis personis, secundū ea que habentur in. l. i. j. de senten. que pro eo quod interest. merito, non cogitur tutor iurare tanquam ignorans. cum ista dicatur probabilis ignorantia secundum Raph. licet bene tutor volens admittatur ad tale iuramentum in litem. vt. d. l. videamus. ⁊ eo casu quo tutor vult iurare qualiter debeat prestare iuramentum, ⁊ sub qua forma vide ibi latius per doc. seq. ℞. cum ppo nas.

SVMMARIVM.

1 ☞ Declaratum ab arbitro, cuius declaratio est iuri consona, est validum ⁊ est per iudicem exequendum, ⁊ questio generis vel ingenuitatis iureiurando decidi potest.

2 Arbiter in iure diuersis modis assumitur.

Cum proponas. h.d.

Ista. l. in gl. legitur tribus modis, ⁊ secundum primam lect. secundum quam summat Bal. h.d. Declaratum † ab arbitro cuius declaratio iuri consonat, est standum ⁊ exequendum a iudice. h.d. vel sic secundum Raph. Questio generis vel ingenuitatis per iusiurandum decidi potest. h.d. tene menti ex hac. l. secundum primam lect. quod si inter te ⁊ me est questio status, quia dico te esse meū seruum vel libertum: tu autem dicis te esse ingenuū qua de re defero tibi iuramentū, vt iures, an sis ingenuus quod si iurasti, ⁊ illi iuramento nolo stare, quia dico huiusmodi causam status ⁊ ingenuitatis non potuisse decidi manēte iuramēto, ⁊ ad cognoscēdum ⁊ decidendum compromisimus in arbitrū quod eius laudo debet stari, ⁊ illud per iudicem executioni mandabitur. Ex quo sequitur quod questio siue articulus iuris potest in arbitrium compromitti per hanc gloss. nam est mera questio iuris vtrum causa ingenuitatis possit decidi per iuramentum. contra hanc tamen opi. ⁊ sententiā fuit hic Cyn. post Pet. dicentes causam iuris in arbitriū non compromittendam, per ea que habentur in. l. j. §. calumniatoribus. ff. ad tur. quia questio iuris est certa. l. ornamentorū. de auro ⁊ arg. leg. ⁊ l. ancille. j. de fur. vbi dicit

1 quod stante statuto quod omnis causa debeat compromitti in arbitrum debet intelligi de causa & questione facti, non autem iuris prout hanc sententiam hic etiam sequitur & dicetur questio facti ubi requiruntur pro decisione probationes: ut habetur per docto. in capitul. sepe. de appellationibus. sed illa dicitur questio iuris, que apparet per aperturam librorum: puta an pupillus possit testari secundum Bald. hic, qui licet teneat quo ad quid opin. Petr. & Cyn. scilicet, ut non possit compromitti questio iuris, tamen contra eos tenet in casu istius.l. quia hic est questio mixta, scilicet iuris & facti, que potest secundum eum compromitti: nam erat hic questio utrum valuerit iuramentum prestitum per filios ante constantinum imperatorem asserentes se ingenuos, & sic requirebantur probationes, & testes qui dicerent prius fuisse delatum iuramentum per partes, & simi. non autem hic est questio utrum potuerit decidi causa ingenuitatis per iuramentum, quia ista esset questio iuris merito in ea non caderet compromissum secundum doct. hic. secundum quos poterit fieri compromissum de causa & questione super qua sunt varie doct. opin. per ea que habentur in.l. in prolatis. ff. de re iudicata. & instit. de oblig. que ex quasi delic. nasc. post prin. ¶ Secundo tene menti ex hac secunda lect. quod istud
2 verbum, arbiter † adsumitur in iure diversis modis, de quo vide per Bartol. & Moder. in. l. arbitro. ff. qui satisdare cogantur. & per docto. in. l. quisquis. C. de postu. ¶ Tertio tene menti ex tertia lect. quod multoties invenitur, quod causa principaliter non potest compromitti, tamen incidenter bene compromittitur: ut vult ista gloss. secundum Bald. & Raph. & ideo tex. in. l. non distinguemus. §. de liberali. ff. de arbitr. volens in arbitrium non posse compromitti causaz libertatis, & status bene possit cōpromitti unus articulus in dicta causa status emergens, ut probatur in hac. l. que autem dicatur questio emergens & que incidens, dic secundum gloss. & Bartol. in. l. de qua re. ff. de iudi. & eundez Bar. in. l. i. ante fin. l. C. de ordin. iudi. quod quoties questio emanat propter iudicium, & ante iudicium originē non habebat, dicitur questio emergens: ut si dico quod dilatio non debet tibi dari, vel quod testis per hoc inductus est falsus, & sic de simi. questionibus, que non essent nisi manente ipso iudicio, sed quoties questio erat ante iudicium, & ante iudicium habuit originem, dicitur questio incidens: ut si dico quod non debes audiri, quia tecum ante iudicium feci pactum de non petendo, vel tecum transegi, vel iuravi, quod non eraz tuus debitor, & sic de simil. questionibus habentibus originem ante iudiciū quod no. pro fundamentis. ¶ Ultimo in quantum in ista. l. dicitur quod causa generis & ingenuitatis potest decidi iuramento, intelligitur iudiciali vel voluntario non autem necessario, quia cum causa status sit ardua non defertur iuramentum necessarium in defectum semiplene probationis secundum docto. in. l. in bonefidei. supra eodem. & in. l. admonendi. ff. eodem. sequitur Lex, nec filius,

¶ Super hac.l. actori. videatis Floria. Plumb. Purpura. & do. Phili. decium. post Bar. & Alberi. in. l. in actionibus. de in lit. iuran. Cy. Iaco. butriga. Bart. & Fulg. in. l. nam & postea in. §. finali. & in. l. sed & si possessori. in. §. si quis. ff. eo. titu. Bar. Sali. & mo. in. l. iulianus verum debitorē. ff. de cōdi. indebi. & Bal. in authēti. ca, novo iure. C. de iudi. S. T.

SUMMARIUM.

1 ☞ Filius in causa patris non potest iuramentuz deferre, nisi habeat mandatum, vel nisi pater ratificet. & hoc pulchro ordine declaratur.

Nec filius. hoc dicit.

1 Filius † non potest deferre iuramentum in causa patris, nisi habeat mandatum, vel nisi pater ratificet. h. d. tene menti. l. notabilem. quod licet alias filius possit agere & experiri in iudicio causam patris sine mandato, prout potest quelibet alia coniuncta persona pro alia secundum quod habetur in. l. sed & hec. ff. de procuratoribus. & in. l. exigendi. C. eodem titulo. & iudicium agitatum cum talibus procedit, ut ibi. tamen istud non habet locum ubi requiritur speciale mandatum in causa, quia tunc nec filius, neque alia coniuncta persona pro coniuncta sine mandato agere vel experiri potest, ut probatur in hac. l. in qua dicitur quod filius in causa patris citra eius mandatum non potest deferre iuramentum: nam ut procurator possit in causa domini deferre iuramentum requiritur speciale mandatum ad hoc, ut est tex. in. l. iusiuran. quod ex cond. ff. eodem. merito coniunctio personarum, ubi requiritur speciale mandatum nihil operatur. prout etiaz habetur in. l. patri. ff. de mino. ubi non potest persona coniuncta petere sine mandato restitutionem in integrum pro coniuncta, cum ad eam petendam requiratur speciale mandatum, ut est text. in. l. illud. §. si talis. ff. de mino. de quo tamen vide per glo. Bartol. & Bald. & doct. in. d. l. exigendi. & per Bart. in. l. si quis mihi bona. §. iussu. de acquir. hered. ¶ Item tene menti tex. ibi, unde si contra quod cum ratihabitio trahatur retro & mandato comparatur. l. fin. in princip. C. ad mace. cum simil. quod non solum habet locū quando ratificatur aliquid gestum per aliquem sine voluntate illius pro quo gestum est, ut sit, ac si a princip. mandaverit in preiudiciuz ratificantis secuta ratificatione. ut habetur in. l. si fundus. §. 1. ff. de pigno. ubi si res Titii fuerat hypothecata per aliquem inscio Titio, ipso postea ratum habente hypothecam est, ac si a princip. consenserit hypothece. ita eo modo potest ratum haberi factum contra mandatum domini in sui preiudiciuz, ut probatur in ea. l. secundum Bald. & Raphae. sequitur Lex, actori.

SUMMARIUM.

1 ☞ Ex iuramento prestito vel remisso oritur actio in factum quemadmodum ex sententia.
2 Iurandi duo modi considerantur.

Actori. hoc dicit.

a Ex iuramento
1 † prestito vel remisso oritur actio in factum sicut ex sententia. h. d. Et ex quo iuramento oriatur actio, an scilicet ex voluntario, iudiciali, vel necessario, vide dicta in. l. 1. C. eodem. ubi etiam dixi. quam vim habeat iuramentum quod dicitur remissum. ¶ In text. ibi, in factum actio competit. tene menti quod si quis defert iuramentum: puta Titio qui prestat dictum iuramentum potest agere contra deferentem vigore iuramenti prestiti, & sic ex iuramento oritur actio que dicitur actio in factum. ut & l. sed & si possessori. §. fin. & l. nam postea. §. 1. ff. eodem. sicut actio que oritur ex sententia condemnatoria, dicitur actio in factum. ut hic videtur text. per quem gloss. in. l. miles. §. iudicati. ff. de re iudicata. & in. l. 1. C. de arbit. dixi actionem, que oritur ex sententia appellari in factū, quam etiam opin. tenet hic Bald. & Sali. per hunc tex.
2 & Imol. in. d. §. iudicati. per rationem, quia actio descendens ex sententia arbitri dicitur in factum. ut habetur in. l. cum ante ea. & l. ne in arbitrio. C. de arbit. Arbitria autem sunt redacta ad instar iudiciorum. l. 1. ff. de arbit. ergo etiam actio descendens ex sententia iudicis dicitur in factum contrariū, tamen scilicet quod dicta actio vocetur actio iudicati tenuerunt Petr. & Cyn. hic. per tex. in. d. §. iudicati. ubi Iurisconsultus talem actionem appellat iudicati, & sic cum talis actio sit nominata non appelletur in factum que est subsidiaria quando alia nominata non competit. l. 6. §. 16. ff de prescript. verb. & dixit Bartol. in. l. 1. ff. de condictione. ex. l. hanc etiam opi. secutus fuit Barto. & Ange in. d. §. iudicati. & videntur sequi Moderniores, qui respondent ad hunc text. per quem fundatur contraria opio. quia ista similitudo inter actionem descendentem ex iuramento & ex sententia non est, ut appelletur eo nomine: sed est similitudo, quia sicut ex sententia oritur actio ad mandandum executioni illud quod est sententiatum, ita oritur actio ex iuramento ad mandandum executioni illud quod est iuratum que dicitur in factum, que omnia notatur, licet non sint de pane lucrando, cum hodie in libello non apponatur nomen actionis: sed actio elicitur ex medio concludendi secundum Barto. in. l. certi condictio. ff. si certum petatur. & doct. in. l. edita. C. de eden. & in. l. 1. C. de formu. que omnia intellige vera secundum Bald. ex sententia oriri actionem, quando est lata super libello apto: secus si super inepto, quia tunc cum sit nulla sententia

sententia ex ea non oritur actio, vt est gloss. sing. institut. de oblig. in princip. sed contra omnia supradicta opponitur, ⁊ imo videtur quod ex iuramento non oriatur actio, sed oriatur actio vtilis ex eo contractu super quo est iuratum. vt est text. in. l. si duo patroni §. si quis. cum sequen. ff. eodem. vbi si iuraui ad tui delationem, te mihi vendidisse aliquam rem pro aliquo pretio, postea ago contra te vtili act. ex empto. non autē actione in factum, 2 ⁊ sic in sequentibus casibus. Gloss. hic fin. † considerat duos modos iurandi pro solutione contrarij: nam multoties quis iurat informiter, id est sine aliqua adiectione cause apposite in iuramento, puta si iuraui te mihi debere librum, vel quid simile non apponendo. Ex qua causa ex isto iuramento oritur actio in factum, vt hic ⁊ dictis alijs iuribus. Multoties quis iurat formiter, id est cum adiectione cause apposite in iuramento: puta si iuraui te mihi debere librum, quia vendidisti vel te mihi debere decem, quia locaui talem domum: ⁊ sic de similibus. nam tunc oritur ex isto iuramento actio vtilis ex illo contractu super quo iuraui. vt. d. §. si quis. cum sequentibus. ⁊ dicitur vtilis, quia iuramentum habetur pro veritate. l. i. supra eodem. ⁊ l. non erit. §. dato. ff. eodem. non tamen est semper ipsa veritas, sed si veritas esset consona iuramento, ⁊ hec aliter probaretur quam per iuramentum: tunc competeret directo secundum docto. in dicto. §. si quis. ⁊ sentit hic Bald. ⁊ supradicta habent locum quando prestatur iuramentum in actione personali. Quid autem in iuramento prestito in actione reali, vel in publiciana, vel hypothecaria: an requiratur expressio cause ad hoc, vt oriatur actio. vide hic per Bald. ⁊ Raph. ⁊ per Bartol. ⁊ doct. in dictis iuribus. sequitur Lex, delata.

SVMMARIVM.

1 ☞ Si primo actor de calumnia iurauerit, deinde tulit iuramentum reo, reus tenetur iurare, vel iuramentum referre actori, vel soluere. ⁊ hoc declaratur ⁊ limitatur per do. Corne. hic.

DElata. hoc d. ° Si primo † actor iurauit de calumnia, deinde detulit iuramentum reo, reus tenetur iurare, vel iuramentum referre actori, vel soluere. h. d. ista. l. in qua fundatur practica, secundum Bart. ⁊ Bald. quod iudices facta delatione iuramenti ab actore reo, vel econtra faciunt quod antequam ipsi recedant a bancho, iuret, referet, vel soluat deferenti per hunc text. ⁊ in. l. iusiuran. ⁊ ad pecu. §. ait Pretor. ff. eodem. ¶ In tex. ibi, iuret de calumnia. no. quod vbi aliqua partium defert iuramentum, debet prius iurare de calumnia, id est quod non defert iuramentum animo calumniandi, vt hic. ⁊ l. Marcellus. ff. re. admon. ⁊ l. fin. j. de fideicomm. ⁊ l. si non fuerint. ff. eodem. ⁊ d. l. iusiuran. §. qui iusiurā. intantum quod si non vult iurare de calumnia denegatur sibi actio, ⁊ est ac si remiserit iuramentum, ⁊ per consequens ac si ille iurauerit. vt. d. l. si non fuerint. ⁊ est ratio secundum Rapha. ibi, quia sicut qui vult necessarium antecedens, videtur velle suum subsequens per ea que habentur in. l. ij. ff. de iurisdictione omnium iudicum. ita econtra qui non vult, vel negat necessarium antecedens, videtur negare suum subsequens. l. illud. ⁊ l. nec is. de acquiren. heredit. sed certum est quod iuramentum de calumnia prestandum per actorem deferentem iuramentum est necessarium antecedens, vt iuribus supra allegatis: ideo si postquam actor detulit est requisitus a reo, vt iuret de calumnia, ⁊ actor nolit iurare: ⁊ sic negat istud antecedens tum nolle suum subsequens, ⁊ sic quod reus non iuret, quod tene menti, sed verum hodie ista. l. ⁊ similes, quo ad hoc sint correcte per. l. ij. in princip. C. de iuramento calumn. vbi actor post litem contestatam prestat generale iuramentum calumnie, videlicet quod non mouet causam illam animo calumniandi ⁊c. Dicas secundum dominum meum in. d. l. fin. infra, de fideicommiss. quod aut petitur per reum prestari huiusmodi iuramentum calumn. ante litem contestatam, quando actor videbat reum iurare, ⁊ tunc actor cogitur prestare istud speciale iuramentum calumn. aut istud petitur post litem contestatam. quo casu sufficit illud generale iuramentum calumnie. quod prestatur per actorem in tota causa. hanc etiam distinctionem videtur sensisse Bartol. in dicto. §. qui iusiuran. quod tene menti, que omnia limitantur non habere locum in parente ⁊ patrono, qui agunt contra filios ⁊ libertos, ⁊ deferunt eis iuramentum non potest contra eos obijci, vt iurent de calumn. secundum gloss. hic, in verbo, iuret. per text. in dicto. §. qui iusiurandum. ⁊ sic ista. l. noua determinatur per illam veterem distinguentem inter parentes ⁊ patronos ⁊ alios, vbi Bartol. post Guil. dicit, idem esse in filijs, ⁊ libertis propter equalitatem seruandam. l. fin. infra, de fructibus, ⁊ litium expensis. ⁊ dicit esse casum in cap. sacramentum. §. in quibus. de consuetud. recti Feudi. ⁊ ideo si filius contra parentem egit in iudicio in casu permisso, secundum quod habetur in. l. lis nulla. ff. de iudic. vel libertus contra patronum qui deferunt iuramentum parenti vel patrono, non poterunt parentes vel patroni obijcere, quod iurent de calum. propter equalitatem seruandam. ¶ Item supradicta limitantur non habere locum in referente iuramentum, cui non potest obijci, vt iuret, quod non referat animo calumniandi secundum gloss. fin. hic, in princip. per text. in dicta. l. iusiurandum. §. ait Pretor. vbi ponitur ratio differentie per Iurisconsultum. Vltimo. gloss. penul. ibi. ⁊ no. ponit quinque iura, in quibus fallit regula text. nostri, videlicet, quod reus non potest referre iuramentum sibi delatum, sed omnino compellitur illud prestare. Et dicas quod ratio est, quare in terminis. d. l. fin. j. de fideicomm. grauatus cui est delatum iuramentum per legatarium, vt iuret: an fuerit legatario factum legatum, necne, non potest referre iuramentum, etiam dicere, iura tu: quia in dispositione facta per testatorem fuit presens grauatus, in cuius fide testator se reposuit, non autem fuit presens legatarius, ergo sibi non referatur iuramentum secundum Angel. ibi, ⁊ sic legatarius haberet iustam causam recusandi tanquam a ignarus negotij secundum Salic. ⁊ Raph. ibi, ⁊ Raph. hic, qui hoc modo etiam intelligit procedere. d. l. Marcellus. §. fin. ⁊ d. l. lex Cornelia. §. hac. allegatas in gloss. hic. nam furtum fit, vt plurimum nesciente eo cui furatur, ideo si dominus contra furem agens, ⁊ ei deferens iuramentum, an substraxerit furto dictam rationem, non potest fur ei referre propter iustam ignorantiam. vt. d. §. fin. Item iniuriatus ab aliquo iniuria occulta, ⁊ non visa deferens iuramentum iniurianti propter eandem rationem non potest ei referri iuramentum. d. §. hac. secundum Bartol. ibi, dicentem hanc doctrinam habere locum in omnibus delictis, in quibus cadit dicta iusta causa recusandi. quod not. Alia autem iura, videlicet. §. sicubi. ⁊. §. licentia. hic in gloss. allegata. loquuntur quando iuramentum defertur ab ipsa. l. non autem a parte, cum tunc non referatur dictum iuramentum, imo omnino cui est delatum cogitur prestare, secundum Rapha. an autem ⁊ quando ille cui est delatum iuramentum possit illud recusare, vide plene per Bartolum, ⁊ docto. in dicta. l. manifeste. allegata per gloss. fin. hic, vbi ponuntur cause, propter quas potest recusari iuramentum. de quo per Baldum, in. l. penult. §. sed iuramento. infra eodem. sequitur Lex, in actione.

¶ De intellectu huius. l. delata. vltra Mod. post do. Corne. hic, videatis Bar. in. l. iusiurandū. in. §. pretor ait. ff. eo. tit. S. T.

SVMMARIVM.

1 ☞ In actione depositi sicut in alijs iudicijs bonefidei iuramentum deferri potest, ⁊ hoc pulchro declaratur ordine.

2 Quo pacto dignoscatur dolus, lata, leuis, ⁊ leuissima culpa, ac casus fortuitus.

IN actione. h. dicit. 1 In actione † depositi, sicut in alijs iudicijs bonefidei potest deferri iuramentum. h. d. quod intellige procedere tam in actore, quam etiam in reo secundum Sal. ⁊ ideo depo

nens aliquid idemque agens contra depoſitarium negantem depoſitum poteſt ei deferre iuramentū, ⁊ econtra depoſitarius poteſt deferre deponenti, vtrū apud ſe depoſuerit. necne: ⁊ ratio dubitandi in hoc caſu erat ſecundum Raph. quia cum deponens a princ. ſecutus ſit fidē ipſius depoſitarij. vt. l. i. in princ. ff. depoſiti. maxime in caſu iſto, in quo depoſuit ſine aliqua ſcriptura, vt dicit tex. ergo videbatur quod etiā deberet ſequi eius fidem ſtando ſolis verbis depoſitarij, non autē extorquendo iuramentū ſecundum eum, cui non placent rationes dubitādi quas hic ponit gl. quia cum pro deponente ſit ſtatutū, vt depoſitarius non obijciat compenſationem deponenti per. l. fi. ꝟ. de compenſ. ⁊. l. ſi quis. ꝟ. de poſtul. ⁊ inſtit. de act. §. in bonefidei. merito non iuretur, quia etiā quod deponēs poſſit deferre iuramentū pro deponente. vt ſi forte propter conſcientiā depoſitarius noluerit iurare: cogatur per iudicem referre vel ſoluere. l. ꝟ. proxima. nec etiā obſt. §. de illo. allegato. in glo. pro ſuo fundamēto, ⁊ ſic iuramentū nō deferatur: vt nō habeat locū exceptio, quia ibi ideo erat, quod nō iurabatur propter lapſuz tēporis deſtinati ad exceptionē non numerate pecunie, merito non refert, nec vltima ratio placet Raph. licet cum ea tranſeant doc. Ex qua tene menti perpetuo, quod in cōtractu depoſiti ſolum venit dolus ⁊ lata culpa, que dolo equiparat. l. quod Nerua. ff. depoſiti. i. ſi depono apud aliquē aliquā rem, que res perijt, eſt ſubſtracta, vel aliter nō reperitur, depoſitarius mihi reſtituere eam non tenetur, niſi cōmiſerit aliquez dolū vel latam culpā in ea re. ⁊ eſt ratio, qꝛ quoties contractus celebraē gratia creditoris tantū, vt eſt in depoſito ⁊ precario, in eo contractu venit dolus ⁊ lata culpa, quoties cōtractus celebratur gratia debitoris tantū, vt eſt contractus cōmodati in eo venit dolus, lata culpa, leuis, ⁊ leuiſſima. i. ſi eſt amiſſa res commodata, etiam leuiſſima culpa cōmodatarij, eam mihi reſtituere tenetur, vel ſaltē eſtimationem eius. Quoties contractus celebratur gratia vtriuſqꝫ tam creditoris, quā debitoris: vt eſt contractus emptionis ⁊ vendit. locationis ⁊ conductionis, ⁊ ſimil. in eo eligitur media via, quia venit dolus, lata culpa, ⁊ leuis. iſta habētur per tex. in. l. ſi vt certo. §. nunc videndū. ff. commod. ⁊ in. l. contractus. ff. de reg. iur. ⁊ ibi per doc. ⁊ 2 † quid ſit dolus, quid lata culpa, quid leuis, ⁊ quid leuiſſima, ⁊ quid caſus fortuitus, vide per gl. no. in. §. preterea. inſtit. quib. mo. re con. ob. ⁊ per Bar. in. d. l. quod Nerua. ſeq. Tex. ſi quis iuſiuran.

SVMMARIVM.

1 ¶ Deferens iuramentum illud reuocare poteſt antequam preſtetur, ⁊ antequā per iudicem ſit pronūtiatum, ſed ſemel reuocans iuramentum amplius deferre non poteſt. ⁊ hoc egregie declaratur.

SI quis iuſiurandum.

a Deferens 1 † iuramentuz poteſt illud reuocare antequā preſtetur, ⁊ antequaz per iudicē ſit pronuntiatū, ſed ſemel reuocans non poteſt amplius iuramentum deferre. h. d. ¶ In tex. ibi, reuocauerit. tene menti quod ſi quis detulit iuramentū aduerſario poteſt illud reuocare, re integra: ⁊ ſic iſto caſu poteſt venire contra factum ſuū, licet alias quis non poſſit per. l. poſt mortem. ff. de adopt. ⁊ per. l. per fundū. de ſeruit. ruſt. pred. ⁊ eſt ratio iſto caſu, qꝛ per illud iuramentum delati non fuit acquiſituz ius parti aduerſe merito, cum ſtet in ſimplicibus terminis reuocetur ſecundū doc. ¶ In tex. ibi, iterū ad ſacramentuz ⁊c. tene menti quod deferēs iuramentū quod poſtea reuocauit, non poteſt iterū illud deferre per rationē quā hic ponit Imperator appellans hanc variationez iniquitatē. Circa quod gl. in ver. putauit, ponit aliquas concordātias, in quibus elicitur variationē non admitti, licet in ſi. opponat de. l. non. ff. de collat. bon. vbi quis poteſt variare, dicas ſecundū Bal. Sal. ⁊ Raph. quod eſt iſta via brocardica, ⁊ reperiuntur infinite. ſſ. dicētes admitti, vel non admitti variationē. de quo vt per glo. in. l. in cauſe. ff. de procura. ⁊ per Bar. poſt Dy. in. l. de rebus. ff. re. amo. ⁊ aliqualiter per doct. in. l. quanuis.

ff. de in ius voc. dixi aliqua in. l. ſi cui. ff. de ſeruit. ⁊ per hunc tex. dicunt docto. quod ſicut reuocans iuramentuz illud amplius deferre nō poteſt. ita petens cauſaz compromitti ex forma ſtatuti, ⁊ poſtea reuocans illam dicens nolle cauſaz cōpromitti quod non poteſt iteruz petere dictā cauſam compromitti: quod tene menti. ¶ In tex. ibi, poſt diffinitiuam ⁊c. tene menti a contrario ſenſu quod iuramentum delatuz a parte parti ante ſententiam diffinitiuam poteſt preſtari poſt ſententiā, ſi iudex condemnauit deferentez illi, cui fuit delatum iuramentum ſi iurabit. ⁊ iſte eſt verus intellectus iſtius. l. ſecundum Bal. Ange. ⁊ doc. cum poſt ſententiam non poſſit reuocari, ergo poſt ſententiā poteſt preſtari. de quo tamen latius in. l. ꝟ. proxima. in prin. ¶ In tex. ibi, ſuſpenſa. tene menti quod iudicatum ſuſpenditur per appellationem, ⁊ eſt in pendenti: donec diſcutiatur de iuribus prime ſententie in cauſa appellationis. facit tex. ꝟ. l. proxima. in prin. ⁊ tex. in. l. fin. §. illud. ꝟ. de tempo. appell. ⁊ in. l. precipimus. §. hec ſi. ꝟ. de appel. ⁊ habetur in. l. furti. in prin. ff. de infam. quod eſt verum quo ad quid, non quo ad omnia: nam quo ad hec, vt ex ſententia lata in cauſa appellationis cōfirmetur prima ſentētia, agatur ⁊ mandetur executioni iudicatuz in prima ſententia, non autem agatur ex cōfirmato, ⁊ ſic ex prima ſententia extinguitur iudicatū per appellationē, non autē ſuſpenditur. ita intelligatur tex. in. l. i. §. ſi. ff. ad turpil. de quo ibi per Bar. ⁊ per Bal. ⁊. d. m. in. l. tale pactum §. qui prouocauit. ff. de pact. Gl. in ver. diffinitiua. opponit de. l. ꝟ. proxima. in princ. vbi iuramentum non poteſt referri poſt ſententiā diffinitiuam, cuius contrariū hic dicitur. ſoluit ipſa duobus modis. Ex prima ſo. tene mēti, quod licet alias illa dicatur proprie ſententia interlocutoria, que profertur per iudicē inter prin. ⁊ fi. cauſe ſuper his que emergunt in ipſa cauſa, vt pronuntiare libellum eſſe vel non eſſe admittendū, quem eſſe vel non eſſe procuratorez, ⁊ ſic de ſimil. vt eſt gl. in cle. i. de ſequeſtr. poſſeſſ. ⁊ fruct. licet largo modo omnis vox iudicis faciēs ad cauſam dicatur ſententia interlocutoria. vt per gl. in auth. de religio. §. ad excludendaz. faciunt que habentur in. l. cum clericis. ⁊. l. omnes. ꝟ. de epiſc. ⁊ cler. ⁊ licet illa dicatur proprie ſententia diffinitiua, que diffinit principale negotiū in iudicio intentatū, ⁊ illi principali negotio finem imponit. vt not. d. gl. in. d. cle. prima. ⁊ not. in. l. i. ff. de re iudic. ⁊ in. l. preſes. ꝟ. de ſenten. ⁊ interlocu. om. iud. ⁊ appellatione ſententie in dubio intelligitur de diffinitiua. vt eſt gl. in. l. i. §. biduum. ff. quando appell. tamen ſententia interlocutoria largo modo, quo ad illum articulum ſuper quo iudex interloquitur, dicitur diffinitiua: quia diffinit illum articuluz per hanc gl. que ad hoc ſemper allegatur: nam ſi iudex ſententiat, iuramentum delatum per actorē reo, vel econtra eſſe preſtandum ⁊ non recuſandū, licet ſit inter princip. ⁊ finem cauſe principalis: tamen quia diffinit illum articulū vtrū ſit preſtandum iuramentum, necne: ideo dicitur diffini. ⁊ ita vno modo intelligatur iſte tex. ſ. quod poſt diffinitiuā. i. interlocutoriā, vt. ā. latam, poſſit preſtari iuramentum, de quo latius dicam. ꝟ. l. ſe. Et aduerte, quia intereſt noſtra ſcire vtrum ſit ſententia diffinitiua vel interlocut. ex pluribus de quibus habetur in diuerſis maxime in. l. ante ſententie tempus. ꝟ. quorum appel. non reci. ⁊ in. l. quod iuſſit. ff. de re iudi. ſequitur Tex. generaliter.

SVMMARIVM.

1 Iuramentum a parte parti in iudicio delatum, vel delatuz a iudice parti in defectu probationis eſt preſtandum ante diffinitiuam ſententiam ferendam ab ipſo iudice, vel in ipſa ſententia.

2 Notabilis differentia inter litem, cauſaz, ⁊ inſtantiam.

3 An ſententia ſub conditione ferenda ſit, ⁊ an iuramentum defuncti tranſeat ad heredem.

4 Sex vires, ſeu effectus iuſiurandum habet.

GEneraliter.

b Diuide totam iſtam. l. ſecundū omnes docto. in quatuor partes. In prima parte ponitur quo tempore debeat preſtari iuramentum, ⁊ ſic quando debeat iurari. In ſec

a ¶ Super hac. l. ſi quis. vltra mo. habetis ſingulares et egregias deciſio. Bart. in l. ſi poſt exceptionē. in. §. hec autē actio. ff. qđ metus cauſa. Bart. iſtū textū allegātis in l. fi. de preto. ſti. ⁊ Bar. in. l. poſt legatū. in. iiij. col. ff. de his qui. vt indi. Bal. per iſtū textū in authentica. habita in. iiij. col. in ver. iiij. in fine. neſilius pro pa. ⁊ Ro. in. l. ſi ex toto. in. §. i. de leg. i. ⁊ Pau. de caſt. in cōſi. clxv. inci. in facto iſto. in. ij. col. S. T.

b ¶ Super hac. l. generaliter. vſqꝫ ad. §. ſed iuramēto. noteris dictuz Bar. poſt Dy. ⁊ Ray. in. l. cū qs. in. §. codicilli. de le. iij. gl. ⁊ docto. in. l. penul. in. §. fin. ff. ne quis eū. ⁊ videatis in materia do. Alex. in cōſi. liiij. in. i. du. in. i. vol. ⁊ docto. in authentica. qđ obtinet. de probatio. Bar. in. l. cū iudex. ꝟ. de ſentē. ⁊ in. l. admonendi. in fi. ff. e. t. S. T.

In secunda ibi, sed iuramento, ponitur quis effectus resultet ex iuramento prestito quando partes sunt presentes. In tertia ibi, his de presentibus ponitur quis effectus resultet ex iuramento prestito quando partes sunt absentes. In quarta ibi, in omnibus, Iustinianus decidit quedam dubia, circa predicta confirmando iura antiqua circa hec statuta. ¶ Item prima pars subdiuitur in duas. Nam primo ponitur quoddam prooemium materie. In secunda ibi, omne igitur, ponitur statutum, seu constitutio. Et prima principalis pars 1 hoc dicit, Iuramentum † a parte parti in iudicio delatum, vel delatum a iudice parti in defectu probationis est prestandum ante sententiam diffinitiuam ferendam ab ipso iudice, vel in ipsa sententia. hoc dicit, vsque ad. §. sed iuramento. ⁊ scias quod que statuuntur in hac. l. tantum habent locum in iuramento iudiciali, ⁊ necessario, non autem voluntario, vt tenet gloss. prima. ⁊ patet ex hoc text. in princip. dum dicit litibus: nam voluntarium non in lite, sed ante prestatur, licet aliquando secundum Baldum, prestetur tempore litis, sed lis dicitur post litem contestatam: vt notatur in. l. causas ⁊ lites. supra, de transactionibus. ergo. ⁊c. 2 † Causa dicitur iudicium ante litem contestatam. ⁊ post: ⁊ sic est magis generale quam lis, secundum Bartolum ibi. per ea que habentur in auth. hoc. qui semel. infra. quomodo ⁊ quando iudex. ⁊ in capitul. ex parte. de verborum significatio. licet gloss. ibi, aliter dixerit. Instantia autem iudicii dicitur totus processus agitatus in causa: vt citationes, responsiones testium, depositiones ipsorum, publicatio, ⁊ cetera agitata in iudicio ita notatur in. l. properandum. in princip. supra, de iudic. vbi dicitur quod instantia iudicii non durat vltra triennium: nam est intelligendum quod post triennium omnia acta facta in tali iudicio pereunt, non autem quod causa sit perempta, vt amplius agitari non possit. ita intellige. d. l. properandum. ¶ In textu ibi, sacramentum imponere, tene 3 menti quod † alias non possit ferri sententia sub conditione supple. scilicet extranea vel extrinseca: puta condemno Titium in decem Caio, si Papa veniet Perusium. l. j. §. biduum. ff. quando appellan. sit. ⁊ voluit gloss. in. l. cum iudex. infra, de sententiis ⁊ interlo. tamen sententia bene potest ferri sub conditione intrinseca, ⁊ que pendet ex his que fiunt in iudicio, vt condemno Titium in decem Caio, si iurabit Caius sibi deberi dicta decem: vt est text. in dicta. l. cum iudex. ⁊ hic, ⁊ isto casu dictus Caius debet iurare in ipsa sententia. vt hic dicit text. de quo infra, in gloss. per rationem, quia si contingeret casus quod post sententiam moreretur dictus Caius sententia adnulletur, quia in heredem non transiret huiusmodi iuramentum, cum forte iudex hoc modo tulit sententiam confisus in legalitate ⁊ bonitate dicti Caii, cui non equiparatur bonitas heredis. vt dicit gloss. hic, in verbo, a principali. Ex quo text. ⁊ ex qua ratione tene menti secundum Bartolum, Baldum, Salicetum, ⁊ Raphaelem, quod iuramentum est quid mere personale, cum iuramentum defuncti non transeat ad heredem, quod tamen intellige quo ad quid, non quo ad omnia: nam quo ad obseruationem actus, super quo est appositum iuramentum, quod validauit dictum actum bene iuramentum transit ad heredem, vt non possit venire contra dictum actum. vt in authentica, quod obtinet. infra, de probationibus. ⁊ in authent. de iureiurando. a mo. prest. §. i. sicut etiam not. Innocen. in capitulo, sicut. extra eodem. secundum Baldum, ⁊ Angelum hic. quo autem ad facultatem iurandi datam defuncto bene iuramentum est mere personale ⁊ non transit ad heredem: vt hic est text. notabilis. Item est mere personale iuramentum prestitum a defuncto, ⁊ per consequens non transit ad heredem, quo ad penam periurii. vt etiam notat Innocen. in capitul. veritatis. extra eodem. ⁊ ideo si defunctus qui prestitit iuramentum, siue in iudicio, siue in contractu, venisset contra illud, fuisset periurus secundum plenius notata in. l. ij. §. heres autem veniendo contra illud non est periurus, cum aliud sit iuramentum defuncti aliud heredis, ⁊ sic mere personale ex quo sequitur secundum Bart. Bal. Angel. ⁊ docto. quod si defunctus iurauit aliquid dare vel facere: puta Seio quod si ipse non dedit nec fecit, nec heres dat, vel facit quod heres non est periurus per supradicta, quod not. Ex quibus etiam dicunt Bal. ⁊ Ang. quod si defunctus debebat implere aliquam conditionem, illa conditio non potest impleri per suum heredem, vt est in casu huius text. vbi sententia lata si iurabit Titius, ⁊ sic sub ista conditione non potest impleri per heredem suum, quod verum intelligunt docto. quando ista conditio implenda a persona defuncti erat diuersa a conditione implenda a persona heredis per rationem, de qua. s. sed vbi non esset diuersa bene posset impleri per heredem. ita intelligunt tex. in terminis, in. l. ij. j. de pact. inter empt. ⁊ vendit. Gl. in verb. probationes enumerat sex 4 † vires, seu effectus iuramenti. Et primo qualiter iuramentum est species probationis, id est, qui iurauit aliquid sibi deberi ad delationem aduersarii, est ac si probauerit. ita notatur. s. l. proxima. ⁊. l. nõ erit. §. dato. ff. eodem. cõtra quod tamen est tex. in. l eum qui. in princ. ff. eodem. vbi qui iurat dicitur exoneratus probatione, ergo iuramentum non est probationis species dicit Raph. ibi, non dicitur quod iuramentũ non sit probatio, sed dicitur quod obtinet vim confessionis, que confessio est species probationis: vt notatur in. l. ij. §. quod obseruari. s. de iuramento calum. ⁊ per gl. in. c. si preesertim. de confess. in. vi. nam licet alias contra negantem damnum datum detur actio in duplum l. contra negantem. s. ad. l. Aquil. ⁊. l. inde Neratius. §. hec actio. ff. eod. tit. sed si passus damnum iurat, datur postea actio in simplum. vt ibi dicit tex. ergo illud iuramentum est, ac si aduersarius confiteretur damnum, que confessio est species probationis, vt. s. ergo ⁊c. Sal. autẽ dicit quod tex. in. d. l. eum qui. considerat quod probationes que fiũt per testes essent difficiliores quã que fiunt per iuramentum, dum ibi dicitur quod iurans exoneratur probatione, scilicet que fit per testes ⁊c. non tamẽ negatur quin etiam iuramentum sit probatio. vt in hoc text. considerante iuramentum esse probationem, quo ad effectũ, quia sicut ex probationibus resultat effectus, vt aduersarius condemnentur, ita ex iuramento quod no. De aliis autem effectibus iuramenti. vide hic in gl. que dum dicit inter cetera iuramentum habere vim litis contest. per. l. nam postea §. si is. ff. eo. intellige, quia sicut per litem contestatam prorogatur actio, que alias erat tempore peritura. per ea que habentur in. l. non solet. de reg. iur. ⁊ in. l. sin. j. de prescrip. xxx. anno. ita etiam per iuramentum ⁊ vltra gloss. iuramentum etiam habet vim sententie, vt sicut ex sententia oritur actio, ita ex iuramento. l. sed ⁊ si possessori. §. si. ff. eodem. ⁊. l. actori. s. eodem. habet etiam iuramentum vim contractus, vel quasi, id est, si iuro te meum debitorem videor tecũ contraxisse. l. depositi. §. i. ff. de pecu. habet etiam iuramentum vim acceptilationis. vt habetur in. l. iusiuran. a debitore. ff. eodem. ⁊ ideo sicut per acceptilationem tollitur obligatio inducta de iure ciuili, ⁊ etiam de iure gẽ. si est deducta in Aquilianam stipulationem. insti. quib. mo. tol. obl. §. item propter acceptilationem. ita ⁊ per iuramentum, vt ibi. Gl. in verb. diffinitiua, opponit contra hunc text. dicentem iuramentũ non posse prestari post sententiam diffinitiuam, sed in princ. vel in medio litis, vel in ipsa diffinitiua sententia, cuius contrarium elicitur. s. l. proxima. ⁊ in. l. cum iudex. j. de senten. ⁊ interlocu. Gloss. recitat tres opiniones, quarum secundam, videlicet quod iuretur paulo post sententiam, tenent Petr. Cyn. Bartol. Bald. ⁊ Salice. ⁊ est communis opin. licet nonnulli nitantur sustentare primam opin. gloss. scilicet quod iuramentum prestetur paulo ante sententiam, non autem paulo post, quod quidem probabant. Primo, quia istud clare elicitur ex hoc text. ipsum non violando, dum dicit, iuramentum prestari nõ expectata vltima diffinitione, id est sententia nec appellationis formidine, sed certum est quod si prestaretur iuramentum post sententiam post quam statim potest appellari. l. i. in fin. cum sequentibus. ff. de appell. ⁊ per consequens statim imminet formido appellationis, ergo prestaretur iuramentum tempore quo appellatur, quod videtur contra hunc text. merito prestetur quando secundum eos. Secundo istud probabant per hunc text. ibi, sub ipso iudice, vbi Imperator vult iuramentum prestari sub eo iudice, sub quo fuit delatum, sed

certum est quod lata sententia iudex est functus suo officio. l. iudex postea quam. de re iudic. & post sententiam iudex non dicitur amplius, sed est priuatus. vt habetur secundum Salicetum in. l. penultima. iudi. solui. ergo tunc non prestaretur iuramentum sub eo iudice. ¶ Tertio istud probabant hoc modo. docto. communiter tenent istum iuramentum prestari paulo post sententiam, vt. C. secundum secundum intellectum gl. ne sint correcta iura antiqua dicentia post sententiam prestari, de quibus. C. cum Imperator. in §. istius. l. dicat per hanc suam constitutionem nolle corrigere iura antiqua ad quod tenentes primam opinionem gloss. respondebant, quod primo in iuribus antiquis non reperitur directo dispositum post sententiam prestari iuramentum, sed elicitebatur a contrario sensu, vt patet in. l. C. proxima. ver. post diffinitiuam autem. vbi dicitur non posse reuocari iuramentum post sententiam, ergo a contrario sensu potest iurari. sic etiam patet in. d. l. cum iudex. sed certum est quod vbicunque aliquid est dispositum in aliqua. l. directo, cuius contrarium deciditur in aliqua alia a contrario sensu, ille contrarius sensus nunquam sumitur. vt dicit Bartol. in. l. omnes populi. de iustit. & iure. & Bald. in l. conuenticulam. C. de episcopis & clericis. & in. l. qui testato §. mulier. ff. de testam. faciunt notata. in. l. ij. C. de conditionibus insertis. & quod not. gloss. in capitul. i. de etat. & qualita. in. vi. & in capitulo, significasti. de foro compet. & quod notat gloss. in cap. cupientes. §. quod si per viginti. de elect. in. vi. ergo cum hic sit directo constitutum contrarium eius quod sumitur in. d. ll. a contrario sensu, ille. ll. non sunt contrarie. ergo ista opin. tenenda secundum eos. In practica tamen seruatur secunda opin. gloss. quam communiter sequuntur docto. de qua. C. sequitur. §. Sed iuramento.

SVMMARIVM.

1 ¶ Effectus ex iuramento resultantes.
2 Differentia inter relatum & delatum iusiurandum.

Sed iuramēto. h. d.

1 In hac secunda parte Imperator ponit effectus resultātes ex ipso iuramento dicens iuramentum delatum debere prestari. & hoc primo. Item quod † ille qui detulit iuramentum si sibi referatur illud tenetur prestare, alias contra eum fertur sententia a qua ipse non poterit appellare. hoc secundo. Item quod si ille cui est delatum iuramentum non vult iurare nec referre contra eum fertur sententia, a qua licitum est appellare. hoc tertio. Item quod iudex appellationis cognoscet vtrum qui noluit iurare, vel referre habuerit iustam causam recusandi, vel ne: qua non iusta causa apparente prima sententia mandabitur executioni, secus si apparebit iusta causa recusandi, quo casu prima sententia nullum preiudicium faciet recusanti. hoc quarto. Item qui detulit iuramentum, & per aduersarium prestitum non poterit appellare. hoc quinto vsque ad. §. his de presentibus. Et hunc text. vna cum gloss. in verbo. decidatur. tene 2 menti facientem differentiam † inter illum, cui est relatum iuramentum, & illum cui est delatum, Cum primo casu non possit recusari: imo contra eum recusantē fertur sententia, a qua ipse non poterit appellare per rationem, de qua in tex. videlicet, vt non appellet ab actu quem prouocauit, & etiam per illud quod dicitur via, quam elegisti, hec tibi pateat. l. si mulier. in fin. ff. quod metus causa. Secundo autē casu bene potest iuramentum delatum recusari, vt hic in text. supple tu dummodo habeat iustam causam recusandi, vt elicitur ex hoc text. ibi. recte autem recusatum. & hoc modo soluitur contrarium. l. manifeste. ff. eodem. & l. quod delata. C. eodem. vbi ille cui est iuramentum delatum debet iurare, referre. vel soluere, scilicet si non habeat iustam causam recusandi. & ita debet intelligi iste text. secundum Bartol. Bald. & docto. per finem huius. l. vbi dicitur quod Iustinianus per hanc. l. supplet aliis legibus loquentibus de iuramento, non autem corrigit, cuius contrarium aliqui dicebant in dicta. l. manifeste. quod

¶ Super isto. §. sed iuramēto. videatis do. Canonistas. in. c. si. extra eo. Bar. in. l. si conuenerit. de re iudi. Barto. in l. si pignore. de pac. pigno. Bar. in. l. in actiōibus. in si. que. de in litē iuran. Bal. in l. i. C. de sentē. que sine certa quātit. Bal. in authēti. ca, generaliter. in v. col. de epis. & cleri. Bald. hic, & in. l. i. in. §. i. in fine. & in. l. ex consensu. de appellatio. S. T.

ista. l. corrigebat illam. & d. l. delata. que autem sint iuste cause recusandi iuramentum sibi delatum. vide Bart. in dicta. l. manifeste. & hic per Bald. ¶ In textu ibi, iudex autem. tene menti secundum Bartol. & doctor. quod si aliquis cui defertur iuramentum illud sine iusta causa recusat iudex potest habere ipsum pro conuicto tanquam ipse iuramentum retulerit deferenti, & ei remiserit. ita intelligatur iste text. ibi, quasi volentem secundum primam expositionem gloss. in dicto verbo. & sic contumax non habetur ipso iure pro confesso & conuicto, sed istud relinquitur iudicis arbitrio: an velit, vel non habere ipsum pro contumace secundum docto. hic. & Bartol. in. d. l. manifeste. in fin. & eundem in. l. eius qui delatorem. de iure fisci. quod non solum habet locum, sine sit recusatum iuramentum sine causa iusta quod erat decisiuum totius negotij, vt habeatur pro conuicto super toto negotio, siue erat decisiuū partis, vt contumax in non iurando habeatur pro confesso in illa parte. ita intelligatur text. ibi, & ita cetera capitula. iuncta gloss. in dicto verbo. Ex quo Bal. notat, quod contumax in vno cap. non habetur pro confesso in aliis capitul. quod not. vt volens iurare vel respondere vni positioni non habeatur pro confesso in aliis. ¶ In text. ibi. ipse autem iuncta gloss. in verbo, attestetur. tene menti secundum Bartol. Bald. Salice. & docto. quod si ille cui fuit delatum est iuramentum quod recusauit ex aliqua causa quam non allegauit coram iudice qui detulit iuramentum, poterit eam allegare in causa appellationis. faciunt que habentur in. l. per hanc. C. de temp. appella. vbi dicitur non deductum neque probatum, supple in causa principali deducam & probabo. supple in causa appellationis. Que autem possint probari in causa appellationis, que non fuerunt probata in causa principali, & vtrum admittantur testes in causa appellationis super eisdem articulis, vel omnino contrariis deductis in causa principali. vel solū admittantur super nouis articulis dependentibus ab antiquis fuit differentia inter Legistas & Canonistas. vide in. l. eos. §. i. C. de appella. & in. d. l. per hanc. & in clemen. testibus. de testi. ¶ In text. ibi. si autem illatum. tene menti quod non est licita appellatio ab eo quod quis fecit vel fieri procurauit, vt hic est tex. vbi deferēs iuramentum aduersario illud prestante, cuius causa est lata per iudicem sententia ab ea non potest appellari: & est ratio, quia appellatio est inducta quando per primam sententiam fuit illatum grauamen parti per notata in. l. i. ff. de appella. sed iudex non dicitur grauare partem, quando earum sequitur voluntatem sententiando. ergo &c. faciunt que habentur in. l. si conuenerit. ff. de re iudicata. & per hanc rationem, & hunc tex. Bar. in. l. ad principem. & in. l. i. §. fuit quesitum. ff. de appel. & in. d. l. si conuenerit. & ibi per docto. dicit quod a sententia lata per iudicem secundum consilium sapientis electum per partes non potest appellari, sicut alias non potest recusari iudex ab eo qui eum semel elegit, & sic fuit electus secundum suam voluntatem. vt est text. in authen. offera. C. de litis conte. & habetur in secunda questione tertia. cap. offeratur. Gloss. in verbo, dispendij. querit qualiter intelligatur text. dum dicit condemnatum in causa principali, propter iuramenti recusationem si illud probabit in causa appellationis rite renuisse nihil dispendij consequetur ex prima sententia dicit glo. quod neuter damnabitur neutri in expensis. Pro intelligentia huius gloss. an & quando vincēs in causa principali & succumbēs in causa appellationis debeat condemnari in expensis. dic secundum Innoc. in cap. fin. in tit. de dolo & contuma. & per Ioan. andr. in regula, iuris ignorantia. de regul. iur. in. vi. & per Bar. Bald. & Raph. hic, quod aut sententia in causa appellationis est lata ex nouis probationibus contra vincentem in causa principali, & victus non debet condemnari in expensis. ita intelligatur ista gloss. & est ratio, quia isto casu victus errauit in facto: putans aduersarium amplius non probare, & ignorantia facti excusat. vt est text. in dicta regula, ignorantia. aut sententia fuit lata in causa appellationis ex antiquis probationibus factis in causa principali. & victus debet condemnari in expensis, licet fuerit victor in causa principali: & est ratio, quia isto casu victus errauit in iure credendo

denus se plene probasse, sed ignorantia iuris non excusat dicta regula, ignorantia. & l. error. §. ad legem Falcidiam. ergo &c. Circa autem intelligentiam gloss. fin. vide dicta in. l. 1. & in. l. delata. super gloss. supra eodem. sequitur. §. His de presentibus.

SVMMARIVM.

1 ¶ Dispositiuus ordo, quandu vna partium est absens, & per procuratorem litigat.
2 Iuramentum si defertur absenti debet venire ad iudicem, vel ad eum mitti: vt sub actorum testificatione iuret, referat, vel recuset.
3 Omnia que de appellatione dicta sunt inter presentes, occurrunt inter absentes.
4 Iuramentum quandu testi defertur, debet ille, contra quem testis producitur, citari.
5 Iuramentum, facta citatione illius, contra quem est iurandum, prestitum, vel recusatum, valet.
6 Iuramentum quando mittitur absenti, est in arbitrio iudicis, quibus expensis mittatur, an vtriusque partis, an vnius tantum.
7 Lite pendente, seu dilatione iudicis officium conquiescit.

His de presentibus.

a Postquam Imperator. s. §. proximo posuit effectus iuramenti delati prestiti vel recusati, quandu ambu litigantes sunt presentes, hic autem ponit qualiter reus debet se habere, quandu 1 † vna partium est absens, & litigat per procuratorem dicens in primis dandum certum terminum illi absenti. s. quem compareat coram iudice cause ad iurandu. vel & secundo. 2 † Iudex cause mittet ad iudicem loci, vbi moratur absens: vt sub testificatione actorum, iuret, referat, vel recuset. hoc primo. Item quod dum mittitur ad absentem pars aduersa habet facultatem eundi per se, vel per procuratorem; & videndi iurare dictum absentem. hoc secundo. Item quod expense que fiunt causa mittendi iuramentu predicto absenti fiunt ab ea parte, prout iudex arbitrabitur. hoc tertio. Item quod dum mittitur huiusmodi iuramentum absenti impeditur causa in aliis capitulis. hoc quarto. Item quod expeditur per iudicem cause istud capitu. delati iuramenti absenti facta sibi relatione per iudicem loci, vbi est absens. hec quinto. Item 3 omnia † que dicta sunt. s. §. proximo, de appellatione habent locum in iuramento, delato, prestito, vel recusato inter absentes. hoc sexto vsque ad. §. in omnibus. ¶ In textu ibi, ad iudicem venire. tene menti, quod si causa agatur cum procuratore absentis & pars que est presens vult. quod causa decidatur iuramento quod iudex debet statuere certum terminum illi procuratori, infra quem faciat comparere principalem ad iurandum. vt hic est text. qui non solum habet locum in iuramento, vt hic. sed etiam quandu pars presens vult quod ille absens respondeat positionibus, vel articulis secundum Bartolum, Baldum, & doctores. Item potest iudex cause scribere iudici illius loci, vbi est absens, vt absenti deferat iuramentum, & postea rescribat qualiter ipse iurauit, vel forte recusauit cum causa vel sine, & sic omnia huiusmodi. & ita intelligatur text. ibi. sub actorum testificatione &c. adeo vt iudex potest decidere causam, sicut talis practica etiam seruatur in examinatione testis absentis per iudicem, vbi est testis ad requisitionem iudicis cause, secundum ea que habentur. in. l. iudices. & in authentica, apud eloquentissimum. in fi. s, de fide instrumentorum. quod etiam seruatur quandu pars presens vult quod pars absens respondeat articulis & positionibus, secundum docto. hic, & ibi. quod tene menti in practica. ¶ In textu ibi, adesse his, que de iuramento aguntur, tene menti secundum doctu. quod quandu mittitur iuramentum parti absenti secundum modum supradictum, quod pars presens debet citari, vt vadat ad videndum deferri iuramentum parti aduerse, & erit in sui arbitrium ire, vel ne. vt hic dicit text. & est ratiu, quia quis debet citari ad omnem actum, in quu potest ledi. l. de vnoquoque. de iudic. & l. nam ita diuus. de adop. 4 quod † non solum habet locum in delatione iuramenti facta principali, sed etiam quando defertur iuramentum testi debet ille, contra quem testis producitur, citari. per text. in. l. si quandu. infra, de testi. & per dictam. l. iudices. & per capitulum secundum. eodem titulo. secundum docto. hic. imo plus si citata est pars ad videndum iuramentum testis, & quando iurauit neutra pars fuit presens non valet dictum testis. vt est gloss. singul. in dicta. l. si quando. per quam dicit Raph. infra, quomodu & quando iudex sententiam proferre debeat presentibus partibus, vel vna parte 5 absente. se tritasse multa dicta testium. Et † si facta citatione illius contra quem est iurandum non vult adesse iuramento, tamen iuramentum valet prestitum, vel recusatum. vt hic est text. ibi, & ex vna parte. licet quando pars debet respondere positionibus & articulis alia pars producens eos debeat esse presens ad hoc. vt confessio respundentis sibi prosit cum confessiu facta absente parte. vt habetur in. l. certum. §. si quis absentem. ff. de confess. ¶ In textu ibi, expensis. tene menti, quod licet alias expense que veniunt fiende, in causa debeant fieri per illum ad cuius instantiam emanauit actus. vt habetur in. l. quoniam liberi. infra, de testi. & in. l. cum sepe. infra, de erogatio6 ne militaris annone. libro duodecimo. tamen † quandu mittitur iuramentum absenti est in arbitrio iudicis, quibus expensis mittatur, an vtriusque partis, an vnius tantum, vt hic dicit text. iuncta glossa, in verbo, altera. quem Rapha. intelligit, vt expensis vtriusque deferatur iuramentum absenti, quandu vtraque pars fuit in concordia, vt deferretur: & sic iste actus fuit initus ad instantiam vtriusque partis, sed vbi vna tantum pars vellet non autem alia quod deferretur iuramentum, deberet mitti iuramentum expensis illius per dictam. l. quoniam. & dict. l. sepe. faciunt, que habentur, supra, de statuis & imaginibus. sed ista distinctio nun habet locum, quando pars absens agitat causam per procuratorem. & pars aduersa vult quod ipse respondeat positionibus, quia ad eum absentem debet mitti expensis absentis. ita tenet Bartol. post gloss. in. l. secunda. ff. ex quibus causis in possessiunem eatur. & ideu dicta nota ad ea que habentur per Bartolum, in. l. si postulauerit. de adulter. videlicet quibus expensis debeat mitti ad consilium sapientis, quia debet haberi supradicta consideratio. ¶ In textu ibi, nullo. tene menti, quod licet 7 alias dicatur quod † pendente lite, seu dilatione iudicis officium conquiescit. vt est text. in. l. sine pars. in principiu. supra, de dilationibus. id est pendente termino dato parti, non potest aliter procedi in causa, tamen illud est verum secundum Raphaelem, quo ad illum articulum super quu pendet lis, vel super quo data est dilatio, nun autem super aliis articulis eiusdem cause per hunc textum. & ideo donec mittitur iuramentum absenti, poterunt produci testes scripture, & alia fieri pertinentia ad alios articulos cause, quia quu ad illos non conquiescit iudicis officium, quod nota ¶ In textu ibi, omnibus aliis. tene menti, quod sicut a sententia lata pretextu iuramenti delati alteri, presenti, & deferenti, relati, recusati, non potest appellari: & sicut a sententia lata pretextu iuramenti, delati, recusati, potest appellari: & sicut a sententia lata contra presentem deferentem. iuramentum non potest appellari, vt ista omnia habentur supra. §. proximo. ita non potest appellari. vel potest a sententia lata pretextu iuramenti prestiti, vel per absentem, cui iudex misit iuramentum. ita debet intelligi iste versicu. sequitur. §. In omnibus.

a ¶ Super isto. §. his de presentibus. vsque ad. l. si. videatis Bal. & sali. Barto. in. l. quoniam. & in. l. si quado. s. de testi. Bar. in. l. ii. in. §. defendi. ff. ex qui. cau. in po. eatur. Bartol. in. l. ad egregias. ff. eo. Bar. post Dy. & Ray. in. l. si postulauerit. ff. de adulte. Bar. in. l. si. in. ii. col. ff. de feriis. & in. l. ii. de re iudi. & in. l. sine pars. C. de dila. & in. l. iii. de appella. recipi. do. Panormi. do. Feli. & Mu. in. c. cu causam. de testi. gemi. & domi. Francum in. c. Romana in. §. contrahentes. de foro cope. in. vi. do. Alex. in. l. qui bona. in. §. si alieno. in. xi. col. in fi. de damno infecto. S. T.

SVMMARIVM.

1 ¶ Iudex potest compellere partem ad suscipiendum iusiurandum, & licet actus iudiciarii non possunt fieri in locis priuatis, sed in publicis: tamen non inconuenit quod multotics iudex in aliqua causa mittat iu

ramentum ad domum, vt ibi prestetur: puta si erit persona in dignitate constituta, vt Episcopus, miles, doctor, infirmus: vt habetur hic, & in l. ad egregias. ff. eodem. per interpretes.

2 In casibus, in quibus ad domum iusiurandum mittitur, citanda est aduersa pars, vt iureiurandi tempore adsit: & an ista procedant in iuramento ad mulieres misso.

3 Actus voluntarie iurisdictionis, & non contentiose in ecclesia confici possunt. Fallit in iuramento, & ponitur ratio.

SIn omnibus. hoc d.

Iustinianus in hoc fine protestatur qualiter non intendit per hanc suam constitutionem derogare neque corrigere leges veteres de iuramento loquentes, sed eis supplere: & ideo sicut erat prius statutum, debet obseruari in deferendo iuramentum, scilicet compellendo 1 † partem ad illud suscipiendum in iudicio, vel illud mittere ad domum illius, quod prestatur tactis euangeliis, hoc dicit, vsque ad finem. & scias quod non inconueniat quod multones iudex in aliqua causa mittat iuramentum ad domum, vt ibi prestetur: puta si erat Episcopus, doctor, vel miles, vel infirmus, vel alia persona in dignitate posita, vt probat ibi in domibus. iuncta. l. ad egregias. ff. eodem. vbi per glo. & doc. licet alias actus iudiciarii non possint fieri in locis priuatis, sed in publicis, & vbi solitum est. l. penult. in fi. ff. de iustitia & iur. & l. uoluit. ff. de interrog. actio. cum similibus. sicut etiam ista obseruantur quando debet aliquis ex supradictis testificare, vt iuramentum mittatur ad domum, licet alias debeat iurare in loco iudicii. vt est text. iuncta glo. in. l. iii. §. sabino. ff. de testi. & est ratio, quia validum est argumentum de loco ad tempus. l. vinum. ff. si cert. petatur. sed testis nõ potest iurare diebus festis, licet bene possit examinari. vt est gloss. in clement. iudices. de officio delega. ergo &c. que omnia supradicta intellige vera quod ex causa mittitur iuramentum ad domum in ciuilibus: secus in criminalibus in quibus tales persone sunt cogende iurare in iudicio. vt est gloss. in capit. primo. de testi. cogẽ. & notatur in. l. iudices. §. de fide instrumen. & est ratio. quia iudex non debet ipse ire ad domũ talium personarum. l. ii. §. de offic. diuers. iudiciorum. & l. iubemus. §. fin. §. de episcopis & clericis. & sit licitum quod cum tractetur de maiori preiudicio, vt iudex videat iurantem, merito debet ad iudicem duci, secundum Archidiaco. in capitulo. presentium. de testibus. in vi.

2 sed aduertas, quia † eo casu quo iuramentum debet mitti ad domum, debet citari pars aduersa in cuius preiudicium est iurandum: vt supra. §. proximo. ver. licentia: & notatur in authentica, apud eloquentissimum. infra: de fide instrumentorum, quod tamen fallit quando mittitur iuramentum ad mulierem, que propter sexus pudicitiam potest absente parte iurare. vt est text. in authentica, vt litigantes iurent. §. si vero. secundum doc. in dicta. l. ad egregias. quam Ludo. ibi intelligit procedere in mulieribus monialibus, ad quas propter vite sanctimoniam prohibetur ingressus, pro quo ipse adducit. l. ii. §. sin autem. supra, de iuramento calumnia. doct. tamen omnes indistincte loquuntur. Item scias. quod licet alias actus iudiciarii non possint exerceri in ecclesia. vt est text. in. capitulo, decet. de immunitate ecclesiarum. & in. l. secunda. secundum vnum intellectum. supra, de sacrosanctis ecclesiis: quod est verum, quando exercentur actus contentiose iurisdictionis, cum tunc fiat ex strepitu iudiciorum, qui debet cessare in ecclesiis. dict. capitul. decet. secundum

3 Bartolum, in dicta l. secunda. secus si sunt actus † voluntarie iurisdictionis, quia illi in ecclesia possunt exerceri: vt habetur in. l. prima & secunda. supra, de his, qui in ecclesia manumittuntur. tamen iuramentum, licet sit actus iudiciarius & contentiosus, defertur in ecclesiis: vt probat hic text. ibi, oratoriis. iuncta glosella, super hoc verbo. secundum Bald. & docto. & est ratio secundum Raphaelem, quia iuramentum est quid religiosum & spirituale. l. ii. supra eodem. & l. prima. ff. eodem. merito non prohibetur exerceri in ecclesia. quid autem de iuramento vel depositione testis, an possint fieri in ecclesia, & facta teneant, & quid de contractibus celebratis in ecclesia, an teneant, & eos ineuntes mortaliter delinquant, vide plene per Bartolum, & Baldum in dicta. l. secunda.

1 ¶ Circa hanc l. si. de modo probandi negatiuã, videatis Pau. de ca. in consi. ii. Bar. in l. cum te sta. de testamẽ. manu. Bar. in. l. errores. §. de error. aduoca. Bar. in. l. cum quis. C. de vsufruc. Bar to. in l. titie textores de lega. i. doctores post gl. in l. eos. de offi. magi. Bald. in. l. iusiurandum. §. de eden. Bald. in. l. ii. qui ad ciuiles. de appellatio. & quo ad hoc videatis in pulchro casu decision. do. Soci. in con. clar. in. iii. col. & ad notata hic p. Mod. post Bar. in fine. videatis Barto. & Mo. etiã in. l. fundum ff. de actiõi. empti. S. T.

SVMMARIVM.

1 ¶ Si legatarius ad delationem heredis iurat sibi esse relictum legatum, pretextu periurii iuramentum retractatur, & ad delationem heredis prestito iuramento per legatarium affirmantem sibi factum esse legatum per testatorem & vere sit factum, potest postea heres vti legis falcidie beneficio.

CVm quis. hoc dicit.

a Hic Imperator in principio ponit vnam questionem, an † si legatarius ad delationem heredis iuret sibi esse relictum legatum: verum pretextu periurii, & sic veritate in contrarium reperta iuramentum retractetur. & respondet ibi, nobis itaque &c. quod retractatur. Secundo Imperator ibi, vel si re vera, ponit aliam questionem, an ad delationem heredis prestito iuramento per legatarium affirmantem sibi factum legatum per testatorem quod re vera factum erat, possit postea heres vti beneficio legis falcidie, si imminet, quo ad illud legatum. & respondet, quod potest illud defalcari per heredem, & hoc sit loco summarii. Pro intelligentia premitte, quod hodie testator non potest legare de bonis suis vltra dodrantem, id est vltra tres partes ex quatuor suorum bonorum, & si legat, heres institutus adeundo hereditatem potest pro consequendo quartam omnium bonorum defuncti defalcare, id est diminuere omnia legata secundum quantitatem ipsorum, vt cui sit plus legati. plus defalcetur, cui minus, minus defalcetur, ita sunt termini. ff. eodem. & instit. ad legem Falcidiam. ¶ In textu ibi, nobis. tene menti, quod licet regulariter non retractetur pretextu periurii iuramentum iudiciale. l. i. supra eodem. tamen fauore vltime voluntatis. vel alia ratione, quam ponit hic gloss. in verbo, lucrum. iuramentum legatarii asserentis legatum sibi factum retractatur, & per consequens heres qui detulit iuramentum, non obstante iuramento poterit repetere dictum legatum: vt hic est casus notabilis, de quo latius dixi in dicta. l. prima. ¶ In textu ibi, & si verum. tene menti quod si legatarius iurat sibi factum legatum quod re vera factum fuit, tamen heres qui detulit potest defalcare illud si testator legauit vltra dodran. vt hic est text. & ratio, quia iuramentum modificatur secundum dispositionem. l. ne iurans sit periurus, qui etiam si iurasset sibi deberi legatum integrum, quod esset defalcandum, merito intelligitur deberi legatum saluo falcidia. idem etiam habetur in teste, vt eius dictum modificetur, & intelligatur secundum dispositionem. l. ne sit periurus. vt habetur in capitulo, cum tu. de testi. secundum Baldum. Ex quibus notanter habes quod heres potest opponere beneficium falci. post sententiã, licet alias sit except. peremptoria, que regulariter nõ potest opponi post sententiam. l. ad peremptorias. §. sententiã re. nõ po. & est ratio isto casu, quia quoties except. non impugnat sententiã, potest post sententiam opponi. vt habetur in. l. ex diuerso. §. si. ff. sol. ma. & in. l. Mesenius. in fi. & ibi per docto. ff. de re iud. & in. l. pen. ff. quod cum eo. & per consequens except. inuentarii, & excep. ne quis exigatur vltra quam facere possit, & huiusmodi except. & multe alie que possunt opponi post sententiam, vide gl. no. in. l. i. §. de iuris & facti igno. Gl. prima, querit quomodo probabitur ista negatiua. s. nihil fuisse relictum illi legatario iuranti sibi relictum, vt hoc apparente possit repeti per heredem. gl. respõdet quod probabitur primo per testes supple qui interfuerint testamento, & asserentes nihil illi legatario reliquisse testatorem

torem, vel etiam & sic secundo probabitur per scripturam testamenti in qua non appareat aliquid reductum & sic ex hoc habes negatiuam posse probari per scripturam, quod Bartol. hic, & in. l. Titie textores. de lega. j. & in. l. x. de verbor. obligat. & docto. in. l. in illa stipul. cod. titulo, & Bald. hic tradunt, quod stante statuto, quod non soluens collectas non audiatur agendo, quod ista negat. quem non soluisse collectas, poterit probari per nomerationem librorum. & scripturarum existentium in archiuo publico, vbi reperiuntur descripti omnes soluentes, quod si iste non reperitur, probatum est ipsum non soluisse: licet Raphael aliter hic sentiat. item etiam probabitur negatiua, videlicet scholarem non esse matriculatum per inspectionem matricole, vbi omnes describuntur: nam si non reperitur, probabitur non esse matriculatum: de qua tamen vnam an & quando probetur negatiua vide latius per Bartolum, & doct. in dicta. l. in illa. & per gloss. in. l. prima. §. hoc interdicto. de itine. actuque pri. & ibi per Bartolum, & per Cynum in. l. actor. j. de probatio. & hic per Baldum.

a *Si certum petatur*[a]. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 Continuatio rubr. & declaratio verborum tituli.
2 Mutuum dicitur triplicis speciei.
3 Ad esse mutui plura requiruntur, & de differentia inter mutuum, commodatum, & depositum.
4 Ex obligatione per mutuum contracta que actio oritur.
5 Condicere quid sit, & de eius effectu pulchra declaratio.

GLoss. rubricæ.

1 Primo continuat † rubricam dic, vt in ea, vel dicas clarius Imperator in hoc quarto libro erat tractaturus de actionibus personalib[9], per quas res alijs credite consequentur, & inter ceteras actiones ille per quas intenditur quid dari, & sic dominium transferri in agentem. sunt dignores: ideo premittit de illis a.tio. que appellantur condictiones, quarum quedam dantur ad quid certum, quedam ad incertum, vt habetur in. l. certi condict. & l. certum. ff. eodem. & l. sed si me putem. §. primo. ff. de condicti. indebiti. sed cum debeat prius succurri illi qui petit quid certum sibi dari quam incertum, vt de se patet, & nullus reperiatur contractus qui ex omni sui parte contineat ita certum sicut contractus mutui propter quiditatem, qualitatem, & quantitatem, que consistunt in ipso contractu mutui circa consistentia, videlicet in pondere, numero, vel mensura dicta. l. certum merito posita est hic rubrica, si certum petatur. id est, si res mutuata petatur per mutuantem a mutuatario. Et pro intelligentia istius rubrice tit. & materie
2 premitte quod † mutuum est triplicis speciei: quoddam dicitur mutuum naturale in quo interuenit ipsa res simpliciter sine qua re contrahi non posset, cum dicatur contractus qui re contrahitur, instit. quibus modis re contrahitur obligatio. in princip. quoddam dicitur mutuum ciuile cui natura cooperatur, vt est quando numeraui tibi decem, & postea stipulatus sum mihi reddi: de quo habetur in. l. secunda. §. fina. ff. eodem. & l. secunda. §. eodem. quoddam dicitur mutuum mere ciuile vbi tantum interuenit actus introductus de iure ciuili, non autem aliquis actus naturalis interueniens, puta numeratio, & est quando quis confessus est recepisse mutuo decem spe future numerationis de quo loquitur. ti. de literarum oblig. instit. & infra, de non numerata pecunia. de quibus tamen speciebus vide gloss. & doctor. in dicto §. fina. Secundo premitte quod interest nostra scire vtrum contractus qui initur inter partes, sit mutui, vel alterius generis puta, commodati, depositi, contractus innominati, & sim. propter quedam singularia, & priuilegia que habet mutuum de quibus per text. gloss. & docto. in. l. sing. ff. eodem. & etiam, quia si est res mutuata, que perijt casu fortuito nihilominus non liberatur mutuatarius imo tenetur mutuanti restituere. l. incendium. infra eodem. quod esset secus si esset commodata, & deposita. l. si vt certo. §. nunc commodati. & l. contractus. in fine. de regulis iuris. & in. §. item is. institut. quibus modis re contrahitur obligatio, & est ratio: quia casus fortuitus spectat ad dominum. l. que fortuitis. infra, de pignor. action. sed dominium rei mutuate transfertur in mutuatarium. l. secunda. §. appellata. ff. eod. ergo ad eum spectat casus fortuitus quod non est sic in commo. deposito & simil. l. rei commodate. ff. commoda. preterea quis accipiendo rem mutuo, efficitur debitor generis illius rei quam accepit, secundum quod legiste accipiunt genus, vt per gloss. in. l. secunda. in princip. ff. eodem. sed genus perire non potest dicta. l. incendium. ergo mutuatario dominium mutuate res mutuata perijt. Et ideo
3 ad cognoscendum † mutuum & ad esse mutui plura requiruntur Primo, vt res mutuata, puta granum, decem, vel quid simi. fiat accipientis, & sic in mutuatarium transferatur dominium rei dicto. §. appell. Item requiritur, vt detur illa res eo modo, vt reddatur alia non eadem. item tex. institut. quibus modis re contrahitur obligatio. in fi. alias esset commodatum si fieret gratia accipientis tantum alias esset depositum, si fieret gratia dantis tantum, vt est text. in dicta. l. secunda. in princip. Item requiritur, vt detur illa res eo animo, vt reddatur alia de eodem genere quod accepit. nam si redderetur de alio genere puta mutuaui granum vt redderes ordeum istud non erit mutuum, sed contractus innominatus, scilicet do vt des per dictam. l. secundam. in princip. Item requiritur quod res que datur mutuo, consistat in pondere numero, vel mensura, & secundum eius consuetudinem ponderetur, numeretur, & mensuretur, vt est tex. in dict. institut. in princip. & habetur in dicta. l. secunda. §.
4 mutui. tertio premitte quod † ex obligatione contracta propter mutuum oritur certi condictio specialis. ad consequendum rem mutuatam oritur & alia certi condictio generalis que non tantum competit pro mutuo, sed etiam competit ex omni causa, & ex omni oblig. ex qua aliquid certum petitur, vt est text. in. l. certi condictio. in prin. ff. eodem. & in hac opin. quod sint due certi condictiones, vna specialis alia generalis tenuerunt gloss. hic. & glos. in rubrica. ff. eod. & in dicta. l. certi condictio. & in dict. instit. in princip. licet gloss. tenuerit contrarium in. l. quoties. ff. de pre scrip. verb. & omnes Vltramon. & nonnulli alij per rationes suas de quibus per Bartolum in dicta. l. certi condictio. videlicet quod vna tantum sit certi condictio, scilicet generalis que etiam competit pro mutuo, & non datur nec competit alia specialis. Barto. autem, & doct. communiter in dictis locis tenent duas esse certi condictiones, vt. s. de qua tamen materia vide latius per docto. in dicta. l. certi condictio. quarto premitte
5 te quod cum † condicere sit acquirere dominium rei, vt notat. insti. de actio. §. sic itaque. ideo condictio non competit ei qui presoponit dominium habere in re quam vult condicere: quia nemo potest condicere rem suam. id est, agere condictione ad rem suam preter quam a fure odio ipsius vt habetur in dicto. §. sic itaque. & in. l. fina. in fi. ff. vsufr. quemadmo. caue. & est ratio: quia dominus rei ex vna causa non potest dominus effici ex alia causa. l. sequitur. §. fina. de vsuc. sed si sum dominus rei non possum per condictionem per quam acquiritur dominium, vt. s. effici iterum dominus, sed isto casu tali domino competit actio que dicitur vendicatio. l. j. §. de alie. iudi. mu. causa facta. quinto premitte quod non sine ratione iuris sapientes introduxerunt huiusmodi condictiones competentes ex vnaquaque causa & obligatione: licet prius introduxerint, alias actiones particulares ex vnaquaque obligatione, vt ex empto, locato, pro so. tut. & si. ex quibus etiam obl. quis potest agere condictione. d. l. certi condictio. quia interest nostra habere plures vias, & actiones agendi. l. filius. §. varijs. de leg. ij. & etiam quia aliquando quis damnatur alia qua actio. vt est pro so. tutele, & quibusdam alijs efficitur infamis: vt. §. ex quibusdam. instit. de pena teme. litig. & in. l. j. ff. de infam. & ideo si ago contra socium meum act. pro so. ad. x. si condemnatur mihi efficitur infamis, prout etiam tutor damnatus actione tutele efficitur infamis p. d. iura: secus autem si est condemnatus quando fuit actum aliqua condictio quia

a ¶ Vltra Mod. post do. Corne. in hac ru. si cer. peta. habetis bonam gl. & Bart. ibidem. in. §. fina. l. l. mutuum dans. ff. eo. & in. §. creditur autem. eiusdem. l. videatis domi. Phili. deci. & do. Rinaldum. do. Alex. in. l. si ita stipulatus. in. §. grisogonus. in. iij. col. de ver. ob. & d. Soc. in Consi. clxxi. incip. diu. in ver. preterea in. §. vol. & ponderate subtilia & egregia dicta bal. hic. S. T.

non efficitur infamis, vt habetur.in.l.cessat.de actioni. ⁊ obligat.etiam propter multa alia fuerunt introducte conditiones de quibus habetur per aliquos in dicta.l. certi conditio.sequitur Lex prima.

¶ Super hac.l. quanuis.ponderate dicta.Cy. ⁊ videatis Bald.in l.⁊ si frater.ff.de pigno.vltra mo. hic. S. T.

SVMMARIVM.

1 ¶ Heredes tenentur creditoribus defuncti pro hereditarijs portionibus, non autem habito respectu ad cōmoda prelegatorum.
2 Faciens aliquid intelligitur habere notitiam quare faciat illud.
3 Mulier Velleiano renuntians,an certificata intelligatur per prius.
4 Res ⁊ voluntas ipso facto probatur.

Lex prima. h. dicit.

1 Heredes † tenentur creditoribus defuncti pro hereditarijs portionibus, non autez habito respectu ad cōmoda prelegatorum.hoc dicit. ¶ In text.ibi,pro portionibus hereditarijs.tene menti quod heredes tenētur satisfacere creditoribus pro rata pro qua sunt instituti heredes, non autem pro rata que vnicuique est prelegata, vt si vnus ex heredibus est institutus in duabus partibus hereditarijs,alius in vna,ad primum spectabit soluere duas partes debiti defuncti,ad secundum vnam,⁊ sic de singulis,secus si vni sunt prelegata puta centum,⁊ postea illo, ⁊ alio institutis heredibus pro equali rata: quia secundum quod sunt instituti,soluent onera hereditaria: non autez habita consideratione prelegatorum vt hic est tex.⁊ in iuribus allegatis in glo.in verbo.pertinere.facit etiam text.in.l.ij.ff.si vnus ex plur.⁊ ideo si vnus conuenitur a creditoribus insolidū,poterit tantū cogi soluere pro rata sua pro qua est heres per dicta iura: quod est verū quando debitum petitur actio.descendente ab obligatione personali ipsius defuncti: secus si actio.reali: quia tunc ille heres qui possidet rem hipothecatam, ⁊ obligataz creditori per defunctū poterit insolidum conueniri, vt est text.in dicta.l.ij.⁊ ratio diuersitatis est:quia quando agitur contra heredes act. personali nata ex obligatione personali,illa non sequitur fundum.l.i.§.si heres.ff.ad Trebellia.sed datur cōtra heredes obligatos,cum representent personam defuncti obligati,vt authentic.de iureiurand.a mo.prestit.in princip sed cum non representent personam defuncti nisi inquantum sunt heredes, ⁊ pro illa rata:nec autem inquantum sunt loquimur:ergo non tenētur nisi pro rata pro qua sunt heredes , sed quando agitur actio.reali tunc agitur contra possessorē eo qd possidet,⁊ ipse solus tenetur:ergo ⁊c. ¶ In tex.ibi,quod nec ipse,tene menti secundum Bartol.quod † faciens aliquid intelligitur habere notitiam quare faciat illud.nam cum iste frater consultans Imperatorem iam inceperat soluere pro rata pro qua erat heres creditoribus presumebatur hanc constitutionem inesse Salic.inducit hunc text.ad multa ⁊ maxime quod † mulieres renuntiantes velle.intelligantur prius certificate,de quo late per docto.in.l.sciendum.de verb.obligationibus.Item allegat iste tex.quod † res,⁊ voluntas probatur ipso facto.de quo etiam in.l. repreben.ff.de insti.⁊ substitut.⁊ habetur in.§.patroni. institu.de rer.diuisi.⁊ in.l.naturale.§.in his.ff.de acquir. rer.domin.sequitur Lex,quanuis.

SVMMARIVM.

1 ¶ Pecuniam alienam suo nomine mutuans si sibi reddi stipulatur,actionem sibi querit,quaz domino pecunie cedere tenetur.
2 Diuersi ennumerati modi quibus mutuum reconciliatur.
3 Qua actione aget dominus pecunie mutuate contra mutuantem,vt cedat actionem mutuanti quesitaz contra mutuatarium ex numeratione.

Quanuis. hoc dicit.

a 1 Qui † pecuniam alienam suo nomine mutuat,si stipulatur sibi reddi actio.sibi querit, quam tenetur cedere domino pecunie.hoc dicit. Et tene menti quod licet alias non dicatur mutuum quando in mutuatarium rei mutuate non transfertur dominium.l.ij.§.appellata.ff.eodem. quo respectu videbatur quod mutuans alienam pecuniam suo nomine cum non habeat dominium,⁊ per cōsequens,illud non possit in alium transferre, per ea que habentur in.l.traditio.de acquirendo rerum dominio.⁊ l.nemo plus. de regulis iuris. ⁊ per consequens quod non consistat mutuum ac etiam non querat actio.contra mutuatarium : tamen istud mutuum reconciliatur stipulatione : quia stipulatio facit , quod iste contractus dicatur mutuum quod alias non fuisset:vt supra.⁊ hoc modo debet intelligi iste text.secundum Bartol.Bald. Salice.⁊ Rapha.⁊ ideo si mutuo tibi decem, que erant Titij,⁊ ante,vel post stipulor a te dicta. x.mihi reddi: istud est mutuum reconciliatum stipulatione, ⁊ dicitur ciuile cui natura cooperatur,vt supra in rubrica. ⁊ per consequens potero agere contra te certi condictio.orta ex stipulatione impleta propter istud mutuum:non autem potero agere certi condictione speciali pro illo mutuo secundum gloss.hic in verbo.fuo, ⁊ gloss. Bartol.⁊ 2 doctor.l.secunda.in fine.ff.eodem.alios † autem modos quibus reconciliatur mutuum,quod a princi.non subsistebat vide per gloss.Bartol.⁊ Moder.in dicto.§.appellata.⁊ gloss.hic in verbo.stipulando.ponit vnuz modum reconciliandi mutuum,scilicet consumptione, vt si quis mutuat pecuniaz,vel aliam rem alterius a princip.non potuit esse mutuuz per rationez de qua supra: sed tunc demum dicetur mutuum, quando illa res erit consumpta per mutuatarium , vt est text.in. l.nam ⁊ si fur.ff.eodem. Et ista consumptio potest contingere tribus modis:primo si mutuatarius eam minutatim expendidit, vt dicta.l.nam ⁊ si fur.⁊.l.si quis pro eo,§.si numos . ff.de fideiussorib.secundo si eam perdidit : vt notatur in l.indebiti.§.si numi.de condictione ind. tertio si mutuatarius eam cuz alijs pecunijs immiscuit: vt l.si alicui. ff.de solution.quod non habet locum in alijs rebus mutuabilibus,sed in pecunia numerata,vt habetur in.l. Pomponius. scribit , si frumentum . ff.de rei vendicatio.secundum Bartolum in dicto. §.appellata. sed contra hunc text.⁊ supradicta opponitur de.l.certi condictio.§.si numos.ff.eodem.⁊.l.si absentis.infra eodem.vbi mutuans acquirit actio.domino pecunie, ⁊ nō sibi.solue quod si quis mutuat pecuniā alienam suo nomine,⁊ sibi stipulatur,procedit text.videtur secus si nomine domini pecunie mutuat : quia tunc ipsi domino acquiritur actio ex mutuo,⁊ sic ex cautione : vt dicto.§. si numos. ⁊.§.quoniam.eadem.l.⁊ dicta. l.si absentis. non autem ex stipulatione queritur actio domino pecunie cuius nomine fuit numerata , ⁊ stipulata illi domino reddi, sicut acquiritur ex stipulatione illi qui numerauit suo nomine pecuniam alienam.⁊ sibi est stipulatus per dictum.§.quoniam.⁊ est ratio : quia stipulatio non potest contrahi inter absentes per nuntium, vel epistolam,vt est text.in.§. Item verborum. institut. de inutilibus stipulationibus.⁊ in.l.primo.in princip. de verborum obligationibus.secundum Baldum hic, vel dicas quod stipulatio facta alteri nō tenet.§.si quis alij.institu.de inutilibus stipulationibus.cum similib. ergo ⁊c.vt ex ea nō oriatur actio,sed ex numeratione facta nomine alterius , ⁊ hoc modo debet intelligi gloss. hic in verbo nomine , ⁊ in verbo stipulando . si autem mutuans pecuniam alienam suo nomine post numerationem non fuit stipulatus sibi reddi : tunc si illa pecunia extat,actio non queritur sibi:quia non est mutuum reconciliatum stipulat.vel consumptione.per supra dicta,nec etiam queritur actio domino pecunie: cum non fuerit numerata nomine eius, secundum notata in dicta.l.certi conditio. §.si numos. secundum doctores.
3 ¶ Gloss. magna Primo querit qua † actione aget dominus pecunie mutuate contra mutuantem , vt cedat actionem mutuanti quesitam contra mutuatarium

ex num

ex numeratione stipulatione interposita dic, vt in gloss. quam Baldus, ⁊ doctores sequuntur. demum glossa ponit duas questio. quas etiam ponit gloss. in dicta. l. nam ⁊ si fur. vbi Bart. ⁊ Moderniores plene eas examinant dic vt ibi ⁊ etiam hic per Raphael. sequitur Lex, eos qui, officium.

SVMMARIVM.

1 ☞ Ubi quis gerit officium fenus exercere non potest nec alium inire contractum, ⁊ hec cum declaratione ac fallentijs miro, ⁊ singulari ordine positis.
2 Officiali contrahentis in casibus non permissis an contractus teneat, vel ne, ⁊ cui acquiratur quod in contractum devenit.

Eos, qui officium.

1 Ubi † quis gerit officium non potest exercere fenus. hoc dicit. sicut non potest etiam alium contractum inire: vt. l. quisquis. j. eod. ⁊ l. i. de contractibus iudicum. ⁊ l. non licet. ⁊ l. qui officiū. ff. de contrahen. emptio. ⁊ l. principalibus. ff. eod. ⁊ est ratio ne subditus contrahat timore officij per ea que habentur in. l. publica. §. quod me. causa. ⁊ etiam per aliam rationem ne iudex contrahendo retrahatur ab administratione officij per ea que habentur in l. milites agrum. ff. de re milit. Et intellige officialem non posse contrahere in prouincia, in qua gerit officium quando est temporalis ita intelliguntur. §. dicta iura. secundum gloss. primā: secus si est perpetuus, vt est tex in l. presidis. primo responso. ff. eo. ¶ Item secus quando officialis est deputatus sine temporis diffinitione, sed ad beneplacitum principis: qz etiam ille potest contrahere secundum doct. in. d. l. principalibus. ⁊ in. d. l. quisquis. argu. eorum que habentur in. l. iurisperitos. de excusa. tuto. ⁊ l. sufficit. ff. de cōd. indeb. Et ideo hic thesaurarius qui ad beneplacitum Pape gerit officiuz poterit contrahere: quod nota. ¶ Item secus in eo officiali, qui est temporalis: tamē est oriundus ab illa patria vbi officium gerit, secundum doc. communiter omnes in. d. l. principalibus. Licet Bal. in. d. l. quisquis nitatur cōtrarium dicere licet hic sentiat illud idem quod alij. Et ideo priores huius ciuitatis poterunt contrahere cum subditis. ¶ Item secus si officialis temporalis contraheret ob necessitatem propriam: vt. d. l. presidis. in fi. secundum vnam lectur. ⁊ est ratio: qz necessitas non habet. l. vt. l. i. ff. de offi. consulis. ¶ Item secus quando talis officialis temporalis cōtraheret pro vtilitate reipublice in qua gerit officium: vt. d. l. presidis. in fine. secundum aliam lecturam, ⁊ in. l. ciuitas. ff. eod. ⁊ in. l. Caius. ff. de vsuris. ¶ Item secus si talis officialis contraheret cum non subditis: quia posset tunc contrahere. d. l. presidis. in fi. secundum aliam lect. secundum Bartol. Bal. ⁊ Raphael. in dicta. l. principalibus. ⁊ gloss. hic in fine.
2 Quid autem si officialis† contrahit in casibus non permissis, an contractus teneat, vel ne, ⁊ cui acquiratur quod devenit in contractum, vide glos. in dicta. l. prima. de contractibus iudicum. ⁊ vide in dicta. l. non licet vbi dicitur, quod omnia prouenientia ex illo contractu acquiruntur fisco. sequitur Lex, si absentis.

SVMMARIVM.

1 ☞ Mutuans alienam pecuniam nomine absentis domini domino actionem querit, sed si dominus mutuate pecunie reprobat nomen debitoris dictam pecuniam accipientis mutuanti actionem cedere debet, quam si non cedit competit vtilis actio contra mutuatarium.
2 Tribus respectibus actio directa ⁊ vtilis dicitur.
3 Creditor mittendo literas debitori continentes illum esse mittentis debitorem si ille accipit, ⁊ tacet videtur debitum confiteri, ⁊ mercatores non contradicendo literis cambij ab eis receptis sed tacendo in eis contenta implere velle facere videntur.
4 Beneficium non directo sed per obliquum in inuitum ⁊ plurimi modi seu combinationes numerandi, ⁊ stipulandi suo, vel alieno nomine.

Si absentis. hoc dicit.

a
1 ª Si † quis mutuat alienam pecuniam nomine absentis domini, domino querit actio. sed si dominus pecunie mutuate reprobat nomen debitoris accipientis dictam pecuniam debet cedere act. mutuanti: quam si non cedit competit actio vtilis contra mutuatarium. hoc dicit. Pro intelligentia premitte eaque contra dixi in. l. et qui pignori dixi in titulo generali, quod tribus respectibus
2 dicatur † actio directa ⁊ vtilis. de quo per Bartolum in l. prima. in princip. ff. de actio. ⁊ obliga. ⁊ aliqualiter per Baldum in. l. prima. infra eodem titulo. quibus adde quod vbicunque aliqua ex causa quis tenetur cedere actionem alicui contra aliquem si non reperitur qui cedat vel latitet. vel non vult cedere illi cui erat cedendum competit actio vtilis ex. l. dispositione. vt hic est text in fine. ⁊ in. l. prima. in fine. cum seq. ff. de institor. ⁊ in. l. secunda. infra, de contrario iudicio tutele. vbi si vnus e contutoribus aliquid soluit pupille si pupilla sibi non cedit act. contra contutores habet vtilem act. contra ipsos, sed aduerte: quia ista vtilis est diuersa ab il. a vtili, que competit respectu directe quando, scilicet, ceditur actio alio cui cum tunc non cedatur directa que ab omnibus credentis velli non potuit adeo est infra. l. quis ergo. de peculio. sed ceditur vtilis per ea que habentur in. l. prima. infra. de actionibus ⁊ obligationibus. ⁊ l. tertia. ⁊ l. non abstulit. infra, de noua. qz ista que competit ex. l. dispositione dicitur subsidiaria, ⁊ datiua. illa vero vtilis que competit ex cessione facta dicitur ordinaria. ⁊ natiua secundum Baldum hic. que autem dicatur actio datiua, ⁊ contra natiua vide per docto. in. l. iurisgent. in princip. de pact. vbi Angel. per illum text. dicit quod actio datiua dicitur subsid. ⁊ non competit vbi competit natiua. ⁊ ideo in casu text. nostri competit ista vtilis datiua ex. l. mutuanti pecuniam alienam contra mutuatarium: qz domin⁹. d. pecunie reprobato nomine illius mutuatarij nolebat cedere mutuanti actio. quam ipse consecutus esset ex mutuo facto de sua pecunia suo nomine: qz si cessisset dictam actio. vtilem mutuanti non competeret ista alia vtilis subsid. quod not. quia subtilis. ¶ In text. ibi, mandatis. tene menti quod alias per procuratorem, vel per quanlibet aliam personam liberam non queratur actio personalis nobis scientibus, vel ignorantibus, sed acquiritur ipsi procuratori, vel alijs nostro nomine cōtrahentibus, ⁊ demum nobis acquiritur si per dictum procura. vel alios credatur dicta actio, vt habetur in l. possessio. §. ⁊ si. de acquir. possess. ⁊ l. solutum. §. per liberam. ff. de pign. actio. ⁊ in. l. i. §. per quas per. no. acqui. per rationem de qua in. l. quecunque gerimus. ff. de act. ⁊ obli. ⁊ in. l. ea que ciuiliter. de acqui. ra. do. tamen actio directa queritur domino pecunie mutuata per aliquam suo nomine ⁊ per cōsequēs statim sine alia cessione imo immediate dictus dominus ex illo mutuo facto suo nomine poterit agere contra mutuatariā cum sit sibi quesita actio, vt hic est text. not. ⁊ in. l. certi condictio. § si nummos. ff. eo. in tantum etiā quod queritur di. actio illi domino etiā ignoranti, ⁊ sic ante secutā ratihabitionē contra regulā do. qua in. l. si ego. ff. de neg. gest. ⁊ qd not. in. l. qui mihi donatū. ff. de don. ⁊ ratio est secundum doc. hic ē ibi ꝓpter singularia, ⁊ specialia precepta mutui q̄ sunt multa vltra regulā iuris cōmunis hic autem, ⁊ in. d. §. si nummos. nō placet. d. ratio doct. de qua. §. vez qz istud sit speciale in mutuo, vt actio alteri cuius nomine mutuatur acquiratur sine cessione: qz istud etiā reperitur in soluto indebito, vt actio ad illud repetendū acquiratur ipso iure illi cuius nomine est solutū sine alia cessione soluētis, vt est tex. in. l. si per ignorātiā. j. de cōd. ind ⁊ in. l. si procurator. ff. eo. ti. istud etiā reperitur in casu. l. si donatur⁹. in prin ff. de cōd. ob tur. caus. ⁊ in. l. i. §. accedit. j. de rei vxo. act. ⁊ in l. si quis ab alio. in prin. ff. de calum. ⁊ in casu. l. j. §. si. te ⁊ §. idem Pompo. ff. depositi. in quibus omnibus acquiritur alteri non contrahenti actio ipso iure sine cessione ergo non est speciale in actione descendente ex mutuo ideo dicit ipsa regula dictans per liberam personam nobis non queri actionem ipso iura intelligitur secundum terminos dicte. l. quecunq; gerimus, scilicet quando contrahit, ⁊ obligationem producit in esse, sed quando

a ¶ In hac. l. si absentis. vltra do. Pl. vbi. Anto. de alexan. Rimi. ⁊ Mod. videatis Bar. in. l. fundū de acti. empti. ff. ⁊ ponderate dicta Bal. hic, ⁊ videatis glo. gemi. ⁊ do. Francuz in c. j. de iu. patro. in. vi. ⁊ Ang. in. l. si filiusfamilias. ff. ad Maced. ⁊ ad summouēdas Mo. ambages videatis Bald. ⁊ do. Jo. de imola. in. l. patruuz filij. in. §. cum qui chirographū. de. l. j. rom. in cōs. lxxiij. ⁊ cōsi. cccc. ⁊ cōs. cclxxxvij. ⁊ in. l. j. in. §. si quis ita. de ver. obliga.

S. T

do quis mutuauerat aliquam pecunie quantitatem nomine alieno ſine mutuando, vel aliter ſoluendo videtur mutuare. ſed ſoluere illi cuius nomine ſoluitur, & per conſequens ipſe videtur contrahere ille vero qui mutuat, vel ſoluit actualiter tantum nudum miniſterium accomodat, & eſt ac ſi ille cuius nomine &c. ſibi ſolueret talem pecuniam merito ſibi tanquam contrahenti acquiritur actio ipſo iure etiam ſine ceſſione faciunt que habētur in. l. qui per liberam. infra, per quas perſonas. ſecundum eum hic, & in dicto. §. ſi nummos. vbi latius per Modernos. Gloſſ. magna diuiditur in quatuor partes. in princip. enim ponitur a quo fuit reprobatum nomen de quo in text. & qualiter intelligatur text. dum dicit reprobato &c. ſecundo ibi, & dic ponitur qualiter reprobatur nomen debitoris, ſcilicet, expreſſe dicendo nolo agere contra ipſum, & etiam tacite, ſcilicet, nolendo ratum habere contractum, & primum modum intelligendi ſequuntur hic communiter doctor. ad quod faciunt que habentur per gloſſ in. l. quo enim. §. primo. ff. rem ratam haber. vbi dicit non improbare ſupple, ſcilicet expreſſe. eſt ergo clarum, quod reprobatio fieri debet expreſſe. contrarium tamen notatur in. l. procurator ad exhibend. §. finali. ff. eodem titulo. & in. l. qui vas. §. nature. ff. de furtis. vbi tacendo videtur quis reprobare. Pro intelligentia igitur an, & quādo ille cuius nomine eſt aliquid actum ſi cognouit, & tacet, & non approbat expreſſe videatur approbare, vel reprobare dicas ſecundum Bartolum, in dicta. l. condino enim. §. primo. & Bartol. Bald. & Rapha. hic quod aut ille cuius nomine geritur actus conſequitur aliquod commodum ex illo actu, & tunc tacendo videtur illum actum approbare ita procedat dicta gloſſella in dicto. §. primo. & etiam hic tex. dum dicit reprobato nomine ſupple ſcilicet expreſſe. non autem dicit non approbato aut ille cuius nomine conuenitur actus nullum commodum, ſed damnum ex eo conſequitur, & tunc non approbando expreſſe videtur reprobare ita procedat dict. §. fina. & dict. §. vetare. quod vltimum intellige procedere quando taciturnitas eſt ſimplex, & abſtracta ab omni alio actu indicante conſenſum: ſecus vbi interuenit alius actus ſimul cum taciturnitate; quia tunc non reprobando expreſſe videretur approbare quamuis fuerit ſibi damnum ita probare in. l. ſi filius. la ſecunda. ff. ad Macedonia. per quem text. dicunt ibi aliqui docto. & Bart. 3 in dicto. §. primo. quod creditor † mittendo literas debitori continentes illum eſſe debitorem mittentis ſi ille accipit, & tacet, videtur confiteri debitum. quod tene menti, vt ſcias extorqueri confeſſionem debiti a debitore quando alias negaret debitum ſicut docto. hic per illum text. dicunt quod mercatores recipiendo literas cambi, & tacendo non autem expreſſe contradicendo videntur confiteri velle implere contenta in eis, licet illud ſit ipſis damnoſum. faciunt que habentur in. l. Lucius. de cond. pecunia. & ideo non poterunt poſtea illas reſpuere cum primo per illum actum ratificauerint. quod no. tertio gl. ibi, ſed licet tacite opponit ad hunc text. dicentem dominum pecunie mutuate eius nomine poſſe mandare actionem mutuanti contra mutuatarium, vt ibi mandatis actionibus &c. ſed quod quis non habet non poteſt in alium mandare. l. traditio. de acquirendo rerum dominio. ergo non poſſit mandare actiones quas reprobauit, vt dicis text. ſolue, quod ſtatim facto mutuo nomine illius domini eſt acquiſita ſibi actio ex priuilegio numerate pecunie, & ſic illam cedit ſecundum glo. 4 quam docto. ſequuntur. ¶ Ex qua not. quod † per obliquum confertur beneficium in alium etiam inuitum, vt hic probatur. & l. ſoluendo. ff. de negot. geſt. licet directo non poſſit conferri beneficium in inuitum. l. inuito. de regulis iuris. quarto gloſ. ibi, ſed quid ponit, vnam queſtio. quam ſoluit. doct. tenent vltimam ſol. Et pro intelligentia iſtius gloſſ. in hac parte Cyn. & Baldus. hic & Bartol. & docto. in dicta. l. certi condictio. §. ſi nummos. ponunt quatuor combinationes, id eſt, quatuor modos numerandi, & ſtipulādi ſuo vel alieno nomine. vide per eos. ſequitur Tex. ſi non ſinguli.

SVMMARIVM.

1 ¶ Numeratio facta in perſona vnius non alios obligat niſi illi alij conſtituerint ſe reos debendi inſolidum re, verbis, vel chirographo, & biennium ſit elapſum, vel niſi illi alij fideiuſſerint pro eo, cui fuit facta numeratio.

SI non ſinguli. hoc. d.

Ex contractu mutui quis non tenetur vltra illud, quod ad eum peruenit niſi pluriom rerum conſtitutio, vel interceſſio, vel bienni curſus interuenerit. hoc dicit, ſecundum Bartolum, Baldum & Rapha. vel ſic ſecundum 1 eundem Bald. ¶ Numeratio † facta in perſona vnius non obligat alios niſi illi alij conſtituerunt ſe reos debendi inſolidum re, vel verbis, vel chirographo, & biennium ſit elapſum, vel niſi illi alij fideiuſſerint pro eo, cui fuit facta numeratio. hoc dicit. Diuiditur iſta. l. ſecundum Bartolum & Baldum in duas partes. primo ponitur quando re vera vni numerata eſt pecunia, que fuit confeſſata a pluribus alijs, ſed interuenit vna ſimulatio ſola, videlicet de perſona ad perſonam, vt pecunia, que fuit vni numerata habeatur ac ſi alijs fuiſſet numerata. ſecundo ibi ac vltimo ponitur quando re vera vni fuit numerata pecunia, & ab alijs pluribus fuiſſet confeſſatum oleum, & ſic interuenerunt due ſimulationes, & de perſona ad perſonam, vt ſupra, & de re ad rem, vt loco pecunie numerate videatur numeratum oleum. Et pone caſum in hac. l. prout ponit gloſſ. prima quam ſequuntur docto. vltra quem caſum tene menti quotidianum in prima quod ſi propter numerationem factam vni duo alij, vel plures confitentur recepiſſe illam pecuniam numeratam vni quod non propterea in aliquo ſunt obligati numerati, ſed tantum obligatur ille qui recepit, & ſic alij ſunt ac ſi non fuiſſet numerata illi, vt hic eſt tex. & habetur in. l. ſi ex cautio. & in. l. in contractibus. infra, de non numerata pecunia. quod tamen hic Imperator verū intelligit vt qui non receperunt, licet fuerint confeſſi recepiſſe non ſint obligati niſi interuenerit vnum ex tribus primum niſi confitentes conſtituerint ſe reos debendi inſolidum. quod poteſt contingere dupliciter, ſcilicet re, & verbis. re quādo illi vni fuit numeratum de voluntate aliorum confitentium ſe recepiſſe, nam tunc ſunt obligati inſolidum licet dominium pecunie numerate non poſſit eſſe apud alios, ſed tantum apud recipientem. l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum. ff. commodato. & l. vni duo. ff. de regulis iuris. tamen fictione iuris fingitur eſſe etiam apud alios propter domini voluntatem, & ſic tenetur inſolidum ita intelligatur gloſſ. hic in verbo, quantitate. de quo vide per Bartolum, in. l. eandem. in princip. ff. de duobus reis. & in repetitione ſua. infra eodem titulo. in tertia queſtione. ſecundo modo illi alij confitentes recepiſſe poſſunt eſſe rei deben. inſolidum, & ſic teneri ſi conſtituerunt ſe reos deben. inſolidum per ſtipulationem. nam tunc licet ipſi non receperint pecuniam ab eis confeſſatam: tamen tenentur, vt probatur in princip. huius. l. niſi illi alij confitentes recepiſſe fideiuſſerint pro illo cui fuit numerata pecunia, nam tunc illi tenētur, vt probatur ibi, vel interceſſio dis, & non ſolum pro parte, ſed etiā inſolidum cum plures fideiubentes ſimpliciter pro vno obligantur inſolidum, vt eſt text. inſtit. de fideiuſſo. §. ſi plures. & eodem titulo. & habetur in. l. ſi plures. ff. eodem titulo. licet habeant poſtea beneficium diuiſionis ex epiſtola diui Adriani, vt dictis iuribus, & per conſequens non potuerunt appoſita diuiſione conueniri niſi pro parte. de quo tamen vide in dictis iuribus. tertium niſi poſt confeſſatam pecuniam ab alijs, & receptam ab vno vt ſupra, fuerit elapſum biennium, nam tunc non ſolum recipientes, ſed etiā alij confitentes recepiſſe ſunt obligati, vt ibi ſi intra, & eſt ratio, quia exceptio non numerate pecunie, que debebat opponi iſto caſu ab alijs confitentibus debet opponi ante biennium non autem poſt inſtituta, de literarum obligationibus. & in dicta. l. ſi ex cautione. & in dicta. l. in contractibus, in quibus pecunie. ſed aduerte: quia iſto caſu omnes tenebantur pro parte, vt ſi vni fuit numerata re vera, quam alij fuerunt confeſſi recepiſſe, & non conſtituerunt ſe reos debendi inſolidum re, vel verbis, vel non fideiuſſerunt

pro eo

pro eo cui fuit numerata, sed elapsum est biennium vnusquisque tenebitur pro tertia creditori per tex. in. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duobus reis. Et omnia supra dicta habent locum in secunda parte text. si quando fuit re vera numerata vni pecunia, & alij fuerunt confessi habuisse oleum, puta decem cados olei. nam isti non sunt obligati ex tali confessione nisi interuenerit vnum ex. s. dictis tribus, imo multo fortius: cum in isto casu secundo sint due simulationes, vt dixi. s. in diuisione. ex quo dicit hic Bald. quod exceptio plurium simulationum, excluditur per lapsum biennij, vt probatur ex hoc text. vbi confessi habuisse oleum pro pecunia numerata alteri non possunt post biennium opponere except. non soluti olei, nec sibi fuisse solutam pecuniam: quod tene menti. gloss. que incipit qualiter. intelligens hunc text. dicentem istos confitentes recepisse &c. non teneri si opposuerunt except. non numera. pecunie intra prestitutum tempus, id est, intra biennium habere locu3 quando cõfessio emanauit in scriptis, vt tunc possit solũ opponi intra biennium, non autem vltra: secus vbi confessio fuit sine scriptis: qz perpetuo opponi potest, sed Bald. dicit, quod si confitens opponit post biennium, ipsi incumbit necessitas probandi negatiuam, scilicet sibi non fuisse mandatum: quod fuisset secus si opposuisset intra biennium cum tunc probãdi necessitas incumberet creditori: de quo tamen vide latius dicta per doctores maxime dominum meum. in. l. qui pecuniam. ff. eo. & Bart. & Bald. in dicta. l. si ex cautione. & dixi instit. de literarum oblig. sequitur Lex, si ex pretio.

SVMMARIVM.

1 ☞ Debitum ex vna causa potest conuerti in debitum ex alia causa per stipulationem, non autem pacto nudo ex interuallo, & hoc qualiter intelligatur pulchro modo declaratur.

2 Pactum nudum a pollicitatione quo pacto differat.

SI ex pretio. h. dicit.

a 1 ᵃ Debitum † ex vna causa potest conuerti in debitu3 ex alia causa per stipulationem: non autem pacto nudo ex interuallo. hoc dicit. secus si incontinenti debitum ex vna causa per partes conuerteret in alia3 causam pacto nudo, vt habetur in. l. si pro mutua. infra eodem. & quod † differt pactum nudũ a pollicitatione dicas quod in pacto nudo inest consensus duorum, vt si dico premitto tibi dece3, vel ire pro te romam, & tu acceptas. l. prima. in princip. ff. de transactio. in pollicitatione inest solum cõsensus promittentis, vt si dico promitto Titio absenti x. vel ei facere tale quid, quod propter absentiam non acceptat, dicitur pollicitatio, vt est tex. in. l. pactum. ff. de polli. vbi habetur an, & quando ex pollicitatione possit agi contra pollicentem. Et quare de iure ciuili ex pacto nudo non oriatur actio. l. legem. C. de pact. l. iurisgent. §. igitur nuda. ff. eo. tit. sed ex stipulatione sic, vt per totum titulum. de verbo. obliga. dicas: quia quis promittendo aliquid alicui ad eius interrogatione3, videtur promittere expresse animo se obligandi, cum sciat illu3 cui promittitur acceptaturum precedenti interrogatione: ergo oritur actio ex illa promissione, & ista de causa dicitur stipulatio solidior contractus qui fit in iure. dicunt hic Cyn. & Bald. & docto. in. l. ij. §. fina. ff. eode3. sed quando quis aliquid sponte promittit nõ apparet expresse velle se obligare credens forte illum non acceptaturum, merito est cõtractus debilior ideo de iure ciuili fuit introductum ex eo non oriri actio: licet de iure canonic. secus per. c. i. de pact. tene menti hunc text. in prin. quod licet alias mutuum dicatur contractus qui re contrahitur, & sine rei interuentu non perficitur, institu. quibus modis re contrahitur oblig. in prin. tamen aliquando solo consensu partium sine interuentu rei contrahitur, vt quando debitũ ex vna causa puta venditionis conuertitur de voluntate partium in casu mutui: ad hoc. l. rogasti. in princip. & l. certi condictio. §. si. ff. eo. & l. aduersus. infra, de non numerata pecunia. & hic in text. nostro: quod tamen verum intellige, dummodo interueniat translatio dominij vera, vt patet in dicta. l. rogasti. & dicto. §. fina. vel interueniat translatio dominij ficta, vt habetur in. l. singularia. in fine. ff. eodem. alias si dominium non trãsferetur vere, vel ficte non posset contrahi mutuum, vt dicta. l. secunda. §. appellata. ff. eodem. quam. l. intellige. in mutuo naturali: quia mutuum ciuile contrahitur sine translatione dominij vera, vel ficta, vt habetur in dicta l. secunda. §. finali. & in. l. quamuis. supra eodem. & hic in text. nostro, vbi si decem, que debebas ex venditione forte libri placuit per stipulationem, vt apud te essent mutuo ex quo prestares vsuras &c. possunt peti dicte vsure tanquam ex mutuo: licet dominium illorum decem nunquam fuerit apud me, & per consequens non potuerim in te transferre: tamen quia interuenit stipulatio, per quam reconciliatur mutuum quod non erat, vt in dicta l. quamuis. erit tunc mutuum, quod not. ¶ In text. ibi, falsa mutuat &c. tene menti, quod licet alias quando re vera agitur tacite inter partes, & apparet aliud in chirographo facto, illud quod est veru3 prefertur & obstat exceptio simulationis: vt infra in rubro & nigr. plus val. quod agitur. quod est verum quando simulatio, & confessio est facta ob causam non veram, nec iustam; & sic non subest substantia obligationis, sed vbi non deficit substantia obligationis, vt est quando debitum re vera ex vna causa conuertitur in debitum ex alia causa, nõ dicitur simulatio, nec attenditur debitum ex prima causa, sed ex secunda, vt probatur in hoc text. & in dicta. l. si pro mutua. & in dicta. l. aduersus. & dicta. l. singularia. & in dicta. l. si filius. j. ad Macedo. per que dicit Bartol. Bal. & Salice. hic quod statutu3 permittens contra instrumentum opponi exceptionem simulationis, non habet locum in casu isto: cum non dicatur simulatu3 instrumentum, & dicit Barto. de facto habuisse. ¶ In text. sin vero. not. secundum Bald. quod obligatio contractu inter partes non potest ex interuallo per pactum nudum a nouari, vt sic deducatur prima obligatio in aliam ob. ex qua postea agatur, sed istud fieri debet per stipula. vt. s. quod est verum quando constat esse pactum nudum: secus si apparet confectum instrumentum de ista nouatione & transfusione de vna obl. in aliam nec apparet an per stipul. vel per pactum nudum, & quia tunc presumitur pro instrumento, & sic intercessisse stipulationem, vt habetur in. l. sciendum. de verb. oblig. & in. §. si, instit. de fideiuss. & in. §. si scriptum: instit. de inuti. stipula. sed contra hunc text. est text. in dicta. l. singularia. in fi. vbi nouatur obligatio ex causa mandati in causa3 mutui nec apparet per stipulationem, sed tex. dicit conuenit, quod est verbum generale. l. prima. §. conuentionis. ff. de pact. gl. fina. hic. in princip. quam Barto. & docto. sequuntur, dicit, quod aut pecunia debita ex prima causa erat parata solutioni, & tunc procedat contrariũ; aut non, vt hic erat & tunc per pactum nudum ex interuallo non potest, vt hic: aut incõtinenti, & potest, vt dicta. l. si pro mutua. item contra hunc text. videtur tex. in dicta. l. aduersus. solue vt hic in gloss. fina. ibi item adhuc, & in gloss. dicte. l. aduersus. Vltimo tene menti gloss. in verbo, conscriptum, quod licet alias instrumẽto publico notarius dicat quod talis fuit confessus habuisse, & recepisse, & habuerit, & receperit puta decem. probetur per hoc numeratione interuenisse, & per consequens non possit opponi exceptio non nume. pecu. licet si probaretur contrarium, notarius puniretur de falso secundum doct. per hanc glo. tamẽ si quis confitetur in priuata scriptura recipisse puta. x. & postea addit & habui, & recepi, quod non propter probatur numeratio, & propter consequens poterit opponi dicta exceptio intra biennium, vt dicunt hic doct. & in. l. si ex cautione. j. de non nume. pecun.

¶ Super. l. si ex pretio. vltra mo. videatis Roma. in sing. suo. Dexxxvij. & videatis Bald. in. l. si sub specie. C. de positu. S. T.

SVMMARIVM.

1 ☞ Agens ex mutuo non cogitur probare originem dominij.

NOn vnde. h. dicit.

1 Agens † ex mutuo non habet probare originem dominij. hoc dicit, secundum Bald. & sic mutuanti non potest per mutuatariũ obijci questio dominij dicẽdo tu nõ

fuisti dominus pecunie mihi mutuate, sed Titius. & est ratio: quia qui habet causam a me non mihi referre questionem dominii.l.ita vt si furt.ff.commodat.&.l.si quis conductionis.infra locat.&.l.si alienam.soluto matrimonio.&.l.fina.supra,de rei vendica.cum simili.Cyn. tamen tenuit in casu nostro contrarium, scilicet, quod mutuarius possit opponere mutuanti, tu non fuisti dominus per rationem: quia ad hoc, vt sit mutuum mutuans debet rei mutuate esse dominus per iura vul. sed qui petit aliquid debet probare illud quod est sue intentionis.l.ei qui.ff.de probationibus.&. l.qui accusare.supra, de edendo.ergo mutuans debet probare se fuisse dominum rei mutuate cum dominium sit fundamentum sue intentionis: quia alias non diceretur mutuum vt.I.Bal.hic,& doc.& Bart.& doct.in.l.na & si fur.ff.eo. quantum ad causam nostram dicunt quod quo ad quid potest referri questio dominii mutuanti, vt si mutuatarius vult probare alium fuisse dominum pecunie, & hoc modo procedat opinio Cyn.sed quo ad quid non potest.scilicet, vt mutuanti incumbat onus probandi se fuisse dominum per istum text.& dicta.l.nam & si furt. qr ex possessione dicte rei presumitur dominus,per ea que habentur per gloss.& Bald.in. l.prima. ff.familie erciscunde.& per gloss.& Bartol.in.l.sicuti.§.sed si queratur.ff.si seruus vendic.& per Cynum,& Baldum.in.l. cum res.infra,de probationibus.de quo tamen articulo vide plene per Bartolum,& Moder.in dicta.l.nam & si fur.& per doctores in dicta.l.si alienam.

SVMMARIVM.

1 ☞ Utile per inutile non vitiatur,& alia causa in causam mutui conuerti potest nudo pacto incontinenti apposito.

2 Accipiens minus idoneum pignus an prohibeatur residuum petere.

SI pro mutua.hoc. d.

1 Utile † per inutile non vitiatur, & alia causa potest conuerti in causam mutui nudo pacto apposito in continenti. hoc dicit,secundum Baldum. ¶ In text.argentum,vel frumenta. t.m.quod licet, alias mutuū non possit consistere nisi in his rebus que pondere numero, vel mēsura consistunt.l.secunda.§.primo. ff.eodem. & dixi supra in rubrica: tamen si quis dat alicui vnam rem estimatam puta pro decem, que non numeretur, ponderetur, vel mensuretur, vt vestem,librum, vel similia.contrahitur mutuum,& per consequens debitor potest conueniri ex tali mutuo,vt hic est text.not.& ratio:quia quando quis dat rem estimatam alicui cum hoc,vt illa res sit accipiētis illa estimatio facit emptionem, & est ac si ille emisset, vt habetur in.l.quoties,&.l.cum dotez.infra,de iure do. & in.l.plerunque. §.penult.ff.eodem titulo.ergo ex singulari precepto mutui videor dans dictum estimatum tibi petenti pecuniam mutuo eam vendere,& tu videris mihi pretium tradere,& denuo videor illud tibi mutuare,vt est text.in.l.sing.in fi.ff.eodem.secundum quod videtur sentire hic Bald.& clarius Rapha. ¶ In text. ibi, vltra vnam centesimam.t.m.quod licet, alias non possit quis stipulari vsuras a debitore vltra legitimum modum,id est,vltra vnam centesimam, vt habetur in.l. eos.§.super.infra, de vsuris.& dicitur centesima vsura que in fine anni correspondet sorti,vt si mutuaui decem possum stipulari tot vsuras,vt in fine anni sint alia decem,vt videtur sentire gloss.in dicta.l.eos.in verbo centesime,& in.l.si non sor.in priore.de condict.inde.tamen si quis vltra modum legitimū est stipulatus vsuras,potest eas petere vsque ad legi.modum, vt hic. & in iuribus alegatis in gloss.in verbo, vnam.in fine, & per hoc iste text.semper allegatur,quod vtile per inutile non viciatur.de quo per Dynum in regula, vtile.in sexto, & per Bartolum,& docto.in. l. prima. §.si stipulanti.de verborum obligationibus.& an & quando,qualiter hodie de iure ciuili, vel canonico possint peti vsure vide aliqualiter hic per Baldum,& per Cynum in authentica,ad hec.infra,de vsuris.& per doctor. in.l.de diuisione.&.l.insulam.§.vsuras.soluto matrimonio. ¶ In tex.

2 ibi,nec quicquam tene menti quod † si quis credens alicui accipit pignus minus idoneum non propterea prohibetur petere creditum.actione personali, vt hic. &.l. creditor.ff.eodem.& in aliis iuribus allegatis hic in glo. finali.dicente istas leges non seruare Venetos secundum quod dicitur chibamal pengno vada adello secundum Baldum. ¶ Item iste leges non seruantur in vsurariis Hebreis, qui si recipiunt non idoneum pignus sibi imputent secundum Angelum.in.l.prima.infra,si pignus pignori datum sit.& est ratio: quia tales persone credentes non habuerunt fidem in personam, nec ei crediderunt, sed tantum in pignore:ergo pignus tantum habebunt.sequitur Lex,cum te.

SVMMARIVM.

1 ☞ Si plures simul mutuant alicui,vnusquisque agit pro parte sua nisi actum sit, vt essent duo rei credendi, vel alter habuit agendi mandatum ab altero.

CVm te. hoc dicit.

1 Si † plures simul mutuant alicui,vnusquisque agit pro parte: nisi actum fuit vt essent duo rei credendi,vel alter habuit mandatum agendi ab altero. hoc dicit. & tene menti hunc textum, quod sicut si plures simpliciter obligantur vnusquisque censetur obligatus pro parte sua.l.reos.§.cum in tabulis.de duobus reis.& dixi in l.si non singuli.supra eodem.ita si sunt plures credentes vni vnusquisque censetur creditor pro parte sua & sic si erant duo vnusquisque aget pro medietate contra debitorem,vt hic est text.quem intelligit verum Imperator si simpliciter credunt: secus autem si credunt cum hoc vt sint duo rei credendi.quod potest contingere manēte stipulatione & re,scilicet quando vnus mutuauit,vel aliter credidit de voluntate alterius, vt hic dicit text. ibi reos stipulandi,vel re &c.sicut sunt duo rei debendi. istis duobus modis dicta.l.si non singuli, nam isto casu vnusquisque aget insolidum. ¶ Item secus si vnus illorum creditorum habet mandatum ab alio:quia tunc aget insolidum, vt hic in fine tex.Ex quo tene menti secundum Baldum, quod in eadem petitione vnus agere potest partim nomine proprio,& partim procuratorio nomine,& ideo si duo fratres habent aliquem obligatum quorum vnus non potest adesse in iudicio facit procuratorem alium fratrem suum ad agendum, quod ille alius frater aget in eodem libello partim suo, & partim procuratorio nomine fratris per hunc text.per quem in princip.dicit Bartol.quem Bald.& docto.sequuntur,quod si plures mercatores, & socii vnius mercantie aliquid simul credant vni, quod vnusquisque ipsorum pro parte sua aget contra illum debitorē: secus si vnus tātum credidit:quia solus ille insolidum ageret. per hunc text.secundum Baldum. sed dubitatur quid econtra si vnus ex pluribus sociis vnius traffici efficitur debitor alterius aliqua ex causa ratione societatis an alii socii conueniantur insolidum a creditore:an vero pro parte.in hoc varia reperiuntur iura.nam primo videtur quod possit vnusquisque conueneri insolidū per ea que habentur in.l.si vnus.ff.de pact.&.l.magistratus. ff.admini.per que iura Petr.Cyn.& Jacob.de arena. tenuerunt hanc partem. Item pro hac parte videtur text.in.l.prima.ff.de exercito.& in.l.habebat.ff.instito.in contrarium, scilicet, quod vnusquisque conueniatur pro parte,est casus in.l.si tamen.ff.de exerc.ideo pro intelligentia dicas secundum Bartolum in.l.prima petitione.l.de duobus reis.nona questione.& Bartol.in.l. eadem in septima quest.ff.eo.tit..& Bal.hic & dominum petrum de vbaldis in tractatu de duo.fratribus in.ix.q. principali in prin.quod aliquādo plures socii exercēt, vel aliquam negotiationē ex publico introductā,vt erat olim officium argentariorum.l.arg.in prin.&.l.quedam. §.numularios. ff.de edendo.vel etiam similes,& isto casu quilibet ipsorum conueneri potest insolidum ex contractu alterius.ita loquit.in.l.si vnus. &.in.l.magistrat⁹. & procedat opi.Pet.Jac.& Cy.aliqñ plures socii exercēt

aliquam

aliquam negotiationem propria, & spontanea voluntate, vt sunt hodie mercatores aromatarii, & simul. & tunc considerantur duo membra: quia aut tales socii exercent talem negotiationē per alios puta per exercitores vel institores, quos vulgo appellamus factores, & tunc ex contractu celebrato per tales vnusquisque illorum sociorum cōueniri potest insolidum actione institutoria, vel exercitoria ita intelligatur dicta.l.prima. §.finali.de exerci.& dicta.l.habebat.in fi.& est ratio: quia per contractum institoris vnusquisque dominorum representatur insolidum secundum Bartolum, vbi supra. quod intellige verum quando institor contraxit institorio nomine, & tanquam institor alias secus. l.secunda & tertia. ff.de instit. Aut tales socii exercent negotiationem per se ipsos. Et tunc considera: quia aut exercent simul, & in eodem loco, vt duo, vel plures hic Perusii in eodem fundico, & tunc vnusquisque conuenitur pro parte ita intelligatur dicta.l.si tamen plures. Aut separatim., & diuersis locis, vt vnus hic Perusii, & alius Rome, vel vnus hic Perusii mercantiam, & alius aliam artem exercet, & tunc vnusquisque tenebitur insolidum ex contractu alterius: quia videntur inuicem institores propositi. argumento, eorum que habentur in.l.eius qui in prouinc.ff.eodem.& in.l.iure.infra, de fabri.libro vndecimo.sed aduerte: quia eo casu quo non possunt conueniri nisi pro parte, vt supra, quia si esset cōsuetudo. quod modo cum, vno modo cum alio contraheretur, quilibet ipsorum teneretur insolidum secundum Baldum, recitantem Rayne.de forli.ita tenere. vide tamen, de his per dicta in dictis iuribus. Lex eo, quod a multis. hoc dicit in summa.

SVMMARIVM.

1 ☞ Habens plures obligatos debitores in vnico instrumento ex separatis diuersis causis non prohibetur separatim vnum ex eis conuenire, & vna causa per stipulationem in aliam conuerti potest.
2 An plures debitores in vno libello possunt conueniri, & qualiter.

a 1 EO quod.[a] Vnus ex pluribus debitorib[us] licet ex vnico instromēto potest solus exigi. hoc dicit primo, & debitum vnius rei in debitum alterius rei per stipulationem conueniri potest. hoc dicit secundum Raphaelem, vel sic & durius. Qui † habet plures debitores obligatos in vnico instrumento ex diuersis causis separatis puta vnum in decem ex causa mutui alium ex alia causa non prohibetur conuenire vnum ex eis separatim. hoc dicit primo, & vna causa potest per stipulat.conuerti in aliam causam. hoc dicit. de quo vltimo vide dicta in.l.si ex pretio.supra eodem. an 2 † autem plures debitores possint conueniri in vno libello, & qualiter vide per Bartolum in.l.tertia.in fi.ff. de duo.reis.& in.l.si inter.§.Cassius.de aqua arcen. Et pro intelligentia primi casus vide hic glos.primā. Sequitur Lex, incendium.

SVMMARIVM.

1 ☞ Casu fortuito debitor generis non liberatur.
2 Genus perire non potest.
3 In actione noxali liberatur debitor a casu fortuito.
4 Casus fortuitus dicitur cum humana omni diligentia resisti non potest.

b 1 INcendium.[b] Casus † fortuitus nō liberat debitores generis. hoc dicit. tene menti tex. not. quod si quis est debitor alterius in aliquo genere, vel quantitate puta in x.florenis.in.x.corbis frumenti, vel his simili. quia si omnia bona dicti debitoris sunt combusta, vel aliter casu fortuito perierunt nihilominus remanet obligatus, & tenetur creditori, vt hic est text.& habetur in.l.si te bonis. ff.de iure deliberan.& est ratio secundum gloss.hic: quia 2 † genus perire non potest, vt habetur in.l.in ratione.§. in certe.ff.ad legem Falcid. ergo tanquam re non perēpta tenetur cum possit illud genus, vel quantitas aliunde consequi: secus autem si quis est debitor certe speciei puta talis libri talis vestis, vel simi. quia tunc perempta dicta re casu fortuito liberatur debitor si ante moram ipsius debitoris est perempta: secus si post moram, vt habetur in.l.quod te.ff.eodem.& in.l.si ex legati causa.& l.si seruum.ff.de verbor.obligationibus.& vult gloss.hic §.ibi at intentis. item secus si quis est debitor quātitatis respectu certe speciei tunc debitor liberatur a dicta quātitate, interitu dicte speciei, vt si debeo decem, vel seruum meum propter delictum ipsius serui mortuo seruo non debentur decem.l.electio.§.si is quem.ff.de noxa. vel testator legat duobus seruum suum insolidum quo de causa debetur vni estimatio si seruus moritur heredes liberantur ab illis decem.l.Titie textores.§.fina. de legat.primo. faciunt que habentur per hoc in.l.quidam.§.si tibi.ff.eodem titulo.& l.quesitum.ff.de peculio. 3 & hoc modo intelligatur glo.hic ibi. ¶ Item † in actio. noxali, secundum Bartolum, & docto.hic. & in dicta.l. quod te. ¶ Item secus quando debitor constituisset in mora creditorem sibi offerendo dictā quantitatem, vel aliud genus: quia si dicta quantitas, vel aliud genus oblatum postea periit liberatur debitor, vt est textus in.l. qui decem.ff.de solutio. de quo vide per Modern.in.l. si mora.ff.soluto matrimonio. ¶ Item secus quando est conuentum inter creditorem, & debitorem, vt periculum debite quantitatis pertineat ad creditorem quod qualiter fiat vide per doctores in.l.sed & si quis.§.quesitum.ff.si quis cautio. vel natura contractus id suaderet etiam sine pacto, vt in pecunia mutua, in qua tacite videtur actum, vt periculum ad creditorem pertineat, vt habetur in.l.prima.infra, de nautico fenore. & in.l.periculi.ff.eodem titulo. & hoc modo intelligatur gloss.hic ibi, sed fallit. ¶ Item secus si quis est debitor quantitatis, vel alterius generis, que vel quod statutum postea reprobauit, & per consequens non potest expendi, vt si debeam tibi centum grossos monete Perusine que nunc non reperitur, nec est in vsu propter dictam reprobationem liberor a dicta quantitate secundum doctores.in.l.cum quid.ff.eodem. sed Barto. in dicta.l.quod te. dicit quod dicto casu ego liberor, vt non tenear soluere dictos grossos non autem liberor vt non tenear soluere monetam: quia imo teneor soluere argentum equiualens. per ea que habentur in l.quesitam. §. illud. de legatis tertio.& sic cogor soluere estimationem illorum grossorum de pecunia, que currit secundum eum per ea que habentur in capitulo, cum olim.& capitulo, cum canonicis. extra de censi. ¶ Item secus si quis est debitor alicuius generis subalterni puta si sum tuus debitor in decem corbibus grani quod habeo in tali loco, vel quid simile. quia tunc pereempto illo grano liberor, vt habetur in l.in naue Saufelii.ff.locati. l.autem nostra loquitur in genere generalissimo, scilicet si sum tuus debitor in decem corbibus grani, vel in decem florenis. & sic de similibus, quomodo autem accipiatur apud Legistas, & apud Dialecticos genus generalissimum, genus subalternum, & species vide per glossam, & doctor.in.l. secunda.§.primo.ff.eodem.& in.l.legato generaliter.ff. de legatis primo. gloss.primo intelligit incendium esse casum fortuitum quod probat per. §.item is. instituta, quibus modis re contrahitur obligatio. quod etiam probatur in. l.contractus. ff. de regulis iuris. contrarium tamen habetur in. l.tertia. §.primo. ff.de officio prefecti vigilum. vbi dicitur incendia fieri plerunque culpa habitantium si ergo culpa fit ergo non 4 est casus † fortuitus qui tunc dicitur cum humana diligentia resistere non potest dicit text.in. l.que fortuitis.infra, de pignoratitia actione.& in.l.si ea res.ff.de actionib.empti. Dicas quod aliquando apparet incendium venisse taliter cui non potuit resisti, vt si fulmen de celo delapsum cecidit super domum, vel incursus hostium immisit ignem, et sic de similibus, vel etiam in dicta domo non habitabatur nec portabatur ignis

[a] ¶ Super hac.l. eo q[uod]. vltra Mo. videatis Bart.& do.Io.de imola. in.l.patris & filii ff.de vulga.& pupil. S. T.

[b] ¶ Super hac.l. incendium. vltra Mo. videatis limitationes positas per Mo. in l.creditor de solutio.ff.& singularē limitationem videatis per cuma. in cōsi. clxxxv. in ii.col.& cōsiderate dicta Cy. hic, & Bal.in.l. talis scriptura de le.i. S. T.

tunc illud incendium dicetur casus fortuitus, per dicta iura, ⁊ per tex.in.l.cum duobus.§.damna.pro socio.ff.⁊ ita intelligatur ista glo.⁊ ideo si ex isto incendio habente ortum in illa domo alia domus sit incensa dominus prime domus non tenetur, cum casus fortuitus pertineat ad dominum dicta. l. que fortuitis. ⁊ non debet addi afflictio afflicto. l.diuus.ff.de officio presidis. Aliquando incenditur aliqua domus que habitabatur ⁊ non apparet, vnde venerit ignis, ⁊ tunc presumitur peruenisse culpa habitantiũ, ⁊ procedant iura contraria, videlicet quod incendium non dicitur casus fortuitus merito in casu proposito dominus prime domus incense tenebitur domino cuius domus est postea incensa ex illo incendio secundum Bal.in consilio incipiente. si domus propria ex modica custodia.quod refert dominus Petr.de vbaldis in tractatu.de duo.fratribus in.vij.quest.princ.que.xvij.sequitur Lex,si in rem communem.

SVMMARIVM.

☞ Si duo sunt obligati quorum vnus totum soluit debitum a consocio partem repetit.

SI in rem communẽ.

Si duo † sunt obligati, quorum vnus soluit totum debitum repetit partem a consocio. hoc dicit. ¶ Et intellige hunc tex.loquentẽ quando isti obligati tenebantur pro parte non insolidum, vt tunc vno soluente totum possit repetere ab alio partem qua alius erat obligatus, ⁊ hoc per actio,nego.gestorum directam.cum iste soluens totum sponte gessit negotium socij pro eo soluendo argu. eorum, que habentur in.l.heredes.§.si vnus.ff.familie ercis.secundum Barto.in repetitione.l.de duob.reis.in quarta quest.principali.in.ij.quest.⁊ Bal.hic.Et competit directa actio negotio.gestorum; quia verba, ⁊ ius pretoris introducentis hanc actionẽ loquentur in spõtaneo gestore quo casu competit actio directa secundũ theoricam Bart.in.l.curatoris.C.de nego.gest.in.l.ij.ff. de actio.⁊ obliga.non autem loquitur iste tex.in obligatis insolidum, vt patet in eo, sed de his loquitur tex.in.l.j.in fi.C.de duo.reis.vbi etiã si vnus ex duobus correis insolidum obligatis soluit creditori totam summam repetit a correo partem, sed non repetit actio.neg.gest.directa sicut in casu text.nostri; quia talis insolidum obligatus soluit ex natura obligationis: non autẽ ex natura gestionis, ⁊ sic spontanea volũtate, ⁊ sic necessitatus gessit negotium correi. quo casu deficiũt verba, ⁊ ius pretoris in edicto.de nego.gestis.licet interpretantes tale edictũ iuris contracti, ⁊ Imperatores ex identitate rationis extenderunt illud etiam ad gestorem necessariũ quo casu competit actio vtilis, vt habetur in.d.l.curatoris. faciunt que habentur.in.l.pen.ff.si quadru.pa.fec. dica.⁊ ideo insolidum obligatus soluens totum repetit partem a correo vtili actio.nego.gesto.⁊ hoc modo debet intelligi gloss.hic in verbo, insolidum secundũ Bal. obscure loquẽtem.⁊ aduerte; quia interesset nostra multum scire vtrũ agatur actio.directa, vel vtili.per ea que habentur per Bartolum in.l.qui stipendia.C.de procurat.⁊ per eundem in dicta.l.j.in quarta colum.

¶ Super hac.l. quisquis. videatis Bal. in.l.j.C. de here.vel actio. ven.Bal.⁊ Mo. in. l. principalibus. ff. eo. ⁊ do. Lu.d.rom. in cõs. cccxxviij. S.T.

SVMMARIVM.

☞ Mutuum accipiens in alienum negotium remanet creditori principaliter obligatus, si creditor non mutuauerit nomine illius in cuius negocium pecunia accipitur, sed accipientis nomine, ⁊ subscriptio non nocet subscribenti si subscribens nihil accipit, nec stipulanti promisit.

CVm qui.

Inspicitur cuius contemplatione quis mutuat, non cuius contemplatione quis accipit.hoc dicit, secundum Barto.vel sic, ¶ Ille qui cõtrahit nomine proprio, licet gerat in animo non conuertere in vtilitatem suam, sed tertij ipse obligatur.hoc dicit secundum Bald.vel sic.Accipiens † mutuũ in alienum negotium remanet principaliter obligatus creditori si creditor non mutuauerit nomine illius in cuius negotium pecunia accipiebatur, sed nomine ipsius accipientis.hoc dicit, secundum Raphael. Et subscriptio non nocet subscribenti si subscribens nihil accipit, neque stipulanti promisit.hoc dicit. l.mutue. Et materiam. l.eum qui.vide per gloss.not. in.l.pupilli.§.primo.ff.de negotijs gestis.⁊ per Cyn.in l.ei qui.infra, quod cum eo.⁊ intellige.l.mutue.⁊ concordantes in ea allegatas procedere, quod quis se subscribens alicui chirographo non obligatur, quando subscribat se, vt testis, ⁊ sic vt scriptura probet: secus si quis se subscribit ad substantiam obligationis: quia tunc subscriptio obligat, vt habetur in.l.fideiussor.§.pater.ff. de pigno.⁊ habetur in.l.Titius.ff.de rescin.vend.⁊ per gloss.not.in.l. Caius.ff.de pigno. actio. ⁊ per Bartol. ⁊ alios in.l.que dotis.soluto matrimonio.sequitur Lex, non aduersus.

SVMMARIVM.

☞ Creditor non potest cogi a debitore, vt eo dimisso agat contra debitorem debitoris ⁊ personalis actio non sequitur debitorem debitoris.

NOn aduersus.

Creditor † non potest cogi a debitore, vt eo dimisso agat contra debitores. hoc dicit, secundum Bartolum. vel sic secundum Baldũ, Personalis actio non sequitur debitorem debitoris.hoc dicit.Et sic si tibi mutuaui, vel aliter solui pecuniam, que peruenit ad manum alterius non possum agere contra illum cũ quo non contraxi, sed tecum per hunc text.⁊ alia iura allegata in gloss.hic, que intellige procedere quando ille cui mutuaui, vel aliter contraxi est soluẽdo alias in subsidium potest agi per creditorem contra illum ad quem commoditas illius pecunie peruenit secundum theoricam gloss.not.in.l.his solis.ff.de condi.indeb.per quã Bartol.ibi ⁊ docto.dicunt quod si mutuaui vni pauperi forte decem florenos, vel decem corbas frumenti cum quibus alimentauit filios suos.quod si ille pauper non potest soluere potero agere contra filios forte diuites ex bonis maternis.vel alios alimentatos ex illis rebus, qđ etiam sequitur Ludouicus in notabili. ccxj. Et hoc modo limitatur totus titu.infra, ne filius pro patre.sequitur Lex, quisquis.

SVMMARIVM.

☞ Mutuans iudici pecuniam eum corrumpere presumitur, ⁊ dans pecuniam propter honorẽ publi.consequendum vna cum recipiente pecuniam, afficitur exilij pena.

QVisquis.

Mutuans † pecuniam iudici presumitur eum corrumpere, ⁊ dans pecuniam propter honorem publicum consequendum vna cum recipiente pecuniam afficitur pena exilij. hoc dicit. ¶ Et materiam istius.l.posui in.l.eos.C.eod. vbi vide an ⁊ quando iudex possit fenerari, vel aliter cõtrahere cum subdito sine pena, ⁊ qualiter inteligatur iste text.ibi collectarius vide gloss.super isto verbo.sequitur Lex, super chirographarijs.

SVMMARIVM.

☞ Chirographum non probat debitum nec eius solutionem nec ei creditur si in eo continetur quantitas excedens summam.Librarum auri.⁊ si defecerit trium testium subscriptio bone opinionis ⁊ fame ⁊ huiusmodi in futuris chirographis verificantur.

Super

Super chirographa-

riis. [a] Chirographum † nõ probat debitum nec eius solutionem, nec ei creditur si in eo continetur quantitas excedens summam l. librarum auri, ⁊ si tres testes in eo non sint suscripti bone opinio. ⁊ fame que constitutio habet locum ad chirographa futura. hoc dicit. Premitte quod in iure solidus ⁊ aureus sunt idem: vt not. gloss. in l. penultima. ff. de in ius vocando. ¶ Et septuaginta duo faciunt libram auri; vt habetur in. l. quoties. infra, de suscep. ⁊ archar. hodie autem centum aurei faciunt libram auri, secundum Rapha. quod videtur sentire Bartol. infra authen. proxima, tamen nihil allegat. Et tene menti hunc text. in princip. quod licet regulariter vnusquisque actus probetur duobus testibus per ea que habentur in. l. vbi numerus. ff. de testi. tamen ex causa nõ inconuenit: vt in actu requiratur maior numerus testium: vt hic est text. vbi creditor volens vti aliquo chirographo, in quo continetur debitorem obligatum, in quantitatem l. librarum auri. ad hoc vt ei adhibeatur fides debet illud producere suscriptum per tres testes, et idem est statutum in chirographo continente refutationem: vt eodem modo ⁊ solennitate debitor illud producit, vt ibi vel super reddito. ⁊ ratio, quia vbi maius periculum, ibi cautius est agendum: vt in cap. vbi periculum. de electio. in sexto. Sed maius periculum vertitur in quantitatibus magnis quam in paruis ne testes corrumpantur per ea que habentur in. l. testium. infra, de testi. merito maior numerus testiũ hoc casu est introductus sicut per eandem rationem fuit introductum, vt septem testes requirantur in testamento. l. hac cons. infra, de testa. ⁊ §. penultimo. institu. eodem titulo. ⁊ habetur in. l. finali. iuncta gloss. infra, de codicillis. quia magnum periculum imminet in hereditatibus: vt habetur in. l. finali. infra, de fideicom. ⁊ isto casu quando iura introducunt istis de causis aliquam solennitatem super aliquo actu, illa solennitas dicitur introducta ob publicam vtilitatem: vt dicit hic text. in princip. ⁊ habetur in dicta. l. hac cons. merito illi solennitati non possunt partes renuntiare. l. ius publicum. ff. de pactis. l. contra iuris. in princip. eodem titulo. ⁊ l. nemo potest. de legatis primo. ⁊ l. testandi. infra, de testamen. et in. l. codicillis. §. finali. de legatis secundo. de quo vide latius per doctores in. l. si quis in conscribendo. supra, de pactis. Et hunc text. ⁊ ista inducuntur per. Rapha. hic ad ea que habentur in. l. in bone fidei. supra titulo primo. ⁊ in. l. admonendi. ff. de iureiurando. quod iuramentum non defertur in defectum semiplene probationis quando causa super qua debet deferri est magne quantitatis vel summe in qua cum requirantur tres testes per hunc text. merito non defertur iuramentum tanquam semiplene probanti, cum semiplena probatio dicatur illa, que est facta per vnum testem: vt per gloss. in dicta. l. in bone fidei. ⁊ in dicta. l. admonendi. ergo isto casu non defertur tanquam semiplene non probanti per hunc text. ¶ In text. ibi, probate opinionis. tene menti, quod licet alias solum infamis infamia iuris regulariter non possit esse testis; vt habetur in. l. tertia. §. l. Iulia. ff. de testibus. ⁊ in capitu. testimonium. ⁊ cap. licet ex quadam. extra eodem titulo. per rationem: quia infamibus non patent porte dignitatum. l. tertia. infra, de dignitat. libro duodecimo. ⁊ in cap. inter delictos. de excess. prelato et in regula infamibus. in sexto. sed ferre testimonium est dignitas: vt in cap. preceptum. vĩ questione. §. ergo ⁊c. que infamia iuris contingit tripliciter, vel ipso iure: vt cum quis est vsurarius statim est infamis. l. improbum. iuncta gloss. supra, de his qui notantur infamia. vel per sententiam, quando quis est condemnatus aliquo publico vel priuato iudicio irrogante infamiam: vt dãnatus de homicidio, vel adulterio. l. infame. de publicis iudiciis. vel furto ⁊ simil. vt est text. in. §. ex quibusdam. institu. de pena te. me. litig. ⁊ in. l. i. ff. de infami. ¶ Tertio, quis est infamis ex genere pene: vt cum alicui imponitur aliqua pena ignominiosa, puta si fustigatur, vel ponitur in burberia, vel aliter vt habetur in. l. ictus fustium. ff. de infami. ⁊ l. fustibus. C. eodem tit. non autem infamis infamia facti non potest esse testis: quia non repellitur, licet multum diminuatur de fide: vt not. glo. in. l. iij. §. de autem cause ff. de Carbo. edicto ⁊ not. Bart. Bald. ⁊ doctor. in. l. i. C. de summa trini. ⁊ in dicta. l. Iulianus. ⁊ dicitur infamis infamia facti quando eius opinio est diminuta apud bonos, ⁊ graues. l. bonorum. C. de liber. preteri. vt si cui pater in testamẽto aliquid obiiciat turpe. vel si quis est birruarius, vel quotidie in cauponis, vel lusor: vel simil. habens malam famam non tamen iste potest esse testis in chirographo continente magnam quantitatem: vt hic not. per hunc text. ⁊ in. l. testiũ. C. de testi. in quibus requiruntur testes bone opinio. ⁊ fame. de quo tamen in dictis iuribus. ¶ In text. ibi, adiurantibus. tene menti secundum Bald. allegantem Innocen. in cap. cum venerabilis. de except. quod si iudex coram quo est productum instrumentum, quod non tenet quo ad probationem: quia erat confectum non seruata iuris solennitate admittit, ⁊ illud non reiicit, quod non solum facit litem suam. s. quia tenetur parti ad interesse. per ea que habentur in sinu. de ob. que ex quasi delic. in prin. ⁊ in. l. si index. ff. de variis cognitio. sed etiam tenetur ex illo edicto, qđ quisque iuris: vt si in simili causa producatur contra eum tale instrumẽtum in solenne cogetur eo vti. quod no. perpetuo: quia videntur probari per hunc tex. ¶ In text. ibi. quod in futuris. tene menti, quod de natura. l. est. vt prouideat casibus futuris. et sic emanatis post ipsam. l. non autem prouideat simpliciter ita casibus preteritis nisi nominatum expressum sit in. l. vt hic est text. ⁊ in. l. ll. ⁊ constitutiones. C. de ll. et l. de vsuris. infra, de vsuris de quo per docto, in dicta. l. ll. Glo. in verbo, oportet. opponit contra hunc text. de. l. scripturas. C. qui po. in pig. ha. vbi etiam chirographum, ⁊ alia priuata scriptura facit fidem, non tamen seruata ista solennitate testium, imo sine vllo teste facit fidem. soluet: vt in glos. vel dicas melius secundum Bald. ⁊ doct. considerando tres casus: quia aliquando scriptura priuata producitur contra aliquem, ⁊ ab eo cõfitetur ⁊ isto casu non requiritur in ea aliquis testis, ita procedat. d. l. scripturas. aliquando dicta scriptura negatur, ⁊ isto casu cum sit ad probationẽ requiruntur testes tres in ea: vt hic. aliquando pars contra quam pducitur talis scriptura non solennis eam non confitetur neque negat, et tunc talis scriptura non facit fidem: quia eam reprobat l. volens. ex ea non posse probari ex defectu solennitatis secundum Bal. licet aliqui dixerint contrariũ, secundum eum. Secundo opponit gloss. de. l. in. l. testium. C. de testi. vbi ad probandum requiruntur quinque testes: non soluit, sed dicas quod casus sunt diuersi: quia vbi loquitur quando produco instrumentum solenne in quo continetur te mihi obligatum qua de causa, si vis probare te mihi soluisse, ⁊ sic contra instrumentum est opus quinque testibus, ⁊ sic exigitur ibi ille numerus propter probationem faciendam contra solenne debitum, et in scriptis, hic autem producebatur scriptura priuata ad probationem debiti que debet continere tres testes, Sequitur authen. sed nouo iure.

¶ In hac. l. super chirographariis. videatis Paulũ de ca. in. l. si in fi. ff. de preto sti. ⁊ do. Io. de imo. in l. custodias. in. §. vt feriarum. ff. de pu. iudi. S. T.

SVMMARIVM.

1 ☞ Si contractus in scriptis celebratur, ⁊ ab imperito literarũ, ⁊ in ciuitate ⁊ supra vnam libram auri in eo quinque testes interuenire debent, inter quos connumeratur notarius instrumentum conficiens. Si autem talis cõtractus sine scriptis celebratur, causa testibus, aut iureiurando deciditur. Si autem in rure fiat talis contractus, in eo non tot testes requiruntur, sed vetera iura seruantur.

2 Literarum imperiti qui dicantur.

Auth. sed nouo iure.

[b] Si contractus † celebratur in scriptis, ⁊ ab imperito literarum, ⁊ in ciuitate, ⁊ supra vnam libram auri, debent in eo interuenire quinque testes, inter quos connumeratur notarius instrumentum conficiens. Si autem talis contractus celebratur sine scriptis, causa deciditur testibus aut iureiurando. Si autem talis contractus fiat in rure

¶ Super ista authentica, sed nouo iure. habetis vltra Mo. singulares decisio. bal. hic ⁊ Bal in. l. i. ff. de in ius vocã. ⁊ Bar. in. l. que omnia. ff. de procurato. Bal in. l. comparationes. ⁊ in. l. in exercendis. C. de fi. instru. S. T.

in eo non requirentur tot testes, sed vetera iura seruantur. hoc dicit. Diuide secundum Baldum, in tres partes. Primo, quando illa quatuor de quibus in prima parte summarij copulatiue concurrunt in contractu. Secundo, ibi nam si quis. ponitur quando deficit vnum ex ipsis, & sic contractus non celebratur in scriptis quo casu causa potest decidi per testes, vel iuramentũ prout iudici videbitur non tamen in ista secunda parte declaratur quod per tot testes probetur. ideo gloss. dicit per tres si causa excedit libram auri communi. tamen est opinio doctor. in contrarium, scilicet, quod sufficiant duo de quo tamen infra Tertio, ibi in agris. ponitur de cõtractu continente quancunq; summam celebrato in rure in quo seruantur iura antiqua quo ad numerũ testium, scilicet, vt duo sufficiant secundum doct. Premitte pro intelligentia quod contractus in scriptis, tunc dicitur celebrari, quando partes expresse, vel tacite contraxerunt eo animo: vt quod est conuentum inter ipsos redigetur in scriptis: vt si ambo vel vnus ex eis dixit, cõtraho cum hoc, vt fiat instrumentum, aut dixit vbi est notarius qui sit rogatus de contractu ita habetur in. l. contractus. J. de fide instru. & in. §. emptio. instit. de contrahenda emptio. intantum quod donec redigatur talis contractus in scriptis nõ dicitur perfectus vt dictis iuribus. Secundo. premitte quod † imperitus literarum non solum dicitur ille qui nescit aliquas literas, sed etiã qui scit aliquas: sed paucas, vt notatur in corpore huius authen. secundum Bartol. Bald. & Rapha. secundum quos mercatores qui nesciunt nisi materno sermone legere vel scribere dicentur literarum imperiti. quod not. pro statutis facientibus mentionem de imperitis. & tene menti tex. in prima parte, quod vbi celebratur aliquis contractus vbi concurrunt quatuor, de quibus supra in eo debent interuenire quinque testes: alias contractus non probat, vt hic est text. quod hodie de consuetudine non seruatur secundum Bal. quando esset instrumentum publicũ vbi tantum duo testes sufficiũt: sed solum haberet locum quando esset chirographum vel alia priuata scriptura secundum eum, & Rapha. et Jaco. de beluiso in corpore. ¶ Not. tamen ex text. quod vbi quis potest plus ledi, ibi debet adhiberi maior solennitas ne ledatur, nec plus potest ledi imperitus literarum quando cõtrahit in scriptis quam peritus. ideo requiritur solennitas in instrumento quinq; testium, sicut etiam in contractu minoris adhibetur maior solennitas. quam in contractu maioris: vt institu. quibus alienare licet. §. finali. cum similib. sicut etiam in testamento ceci maior solennitas adhibetur quam alterius: vt habetur in. l. hac consul infra, qui testamẽta facere possunt. quia plus potest decipi cecus quam alius. ideo debet precedere heredis institutio, & postea sequi legatũ, vt ibi: licet alias in testamento alterius non seruetur talis ordo seu solennitas: vt habetur in. §. ante heredis. institu. de legatis. ij. Alie solẽnitates debent interuenire in titulo ceci, que de necessitate non requiruntur in aliis de quibus in dicta. l. hac consultiss. Secundo tene menti text. in secunda parte, quod vbi deficit vnum ex illis quatuor ibi de necessitate non requiruntur. v. testes in instrumento, licet imperator non aperiat, tot requirantur, vt supra dixi. gloss. autem hic in distinctione supplet quod requirantur tres testes quod probat per. §. primũ. & §. sed et instrumenta. in authen. de fide instrumen. quam opin. sequebatur Odofr. hic. Jaco. autem de beluiso in cor. huius authen. & Specul. in titulo, de teste. §. nunc restat. in princip. & Joannes andr. in regula, pluralis locutio. in sexto. & Bald. & Rapha. hic dicunt contrarium, scilicet, quod isto casu quando non concurrunt omnia illa quatuor, sed aliqua puta: vt dicit hic text. quando contractus sit sine scriptis, vel a perito literarum &c. sufficiunt duo testes si instrumentum est publicum, secus si est chirographum: quia tunc requiruntur tres. & isto casu loquuntur dict. §. prim. & dict. §. sed & si instrumenta. Bartol. dicit quod vtraque opinio est vera, scilicet, gloss. & aliorum doctor. quia in instrumento publico, etiã requiruntur tres testes computato tabellione sicut etiã computatur quando requiruntur. v. vt in prima parte. secundum gloss. hic & dixi in summario, & hoc modo intelligatur gloss. ¶ Item sufficiunt duo testes, scilicet, sine tabellione, & hoc modo procedat opinio doct. quod no. Tertio tene menti ex vltima parte, quod vbi inuẽnitur minor copia hominum ibi, si sit aliquis cõtractus debet adhiberi minor numerus testiũ: licet si alibi fieret requireretur maior numerus: & ideo si fit contractus in iure in eo sufficiunt duo testes secundum iura antiqua, vt hic dicit text. per. l. vbi iuris. de test. licet si fieret in ciuitate requirerẽtur. v. vt in prima parte, sicut alias per hanc rationem testamentum factum rure valet cum quinque testibus: vt est tex. in. l. final. infra. de testa. licet alias regulariter nõ valuisset nisi cum septem testibus. l. hac consultiss. cum similib. infra eodem titulo. Gloss. magna diuiditur in quinque partes. In prima ponitur qualiter habeatur ista authen. hodie, et qualiter habebatur olim, & secundum doctor. Vltramonta. litera habet eundem sensum. In secunda ibi breuiter, et vltimo ponitur vt tot testes adhibeantur, & tot alie solennitates in instrumento de quibus in gloss. de quibus etiam per doctor. latinos in. l. si quis ex argent. §. si initium tabularum. ff. de edendo. vbi ponunt omnia solennia que requiruntur in instrumento. sed quantum ad intelligentiam istius gloss. vide dicta supra. In tertia ibi, & fit comparatio. materia comparationum, scilicet qualiter, et de qua scriptura fiat, & quid operetur comparatio literarum, de qua materia vide hic per Baldum, & per text. gloss. & doctor. in. l. comparationis infra, de fide instru. In quarta ibi. in scriptis autem ponitur quando dicatur contractus in scriptis, de quo dixi supra, in euidentialibus. In quinta ibi, in agris ponitur quot testes requirantur in instrumento confecto in rure, & quid in publico, & quid in chirographo. Sequitur rubrica de suffragio.

De suffragio. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ☞ Continuatio rub. & quot modis capiatur suffragium, & certum quo pacto expiatur.

GLoss. rubricæ diuiditur in duas partes. Primo continuat rubricã & bene secũdum omnes doctor. Secundo ibi, & dicitur. declarat † quot modis accipiatur suffragium, & intellige gloss. veram, scilicet, quod salarium petitur certi condictione quando est certum omni certitudine: vt quia continet quid, quale, & quantũ. per ea que habentur in. l. certum. ff. si certum petatur. et l. vbi autem non apparet. in princip. & l. stipulationum quedam. de verborum obligatio. vt si sunt promissi centum ducati Veneti, vel decem cadi vini Greci, vel quid simil. per stipulationem, vel aliter de similibus. Sed quando salarium promissum per stipulationẽ esset incertum: quia non continet omnia illa tria: vt sunt aliqua vt si sunt promissi centum ducati, vel decem cadi vini, vel quid simile. hoc modo tũc ageretur actione ex stipulatu: vt habetur institu. de verborum. in princip. si autẽ salarium deberetur incertum, vt supra. non per stipulationẽ, sed ex alia causa tũc ageretur cõdictiõe incerti. per ea que habentur in. l. sed si me putem. §. primo. ff. de condictione indebiti. de quo ibi per doctor. si autem deberetur penitus incertum omnium incertitudine: quia non cõtineretur promissio, vel stipulatio, quid, nec quale, nec quantũ, tunc non valeret per ea que habentur in. l. ita stipulatus. in princip. de verborum obliga. que omnia non solum habent locum in promissione salarij, sed in alia qualibet promissione, vt in dictis iuribus. quod not. per fundamentis. Sequitur. l. si qui desideria.

SVMMARIVM.

1 ☞ Promittens salarium aduocato pro patrocinio, etiam per pactum nudum obligatur & ad illud soluendum cogi, & promissio & traditio facta pro salario mobilis,

lis vel se mouentis rei, aduocato, in ipsum dominium dicte rei transit sine alia solennitate. Sed in consistente in immobili, secus: quia tunc requiritur in promissione ⁊ traditione scriptura, ⁊ aduocatus occupans rem, siue mobilem, siue immobilem, sibi pro salario promissam, de vi punitur, ⁊ dictam rem clientulo restituit, et ius retentum amittit.

2 Uerbum spondere, an per pactum nudum intelligatur.
3 Rusticos ⁊ non nobiles inflat scientie superbia.
4 Exclusionis verbum quid essentialiter significat.
5 Aduocato quo tempore salarium debetur.

SI qui desideria h.d.

a Promittens † salarium aduocato pro patrocinio, etiam per casum nudum obligatur, ⁊ potest ad illud soluendum cogi. hoc dicit primo. ¶ Et promissio ⁊ traditio facta de salario consistente in re mobili, vel se mouenti aduocato in ipsum transit dominium dicte rei sine alia solennitate. sed in consistente immobili secus: quia requiritur in promissione ⁊ traditione scriptura. hoc dicit secundo. ¶ Et aduocatus occupans rem siue mobilem siue immobilem sibi promissam pro salario, punitur de vi, et dictam rem restituit clientulo, ⁊ ius quod habet, perdit. hoc dicit tertio. vsque in fine. ¶ Diuide in tres partes in primo ponitur dictum in genere, an scilicet debeatur salarium, ⁊ quando ⁊ qualiter exigatur. In secunda ibi, sed si quid, ponitur an sit differentia inter promissionem ⁊ traditionem rei consistentis in re mobili, et promissionem ⁊ traditionem rei consistentis in re mobili pro salario aduocato prestite. Tertio ibi, quod si quis, ponitur qualiter puniatur aduocatus propria autoritate occupans rem sibi promissam. ¶ In text. ibi, sponsione constrinxerint, tene menti, quod cum verbum 2 † spondere intelligatur per pactum nudum: vt notatur in. l. lecta. ff. si certum petatur. ⁊ per doctor. in. l. sciendum. de verborum obliga. ⁊ per consequens videbatur spondentem salarium aduocato non esse obligatum quo ad hoc: vt possit contra eum agi: cum ex pacto nudo non oritur actio per iura vul. per rationem quam posui in l. si ex pretio. supra titulo primo. tamen contrarium hic deciditur, scilicet, quod aduocatus potest agere contra clientulum pro salario sibi promisso, ex pacto nudo secundum veram lectu. est ratio hoc casu: quia tale pactum vestitur. l. auxilio secundum doctor. hic, ⁊ in. l. legem. supra, de pactis. ⁊ in. l. iurisgentium. §. quinimo. ff. eodem titulo. vbi ponuntur. ⁊ alia vestimenta quibus vestiuntur pacta nuda. ¶ In text. ibi, sed si quid, tene menti, quod licet dominium pecunie, vel alterius rei mobilis promisse per clientulum aduocato transferatur in ipsum aduocatum sola traditione: vt regulariter transfertur dominium l. traditionibus. supra, de pactis. cum simil. ⁊ sic non requiritur alia solennitas: vt dicit hic text. tamen promissio dominij rei immobilis similiter promisse dicto aduocato non valet, nec transfertur in ipsum sola traditione, nec recedit a clientulo: sed requiritur: vt de dicta promissione ⁊ traditione fiat scriptura: vt hic in text. continebit scriptura, ⁊ ibi gesta testentur, ⁊ ratio diuersitatis est inter promissionem ⁊ traditionem rei mobilis ⁊ immobilis secundum Rapha. quia cum iura habeant aduocatos multũ suspectos contra clientulos a quibus sepe exigunt multa promissa per ea que habentur in. l. si qui aduocatorum. supra, de postulatio. et minus periculum vertitur in promissione rei immobilis quam mobilis: vt de se patet: merito voluerunt adhibere maiorem solennitatem ad hoc, vt non deciperentur clientuli, scilicet, vt promissionis ⁊ traditionis rei immobilis fieret scriptura: vt in text. cum illud quod fit in scriptis, dicatur firmius ⁊ stabilius, quam quod fit sine scriptis, per ea que habentur in. l. contractus. infra, de fide instrumento. ⁊ non ita fraus presumitur, vbi est scriptura per ea que habentur in. l. finali. ff. familie erciscunde. ⁊ in. l. volumus. infra, de testamen. ¶ In text. ibi ad nouum dominum ⁊c. tene menti, quod ex inutili contractu non transfertur dominium, etiã mente traditione, quod est verum quando contractus est inutilis eo: quia est preter. l. ⁊ lex vltra procedit, vt hic fuit: secus autem si contractus esset inutilis eo: quia preter l. simpliciter. quia ex eo transfertur dominium. l. multum interest. in fine. supra si quis alteri vel sibi. ⁊ dicta. l. contractus. ¶ Item secus si contractus esset inutilis eo, quia adhuc pendet conditio: quia tunc ex eo transferetur dominium facta traditione pendente conditione: vt habetur in. l. dotis fratris. in fine. ff. de iure dotiũ. Sed quando contractus est contra. l. ex eo. etiam mente traditione non transfertur dominium. l. non dubium. supra, de lega. vbi gloss. ⁊ etiam habetur in. l. pacta que contra. supra, de pactis. de quibus etiam per Bartol. in. l. prima. §. si vir vxori. de acquirenda possessione. et in dicta. l. non dubium. ⁊ aliqualiter in dicta. l. multum interest. ¶ In text. ibi, quod si quis. tene menti, quod si a 3 aduocatus propter superbiam scientie sue inflatus † que rusticos inflat, per ea que habentur in. l. donatius. ff. de testamen. non autem nobiles, per ea que habentur in. l. humanum. supra, de leg. ⁊ l. imperialis. infra, de nup. ⁊ in. l. vt responsum. supra, de transactionibus. propria autoritate non impetrato brachio iudicis sibi ius dicit occupando rem sibi promissam, potest primo puniri de vi, vt ibi violentie tenebitur. faciunt que habentur in l. inuasor. infra vnde vi. Secundo restituit rem clientulo; vt ibi, atque in statum pristinum. Tertio amittit actio. quam habebat contra clientulum super illa re: vt ibi, eo a petitione excluso. faciunt que habentur in. l. si quis in tantam. infra vnde vi. ⁊ in. §. recuperande. institu. de interdictis. ⁊ in. l. extat. ff. quod metus causa. Sed dubitatur an actio sit amissa ipso iure, an vero requiratur sententia, ⁊ videtur quod per sententiam amittatur actio: vt notatur in dicta. l. extat. in contrarium tamen innuit 4 hic verbum † excluso, quod est temporis preteriti, cuius natura est importare ipso iure: vt notatur in. l. hec venditio. de contrahenda empti. ⁊ in. l. centesimia. de verborum obligat. cum simil. ideo dicas hoc casu speciale esse: vt scilicet statim occupata re ab aduocato sit exclusus ipso iure ab actione, de quo tamen vide gloss. not. in l. in criminali. supra, de iurisdictione omnium iudic. et in authen. habita, infra ne filius pro patre. Gloss. in verbo cõstrinxerint, querit que actione agatur contra clientulum pro salario dicens aduocatum habere tres vias. Primo, si aduocatus prouidit sibi per stipulationem certam, aget certi cõdictione: si per incertam, actio. ex stipulatu, de hoc vide dicta supra in rubrica. Secundo, si prouidit sibi per pactum, tunc condictione ex hac. l. dante auxilium ⁊ fomentum huic pacto consequetur salarium: vt supra dixi, sicut etiam agitur secundum terminos. l. si quis argentum. infra, de donationibus. cum simil. Tertio, si neq; per stipulationem, neq; per pactum aduocatus sibi prouidit, aget officio iudicis, et sic sibi prouidit ex. l. dispositione tantum per. l. primã. §. in honorarijs. ff. de varijs cognitio. ⁊ ratio est vltra gloss. et doctor. quia. l. introducens ius agendi dirigendo verba in ipsum iudicem affirmatiue, semper pars in fauorem cuius. l. introducit ius agendi, agit officio iudicis, per ea que habentur in duabus legib. eas simul coniungendo, in. l. prima. ⁊ in. l. quod si minor. §. fina. ff. de minoribus. ⁊ in. l. solent. vbi per Bartol. ff. de alimentis ⁊ ciba. lega. in. l. prima secundum Bartol. ibi. ff. de collatio. dotis. et est gloss. que semper allegatur in. l. soror. infra, de colla. ⁊ hoc modo in dicto. §. in honorarijs. l. dixerit verba in ipsum iudicem, vt ibi patet: secus si. l. introducens ius agendi dirigeret verba in iudicem negatiue: quia tunc pars ageret actione non officio iudicis: vt habetur in l. prima. ff. quod metus causa. vbi dicit text. quod metus causa gestum est, ratum non habeo, ⁊ sic. l. ad se iudicem direxit verba negatiue, ⁊ per consequens oritur actio, quod metus causa, non officium iudicis, vt dixi. ¶ Item secus si verba. l. introducentis ius agendi dirigentur ad partem: quia tunc ageretur actione non officio iudicis; vt habetur in l. secunda. ff. ad. l. Aquil. ⁊ notatur in. l. item veniunt. §. pridie. ff. de pet. hered. secundum Bartol. in. l. prima. ff. de condictione ex. l. vbi posuit quando. l. neutraliter dirigit verba videlicet, neque ad iudicem, neque ad partem, an agatur actione, vel officio iudicis: vbi latius examinant istam materiam. Et aduerte

¶ Super hac. l. si qui desideria. videatis Bald. in. l. si furiosi. C. de nup. Bald. in. l. vis eius in eodem tit. C. de proba. ⁊ ibi dixi. Bald. in l. etiam. C. man. Bal. in. l. i. in. §. diuus. in vlt que. ff. de va. ⁊ extraor. cogni. vbi etiã Mo. post Bart. S. T.

quia ſunt vtilia: τ vt cognoſcamus quando agatur actio- ne vel officio iudicis propter multas differentias inter actionem τ officium iudicis que ponitur per doctoꝛ.in l.prima.ff.de iuriſdictione omnium iudic.dic vt ibi. Se- cundo, gloſſ.dicit quod aduocatus non poteſt agere actio.preſcript.verbis.contra clientulum,vel actione de dolo quando promiſſio ſalarij cadere t in illam ſpeciem facio,vt des:cum qua etiaʒ tranſeunt doctoꝛ.vltra quos dicas eſſe rationeʒ:quia actio preſcriptis verbis,τ actio de dolo competens in facio, vt des, competunt quan- do illas intentans adimpleuit ex parte ſua, τ non ante. Lex placito.infra,de rerum permuta.Sed aduocato de- betur ſalarium in initio antequam adimpleuerit, quod promiſit:vt infra gl.proxima habetur:ergo ⁊c.¶ Item aduocato non competit actio locati, pro ſalario con- tra clientulum:vt hac gloſſ.in fine.doctoꝛ. tamen aliqui antiqui tenuerunt, quod ſi ex parte clientuli eſt pecu- nia numerata cum ex parte aduocati ſit merces, id eſt, patrocinium, talis contractus dicetur locatio: merito orietur actio locati:ſecus ſi nõ interueniſſet pecunia nu- merata per ea que habentur in.§.i.inſtitu. locati. com- muniter tamen doctoꝛ.tenent opinio.gloſſ.ſcilicet,ex ta- li contractu non oriri actionem locati: τ eſt ratio ſecun- dum Rapha. quia cum ſit res ſanctiſſima ciuilis ſcien- tia, que non poteſt eſtimari pretio numerario, dicit text.in.l.prima.§.eſt enim. ff. de varijs cognitio. quod quidem non preſumitur ignoꝛare. ll.peritus. vt eſt ad- uocatus.per ea que habentur in.l.ſecunda.§.ſeruus ſul- pitius ſibi, turpe eſt ⁊c.ff.de orig. iuris. merito non eſt credendum aduocatum velle eſſe mercenarium, et ſic operas ſuas,id eſt,ciuilem ſapientiam locare pro pecu- nia, ergo non eſt contractus locationis,cum idem ope- retur tacitum, quod expreſſum.l.cum quis.ff. ſi certum petatur.τ per conſequens teneas opinio. gloſſ. et nun- quam in libello in quo petis ſalarium facias mentioneʒ de locatione,ne poſtea videatur intentata actione loca- ti:quia ſuccumberes τ condemnaberis in expenſis. Gl. in verbo conſequantur,querit † quo tempoꝛe debeatur ſalarium aduocato an in initio,an in fine aduocationis. τ ponit tres opinio.dic vt in ea. Barto.autem in.l.pri- ma.§.diuus.ff.de varijs cogni.dicit, quod aut debetur ſalarium ex prouiſione.l.ſcilicet,quando non eſt conſti- tutum expreſſe ſalarium per partes, ſecundum termi- nos dicti. §. in honorarijs. τ tunc debeatur in initio aduocationis,τ hoc modo procedet text.in.l.properan- dum.§.illo proculdubio.ſupra,de iudic.τ quod ibi per gloſſ.aut debitoꝛ ex prouiſione partium: quia expreſſe illud conſtituerunt, τ tunc debeatur in fine.τ ſic com- pleta aduocatione, per ea que habentur in.l.ſi ſeruus communis. Meuij τ caſtrenſis peculij.§.finali.de ſtipu- latio.ſeruoꝛum.Bald.autem hic tenet indiſtincte de- beri ſalarium in initio per hanc gloſſ.τ gloſſ.in dicto.§. diuus.de quo ibi per Bartol. ponentem etiam an do- ctoꝛi moꝛtuo ante completum tempus debeatur inte- grum ſalarium ſibi promiſſum,vel pro aduocatione, vel pro lectura: de quo etiam habetur in.l.poſt duos.τ in.l. exceptionem.C.de aduocatis diuerſo.iudicioꝛum.τ quid etiam in alijs officialibus poteſtatibus τ ſimil.moꝛien- tibus in officio ante finitum officium,an debeatur inte- grum ſalarium, ibi per Barto.τ per doctoꝛ. in.l.diem functo.ff.de offic.aſſeſſo.Gl.finalis.ponit quatuoꝛ que- ſtiones pertinentes ad hanc materiam ſalarij,quas vi- de τ examina:vt hic per Bald.τ Rapha.

De prohibita ſequeſtra.pecuniæ. Rub.

Ontinua rubri cam: vt in gloſſ. que vult di- cere,quod dictum eſt ſupra, qualiter petatur pecunia, vel alia res que data eſt mutuo. verum, quia dubitatur vtrũ creditoꝛ poſſit petere dictam pecuniam vel rem aliquas ex cauſa in ſequeſtrem ponere; ideo poſita eſt hic, hec ru- brica.Lex quotiens,ſequitur.

SVMMARIVM.

1. Sequeſtratio non eſt facienda niſi ſecundum iuris oꝛdinem debitoꝛ ſit primo conuictus. τ pulchro modo hoc declaratur.
2. Sequeſtratio duobus modis dicitur.
3. Caſus in quibus ſequeſtratio non eſt prohibita.

Votiens. hoc dicit.

b Non debet incipi a ſequeſtro, ſed debet ſeruari oꝛdo iuris in conueniene- do prius debitoꝛem.hoc dicit. vel ſic,

1 ¶ Sequeſtratio † non eſt facienda niſi debitoꝛ ſecun- dum oꝛdinem iuris ſit primo conuictus.hoc dicit.Diui- ditur in tres partes.Primo ponitur dictuʒ. Secundo, ibi opoꝛtet. ponitur ratio dicti.Tertio,ibi quaʒ rem po- nitur ratio rationis.Premitte pro intelligentia mate- rie,quod ſequeſter dicitur ille apud quem deponitur res de qua eſt controuerſia a pluribus: vt habetur in.l.ſe- queſter.de verboꝛum ſignificatione.τ in.l.propꝛie.τ in.l. licet.in princip.ff.depoſiti.τ hic in gloſſ. in princip. in qua etiam dicitur, quid ſit ſequeſtratio, dic vt in ea.

2 ¶ Secundo, premitte quod duplex † eſt ſequeſtratio: quedam dicitur voluntaria, quedam neceſſaria,prima dicitur que ſit de voluntate partium, vt ſi vertitur con- trouerſia de vna re inter me τ te, τ tu non confidis, quod ego eam teneam, nec ego quod tu teneas, ſed ſu- mus concoꝛdes:vt ponatur apud tertium.τ iſta ſeque- ſtratio eſt ſemper licita:vt habetur in.l.ſi ſoluturus. de ſolutio.ſecundum Bartol.in.l.intereſſe. de acquirenda poſſeſſione. Secunda autem dicitur quando ſit parte inuita τ ſic iudice cogente, τ iſta regulariter non eſt per- miſſa:vt hic,in text.per rationem de qua infra. Tertio premitte quod depoſitum differt a ſequeſtratione:quia depoſitum dicitur quod ſit ab vno vel pluribus de eo- rum mera voluntate de re, que nullam controuerſiam patitur:vt habetur in dicta.l.licet.in princip.τ in.l.pri- ma.in princip.depoſiti.Sequeſtratio autem dicitur ſo- lum quando deponitur a pluribus res, de qua eſt con- trouerſia:vt dictis iuribus. Quarto premitte quod fa- cta ſequeſtratione de re in caſu permiſſo τ poſita apud tertiuʒ, illius rei perditur poſſeſſio:vt habetur in dicta l.intereſſe.τ hic in gloſſ.poſt princip. quod procedit ſe- cundum Bartol.ibi,quando ſequeſtratio eſt voluntaria que fuit facta de voluntate partium, nam tunc videtur facta,vt ſequeſter poſſideat,non autem aliqua partium, τ ideo ſi emi vnum librum quem poſſedi per annum, et poſtea tu dicis eſſe tuum, τ ſponte deponimus apud vnum tertium, ego non impleo vſucapionem: quan- uis poſtea ſit lapſum triennium,cum per eam ſequeſtra tionem perdidi poſſeſſionem ſine qua nõ procedit vſu- capio.l.ſine poſſeſſione.de vſuca.τ in regula ſine poſſe ſ- ſione.in ſexto.ſecus autem ſi eſt neceſſaria ſequeſtratio: quia tunc rei ſequeſtrate non perditur poſſeſſio ab illo, qui primo poſſidebat: cum iſto caſu videatur facta cau- ſa cuſtodie non vt poſſeſſio perdatur,argumento eoꝛuʒ que habentur in.l.aliam. ff.de nouatio. τ in.l.de die.§. tutoꝛ.τ.l.fideiuſſoꝛ.§.ſi neceſſaria ff.qui ſatiſdare cogan- tur.ſecundum Rapha.poſt Cyn.hic,τ Barto.τ docto. in dicta.l.intereſſe.τ ideo in caſu ſupra poſito non pre- ſcriberem dictum librum. quod not.et limita procedere niſi de mẽte iudicis aliud apparet in ipſa ſequeſtratio- ne ſecundum Barto.in dicta.l.intereſſe.per tex.in cap. primo.de ſequeſtra.poſſ.τ fruc. Quinto premitte quod eo caſu quo permittitur ſequeſtratio: vt infra dicam, eo caſu remouetur res de ſequeſtre data ſatiſdatiõe:vt ha- betur in.l.ſi fideiuſſoꝛ.§.finali.ff.qui ſatiſdare cogantur. τ in.l.litibus.infra,de agricol.τ cenſi.libro vndecimo. et in.l.finali.de oꝛdi.cog.an autem ſequeſtratio poſſit fieri die feriata in honoꝛem Dei,vides hic per Bald.et an ſequeſter poſſit petere ſalarium pro laboꝛe, quem ha- bet pro re ſibi ſequeſtrata in dicto cap. per Moder. in dicta.l.intereſſe.τ hic aliter per Bald. τ an quis com- pellatur

a ¶ Super iſta ru. de prohi. ſeque. pecu. vltra do. Floꝛ.Riminal. Prohibi.τ Mod. hic,videatis Ro ma.in conſ.ccxx. τ Mo.in trac. ſe queſtrationũ.pre ſertim in.iij.iiij.τ v.τ.vi.charta. S. T.

b ¶ Super hac.l. quotiens.vnica. vltra Mod.poſt do.Coꝛne. τ do. Anto.de alexan. hic, videatis ſpe cu.in ti.de expẽ ſis.in.§.poſtre- mo.do.Anto. de but. in.c.ij. de eo qui mi. in poſſeſ ſi.cauſa.rei ſeruã. τ habetis deci. Mo.in ru.τ mo. poſt do.Panoꝛ. ij. c.dilectus.de ſeque. poſſeſſio. Bart.in.l.ſi.j.de e.li.diui Adria. tollen.τ Mo.per illũ textũ in.l.pol- licitationibus. ff. de pollici. glo. τ Barto.in.l.i. de feri.C.Bar.in.l.ſ ſed τ ſi.m.§.ſi in- ter duos.de vſu- fruc. Bald.in.l. fin. C. vbi in rem actio. S. T.
¶ Super hac.l. vnica.de prohi. ſeque.pecu.vltra Mo.poſt domi. Coꝛn. Plumbi. Floꝛia.τ do.Ri- mi. hic,videatis Bal.in.l.fideiuſ- ſoꝛ.in.§.i. ff. qui ſatiſdare cogan. Bal.in authenti ca omnino.in ſi. j.ne vxoꝛ pro ma ri.τ Bal.in.l. ab executiõe.in ſi.ſ. quo.appe.nõ re- ci.cum a.in conſi. cxvij.in ſi. Rom. in cõſ.cccxx.τ do. Jaſo in.l. ſi fide- iuſſoꝛ.in.§.fin. ff. qui ſatiſda.cogã. τ hoc quo ad ſe- queſtrationẽ. de deſcriptione ha- betis optimas deci. Bal. τ ſali. hic.Dy. Roy.τ Bart. ac nicolai de aoa. in. l. j. in §.penul. de ven. in po. mittendo. do.Anto.de but. in.c.ij. de ſeque, poſſeſſio, τ fruc,

pellatur esse sequester sicut compelletur esse tutor habetur per Angel. in dicto. §. finali. & per Bartolum, in dicta. l. egi. & per Bald. in. l. prima. §. quamuis. ff. vbi pupil. edu. debeat. Et tene menti hunc text. in princip. quod regulariter non potest quis petere: vt fiat sequestratio, id est, quod pecunia vel alia res, quam ipse est petiturus, ponatur apud tertium, & deinde discutiatur de iuribus partium: vt hic est text. & est ratio: quia cum sequestratio sit quedam separatio rei, vel possessionis: vt hic dicit gloss. in princip. merito est quedam executio, sed executio non debet nec potest fieri antequam debitor conueniatur & conuincatur iuris ordine: vt habetur in. l. prima. & fin. infra, de executio. rei iudica. et in. l. cum nulla. ff. de re iudicata. & infra commi. vel epistolas. per totum. merito sequestratio est prohibita: vt hic dicitur. et per hoc dicit hic Rapha. quod si iudex causa non cognita preciperet alicui, vt solueret ante iuris ordinem, vel aliquid aliud faceret tale preceptum non teneret nisi preceptum esset iustificatum apposita in eo clausula, & si senseris te grauatum compareas, recepturus iustitie complementum: quia tunc illud preceptum resoluitur in vim simplicis citationis: vt habetur per gloss. Bartol. & doctor. in. l. de pupillo. §. meminisse. ff. de noui operis nuntiatione. & per Bald. et Angel. in. l. ad peremptorium. ff. de iudiciis. & per Bartol. in dicta. l. prima. quod nota: quia seruatur in practica. Sed aduerte: quia licet sit prohibita sequestratio: vt supra, tamen non est prohibita descriptio rerum: vt habetur in. l. prima. §. penultimo. ff. de ventre in possessionem mittendo. & in. l. si quis post hanc. infra, de bonis dam. secundum Bartolum, in. l. Imperatores. §. finali. ff. de appellatio. & in. l. defensionis. infra, de iure fisci. libro decimo. & in dicto. §. penultimo. & hic quem sequitur Rapha. & ideo ad instantiam partis potest iudex committere: vt describantur bona que aliquis est petiturus. Bald. tamen & Salice. dicunt istud esse verum, quando descriptio non redundaret in verecundiam illius cuius bona describentur, quod esset quando omnia supellectilia que haberet in domo describerentur cum iudex debeat aduertere ne iniuria afficiat partem: vt habetur in. l. secunda. infra, quando et qui. quarta pars debe. libro decimo. Secus si describerentur fructus recolligendi quorum permittitur descriptio propter difficultatem probationis de eis secundum eos, nec obstat supradictis quod habetur in dicta. l. defensionis, vbi etiam prohibetur descriptio: quia ibi illa descriptio erat idem quod executio, secundum Bartol. in dicto. §. penultimo. Item aduerte quia licet † regulariter sit prohibita sequestratio tamen regula limitatur plurimis modis secundum gloss. hic & doctor. Et primo quando debitor rei mobilis esset suspectus de fuga, nam tunc posset sequestrari dicta res: vt est text. in. l. si fideiussor. §. finali. allegata in gloss. & non tantum isto casu res sequestraretur, sed posset capi persona suspecta, vt satisdaret vt habetur in. l. si creditores. ff. de priuilegiis credito. & non solum posset capi per officiales, sed etiam propria autoritate per creditorem: vt habetur in. l. ait pretor. §. si debitorem. ff. que in fraud. credit. & quod not. in. l. questum. ff. de pign. & in. l. plane. ff. de pignorat. actio. secundum Barto. in dicto. §. fina. que vera sunt, quando suspitio fuge emanauit post contractum debitum. secus si erat tempore contracti debiti: quia cessarent predicta per text. in dicta. l. si creditores. Item limitatur regula tribus aliis modis, de quibus hic in gloss. vltra quos etiam limitatur quando appellatur ab executione in casu, quo potest: nam tunc sequestratur res que fuit petita exequi & deponitur apud tertium: vt est text. in. l. ab executione. infra, quorum appel. non reci. Item limitatur regula respectu sui iuris conseruandi: vt si sunt plures heredes habentes instrumēta communia que non possunt esse apud omnes, & non sunt in concordia apud quem fuit iudex ad petitionem alterius potest deponere apud tertium: vt est text. in. l. cetere. §. finali. & in. l. si que sunt cautiones. ff. familie erciscunde. faciunt que habentur in. l. procurator. supra, de eden. vbi apud digniorem esse debent. sed casus noster loquitur quando non apparet quis sit dignior. Item limitatur regula si partes contendunt de aliqua puella quam vnus quis dicit suam vxorem, nam interim ne dicta puella corrumpatur ponitur apud monasterium, vel apud aliquas matronas & sic in sequestrem: vt habetur in capit. quod locum. de sponsa. Item limitatur regula quoties colonus denegat soluere pensionem domino, nam tunc sequestratur dicta pensio quousque cōtra dictum colonum feratur sententia: vt habetur in dicta. l. litibus. & ibi per Barto. dicentem nunquam debere fieri sequestrationem nisi ille qui petit fieri, ostendat publicum instrumentum. Item limitatur regula quotiescunque iudex timeret scandalum propter possessionem & sic ne partes veniant ad arma, nam isto casu potest dictam rem in sequestrem dari: vt habetur in. l. equissimum. de vsufruc. & in cap. primo. de seque. posses. et fruc. Item limitatur regula quoties aliqua res subtracta fuerit alicui de familia iudicis, nam tunc illa res deponitur apud sequestrem quousque erit finitum officium: vt habetur in. l. senatus. in fine. ff. de offic. presid. & est ratio, quia officialis vel alius de sua familia nō potest agere, nec conueniri durante officio: vt habetur in dicta. l. senatus. secundum Bartolum ibi. Item limitatur regula quoties debitor vult euitare damnū quod eueniret, ex non solutione debiti & creditor non vult recipere, nam tunc iudex potest facere, vt pecunia vel aliud debitum ponatur in sequestrem, vt sic euitetur damnum a debitore. per ea que habentur in. l. accepta. infra, de vsuris secundum Salic. hic. Item limitatur regula quoties aliquis tenetur ad aliquod factum respectu certe rei, quod quidem ipse non facit monitus a iudice, tunc iudex potest dictam rem dare in sequestrem. donec ipse faciat illud ad quod est obligatus: vt habetur in cap. peruenit. el secundo. de appellatio. & habetur in cap. ii. de sequestra. posses. & fruc. Item limitatur regula quoties heres non vult cauere de restituendo legatum legatario iudex dictam rem legatam potest deponere apud sequestrem vel apud eum sit quousque caueatur: vt est text in. l. postquam. §. imperator. ff. vt lega. no. caue. que omnia tene menti: quia vtilia & quotidiana. Sequitur rubrica, de cōdictione indebiti.

Cuma. in consil. lxxxviii. Ang. in l. si. de anno. & tribu. C. & videatis bonum textum & ibidē do. Floria. in. l. cū domini. in ver. que ibi sunt describere. ff. loca. & in pulchris casibus decidunt Pau. de ca. in cōsi. crci. in i. col. inci. antequā venia. do. Alex. in cōsi. lviii. in. ii. vol. & do. Curtiu. seni. in repe. istius l. vnice in. xvi. col. S. T.

a De condictione indebiti[a]. Rubrica.

a Super ista ru. de condict. indebi. videatis do. Floria. hic, do. Iaso. & Mod. in ru. ff. eo. ti. S. T.

SVMMARIVM.

1 ☞ Obligatio sicut re contrahitur in mutuo, ita in indebito.

GLoss: continuat bene rubricam: quia dictum est supra, in titulo, si certum petatur. qualiter quis recipiendo mutuum obligatur re † verū, quia ille cui soluitur indebitum similiter obligatur re soluenti: vt in. §. primo. institu. quibus modis re contra. ob. ideo post illam ponitur ista rubrica cum qua continuatione transeunt hic omnes doctor. tu dicas quod imperator non intendit tractare in hoc quarto libro, qualiter ineantur contractus, sed qualiter creditori contrahenti succurratur aliqua actione contra debitorem: vt de se patet: ideo postquam supra titulis proximis, posuit qualiter agatur condictione ex mutuo certi condictione pro salario, & qualiter agens condictione non possit petere rem sequestrari: verum, quia solutum indebite repetitur condictione indebiti, cum per solutionem fuerit translatum dominium in recipientem, quo casu habet locum condictio per iura vulgaria, non autem vendicatio. l. prima. de alie. iudi. mu. cau. facta. cum simil. merito subnectitur ista rubrica. Seq. lex prima.

SVMMARIVM.

1 ☞ Indebitum per errorem solutum non ex causa iudicati per condictionem indebiti repeti potest.

¶ Dant. l.i. vltra Mo. hic singulariter limitate per casus egregiu3 in. l. si sponsus. in. §. si vxor. ff. de dona. inter vi. ⁊ vxo. quem textũ pro singulari ad hoc exclamat Rom in nova sua. ccxviij. in ei. tu scis cõpona tio. ⁊ quando indebite solutũ nõ repetitur condi. indebiti repetit condictione sine causa. vt singulariter decidit do. Alerã. in consi. cccccxxvi in. iij. col. do. Feli. in. c. subq̃ta. in. vi. ⁊ vij. col. de re iudi ⁊ do. Iason in l. iulian⁹ in. viij. col. ⁊ Mod. in. r. ff. eo. ⁊ de materia l. nostre videatis bonũ textu3 ⁊ ibi Archid. gemi. ⁊ do. egidi. Bellame. in. c. in summa. ij. que. i. ⁊ limitat: hãc. l. i. notabiliter vt per Bar. ⁊ Mo. in. l. i. in. §. denique in fi. ff. quod vi, aut clam. S. T.

Lex prima. h. dicit.

Indebitum † solutum per errore3 non ex causa iudicati per condictione3 indebiti repeti potest. hoc dicit. ¶ Diuide hanc. l. in quatuor partes. in prima ponitur dictum in genere cum quadam tacita exceptione. In secunda ibi, si quid igitur ponitur dictum in specie. In tertia ibi. vsuras autẽ, ponitur aliud dictũ resultans ex primo ⁊ secundo. In quarta ibi, actione ponitur ratio istius vltimi dicti. P. emitte pro intelligẽtia istius tit. ⁊ materie quod duplex est error quidã dicitur iuris, quidã dicitur facti. quotiescunque quis facit aliquid credens taliter ius disponere quod re vera non est ille dicitur error iuris. exemplũ, heres soluit integra legata legatarijs que poterat defalcare beneficio. l. Falc. sed credidit dictum beneficium non esse introductu soluendo errat in iure, quotiescunque quis facit aliquid non ignorans iuris permissionem sed ignorans factum dicitur ille error facti. exemplum in casu supra posito heres soluit integra legata legatarijs non ignarus beneficij. l. fal. sed credens plura bona esse in hereditate soluendo errat in facto, ita habetur in. l. error. iuncta gloss. in fra ad l. Falci. ⁊ sic de similib. exemplis. Secundo premitte, quod condictio indebiti tunc competit, ⁊ tunc potest repeti solutum per errorem, quando quis soluit indebitu3 ex causa de preterito, que de sui natura est obligatoria: vt si solui tibi decem que credebam te mutuasse patri meo, vel que credebam patrem meum tibi debere, ex alia causa de sui natura obligatoria, ita loquuntur quasi omnes. ll. tituli. de condictione indebiti. secus si quis soluit indebitum ex causa que de sui natura non est obligatoria: quia tunc non competit condictio indebiti. vt est text. in. l. damus. ⁊ in. l. in summa. §. is quoque. ff. eodem. exemplu3, solui tibi decem: quia bene huisti vsus tali re, vel quid simil. fecisti: licet re vera non fuerit, ⁊ sic erra uerim tamen non repeto. de quo tamen latius in dicta l. damus. per Bartol. ¶ In text. ibi per errorem tene menti. quod ad hoc, vt quis solutum indebitum repetat requiritur quod solutum fuerit per errorem, vt hic: ⁊ l. si a patre. ⁊ l. si per ignorantiam. ⁊ l. fideicommissu3. cum similib. infra eodem. ⁊ quis error requiratur an facti, vel iuris dicetur infra in gloss. ij. secus autem si quis sciens soluit indebitum, quia tunc non repetit: vt. l. indebitum. in princip. infra eodem. ⁊ l. i. ff. eodem. ⁊ est ratio quia sciens soluens quod ipse non debet videtur donare: vt. l. cuius per errorem. de regulis iur. de quo tamen per Bartol. ⁊ doctor. in dicta. l. prima. ponentes an talis donatio requirat insinuationem secundũ terminos. l. sancimus. infra, de donatio. de quo per gloss. ⁊ Bart. in. l. prima. ff. de donatio. Sed aduerte quia Bald. hic intelligit soluentem scienter indebitum non repetere, quando legaliter soluit secus si fraudulenter: quia cum cesset predicta ratio, scilicet animus donandi quẽ excludit dicta fraus. l. si cum aurum. de solutio. merito repeteret. faciunt que habentur in. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pigno. actio. ⁊ ideo soluens falsam monetam scienter non videtur donare secundum eum. ¶ In tex. ibi. non ex causa iudicati. tene menti, quod argu. tex. nostri excipitur vnus casus, in quo soluẽs indebitum non repetit, scilicet, quando soluit vigore sententie contra se late, licet postea apparet solutum esse indebitum: vt probatur hic a contrario sensu. ⁊ in. l. fideiussor. §. in omnibus. ff. manda. ⁊ in l. nepoti. de fundo instruc. ⁊ alijs iuribus allegatis in gloss. magna. in princip. Et istud est introductum propter autoritatem rei iudicate que facit de indebito debitum. l. ingenuum. de statu homi. ⁊ habetur pro ipsa veritate. l. res iudicata. de regu. iuris. ⁊ dicto § in omnibus. ⁊ l. cum putare3. familie erciscunde. cum similib. que res iudicata regulariter nõ rescinditur pretextu instrumentorum de nouo repertorum. l. imperatores. ff. de re iudicata. ⁊ l. sub pretextu. supra, de transac. vbi de materia per doctor. Sed aduerte, quia cum sit multum iniquum quem locupletari cum aliena iactura. l. iure naturali. de regulis iuris. l. nam hoc natura. ff. eodem. cum simil. ideo Bald. hic. post Cyn. et etiam Rapha. ponunt an illi qui soluit propter sententiã contra se latam subueniatur aliquo alio remedio ad consequendum quod soluit. de quo hic per eos, ⁊ latius per Modernos in dicta. l. sub pretextu. ¶ In text. ibi, vsuras autem. tene menti. quod licet alias indebitum solutum per errorem condici possit, vt supra; tamen non possunt condici vsure ex pecunia soluta: vt hic est text. not. ⁊ in. l. quoties. infra, titulo secundo. ⁊ est ratio: quia cum condictiones sint stricti iuris: vt elicitur ex doctrina. §. actionũ. insti. de act. ⁊ vsure non veniant in iudicijs stricti iuris non solum a tempore more, sed etiam a tempore litis contestate. l. emptor. iuncta gloss. ff. de nouatio. secundum gloss. hic in verbo. vsuras. ⁊ Bald. ⁊ doctor. licet si secus in iudicijs bone fidei, in quibus ex mora currunt vsure. l. mora. §. in bone fidei. ff. de vsuris. de quo vide gloss. magistram. in dicto. § actionum. Sed contra hunc text. opponitur de. l. indebiti. ff. cod. vbi dicitur quod non solum potest condici res indebite soluta. sed etiam accessiones puta si solui indebite vaccam, que peperit, possum condicere partu3. ⁊ solui fundum possum ⁊ fructus hac condictione consequi cuius contrarium hic dicitur ibi. ea sola ⁊c. Glo. finalis soluit aliud in vsuris ⁊ sic accessionibus ciuilibus: vt hic aliud in access. naturalibus, vt ibi. ⁊ hanc solutio. Bartol. et doctor. sequuntur ibi. ⁊ an tales accessiones et fructus veniant a tempore contracte obligationis, an a tempore litis contesta. ⁊ quid in contractibus stricti iuris, et quid bone fidei, vide ibi per doctor. ⁊ per doctores in. l. cum fundus. ff. si certum petatur. Gloss. secunda querit quis error sit efficax causa repetitionis soluti indebiti, ⁊ respondet quod non solum indebitum solutum. per errorem facti repetitur per textum, in. l. sed et addes. §. si quis cum locati. supple ⁊ in. l. cum quis. supra, de iuris ⁊ facti ignorantia. ⁊ in l. error. infra, ad legem Falcidia3. sed etiam per errorem iuris: vt habetur in. l. error. in fi. ff. de iuris ⁊ facti ignorantia. supple secundum Rapha. ⁊ in. l. prima. §. primo. ff. vt in posses. lega. vbi in damno euitando prodest etiam error iuris. Sed aduerte: quia contra hanc decisionem est text. in dicta. l. cum quis. et in dicta. l. error. vbi solutum per errorem iuris non repetitur. pro intelligentia considera tres casus, Aliquando quis soluit indebitu3 naturaliter ⁊ ciuiliter: vt quando nullo modo erat obligatus. Aliquando quis indebitum naturaliter ⁊ ciuiliter debitum, vt est quando quis est confessus in instrumento habuisse et recepisse pecuniam spe future numerationis: quam non habuit quo casu statim completo biennio est ciuiliter obligatus. secundum gloss. ⁊ doctor. communiter in. l. prima. ff. eod. non autem naturaliter obligatus est: quia non interuenit actus naturalis, scilicet, traditio. ⁊ sic talis solutio dicitur indebita naturaliter ⁊ ciuiliter debita, ⁊ istis duobus casibus competit repetitio soluenti, siue soluat per errorem facti siue iuris: vt habetur in. l. si is cum quo. et l. eleganter. ⁊ l. sed si in. ff. eodem titu. ⁊ his casibus loquatur gloss. ista. Aliquando quis soluit indebitum ciuiliter, sed naturaliter debitum: vt est quando quis soluit ex minus solenni voluntate, vel illud quod potest retineri per Falci. vel quando pater ⁊ filius, vel dominus ⁊ seruus contraxerunt simul: ex quorum contractu non oritur ciuilis obligatio. per ea que habentur in. l. frater a fratre. ff. eodem. cum simil. ⁊ tunc non bene loquatur ista gloss. quia debet adhiberi distinctio an soluit per errorem iuris, ⁊ non repetit. ita est text. in dicta. l. cum quis. ⁊ dicta. l. error. Fallit in muliere ⁊ minore qui soluentes tale indebitum per errorem iuris repetunt: vt habetur in. l. cum deinde. de probationibus. an soluerit per errorem facti improbabilem vt in facto suo. et idem aut per errorem facti probabilem: vt in facto alieno, ⁊ tũc repetit. vt habetur in dictis iuribus, ⁊ habetur in. l. fideicommissum. ff. eo. de quo latius per gl. ⁊ doc. in dicta. l. cum quis. Gloss. magna diuiditur in duas partes. In prima ponuntur sex casus in quibus indebitu3 solutum non potest repeti ⁊ sic omnes excipiuntur argumento text. nostri. quos etiam casus ponit alia gloss. instit. quibus modis re contrah. ob. §. primo. ⁊ in. §. item is de ob. que ex quasi contractu nasc. ponit etiam gloss. in. l. eleganter. §. finali. ff. eodem. que addit septimũ casum, scilicet, quando soluitur illud quod est indebitum a soluente licet debitum ab alio per. l. si repetitio. ff. eo.

de quo

de quo per doctor. in. l. si pene. §. primo. eodem titu. et per gloss. in. l. si quis possessor. ff. de peti. hered. Sed aduerte: quia Rapha. in dicto §. finali. dicit gloss. illas male dicere, scilicet. quod solutum ex causa iudicati, transactionis ⁊ iuramenti dicatur indebitum: quia imo dicitur debitum cum huiusmodi faciant de indebito debitum in .. rito non repetatur tanquam debitum secundum eum. Secundo gloss. ibi istud tamen oppo. de pluribus ll. in quibus solutum ex causa iudicati repetitur contra hunc text. ⁊ supradicta soluit quod fallit in illis casibus ut dic secundum Bartol. Bald. ⁊ Rapha. quod quando per repetitionem redargueretur sententia retro lata de necessitate ⁊ tunc non competit repetitio. ita loquitur hic, ⁊ alia iura similia, quando non repetitio non redargueret sententiam de iniquitate, nec ventret contra sententiam: sed ex alia iusta causa superueniente, tunc bene competit repetitio non obstante soluto ex causa iudicati: ut dictis iuribus maxime in dicta. l. in commodato. §. finali. ⁊ dicta. l. rem mihi. ⁊ in. d. l. §. allegatis in gloss. Sequitur. l. si citra.

SVMMARIVM.

1 ☞ Delegatus soluens indebite nõ ex causa trãsactionis a delegante repetit: non autem a creditore.
2 Delegare quid.

SI citra. hoc dicit.

1 Delegatus † soluens indebite non ex causa transactionis, a delegante repetit non autem ab eo, cui fuit delega-2 tus ⁊ sic a creditore. hoc dicit. Premitte quod delegatio dicitur cum debitor vice sua dat alium debitorem suo creditori: ut est text. in. l. delegare. la. i. ff. de nouatio. que delegatio non potest fieri nisi per stipulatio. vel litis contestatione: ut ibi, ⁊ in. l. prima. iuncta gloss. infra, de nouatio. ⁊ per consequens ista causa delegatio non potest fieri inuito illo qui est delegandus cum sit opus: ut promittere per stipula. pecuniam quam debebat creditor delegati suo creditori cui sit delegatio sit etiam per litis contest. quando debitor animo nouandi suscipit iudicium motum per creditorem suo creditori quo casu liberatur creditor suscipientis iudicium ⁊ ipse obligatur: ut per glo. ⁊ Barto. in. d. l. delegare. Cessio autem nominis debitoris venditio, donatio, ac etiã obligatio nominis potest fieri per creditorem alteri, etiã inuito debitore, qui ceditur, venditur ⁊c. ut est gloss. magistra. in dicta. l. prima. Et tene menti hunc textum, quod si quis credens se debitorem Titii de mandato ipsius Titii soluit per errorem creditori dicti Titii repetit pecuniam indebitam quo ad se delegatum, licet debitam quo ad ipsum Titium delegantem ab ipso Titio non autem ab eo cui soluit, vel promisit: ut hic est text. ⁊ in iuri: .. allegatis in gloss. in verbo, aduersus. quibus adde. l. ut mihi donares. ff. de donationibus. ⁊. l. si donaturus. §. si quis. ff. de condiction. ob causam. ⁊ est ratio: quia delegatus cum soluerit nomine dicti Titii eum liberauit a creditore qui suam recepit per ea que habentur in. l. ⁊ hereditate. supra. de peti. heredi. ⁊ in. l. repetitio. ff. eod. per quam liberationem dictus Titius dicitur recepisse merito restituit cum non intersit an quis per se, vel per alium recipiat secundum gloss. hic. faciunt que habentur in. l. soluendo ff. de negotiis gestis. que omnia vera intelliguntur per imperatorem nisi iste fuerit delegatus ex causa transactio. ex qua causa solutum non repetitur: ut hic est tex. not. ⁊ in. l. in summa. in princi. ff. eod ⁊ per gloss. supra. l. proxima. ⁊ vide text. ⁊ gloss. in. l. Lucius. §. finali. ad Trebel.

SVMMARIVM.

1 ☞ Solutum ⁊ promissum indebite condici potest. et ubi alicui datur actio ad repetendum solutum illi fortius ad retinendum datur exceptio.

CVm soluta.

1 Solutum † ⁊ promissum indebite potest condici. hoc dicit. vel sic. ¶ Ubi alicui datur actio ad repetendum solutum illi fortius datur exceptio ad retinendum. hoc dicit hec. l. ex qua tene menti duo, secundum doctor. Primum quod cui datur actio multo magis datur exceptio ⁊ retentio. de quo in. l. cui damus. cum concordantiis ibi in gloss. allegatis. de regulis iuris. Secundum quod ista scilicet. soluere, ⁊ promittere equiparantur. quia sicut competit repetitio illi, qui soluit indebitum ita competit repetitio illi qui promisit indebitum: ut scilicet condicat liberationem ab eo cui promisit. vel illi agenti contra promittentem opponatur exceptio doli: ut hic in text. in fine. ⁊ quod ista duo equiparentur probatur in. l. finali. infra. ad. l. Falcidiam. ⁊ in. l. is cui perpetuam. ff. eodem. ubi scienter promissum indebitum non repetitur sicut scienter solutum indebitum: ut dixi supra. l. i. de quo per Bart. istud limitantem in. l. i. §. primo. ff. ne vis fiat ei, ⁊ per Bal. in. l. falsus. infra, de fur. Sequitur. l. ea que per inficiationem.

SVMMARIVM.

1 ☞ Solutum ex causa per inficiationem crescente repeti non potest.

EA, quæ per inficiationem.

a ¶ Super huiusmodi. l. ea que per inficia. videatis decisiones optimas, ⁊ ultra modern. hic Bar. in l. eleganter. in. §. si. post glos. ff. eo. Bal. hic Bal in l. de etate. in. §. fi. ff. de interroga. actio. Bal. in. l. i. §. qui accusa. non pos. Bal. in. l. i. ff. de cõfessis. Bal. in. l. §. ff. de re iudica. Bar. Bal. Ang. ⁊ Mo. in. l. quãuis. de in ius vocan. ff. Ang. et Mod. in. l. i. in. §. si stipulanti. ubi padue aliquãdo dixi. ff. de verbo. oblig. S. T.

1 Non † potest repeti promissum ut solutum ex causa que crescit per inficiationem. hoc dicit. Premitte pro intelligentia quod sunt alique actiones que a princip. competunt ad simplum, ⁊ ex post facto per negationem aduersarii contra quem intentantur crescunt, ⁊ sic competunt ad duplum: ut est in actione. l. Aquilie. ⁊ in legatis factis piis locis, ⁊ ideo si vulnerasti meum equum, bouem, seruum, vel quid simil. qua de causa sum in damno in. x. si ago actio. l. Aquil. contra te ad decem, et tu negas te dedisse damnum ⁊ probo: debes condemnari in. xx. ut habetur in. l. inde Neratius. §. hec actio. ff. ad l. Aquiliam. ⁊ in. l. contra negantem. supra eodem titu. Item si sunt legata decem piis locis que soluere differuntur vel negantur per heredem probato legato condemnatur heres ad xx. ita habetur in. §. item in ista. institu. de actio. ⁊ in. §. finali. institu. de ob. que ex quasi contractu nas. His premissis tene menti hunc text. quod si quis promisit vel soluit indebitum per errorem ex huiusmodi causis que crescunt per negationem non repetit: ut in dicto. §. finali. ⁊ hic est text. qui habet locum in soluente indebitum non solum per errorem iuris: ut si credebam teneri pro damno dato a meo filio, et sic pro libera persona pro qua non teneor: ut in. §. finali institu. de noxa. ⁊ sic erro. iuris non repeto. sed etiam in soluente indebitum ex huiusmodi causis per errorem facti: ut si credebam seruum meum dedisse damnum vel patrem meum, cui successi qui re vera non dedit si solui dictum damnum non repeto, siue in simplo, siue in duplo siue ultra secundum gloss. id est hic, iuncta gloss. in verbo ab ignorante, ⁊ Bald. loquentem clarius, sed contra hunc text, opponitur de. l. eleganter. §. finali. ff. eodem. ubi si .. actio. penali soluit penam ignoranter si postea contrarium apparet, ⁊ sic indebite soluisse potest repetere dicas, quod ibi soluit ex illa actione que a principio erat penalis: hic vero ex illa actione que efficitur penalis ex post, scilicet per negationem secundum Bartol. ⁊ doctor. in dicto. §. finali. ⁊ videtur sentire glosella fin. hic. Item opponitur de. l. inde Neratius. §. finali. ff ad legem Aquiliam. ubi ab eo qui confitetur dedisse damnum non potest exigi si re vera non dedit damnum ⁊ per consequens potest repetere cuius contrarium hic dicitur. dicas secundum gloss. hic in verbo non posse. ⁊ Cyn Bartol. ⁊ Salice. quod ibi damnum quod quis fuit confessus dedisse datum non fuit non solum a confitente, sed etiam a nemine, ⁊ ideo si non repeteretur recipiens lucraretur cum aliena iactura contra.

l. nam hoc. ff. eodem. sed hic, licet damnum nõ fuerit pre cium a confitente tamen fuit datum ab alio merito cum creditor suum recipiat confitens non repetit per hunc text. nec etiam repetit ab eo qui dedit damnum cum ipsum non liberauit secundum Cyn. & Bald. per text. in. l. qui seruum. de interrogatio. actio. Sed tunc quero quare est constitutum, vt solutum indebitum ex causa que crescit per inficiationem non possit repeti. gloss. in dicta. l. eleganter. §. finali. posuit duas rationes quas reprobant communiter doctor. licet aliqui antiqui hic teneāt secundam. scilicet, quod ideo non repetitur solutum ex tali causa: quia soluens vane timuit, sed vani timoris nulla est extimatio. l. nec timorem. ff. quod met. causa. & l. si quis ab alio. de re iudi. cum simili. ergo &c. Gloss. autem in. l. error. supra. de iuris & facti ignorant. Bald. Bartol. Salicetus & Raph. hic & doctor. in dicto §. finali. dicunt esse rationem: quia ille qui ab initio promittit vel soluit aliquid ex causa que potest crescere per negationem videtur soluere, vel promittere ne in duplum condemnetur, si ipse negaret & probaretur damnum, ideo videtur soluere vigore cuiusdam trāsactionis merito non repetat sicut non repetitur ex transact. l. secunda. cum simil. supra eodem. Et ista ratio habet locum in damno dato non autem in legato soluto indebite pijs locis, quod crescit etiam per inficiationem: vt supra. quia illud operatur tacitum quod expressum operatur. l. cum quid. si certum petatur. l. qui ad certum. ff. loca. sed expressa transactio fieri non potest super aliquo depēdente ex vltima voluntate nisi visis & cognitis verbis testamenti. l. de his. & l. non est ferēdus. ff. de transactio. ergo nec tacita transactio, & sic non valeat isto casu. sed est alia ratio secundum Baldum, quia solutū indebitum tanquam legatum pijs locis est solutum causa pietatis, cuius causa solutum indebitum non repetitur. l. cum is. §. penultimo. ff. eodem. ergo &c. ¶ Ultimo Bald. hic examinat materiam actionis, que crescit per inficiationē ponendo notabiles que. dic vt hic per eum. Sequitur. l. si a patre.

SUMMARIUM.

☞ Solutum creditoribus hereditarijs a bone fidei hereditatis possessore, tanquam indebitum condici potest.

SI a patre. Qui non est heres et soluit cum se putat heredem repetit. hoc dicit. vel sic secundum Rapha. ¶ Solutum † creditoribus hereditarijs a bone fidei possessore hereditatis potest tanquam indebitum condici. hoc dicit. Premitte pro intelligentia, quod licet alias filius in potestate possit agnoscere hereditatem patris, vsque ad triginta annos: vt habetur in. l. licet. iuncta gloss. quam sequuntur doct. infra. de iure deliberandi. tamen filius emancipatus, licet non succedat de iure ciuili. §. emancipati. cum simil. institu. de heredi. que ab intest. succedit de iure pretorio per bono. posses. vnde liberi ab intest. vt ibi sed nō vsque ad triginta annos, sed tantum vsque ad annum vtilem cum sit concessum tēpus vnius anni filijs & parentibus agnoscendi bono. poss. vt habetur in. l. emancipata. infra, qui admitti. & in. §. cum igitur. institu. de bono. pos. & in. l. primi. §. largius. ff. de successo. edic. alijs autē agnatis & cognatis est concessum tempus agnoscendi bono. poss. centum dierum: vt dictis iuribus. & in. l. §. infra, qui admitti. & si tales non agnoscunt dicto tempore dicuntur exclusi a dicta successione: vt dictis iuribus. & hic est tex. no. qui procedit de isto iure antiquo quo iure filius emancipatus non potest adire de iure ciuili. vt supra. et per consequens non efficitur heres per aliquem actum extraiudiciarium, & sic soluendo creditoribus hereditarijs: vt est text. in. l. i. J. de iure deliber. cum debeat agnoscere bono. poss. c. coram iudice. l. penul. & fi. J. qui admit. quod esset secus in filio in potestate qui potest adire de iure ciuili, quo casu efficitur heres per actum extraiudiciarium qui non potest fieri citra ius & nomen heredis. l. gerit. & l. pro herede. de acquir. hered. prout esset soluendo creditoribus. quo casu videtur adire: vt est text. in. l. §. J. de iure deliberan. per rationem: quia hereditas aditur solo animo: vt habetur in. l. si auia. J. eodem titu. qui animus ostenditur per talem solutionem, et ideo cum hodie sit sublata differentia emancipationis, & patrie potestatis: vt in authen. de here. que ab intest. §. nullam vero. & sic emancipatus possit succedere de iure ciuili, nō excludetur anno, sicut de iure pretorio erat, sed poterit adire, vsque ad triginta annos soluendo creditoribus quod tene menti. ¶ Ultimo contra hunc text. opponitur de. l. de hereditate. supra, de pet. here. vbi dicitur quod soluens indebitum quo ad se, sed debitū quo ad alium non repetit ab eo cui soluit, sed ab eo qui erat debitor cuius contrarium hic dicitur. Gloss. finalis. hic considerat quod si iste soluit nomine suo proprio repetit ab eo cui soluit, cum tunc nō liberauit debitorem. ita intelligatur hic, & in. l. cum quis. versi. & magis. de soluti. et in. l. si pene. §. quamuis. ff. eodem. Si autem soluit nomine heredis vel debitoris cum tunc eum liberabit repetet ab eo cuius negotia gessit ipso gestu vtiliter, ita procedunt iura contraria, de quibus vide latius per Bartol. & Modernos in dicto. §. quāuis. Sequitur. l. si per ignorantiam.

SUMMARIUM.

☞ Solutum indebite alieno nomine non repetitur per soluentem, sed per illum cuius nomine solutum est.

SI per ignorantiam. Solutum † indebite nomine alieno nō repetitur per soluentem. sed per illum cuius nomine solutum est. hoc dicit. et allegaui hanc. l. in. l. si absentis. ff. si certum petatur. contra illos qui tenebāt esse speciale in mutuo, vt ex eo actio cōpetat ipso iure sine cessione ei cuius nomine quis mutuauit: nam idem est in indebito, vt si quis soluit indebitum alieno nomine, puta Titij, quod cōdictio indebiti, competit Titio contra recipientem non autem soluenti per hunc tex. secundum Raph. ibi, & hic, & in. l. certi condictio. §. si nummos. ff. si certum petatur. & sic ille Titius solum agere potest condictione indeb. nō autē soluens. quod verum si dictus Titius ratificauit, et approbauit solutionem. prout hic fuit: vt probatur ibi, agente &c. secundum gloss. in dicto verbo. secus autem si non approbauit: quia soluenti competeret repetitio: vt. l. si procurator. ff. eod. & argu. dicte. l. si absentis. non tamen ageret directa condictione indebiti que fuit acquisita illi Titio nomine cuius fuit solutum, sed aget condictione vtili facta sibi cessione per dictum Titium per ea que habetur in. l. i. J. de actio. & oblig. vel aget vtili a lege si dictus Titius noluit. vel non potuit cedere. per ea que habentur in. l. i. in fi. ff. de instito. de quo etiam vide gl. hic finalem. ¶ In tex. ibi, non debitum. iuncto sibi soluisti, & iuncto ibi probatum tene menti, quod ille qui agit condictione indebiti, debet duo pbare, scilicet sol. a se factaz, ac etiaz soluisse indebitum per ignorantiam ita probatur hic, secundum Bal. & not. etiam in cap. cum de indebito. in princip. de probatio. & ibi per Bartol. qui post gloss. ibi dicit, quod statim probato indebito. presumitur ignorantia per text. ibi, quod non solum habet locum in facto alieno. sed etiam in facto proprio, quando quis certat de damno euitando per. l. sed & si me putem. in prin. ff. eo. secundum eum. Sed aduerte, quia supradicta habent locum nisi fuerit negata simpliciter solutio: quia ea postea probata presumitur facta indebite. & ideo incumbit neganti solutionem probare debitū: vt est text. in. d. l. cum de indebito. quod limita in eo qui non est multum diligens, & in eo cui licet ius ignorare: vt in milite. per ea que habentur in. l. fi. in princ. J. de iure delibe. & in. l. fi. J. de iuris & facti ignor. & in minore, muliere & rustico: vt in. d. l. cum de indeb. nam licet isti non probent soluisse indebitum, presumitur tamen eos indebitum soluisse probata solutione: vt ibi est tex. secundum Bald. & doct. hic. Gloss. i. intelligit illum cuius nomine est solutū indebitum tunc demum posse repetere, quando fuit solutum igno-

ignorantia facti, secus si iuris. argu. istius tex. a contrario sensu. que glo. non dicit verum, secundum Rapha. et merito: quia etiam si fuerit solutum ignorantia iuris, illud quod erat indebitum naturaliter, licet ciuiliter debitum repeteretur, secus si ciuiliter indebitum et naturaliter debitum secundum plenius dicta in. l. j. C. eodem. Sequitur lex fideicommissum.

SVMMARIVM.

1 ☞ Soluens per facti errorem legatus in minus solenni voluntate, illud repetit secus si per iuris errorem.

Fideicommissum. Si quis † soluit per errorem facti legatum in minus solenni voluntate illud repetit. hoc dicit. secus si soluit per errorem iuris quo casu non repeteret: vt. l. cum quis. C. de iuris & facti ignor. vbi de materia, & in. l. error. C. ad. l. Falcid. & est ratio: quia legatum in minus solenni voluntate debetur naturaliter propter voluntatem defuncti, sed non debetur ciuiliter: quia nõ seruata solennitate inducta de iure ciuili. de quo vide dicta in. l. j. C. eod. Sequitur. l. creditoris.

SVMMARIVM.

1 ☞ Soluens falsõ procuratori veri creditoris ab eo procuratore repetit, & pluribus modis falsus procurator dicitur.

Creditoris. Si quis soluit † falso procuratori, veri creditoris, ab eo procuratore repetit. hoc dicit. ¶ Et premitte, quod procurator dicitur falsus pluribus rationibus. Primo qui nunquam habuit mandatum. Secundo qui habuit, sed fuit reuocatum. Tertio qui habet, sed excedit fines mandati, secundum Specu. in titu. de procura. §. ratione. versi. penult. & Bald. in. l. falsus. infra, de fur. subdentem falsum dici procuratorem qui habet mandatum, quod est nullum ipso iure puta a pupillo furioso, & simil. licet secundum eum, iste non dicatur proprie falsus, sed dicitur non solennis vel insufficiens. Item dicitur falsus procurator is qui rationes domini fraudat: vt habetur in. l. si procuratorem in prin. ff. mãdati. item qui cum aduersario colludit: vt. d. l. si procuratorem. §. sed per collusionem. et. l. eleganter. §. si dolo. ff. de dolo. & tene menti hunc textum, quod si quis debitor puta Titii soluit falso procuratori dicti Titii. quod repetit a dicto falso procuratore nisi fuerit secuta ratihabitio per dictum Titium: q̄ tunc nõ repeteret: vt est text. in. l. si procuratori falso. ff. de cõdic. ob cau. & est ratio: q̄ hic esset liberatus dictus debitor. que liberatio nõ contingit non secuta ratihabitione per dictum Titium: vt hic est tex. no. in. §. responso. & aduerte, q̄ videtur quod non cõpetit condictio indebiti, que datur ob causam preteritã falsam. l. domus. ff. eo. sed quod competat condictio ob causam, que cõpetit quando aliquid datur ob causam de futuro, & causa nõ est secuta. ff. tit. j. per totum, nam fuit solutum dicto falso procuratori, vt liberetur a creditore, & sic ob causam de futuro, que causa nõ fuit secuta. merito &c. Gl. j. hic timore contrarii dicit, quod iste debitor soluit dicto procuratori falso: q̄ credebat in rem suã procuratori factum per creditorem, et sic ex causa de preterito soluit tãquam suo creditori, qui non erat. Raph. autem reprehendit hãc gl. dicẽs quod ista intelligentia destruit hunc tex. cum appellatione procuratoris veniat simpliciter procurator: non autem ille qui est consecuturus vtilitatem ex illa causa, & sic procurator in rem suam, & respondet ad contrarium 2 q̄ iste debitor soluit ex causa de preterito: q̄ credebat dictum procuratorem habere mandatũ. quod si non habet repetit quod soluit, & sic nõ soluit principaliter ob causam futuram: vt liberetur: sed soluit ob causam preteritã credens illũ esse procuratorem merito agit cõdictione indeb. secundũ eum. contrariũ tamen tenuit Barto. in. d. l. falsus. post Cyn.

vbi vide de hac materia plenius per eos, & etiam per Bald. & per Bart. & Moder. in. d. l. si procuratori falso. ff. eodem. Lex, indebitum. hoc dicit in summa.

SVMMARIVM.

1 ☞ Soluens scienter indebitum non repetit & qui soluit vigore celebrati contractus per falsum procuratorem videtur ratificare & per consequens tanquam indebitum non repetit.

Indebitum. Qui † soluit a scienter indebitũ nõ repetit & qui soluit vigore contractus celebrati per falsum procuratorem videtur ratificare, & per consequens nõ repetit tanquam indebitum. h. d. ¶ Et pro intelligẽtia primi casus, an & quando soluens indebitum scienter repetat, vide dicta in. l. j. C. eo. & per doc. in. l. j. ff. eo. & per Bar. aliqualiter in. l. j. §. j. ff. ne vis fiat ei. & per Bal. in. l. falsus. j. de fur. in tex. ibi citra mandatũ. tene menti, q̄d si quis vẽdidit & tradidit rem meam meo nomine alteri citra mandatum mei, & postea soluit emptori pro euictione, vel etiã soluit aliquid dicto emptori propter morbum, vel vitium dicte rei mee vendite & tradite per illum: puta, quia fuit conuentus ab emptore actio. quanto minoris competentem contra illum qui rem vitiosam vendidit pro certo pretio pro quo nõ fuisset empta, si emptor sciuisset vitium que actio cõpetit. j. annum vtilem: vt habetur in. l. sciendum. in fi. ff. de edili edic. & in. l. ij. j. de edili. actio. vel fuit cõuentus actio. redhibitoria, que competit. j. sex menses vtiles: vt sibi restituerem pretium integrum oblata mihi per ipsum re vitiosa: vt dictis iuribus. & l. redhibere. ff. eod. tit. videor ratificare contractum initum per falsum procuratorem, non autem dicor soluisse indebitum, sed est ac si ego vendidissem, & illa de causa soluissem, cum ratihabitio mandato competeret. l. finali. infra ad Macedo. cum simil. que ratihabitio non solum verbis contingere potest, scilicet, expresse ratificãdo gesta suo nomine, sed etiam factis: vt hic est tex. no. Lex si quis. h. d.

a ¶ Ad istius. l. indebitum. declarationem, vltra alios hic, videatis do. Phil. decium, & excellent. do. Hierony. cagnolum in. l. eius per errorẽ. de reg. iur. S. T.

SVMMARIVM.

1 ☞ Soluens res alternatiue debitas per errorem potest illam repetere quam maluerit.

Si quis. Cuius est electio in soluẽdo eiusdẽ est electio in repetendo. hoc dicit secũdum Bartol. vel sic. ¶ Qui soluit † res alternatiue debitas per errorem potest repetere illam quam maluerit. h. d. secundum Rapha. supple in reprobata opi. Vlpi. Celsi, & Marcelli tenentium electionem esse illius cui sunt solute omnes res alternatiue debite non autem electionem esse soluentis, prout habetur in. l. si non sortem. §. si decem. in fin. ff. eod. & sic secuta opi. Papi. & Iuliani. & hoc fecit hic imperator: quia meliori ratione erat fulcita opin. ipsorum quam Vlpia. & sequa. ¶ Ex quo notat Rapha. quod licet alias vbi sunt opi. in aliquo articulo debeamus adherere carrotio, & sic maiori numero secundum glos. in. l. omnis diffinitio. de reg. iuris. & per Bald. in. l. precibus. C. de impub. & doct. in. l. cum prolatis. ff. de re iudi. quod est verum quãdo vtraque opi. mouetur equa, bona ratione, sed quãdo ex vna parte reperiuntur plures, & ex alia pauciores qui mouentur meliori ratione, quam plures tunc standum est sententie paucorũ: vt hic videtur text. in terminis de quibus omnibus vide late per Moder. in d. l. cũ prolatis. & tene mẽti hũc tex. quod si quis est debitor alternatiuus: q̄ tenetur. puta ad. x. aut ad librũ si soluit vtrunque, sc3. x. & librum ignoranter datur sibi electio: vt repetat. x. vel librum. & est ratio: quia in mobilibus alternatiuis ex contractu est electio debitoris: vt habetur in. l. plerunque. in fin. ff. de iure do. quam. l. intellige procedere quãdo quis est debitor, secus si est creditor, & per receptionem efficeretur debitor: quia tunc primi debitoris esset electio, vt hic est text. not. cui non obstat

l.si non sor.circa finem.ff.eodem.quia illa corrigitur per istam secundum doctor.communiter ibi,licet gloss. intel ligat illum text.quando ex pacto ad creditorem spectabat electio. quod est diuinare illam.l.ideo dicas, quod corrigitur per hunc tex.quem intellige procedere quando extabat vtrunque.scilicet.x.⁊ liber,secus autem si vnum tantum puta:quia liber casu fortuito periit: quia tunc soluens non repetet : vt est text.in.l.cum ita. in princip, ff.eodem.secundum gloss.in verbo prestat ⁊ doctor.hic. Item secus quando vtrunque esset solutum per duos reos debendi alternatiue obligatos:quia tunc creditoris est electio:vt est text.in l.plane.ff.eodem.⁊ ratio est secundum gloss.⁊ doctor.ibi ⁊ Bartol.⁊ Bald.hic, quia si daretur electio illis debitoribus forte in eligendo discordarent ideo datur creditori per illum tex.quem Bald. intelligit procedere quando omnes rei debendi soluerunt,sed si vnus ex eis soluit de suo daretur sibi electio cum cesset dicta ratio discordandi,quod no. Item secus quando quis est debitor generis,quia licet a primo.sua sit electio,dummodo mediocre eligat.l.legato generaliter.de legatis primo.⁊ .l.qui lancem. de auro ⁊ argento legato. tamen si soluit vnum non repetit ; vt merum eligat.dicta.l.cum is.§.finali. Item secus quando quis est debitor alternatiuus,⁊ soluit vnam ex dictis rebus:quia tunc non poterit amplius eligere nec repetere cum indebitum non soluerit : vt est text.in.l.si is cui. de legatis secundo. Item secus quando quis est debitor alternatiuus:quia soluendo res obligationis alternatiue imperfecte non repetit rem perfecte solutam: vt habetur in l.si non sortem.§.si decem.in princip. ff.eodem. ⁊ ideo si obligatus ad decem,vel librum soluit librum, et v.non repetet vtrunque. sed tantum. v. per illum text. que omnia no.pro intelligentia istius text.⁊ glossarum opponentium contra hunc text.de aliquibus iuribus, que hoc modo debent intelligi:vt supra dixi, prout intelligunt Bartol.Bald.⁊ doctor. Sequitur. l.pro dubietate.

SVMMARIVM.

1. Soluens indebitum animo titubanti repetit nec ex ea solutione transactio facta presumitur : nisi quatenus probetur.
2. Que sit differentia inter titubantem,errantem,et ignorantem.
3. Nemo presumitur iactare suum.
4. Solutio facta per aliquem in dubio,non videtur facta per transactionem.
5. Solutum ex causa,que crescit per inficiationem repetitur.
6. Tacitum idem operatur quod expressum.

Rodubietate.[a] ª Soluens † indebitum animo titubanti repetit nec ex ea solutione presumitur facta transactio nisi quatenus probetur. hoc dicit. secundum Bald. ¶ Et scias quod licet error,ignorantia ⁊ titubatio inter se differant nomine ⁊ per consequens deberent differre in effectum per.l.si idem codicilli. de codicil tamen in hac materia condictionis inde.non differunt,quia sicut soluens indebitum per errorem ,⁊ per ignorantiam, ita per titubationem repetit:vt hic secundum Rapha.licet differant bene quo ad quedam alia : vt dicit gloss.in rubrica.ff.de iuris ⁊ facti ignorantia.de quo per Bart. in.l.qui de statu. de testa.⁊ dicitur error quando quis credit vnum ⁊ re vera est aliud † ignorantia non cogitatio illius quod re vera est.titubatio autem tenet medium inter scientiam ⁊ ignorantiam,⁊ dicitur cogitatio veri ⁊ falsi:vt si quis dubitat an sit debitor,vel non si soluit in ista dubitatione repetit;quia potius presumitur ignorantia quam scientia soluisse cum † nemo presumatur iactare suum.l.cum de in re.de probationibus.merito non videatur donare cum ignorans non donet. l.nec ignorans.infra,de donatio. ¶ Ultimo tene menti tex.in fin. 4 quod solutio † facta per aliquem in dubio nõ videtur facta per transactio.⁊ sic transactio non presumitur, nisi probetur per partem aduersam:vt hic est text.per quem videtur probare quod ratio doctor.posita in.l.ea que.ff. 5 eodem. scilicet quod † ideo solutum ex causa,que,crescit per inficiationẽ repetitur:quia videtur solutum,ex quadam tacita transactione:vt dictum fuit in dicta.l.ea que. 6 sed dicas quod cum idem † operetur tacitum,quod expressum.l.cum quid.cum similib.ff.si certum petatur.et transac, nõ potest fieri expresse nisi aliquo dato, vel retento.l.transactio,supra,de transactio.ita ⁊ eodem modo non possit fieri tacite,vt ille qui integrum soluit indebitum dicatur transegisse,cum tunc nihil esset retentum ita intelligatur,sed quando soluo indebitum ex illa causa que crescit per inficiationem videor aliquid soluere,⁊ aliquid retinere tacite merito dicatur transactionis causa solutum. ita intelligatur ibi, cogita tamen, quia vitra doctor,

De condictione ob causam datorum[b]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1. Inter causam.⁊ rem que sit differentia.
2. Condictio ob causam competit ex duplici capite.
3. Condictio ob causam non habet locum in contractibus nominatis.

Diuide glos. rubrice in tres partes. In prima gloss.continuat rubricã ad precedentia,⁊ bene secundum doctor. In secunda ibi, 1 tamen † ponit differentiam inter causam ⁊ rem cum causa sit proprie de preterito, res de futuro,vult dicere gl.quod si do tibi decem.quia gessisti negotia mea,vel aliquid mihi dedisti,vel quid simil. dicor dare ob causam;quia respicit preteritum.si autem do tibi decem,vt vadas pro me Romã,vt edifices , vel quid facias dicor dare ob rem,quia respicit futurũ,ita debet intelligi ista gloss.per.l.damnũ. vbi Bartol.et doctor.dicunt,⁊ iura istis vocabulis abutuntur ,cum ponatur vnum pro alio, et sic causa ponitur , pro eo quod respicit futurum ; vt in hoc titulo, ⁊. l. res preteritum:vt supra titulo primo. In tertia gloss.ibi, ⁊ congruit.ponit in quo conueniant ⁊ in quo discordent hic titulus, ⁊ titulus superior , dic vt in gloss. vltra quam 2 scias, quod † condictio, ob causam competit ex duplici capite,scilicet ex capite rei non secute. Secundo , ex capite penitentie,ita habetur in.l.tertia. §.idem erit. et.l. si pecuniam.in princip.ff.eodem. ⁊ ideo si dedi tibi libram:vt infra mensem plantares mihi vineam agam condictione ob causam ad illam libram,te non plantante vineam,infra mensem,⁊ sic causa nõ secuta. Item si promisi bouem : vt plantares vineam , agam condictione ob causam cõtra te,vt liberer a dicta promissione si me peniteat promisisse bouem. ⁊ eodem modo ,si te peniteat poteris contra me agere: vt in dictis iuribus, sed non semper ex capite penitentie potest agi condictione ob causam,sed tunc demum quando res est integra: quia non est adimpleta promissio per aliquam partium,vel non sunt facta aliqua preparamenta pro executione promissionis:vt est text. ⁊ ibi de materia in 3 dicta.l.si pecuniã. Item scias, quod condictio † ob causam non habet locum in contractibus nominatis , qui sunt omnes illi qui ponuntur in.l.iurisgentium.in prin. ff.de pac.⁊ ideo si vendidi tibi librum pro decem si tradidi librũ,⁊ tu non tradis decem,non possum cõdicere librum condictione ob causam tanquam causa nõ secuta, sed agam ad illa decem secundum terminos tit. de act. emp.⁊ maxime.l.Iuliã.sibi offerri.eod.tit. Item si non tradidi librũ,sed volo penitere ⁊ recedere a cõtractu nõ possum etiam re integra tanquam ex capite penitentie

vt.l.

---

a ¶ In huiusmodi.l.pro dubietate. vltra Phil. Flo ria. Riminal.do. Anto.de aleran. ⁊ Mod.hic post do.Corn. videatis Bar.⁊ Mo. in l.si in.ii.col.ff. si quis in ius voc. non ierit.⁊ ad excludendas Mod. nugas hic in vltima col. concludantes quod errans ⁊ dubitans equiparantur.casus est singularis in.l.si in §.finali nescius. ff.de fur.⁊ concludatis etiã in effectu nullam dari differentiã nisi nominalẽ inter ignorantẽ,errantẽ,⁊ titubantẽ: vt per Mod.in.l.manifestissimi.in.§.i. ff.de fur. vos tamẽ cogitabitis ⁊ videatis Specu. in ti.de sen.in.§. viii in ver.pen.⁊ in ti.de loca.§ vi. ver.item dom. Alex. Riminal. Claudiũ Iacobi. ⁊ do.Purpura. in.l.si per errorẽ. ff.de iurisdi. om.iud quos omnia vos dili notate : quia sunt vtilia in articulis libelli, in dictis testium.et notariorũ : vt in practica obseruatur,⁊ hic concludunt Moder.in vlti.col.⁊ huiusmodi etiã psunt pro legis ⁊ statutorum intelligentia. S. T.

b ¶ Domini vltra dicta do. Corne. Flori. Rimin. et do. Plumbi. ac Mo.in hac rub. de cõdic.ob caus. videatis Fulgo. Paul.de cast.et do.Ias.in rub.ff. eo.⁊ ibidem do. Chri.de castellione in.i.col.⁊.ii. et videatis do.Ias. do. Phili. deci. Riminal. Iacobinũ,⁊ do.Purpu.in.l.certi condictio.in princi. ff.si cer.pet.S.T.

vt.l.sicut.cum simil. infra, de actio. & obligatio. sed tantũ habet locum in contractibus innominatis quorum sunt quatuor species: vt est text. in.l.naturalis. de prescrip. ita habetur in.l.finali. ff.eodem. quod not. perpetuo. Sequitur lex prima.

SVMMARIVM.

1 ☞ Ubi non tenet matrimonium de iure ibi non tenet dos nec pactum dotale, & datum dotis nomine isto casu per condictionem ob causam repetitur.

Ex prima .h. dicit.

[a] Deficiente causa que est necessaria ad effectum producendũ deficit effectus. h. dicit. secundum Bald. vel sic, iuxta literam. Quod datur ob causam dotis pro modo illicito per condictionem ob causam repetitur. hoc dicit. vel sic,

1 ¶ Ubi † non tenet matrimonium de iure ibi non tenet dos nec pactum dotale & datum nomine dotis isto casu per condictionem ob causam repetitur. hoc dicit. Premitte quod dos data viro soluto matrimonio non efficitur ipsius viri nec eam vir lucratur sed repetitur per mulierem, vel eius heredes. l.si quid. infra, soluto matrimonio. & l.secunda. in princip. ff.eodem titu. quod intellige verum simpliciter loquendo secus si vir pepigit cum muliere de lucrando dotem vel eius partem in casu soluti matrimonij: quia tunc totum vel partem, secundum quod conuenit vir lucratur: vt notatur in.l.penultima. in fin. ff.quod falso tuto. autore. & in.l.si ab hostibus. §. si vir. ff.soluto matrimonio. cum simil. ¶ In text. ibi, nullam de dote actio. habet. tene menti quod cum dos detur propter matrimonium & sine matrimonio esse nõ possit: vt est text. in.l.tertia. de iure dotium. ff. & in.l.fin. ibi sicut enim dos &c. infra, de donatio. ante nupt. et in authen. de triente & semisse. §. sed nec secus ecõtra: quia matrimonium potest esse sine dote: vt ibi, ideo si non tenet de iure matrimonium non debetur dos: vt habetur in.l.incestę. de ritu nup. ff. & in.l.qui contra. infra, de incest. nup. & hic est tex. notabilis & est ratio, quia matrimonium non iuridice contractum non dicitur matrimonium. argu.l.iij. §. cõdemnatum. de re iudica. & l.si quis filio exheredato. §. si quis. ff.de iniusto testa. & l.ij. §. testamento. quemadmo. te. aperi. merito &c. & per cõsequens si maritus recipiendo dotem a muliere pepigit de ea lucranda soluto matrimonio eam non lucratur si matrimonium solutum de iure non tenuit imo per condictionem ob causam poterit eam dotem mulier, vel heres eius repetere per hunc text. per quem dicit Bald. quod si maritus ex forma statuti lucratur tertiam partẽ dotis vxore predecedente sine filijs, quod si matrimoniũ de iure non tenuit dictam partem non lucratur secundum eum quem Ang. & Salic. sequitur, & sic actio de dote nõ competit vbi est matrimonium putatiuum & non verũ, imo agitur condictione ob causam: vt hic est text. per quem probatur quod dominium rei dotalis transiuit in accipientem licet matrimonium non tenuerit cum alias condictio non competeret pro re sua per iura vulg. secũdum Bald. & doct. Item tene menti hunc text. quod vbi non tenet principale ibi non tenent pacta apposita, & nihil operantur vt hic, & l.non dubium. C.de leg. nam cum nõ teneat matrimonium ratione alicuius cause, que habetur in tit. j.de incest. nup. & in titu. de ritu nup. & institu. de nup. §. sunt & alie. ideo non tenet pactum de lucrando dotem quod no. Glos. in verbo conditionis in princ. pro intellectu text. dicentis agere iure actionis, nam cum condictio sit actio: vt.l.i. j.de dona. que sub modo cum simil. videtur incõuenięs quod quis possit agere actione actionis, ideo dicit intransitiue lege, id est, eo iure quod est conditio: vt etiam exponitur in.l.i. C.titu. j. & dicitur intransitiue: quia transit in alium modum loquendi & sic resoluendo positionem. Secunda gloss. opponit contra hunc text. de.l.qui contra. cum simil. j.de incest. nup. vbi si dos est data marito vigore matrimonij contracti non secundum iuris dispositionem puta cum puella que erat in tertio vel quarto gradu consanguinitatis contra canon. debet de cõsang. & affin. quod non repetitur per ipsam mulierem, vt hic dicitur sed applicatur fisco dicas quod illud matrimoniũ in casu prohibito fuit scienter inter coniuges contractum: quia sciebant prohibitionem qua non obstante cõtraxerunt, & tunc dotem lucratur fiscus, vt ibi. si autem fuit ignoranter contractũ, & tunc repetitur per mulierem vel eius heredes, ita intelligatur hic & hoc modo soluit glos. Barto. & docto. tu autem vltra eos dicas, quod tunc presumetur matrimoniũ contractum scienter in casu prohibito quando contraxerunt clam & occulte, secus si palam: quia tunc ignoranter contractum presumitur. ita habetur in.l.finali. ff.de ritu nup. de quo per Bartol. in.l.post cõtractum. de donatio. Tertio opponitur, condictio ob causam, datur quando causa propter quam datur non est secuta. l.iij. §. idem erit. & l.si pecuniam. in princip. ff.eod. sed hic dos fuit data propter matrimonium, quod fuit secutum merito non repetatur. glos. dicit quod causa debet sequi de iure. per.l.iij. §. si liber. ff.eod. sed matrimonium hic de iure non tenuit merito &c. Ex quo tene menti quod cum quid fieri debet, si sit non dicitur fieri nisi de iure fiat: vt ibi de quo etiam in.l.nepos Proculo. de verborum sig. ¶ Ultimo glos. dicit quod imo ista mulier, vel eius heredes deberent agere condictione sine causa, non condictione ob causam cum ista dos ob matrimonium nullũ data videtur sine causa data. l.auunculo. ff.de cõdic. sine causa. responde quod habito respectu ad genus est cum causa. habito respectu ad speciem est sine causa, dos vult dicere glos. quod mulier dando dictam dotem pro matrimonio videtur dedisse cum causa, scilicet propter matrimonium, & sic cõsiderato matrimonio in genere. sed dando dotem pro matrimonio, quod non tenebat de iure videtur dedisse sine causa, & sic considerato illo matrimonio in speciem quod nota. Sequitur. l.si vt proponis. que hoc dicit in summa.

[a] ¶ Super hac.l.i. videatis Cy. Bal. & Sali. hic, & videatis ad hanc.l. declarationẽ Bar. in.l.si. post gl. ff.de cõdi. sine cau. & videatis Roma. in.l.si cum dotem. in. §. si. ff.sol. ma. & ibidẽ Pau. de ca. & do. Jo. de imo. in.l.si cũ mulier. eo. tit. soluto matrimonio. & limitatur hec lex cũ materia per casum notabilem in.l.penultima. ff.quod fal. tuto. auto. S. T.

SVMMARIVM.

1 ☞ Si donatarius non implet quod in pacto donationis deuenit a donante vel eius herede donata per condictionem ob causam repetuntur.

Si vt proponis.

[b] Si donatarius † nõ implet quod in pactõ donationis deuenit a donante vel eius herede donata per conditionẽ ob causam repetuntur. h.d. pro intelligentia tex. gl. & materie premitte quod donatio facta filio in potestate per patrẽ nõ tenet a princ. imo posset reuocari per patrẽ quanuis fuerit facta irreuocabiliter inter viuos: vt habetur in.l.ij. C.de inoffic. donatio. ¶ Quod tamen fallit in multis casibus in quibus talis donatio tenet & nõ potest reuocari. de quibus ibi per gl. & doc. & ratio est quare talis donatio regulariter nõ teneat a prin. quia cũ pater donat filio donatũ dicitur peculium profectiuũ cuius peculij profectitij proprietas & vsusfructus est ipsius patris: quia in tali peculio hodie nihil est immutatum sicut olim secundũ gl. & doc. in.l.frater a fratre. de condict. indeb. merito pater donaret sibi ipsi et donatio filio in potestate nõ proficeret: merito &c. faciunt que habentur in.l.si quis pro eo. §. j.de fideiuss. sed licet talis donatio a prin. nõ teneat tamen confirmatur morte patris: vel aliter filio effecto sui iuris: vt habetur in.l. donationes. j.de dona. inter virũ. & est ratio: quia filio effecto sui iuris per mortẽ patris, vel aliter cessat ratio impeditiua donationis, scilicet patria potestas de qua. C. et durat voluntas patris, quod tamen intellige verum talem donationẽ morte patris confirmari, quando res

[b] ¶ Super hac.l. si vt proponis. vltra Mod. videatis circa articulũ an donatio sit cõtractus nominatus Bar. & Bal. hic. & Bar. & sequaces presertim Mo. in.l.si. ff.eo. in.l.aristo. de do. & in.l.iurisgentiũ in princi. ff.de pac. & quod stipulatio sit cõtractus nominatus vltra Mod. post Bar. habetis notabiles illatiões & decisiones domini Alexand. et Modern. in.l.i. ff.de pac. do. Alexand. in consil.xvi. in.ij. volu. & consil.xv. in.i. col. eod. volu. & 2s.lxxvi. in.i.col. i.v.vol. do. Alex. post do. Alex. & alios in.l. filiusfami. in. §. diui. de le.i. do. Barba. in 2s. xlvij. in. xvij. col.i.i.vol. & in 2s. lxij. in.iij. col. in ij. vol. & an stipulatio apposita supra cõtractu innominato regulatur, eius natura, videatis do. Alexã. & do. Purpu. in.l. cũ mota. C.de transactio. do. Riminal. in l. precibus. C.de re. permu. domi. Bar. soci. in ru. de verbo. obli. in pen. & vlt. char. do. Jaso. in.l.i. ff.de pac. & do. Fely. ac Mo. in c.i. in. vij. declaratione. de pac. extra. & ad districãdas hic Mo. nugas circa nominati & innominati cõtract' naturas elicitas, videatis Purpu. Jacobi. & do. Riminal. post Cy. Bar. Bal. & sali. in.l.ex placito C.de re. permuta. & ad nostre.l. materiã, videatis Anto. de bu. in cõsi. cxlvij. domi. Panormi. in 2sil. iij. in. ij. volu. do. Aret. in consil. cxxij. & do. Fely. & Mo. in c. venerabilis. de offi. deleg. S. T.

donata fuit tradita filio per patrem: secus si non fuisset tradita: quia non confirmaretur morte: vt habetur in.l. Papinianus.ff.de donatio.inter virum.& in.l.secunda. infra, si quis alteri vel sibi. Et tene menti hunc text.no. quod si pater donauit filie aliqua bona, cum hoc vt satisfaceret creditoribus, & si non satisfaceret quod donatio rescinderetur quod contra filium non satisfacientem potest agi condictione ob causam, tanquam causa non secuta per filium & heredem dicti donatoris, et sic ista condictio transit ad heredes soluentis; vt hic, est text. et infra.l.proxima.secundum Rapha.sicut etiam rescinditur donatio facta per aliquem cum hoc, vt donatarius alimentet donantem si non alimentatur donator: vt est text.in.l.prima.infra, de donationibus, que sub modo.sed dubitatur cui incumbat onus probandi, an donatori se alimentasse: an donatario se non fuisse alimentatum vide per me in consilio.cccccxxxvij.vbi recito doctor.varias opinio.de quibus in.l.finali.infra, de alimentis pupil.prestan. Sed contra hunc text.opponitur hoc modo nemo condicit rem suam preterquam a fure.l.fin. vsufruc.quemadmo.cauea.institu.de actio.§.sic itaque. Sed dominium prediorum donatorum filie per patrez non fuit translatum in filiam: quia donatio non tenuit dicta.l.secūda.sed cōditio remansit penes patrē donantem, & post eius mortem apud filium heredem.l.cum heredes.in princip.de acquirenda possessione. & in.l.in suis.de liberis & posthumis.ergo iste filius non aget condictione ob causam contra sororem donatariam timore contrarij. gloss. prima intelligit hunc text. tribus modis. Primo quod ista filia erat emancipata, vel non erat filia donantis, licet esset soror sui filij, et istis duobus modis intelligendo non habet dubium iste text. secundum Bartolum, & doctor. Tertio modo intelligit gloss. quod etiam competat condictio filio contra sororem etiam si fuisset in potestate donantis dicunt Bartol. Bald. Salice. Angel. quod cum hic appareat donatorem defunctum: vt in fine huius.l.donatio facta tali filie fuit confirmata morte donantis per dictam.l. donationes.per quam confirmationem fuit translatum in filiam dominium rerum donatarum merito, si postea non implet pactum, de satisfaciendo creditoribus agetur contra eam condictione ob causam per filium donantis. Sed contra hanc solutionem opponitur hoc modo, donatio que ad sui validitatem requirit mortem donantis, & sic morte confirmatur, habet vim vltime voluntatis secundum gloss.1.in fine.in.l.filie cuius.supra familie erciscunde.& ponunt doctor. in.l.secunda.de legatis primo.sed quando non seruatur conuentio per quam quis aliquid accepit in vltima voluntate dominium re transfertur in primum dominum, vt notatur in.l.qui mortis. ff.de donatio.causa mortis. licet fuerit translatum in accipientez, ergo eodem modo hic, cum filia fuerit consecuta dominium rerum donatarum per mortem patris si non adimplet conuentionem, et sic satisfaciat creditoribus re transferatur dominium in heredē dicti patris quo manente non posset condicere. dicas secundum doctor.communiter quod donatio inter patrem & filium, licet propter confirmationem morte sapiat vim vltime voluntatis, tamen non per omnia sapit. quod tu declara, nam licet in legatarium a morte testatoris transeat dominium recta via, rei legate sine alia traditione.l.si tibi homo. §.cum seruus. de legatis primo.cum simil. non tamen transit dominium rei donate in filium sine traditione: vt dicta.l.Papinianus.& dicta.l.secunda.si quis alteri, vel sibi. merito &c. vel dicas quod ista donatio, de qua hic facta per patrem filie in potestate tenuit a princip.quia fuit facta filie: vt extranee non vt filie, & sic tanquam peculium aduentitium erit, cuius proprietas acquiritur filie vsusfruc.patri.l.cū oportet.cuz simil.de bonis, que liberis.& quod videatur facta filie: vt extranee probatur, quia fuit donatio ob causaz, scilicet, vt filia solueret creditoribus, secus si fuisset simplex donatio: quia videretur facta vt filie: vt probatur secundum vnam intelligentiam in dicta.l.secūda. supra, de inofficio.donatio.secundum Bald. & Angel. hic.secundum quem tene menti, quod si pater vult donare filio in potestate & non vult eum emancipare modus est vt teneat a princip.donatio, quod donet ob aliquam causam puta vt filius faciat tale quid: nam cum talis appositio communiter faciat quod donatio videatur facta, vt extraneo: merito a princip.tenebit et pater vsumfructum in vita & proprietatem rerum donataruz habebit filius secundum eum. Gloss.magna diuiditur in tres partes, in prima querit vtrum idem ius sit, quando non est expresse actum inter partes: vt si non fiat quod conuenit resoluatur & rescindatur cōtractus quādo non seruatur conuentio sicut rescinditur, quando est expresse actum vt hic, in text.dicitur. glo.recitat opinio. quorundam: vt patet in ea.postea ibi sed verius ponit suam, scilicet, quod nascitur condictio re ipsa, id est, ex obligatione que nascitur ex contractu, qui re contrahitur.de quibus institu quibus modis re contrab. oblig. per totum. Item nascitur actio prescriptis verbis, ex pacto apposito in rei traditione & vestito interuentu rei vt adimpleatur quod est conuentum per pactum, & ita intelligatur gloss.dum dicit, sine rei interuentu secundum Rapha.dicentem hunc sensum sequi doctor. licet ponat alium sensum, de quo hic per eum. Secundo glo. ibi, sed contra.opponit de.l.ea conditione. j.de rescind. vendit.vbi si nō seruatur pactum appositum iuxta contractum non agitur condictione ob causam ad resolutionem contractus, sed actio.prescriptis verbis: vt scilicet quod conuenit seruetur gloss. non hic, sed ibi soluit.quam solutio.sequitur Rapha.Bald. autem & doctor.aliter soluunt, quod vbi pactum est appositum iuxta contractum innominatum, & non seruatur rescinditur contractus per condictionem ob causam, per hunc tex.& quasi per totum hunc titu.&.ff.eod. Vbi autem pactum est appositum iuxta contractum nominatum puta, vendo tibi librum proxi.& cum pacto, vt des mihi vestem: si non das vestem non agam condictione ob causam ad rescindendam venditionem que est contractus nominatus, sed agam actio.prescriptis verbis: vt pactum serues, & sic des mihi vestem. ita intelligatur dicta l.ea.&.l.prima.in fine.de rerum permutatio. & in.l. inciuile.supra, de rei vendic.que iura procedunt, quando illud pactum non dedit causam contractui, & sic pactum non fuit causa finalis: vt tibi venderem librum, secus si fuit causa finalis, quia vendidi ista de causa principaliter pro veste te non adimplente pactum agam condictione ob causam ad rescissionem contractus secundum doctor.communiter per text.in.l.cum te.infra, de pact. inter emp.& vendi.licet gl.ibi & Rapha.hic velint quod agam ad rem venditam, & sic ad rescissionem contractus actio. ex vendito, vt hic latius per eum in fine. Tertio gloss.tacite opponit contra hunc textum, dicentem istuz filium agere contra sororem donatariam non adimplentem pactum condictione ob causam ad rescissionem donationis, sed imo videtur competere actionem prescriptis verbis, scilicet, vt dicta soror compellatur seruare pactum: vt videtur probari in terminis in.l.cum res. infra, de donat.& in.l.hereditatem.eodem titu.vbi si pater donat filio cum hoc pacto: vt satisfaciat creditoribus, quod si non satisfacit filius sed compulsus soluere soluit pater quod cogit filium actio.prescriptis verbis. ad implendum pactum. Gloss.dicit quod in contractibus innominatis competunt iste due actiones, scilicet, condictio ob caus.& actio prescriptis verbis. secus in contractibus nominatis in quibus si apponitur pactuz & non seruatur agitur prescriptis verbis, vt scilicet impleatur non autem condictione ob causam ad rescissionem contractus per iura allegata hic in ea. Sed aduerte, quia licet in contractibus innominatis competant iste due actiones tamē competunt ad diuersa: nam condictio ob causam competit ad resoluendum contractuz causa non secuta vel ex penitentia re integra. actio autem prescrip.verb.competit vt impleatur quod conuenit secundum Bartol. Bald.& doctor.& ideo in casu nostro isti filio competit condictio ob causam contra sororem donatariam non implentem promissa ad resoluendum donationem, & etiaz competit actio prescrip. verb. vt scilicet soror seruet promissa que sunt, vt resolueretur donatio ea non adimplente &c. & licet competant ad idem tamen diuerso respectu, vt videtis secundum doc. Item aduerte: qi inquantum gl.dicit hodie esse speciale in donatione prout etiam tenuit gloss.in.l.iurisgentium.

ff.de

ff. de pactis. male loquitur secundum Bartolum, et doctor. communiter hic. & ibi. & Bartol. in l. in edibus. §. ex rebus. ff. de donatio. quia donatio simplex, & que procedit ex mera liberalitate hodie & olim fuit contractus nominatus: quia habuit nomen elegans & speciale, prout ceteri nominati contractus: sed donatio ob causam olim & hodie fuit & est contractus innominatus: quia non est proprie donatio sed datio ob causam: vt l. prima ff. de donatio: merito competat ex ea condictio ob causam. quod tene menti, de quo tamen latius vide per Modernos in dicta l. iurisgentium. Sequitur lex ea lege.

SVMMARIVM.

1 ☞ Donatum vt non alienetur si fuit alienatum etiam per heredem donatarij condicitur.

EA lege. hoc dicit.

a [a] Pactum de non alienando rem donatam operatur: vt eius metu quis non alienet, vel si alienabit condictione ob causam teneatur. hoc dicit, secundum Bartol. vel sic, secundum Rapha. ¶ Donatum [1] vt non alienetur si fuit alienatum etiam per heredem donatarij condicitur. hoc dicit. pro intelligentia text. gloss. & materie scias quod multoties quis possidet rem in qua habeo dominium: tunc si volo recuperare rem meam agam rei vendica. contra possidentem non autem agam aliqua condictione cum nemo possit agere condictione ad rem suam per iura vulgaria. multoties quis possidet rem in qua non habeo dominium sed illa res ad me spectat aliqua ex causa, & tunc possum agere ad illam rem condictione cum tunc non ago ad rem meam, sed ad me spectantem contra illum qui mecum contraxit, et est mihi obligatus, non autem contra tertium possessorem rei: quia cum condictio sit actio personalis. l. prima. infra, de donatio. que sub modo. cum simil. non sequitur fundum nec successorem singularem: vt l. prima. §. si heres. ff. ad Trebellianum. merito &c. & ideo si minor vendidit rem suam sine autoritate curatoris & decreto iudicis cum non transtulerit dominium in emptorem, etiam per traditionem: vt habetur in l. si quid. infra, de predijs minorum. & in. §. finali. institu. quibus alie. licet. aget ad rem ipsam rei vendi. secus si quis tradendo rem transtulerit dominium in alium: quia ad eam consequendam aget condictione si immineat iusta causa petendi, et ista sunt vtilia pro modo libellandi: vt libellus non sit ineptus intentando que non erat intentanda: quia ex inepto libello non potest ferri sententia valida & acta: vt habetur per gloss. singul. institu. de ob. in princip. imo libellus ineptus est per iudicem lacerandus: vt per glo. not. in l. prima ff. de offic. assesso. vbi habetur per Modernos quomodo & quando dicatur libellus ineptus, de quo per Bald. in l. secunda. infra qui accusare non possunt. & per doctor. in l. edita. supra, de edendo. His premissis tene menti, quod si quis putatiuus donator vel aliter alienat rem aliquam puta in Caium cum pacto: vt Caius non alienet eam, quod si Caius alienat potest Titius contra eum agere condictione ob causam causa non secuta. id est, pacto non inito, & ista est vera intelligentia ad hunc textum, scilicet quod fuerit translatum dominium in eum in quem Caius alienauit, merito Titius condicit: non autem est vera prima pars text. scilicet quod non fuerit translatum dominium in eum in quem fuit facta alienatio per Caium: vt tenet gloss. magna in princ. que pro hoc distinguendo ponit quinque opiniones, prima est sua opinio, scilicet quod tenuerit alienatio, & fuerit translatum dominium rei alienate contra prohibitionem donantis in quem fuit facta alienatio, quod probat gloss. duabus rationibus, primo per hunc textum dicentem dictum Titium posse condicere supple estimationem rei alienate a Caio non autem ipsam rem quam Caius non possidet, sed alius contra quem non datur condictio: quia non obligatus, & condictio non sequitur fundum per dictu. §. si heres. ergo fuit translatum dominium. Secundo per regulam l. traditionibus. supra, de pactis. vbi regulariter pactum non est efficax translationis dominij, sed traditio sic, si pactum non sit efficax retranslationis dominij: vt scilicet non seruato pacto retransferatur dominium in donatorem Titium. Secundo gloss. ibi an vt Rogerius ponit opinio. roge. antiqui glosatoris tenentis primam partem alternatiue text. scilicet non transferri dominium per Caium alienantem in eum in quem fuit facta alienatio quam opinio probat duabus legib. scilicet per l. final. infra, de rebus alie. non alie. & per l. ea que. infra, si mancipia fue. alie. vt manu. quibus legib. glos. respondet pluribus modis & per consequens hanc opinio. reprobat. Tertio, gloss. ibi, sed vulga. ponit aliam opinio. vulg. circa hoc distinguentis: vt in ea. quarto ibi tertij, posit gloss. aliam opinio. quorundam aliter distinguentium pro concordia: vt in ea. Quinto ibi quarto, ponit gloss. vltimam opinio. aliorum quam simul cum duabus precedentibus reprobat retinendo suam opinio. primam scilicet fuisse translatum dominium rei prohibite alienari in illum cui fuit alienata. & tene menti gloss. circa medium ibi, item distingue ponentem pro intelligentia istius materie distinctionem trimembrem, an scilicet, sit facta prohibitio, alleg. an a testatore, vel a contrahentibus: vt res non alienetur de quibus membris, vide hic aliqualiter per Bartol. et per eundem in l. si ita. §. ea. l. de verborum obligatio. et hic latius per Bald. & Angel. & per Bartol. & Moder. in l. qui absentis. §. primo. de acquirenda possessione. et per doctor. in l. filius. §. diui. ff. de legatis primo. in quibus iuribus ponunt doctor. plures cautelas, quibus debent vti illi qui dant rem in terminos cum prohibitione ne alienetur per accipientem: vt si alienatur non transferatur dominium in eum cui fuit facta alienatio, sed res si fuit alienata possit vendicari a possidente per prohibentem, non autem possit condici per condictionem ob causam ab eo qui non est obligatus, per text. in l. cum precibus. infra, de rerum permutatione. & ibi per Bartol. nec a prohibito alienari; nisi estimatio dicte rei quando fuisset translatum dominium in alium, prout regulariter est, secundum doctor. communiter: vt supra dixi, ideo vide in dictis iuribus. Lex si cum exiguam. hoc dicit in summa.

SVMMARIVM.

1 ☞ Confessus se plus recepisse quam re vera receperit sub spe patrocinij consequendi patrocinio deficiente habet condictionem ob causam quatenus patrocinium deficit.

SI cum exiguam.

b [b] Confessus [1] se plus recepisse quam re vera receperit sub spe patrocinij consequendi patrocinio deficiente habet condictionem ob causam quatenus patrocinium deficit. hoc dicit. de qua materia vide per Bartol. & doctor. in l. si sub specie. supra, de postulan. tene tamen menti, ex hoc text. notabili secundum Bartol. in summario. & Bal. in fin. quod liberatio potest condici per promittentem si non est secuta causa, propter quam fuit obligatio contracta: vt hic, & l. secunda. in fine. & l. tertia. supra titulo primo. quod est verum quando agitur ad liberationem promissionis facte spe future cause, ante biennium, vel etiam contra creditorem agentem contra confitentem opponitur exceptio cause non secute: non autem post biennium secundum Bartolum, in dicta l. si sub specie. sicut exceptio non numerate pecunie, ante biennium opponi potest & non post. l. in contractibus. in prin. cum sim. §. de non nume. pecu. L. si militem.

SVMMARIVM.

1 ☞ Si causa per quam pecunia est soluta non impletur propter iuris impossibilitatem potest agi condictione ob causam ad repetendum dictam pecuniam.

¶ Super hac. l. ea lege. videatis Bald. per illum textu in l. nemo. §. loca. do. Alex. in cons. lviij. in. i. col. in. v. vol. do. Alex. in cons. ix. in. ij. volu. Pau. de cas. in cons. ix. & cons. clxxij. & in materia l. nostre. omnino videatis pulchras decisiones excellentissimi doctoris do. Alexandri recolende memorie in repe. §. diui. l. filiusfamilias de le. i. & ponderate singularia dicta Bald. hic Bal. do. Rip. & do. Goza. vltra alios. in. l. si. §. de pac. inter empto. & ven. & quod luxurioso ad instar furiosi & prodigi sit curator dandus. vltra mo. hic post Bald. & Ex. o. in. l. si. §. de sen. passis. est casus singularis & ibi gl. i. in. l. & mo liere. ff. de cu. furio. & ad hoc videatis bona cau. Bald. in. c. cum decorem. de vi. & hone. cleri. & hic eam. magni facit L. a. olleg. xxvi. do. tho. ferra. in c. vi. & do. Iason in. l. ij. in. §. sed quod meretrici. ff. de condi. ob tur. cau. & ista cautela est communis meretricibus & luxuriosis. vt dicunt hic Mod. & ego. hic luteti e quam pluries obseruari vidi, & pariter pro hac parte patrocinatus sum. S. T.

¶ Inquantum Mod. in l. sub specie. §. de postu. & in hac. l. si cum exiguam. post hol. concludunt instrumentum pro parte approbari, & pro parte improbari posse. vltra eos videatis Bal. in l. scri. §. de fi. instru. & est casus melior de iure & ibi gl. singularis, & Bal. egregie notat in. l. i. in. §. fi. §. de lati. liberta. tolen. S. T.

a ℭSuper hac.l.a si militem. vltra Mo.cõcludatis, ꝙ si cõparet ꝓcurator qui nõ põt tale officiũ exercere, si a parte nõ opponatur, iudiciũ ꝓcedit vt dicunt hic Plãbinus & do. Rimi. & notat do. Purpu.in.l.qui stipẽdia.c.de ꝓcura.& est casus in.l.ita demũ.eo.ti.de ꝓcu.& in.l.filius.in §.milites.ff.de ꝓcu.vbi absq; oppositiõe valet iudiciũ per legitimũ procuratorẽ agitatũ & ei salariũ debetur.& ita cremone in causa magni põderis allegãdo obtinui, & est cõmunis opi.vt dictis legibus dicũt Riminal. Jacobi. Claudi.& domi. Purpu.& Mo. in tracta.de ꝓcuratorib' in.xxiij.questiõe. S. T.

b ℭSuper hac.l. cum ancillam. vltra mo. videatis Plãbi.do. Anto.de alex. et do. Rimi.hic. S. T.

Si militem.hoc dicit.

aSi † causa propter quam pecunia est soluta non impletur propter iuris impossibilitatem potest agi condictione ob causam,ad repetitionem dicte pecunie.hoc dicit. ℭEt aduerte:quia quotiescunq; l.prohibet aliquid vel presumit fieri non posse,illud dicitur esse impossibile,& appellatur conditio de iure impossibilis, vt si promitto vel lego tibi decem,ne patrem tuum alas:quia ius istud fieri non posse presumit, dicetur impossibilis conditio: vt habetur in l.cõditiones.ff.de condit.instit. ℭItem l.prohibet militem esse procuratorem.l.militem. et.l.qui stipendia.& l.ita demum.supra,de procuratoribus.& in l.milites.infra locati.& hic ideo si apponitur ista conditio si sit miles procurator, dicitur conditio impossibilis de iure:quia contra.l.prohibitionem.per ea que habentur in.l.non dubium.supra,de leg.& per gloss.instit. de hered.instit.§.si impossibilis. ponentem tribus alijs modis dici conditionem impossibilem, scilicet, de natura & de facto & propter perplexitatem.propter obscuritatem sermonis de quibus ibi. ℭIn text.ibi,restitui tibi, tene menti, quod non solum repetitur datum ob causam aliquam causa non secuta,propter negligentiam recipientis.l.secunda & tertia.supra eodem. & l.si liber.in princip.infra eodem. & l.tertia.in princip.& §. primo.cum simil.ff.eodem.sed etiam repetitur datum causa non secuta propter iuris impossibilitatem, id est, quando causa non potuit executioni mandari eo, quia ius prohibet: vt hic est text. & in.l.cum ancillam.infra eodem. & l.tertia. §.si liber.ff.eodem. & ideo condicitur per illum qui apposuit talem conditionem impossibilẽ ab eo qui recepit, sed contra videtur & quod imo non possit agere,nam iure cauetur quod quicunq; contractus in quo sit apposita conditio impossibilis est nullius momenti, & ex eo aliquo modo non potest agi: vt est text.in l.non solum.ff.de actio.& oblig.& §.impossibilis.instit.de inuti.stipulatio.& in.l.impossibilis. de verborum obliga.Glo.hic,in verbo non secuta, soluit duobus modis.sed Bartol. aliter, scilicet quod actio non competit ex contractu inito sub conditione impossibili, vt obseruetur quod est conuentum in eo.id est,si promisi tibi decem,si aliquid quod est impossibile feceris, tu non habes ex isto contractu actio.contra me, vt dem tibi decem,sed bene competit actio ad resoluendũ, & rũpendum contractum initum,sub conditione impossi.ita intelligatur hic,quod not. Secundo,contra hunc opponitur,& videtur quod iste qui soluit militi:vt patrocinaretur sibi patrocinio non secuto,propter iuris impossibilitatem nõ possit repetere a milite,vt videtur esse tex. in.l.ab administratione.infra,de leg.vbi heres non repetit legatum factum militi,sub conditione si erit tutor pupillorum testatoris, & sic sub conditione impossibili, cum miles tutor esse non possit: vt ibi. dicas vltra alias solutio.gloss.ibi,quod aliud est in vltimis voluntatibus & aliud in contractibus: quia conditio impossibilis in vltimis voluntatibus vitiatur, & non reuitiat: vt ibi,& in.l.prima.de condit.institu.& ibi per Bartol.et in dicto §.si impossibilis,quod est verum quando testator sciebat conditionem impossibilẽ,secus si ignorabat, sed credebat possibilem:quia tunc vitiat dispositionem: vt est text.singul.in.l.seruo manumisso.ff.de cõdictione indebiti. In contractibus autem conditio impossibilis vitiat contractum.dicta.l.impossibilis.& dicta. l.non solum.& etiam modus impossibilis:vt hic. ℭFallit fauore liberationis:quia tunc modus impossibilis siue conditio vitiatur & reijcitur:vt est gloss.singu.secundum doctor.ibi,in.l.donationis.supra,de transactio. Tertio opponitur contra hunc text.de.l.dictam.infra eodem. vbi a contrario sensu solutum,ex causa impossibili causa nõ secuta non repetitur.vide ad hoc gl.hic fina.distinguentem inter scientem & ignorantem.vltra quam dicas secundum Bartol.& doctor. in dicta.l.ad administrationem.quod quando causa impossibilis est apposita per soluentem per viam conditionis: vt soluo tibi decem.si tu miles eris meus procurator,vel similis causa impossibilis est apposita, & tunc siue ignoranter siue scienter sit apposita,& cõpetit repetitio,ita intelligatur hic.Si autẽ causa est apposita impossi.per viam modi: vt soluo tibi decem,vt tu miles sis meus procurator, vel similis modus impossi.sit adiectus,& tunc si ignoranter sit appositus per soluentem,repetitur solutum:vt hic:secus si scienter:vt dicta.l.dictum.quod tene menti: quia tota vis consistit in conceptione verborũ,nam actus conceptus per dictionẽ in si vel cum,facit eum conditionalẽ. l.qui promisit.de condictione indebiti.& l.quicunque.in fine.ff.de verborum oblig.Sed conceptus per dictionẽ, vt,facit modalem.l.quibus diebus.§.terminus.ff.de cõditionibus & demonstrationibus.& in.l.ij.infra,de his que sub modo. ℭVltimo Angel.dicit quod si officiali electo ad officium ab aliqua ciuitate, ante eius ingressum fuit soluta pars salarij, forte pro preparamentis, quod si postea appareret eum non posse consequi dictum officium propter iuris impossibilitatem puta, quia statutum ciuitatis dictabat quod nemo adsumatur ad aliquod officium nisi distet per tot miliaria infra que erat ille electus,quod licet non stet per electum, quin exerceat officium,tenebitur tamen restituere dictam partẽ salarij,per hunc text.not.de quo vide latius per doctor. in.l.diem finito. de officio assesso.per doctor. in.l post duos.supra,de aduoca.diuerso.iudiciorum. Sequitur.l. cum ancillam.

SVMMARIVM.

1 ℭDonatio simplex non reuocatur,sed donatio ob causam reuocatur causa non secuta.
2 Donatio causa mortis per donatorem tribus ex causis reuocari potest.
3 Causa finalis & causa impulsiua que sit.

Cum ancillam.

b 1 bDonatio † simpliciter non reuocatur: sed donatio ob causam reuocatur causa non secuta.hoc dicit. et tene menti hunc text. quod si quis facit simplicem donationem alicui non habito aliquo respectu,sed solum procedentem ex sua liberalitate illam donationem reuocare non potest:vt hic est text.& in iuribus allegatis in gloss.ij.& habetur in.l.senatus.§.donatio.ff.de donatione causa mortis.& in.l.iij.infra, de donatio.que sub modo.quod est verum in donatione inter viuos facta,secus in donatiõe † causa mortis,que potest reuocari per donatorem tribus ex causis. Primo,si donator conualuit ex illa infirmitate propter quam donauit,vel euasit illud periculum cuius causa fecit donationem:vt habetur in.l.non omnis.si certum petatur.et in dicta.l.senatus.§.at his qui.& institu.de donatio.§.i. Secundo reuocatur si ante decessit donatarius, quã donator:vt dicta.l.non omnis.& dicto.§.primo. Tertio reuocatur per penitentiam donantis:vt habetur in.l.qui mortis.de donatio.causa mortis.& est ratio quare donatio simplex non reuocatur regulariter. ℭFallit in casibus positis in.l.finali. infra, de reuoca. donationibus: quia non dependet ab aliqua causa finali de futuro, secundum Baldum.Sed donatio que dependet ab aliquo futuro euentu,& sic ab aliqua causa:quia causa non secuta reuocatur.l.secunda.supra eodem. dicta. l.non omnis.in princip.& dicto.§.at his qui.& hic est tex.notabilis,vbi reuocatur donatio facta de ancilla,ita ob causam scilicet,vt manumitteretur, vel vt filia dicte ancille manumitteretur que manumitti non potuit: quia fuit reperta libera & libertas non potest dari libero:vt in iuribus allegatis in gloss.non iure prohibitionis, sed iure impossibilitatis,secundum eandem gloss. que in effectu vult secũdum Baldum,quod videtur impossibile,quod libero detur libertas:cum manumissio fuit inuenta propter seruitutes.l.manumissiones.ff.de iusti.& iure. ergo ea cessante,cesset manumissio arg.eorũ que habentur in.l. exigere.§.quãuis.de iure patr.& sic agitur isto casu per donatorẽ cõdictione ob causã causa nõ secuta ꝓpter impossibilitatẽ,non autẽ ꝓpter prohibitionẽ: ita intelligitur ista gloss.Sed aduerte: quia tunc demum donator reuocabit donationẽ,si causa nõ secuta sit finalis:secus si impul

5 impulsiua † vt vult gloss. hic, in fine. & gloss. infra. l. proxima. Et dicitur causa impulsiua quoties solutio, donatio, vel huiusmodi emanauit tantum gratia recipientis: vt habetur in. l. si mulier. & ibi gloss. infra, de iure do. & in. l. Titio centum. secundo responso. ff. de conditio. & demonstratio. Sed quando emanauit gratia dantis dicetur finalis: vt dictis iuribus, quod intellige verum quando actus est initus sub modo secus si sub conditione vel causa requiritur de necessitate, vel ex causa fauorabili: quia istis casibus esset finalis quandocunque secundum Bartolum in. l. secunda. §. finali. ff. de donatio. vbi vide latius per eum quando causa sit finalis, vel impulsiua, & per Baldum, infra. l. proxima. et per eundem & doctor. in. l. prima. soluto matrimonio. Sequitur. l. si repetendi.

SVMMARIVM.

1 ☞ Defectus cause in mente retente, non parit condictionem ob causam, & hoc per dominum Corneum ad multa allegatur.

S I repetendi. h. dicit. [a] Defectus † cause retente in mente non parit condictionem ob causam. hoc dicit. Et hunc textum tene menti: quia allegatur ad plura. Primo, quod non idem operatur tacitum quod expressum contra ea, que habentur in. l. cum quid. ff. si certum petatur. de quo vt ibi dixi. Secundo. quod non succurrit actui emanato per lenitatem, nam lenitatis fuit non exprimere causam, quare iste donauit, sed volebat repetere causa non secuta, sicut alias. l. non succurrit illi, qui expressit sed obscure expressit cum propter dictam obscuritatem fiat contra eum interpretatio. l. veteribus. de pactis. l. in contrahenda. de regulis iuris. & l. si arborem. §. finali. de seruitut. vrbanorum prediorum. & l. Labeo. de contrahenda emptione. & l. quicquid astringende. de verborum obligat. Tertio, quod voluntas in mente retenta nihil operatur concordantes sunt in gloss. in fine. quod est verum quando voluntas non est expressa, sed est retenta in mente, ex parte vnius tantum ex contrahentibus. sed quando voluntas est in mente retenta ex parte vtriusque: quia vtraque pars cogitauit causam, tamen non fuit expressa, tunc illa voluntas aliquid operatur, in tantum, quod si ea non sit secuta erit locus condictioni ob causam. secundum gloss. in. l. 1. §. si parendi. ff. de condi. & etiam vult gloss. hic, in princip. secundum quam requireretur quod illa causa in mente retenta ex parte vtriusque esset finalis non impulsiua: vt si vxor dedit dotem marito, et quod eam lucratur maritus, soluto matrimonio, causa finalis dotis est ipsum matrimonium, sine quo non debetur dos: vt dixi supra. l. prima. & istud fuit cogitatum a viro & vxore. & licet non fuerit expressum tamen matrimonio nõ secuto, de iure reuocatur dos, per. l. primã. supra eodem. De quo tamen vide per Moder. in. l. dedi. §. si quis. ff. eodem. intelligentes istas gloss. quando causa retenta in mente vtriusque, erat specialis et ordinata ad repetitionem sicut alia que fuit expressa: non autem, quando causa erat generalis, & non obligatoria: vt illa que est, vt bene facientibus benefaciamus. l. sed si. l. §. consuluit. de pet. hered. quia tunc ista non secuta quamuis fuerit retenta in mente vtriusque non repetetur datum quod no. Tex, dictam. hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 ☞ Causa impossibili non impleta ex recipientis facto datum ob illam causam non secutam repetitur etiam ab heredibus recipientis.

D Ictam. hoc dicit. [b] Si causa † possibilis non impletur ex facto recipientis datum ob illam causam non secutam repetitur, etiam ab heredibus recipientis. hoc dicit. ¶ Et primo ponitur vnum dictum in genere. Secundo ibi qua propter, ex illo dicto infertur ad causam specialem. Et pro intelligẽtia primi dicti & eius gloss. vide dicta in. l. si militem. supra eodem. vbi videtur casus contra hunc text. sumptum a contrario sensu. In text. ibi, in sponsam. tene menti, quod licet alias donatio inter virum & vxorem sit prohibita: vt in toto titulo de donatio. inter virum, infra. & ff. per rationem. de qua in. l. prima. ff. eodem titulo. intantum quod non valet facta a princip. & potest quandocunque reuocari. l. donatio. & l. & si de tua. & l. si maritus tuus. infra, de donatio. inter virum. & l. cum hic status. §. primo. ff. eodem titulo. licet confirmetur morte donantis. l. si maritus quoddam. et dicta. l. donatio. infra eodem titulo. & dicta. l. cum hic status. §. si maritus. tamen donatio inter sponsum & sponsam per verba de futuro valet, & tenet a principio, cum illa dicatur sponsalitia largitas: vt habetur in authenti. vt sponsa. largi. tc. & ideo si sponsus sponse existenti in domo patris [a] aliqua donauit iocalia puta marsupium cum grossis tempore natiuitatis domini, vel aliquid aliud non poterit postea maritus repetere, nec etiam aliquo modo reuocare talem donationem, nec etiam heredes post mortem suam. ita colligitur hic a contrario, vbi potest sponsus reuocare donata sponse tunc demum si ipsa non seruat pactum appositum per sponsum, puta vt intra mensem veniret ad domum ipsius sponsi: ergo si simpliciter fuit donatum non repetitur. istud etiam probatur in. l. cum te. & in. l. a sponso. infra, de donatio. inter virum. ita dicit Bal. in dicta. l. cum te. dicens aliud esse in donatione facta a sponso sponse per verba de presenti: quia cum tunc dicatur matrimonium, & sit eo casu prohibita dicta donatio, vt supra, requiretur confirmatio per mortem mariti, alias si ostendet maritus aliqua signa reuocationis reuocabitur donatio per supra dicta iura. Sed aduerte, quia iste text. & similes habent locum in vera donatione facta a sponso sponse, sed quando sponsus daret simpliciter sponse iocas anulos & similia: vt magis ornata incederet & veniret ad domum suã magis compta aliud est: quia illa datio non dicitur donatio sed commodatum: vt habetur in. l. si vt certo. §. interdum. commo. de quo latius per Bald. in dicta. l. cum te. & per Bart. & doctor. in. l. penul. §. primo. soluto matrimonio. vbi ponit quid de vestibus dotis, & factis a marito vxori an repetantur per heredes mariti post eius mortem. dic vt ibi. ¶ Vltimo tene menti hunc textum in fin. secundum Rapha. quod sicut condictio ob causam competit heredi dantis causa non secuta. l. secunda & tertia. supra eodem. ita competit contra heredem recipientis: vt hic est text. notabilis, & sic condictio est actiue & passiue transitoria ad heredes. Tex, si liber. hoc dicit in summa.

SVMMARIVM.

1 ☞ Datum ob causam repetitur causa non secuta nisi cum ob causam dederit seruus domino quo casu causa non secuta dominus non potest cogi ad restitutionem sed erit per iudicem hortãdus. & hoc pulchro ordine declaratur & efficitur illatio monachi in abbatẽ ex initi cõtractus forma.

S I liber. hoc dicit. [b] Datũ ob causam repetitur causa non secuta, nisi cum ob causam dederit seruus domino: quo casu causa non secuta dominus non poteit cogi ad restitutionem, sed per iudicem hortãdus. hoc dicit. ¶ Et intellige primũ casum, quando est data species: vt aliquis manumittatur: vt repetatur non secuta manumissione, secus si est data quantitas alicui, vt manumittat seruum: quia cessante recipiente manumittere seruus sit liber secundum gloss. §. hic. & est ratio secundum Baldum, quia videtur facta emptio libertatis, interueniente pecunia, de quo vide per gloss. in. l. naturalis. §. at cum do. de prescriptis verbis. ¶ Item intellige secundum casum

[a] ¶ Super hac. l. si repetẽdi. vltra Plibi. do. Rimi. & Moder. videatis Bald. in tracta. scismatis in. xiij. col. Ioã. de imol. in l. post cõtractũ. ff. de donatio. Matthe. no. lxiij. do. Alex. in cõsi. xlij. in. ij. col. in. ij. vol. do. Fely. in. c. consuluit in pen. col. de offi. delega. & ad istam. l. videatis pulchrũ verbum Bal. in. l. 1. in. ij. que. §. qui admi. bonã glo. in. l. qđ quis. de cõ. indebi. & limitate hãc l. vt per do. Prepositum in. c. veritate. in. ij. col. viij. di. p Roma. in consi. cccxxvj. p do. Iaso. l. dedi in. §. si liber. in vi. nota. ff. de cõdi. ob cau. & limitate. l. nostrã vt p Cy. hic. & p eius opi. est casus in l. tale pactuã. ff. de pac. S. T.

¶ Et declarate hãc. l. si repetẽdi. notabiliter. vt p do. Bosa. in re. l. si. §. de reuo. do. & ibidẽ per do. Ripam. in re. S. T.

[b] ¶ Domini aduertatis ad singularia dicta Bal. & do. Corne. in hãc. l. dictã. & videatis glo. Cy. Bal. Sali. Fulg. Pau. de ca. Rimi. & do. Puropu. post do. Corne. & do. Alex. in l. ed donatiõis. §. de transa. S. T.

quando servus dedit aliquid domino ut ipse manumittatur, vel ab eo aliquid fiat: ut non repetatur datum etiam causa non secuta per rationem: quia non oritur obligatio efficax inter dominum & servum. l.interpositas.in fine.supra, de transactionibus. l.cum affirmas.cum simil.infra,de liber.causa.& ratio rationis est: quia cum quicquid acquirat & habeat servus sit domini insti.tu.per quas personas no.acqui.§.primo.& l.placet.de acquir.hered.ideo si obligaretur ex re data per servum dominus esset sibi ipsi obligatus quod est absurdum.l.si quis pro eo.§.1.ff.de fideiuss.& habetur in.§.an servo.institu.de leg.& in.§.item inutilis.de inutil stipul. secus si domino fuerit aliquid datum per extraneum. ut manumitteret servum: quia tunc causa non secuta.vel repeteretur datum vel cogeretur dominus manumittere.l.si quis ab alio.ff.de manu.& vult gloss.hic,in fine. et per hunc text.dicit Bald.quem sequuntur doctor.quod cum monachus equiparetur servo: ut nota in authen.causa que.C.de episcopis & clericis.& per Innoc. in cap.cum olim de privileg.ideo nõ potest cogere abbatem ad observantiam contractus secum initi, & sic abbas ex illo cõtractu non est cogendus.sed est per iudicem hortãdus, sicut hortatur dominus ad observantiam cõtractus celebrati cum servo.quod no. Lex pecuniã.h.d.in summa,

SVMMARIVM.

1 ☞ Repetitio dati cessat.si causa propter quam fuit datum casu fortuito contingente,non est secuta in persona dantis sine culpa recipientis,& hoc pulchre infertur et declaratur.

a ℂ Super hac.l. pecuniam.videatis Alber.Bar. Bal.Ang. Fulgo flor.a.& Ro. in.l.si vno.in.§. itẽ cum quidã.ff. locati.& dn. meum do.Marcum de mãtua,Riminal. & do.Purpuratũ in l.diẽ functo. de offi.assesso. S. T.

PEcuniam.hoc dicit.

a Si causa non impletur casu fortuito cessat repetitio. hoc dicit secundum Bartol.vel sic.ℂ Cessat 1 repetitio dati si causa propter quam fuit datum non est secuta casu fortuito contingente in persona dantis sine culpa recipientis.hoc dicit.& glo ponit casum in medico: ut si sibi dedi aliquid.ut me curaret & per eum non stat quo minus curam adhibeat.sed per casum fortuitũ contingentem in persona infirmi: quia forte infirmus fuit interfectus ab aliquo tunc datum non repetitur, ut hic dicit text.& est ratio: quia quoties per illum qui debet prestare operas non stat,sed stat per illum qui dat, vel solvit sibi aliquid, ut prestentur opere, operis non prestitis non repetitur datum imo integra promissio sibi debetur.l.qui operas.in princip.& l.sed & addes. §.cum quidam.ff.loca.& notant doctor.in.l.diem functo.ff.de offic. assess.secus si casus fortuitus contigisset in persona locantis operas forte: quia postquam fuit sibi solutum decessit: quia tunc repeteretur.l.si vno. §.penultimo. ff.loca. & tenet gloss.ij.hic.& ideo si iste medicus non curavit infirmum: quia ipse medicus decessit infirmus, repeteret tamen istud in advocato.qui licet non prestet patrocinium per casum contigentem in personam suam non repeteretur per clientulum salarium: ut est text. in.l.1.§. divus.ff de variis cognitio. ubi Bartol. dicit esse speciale in advocato quod not. sed videtur quod iste text. non procedat: nam in contractibus nominatis non est locus condictioni ob causam, causa non secuta. l.finali. ff.eodem.sed agitur actiõe prescriptis verbis.ad observantiam contractus.l.ea.infra,de rescin.venditio. et vidistis gloss.in.l.secunda supra eodem sed hic.in text.videtur fuisse contractum locationis & conductionis, qui est nominatus.l.iurisgentium in princip.de pactis. & in §.actionum.de actio.ergo iste infirmus non possit repetere a medico datum causa etiam non secuta alia ratione, quam casu fortuito. cuius contrarium videtur velle text.a contrario sensu.ut scilicet si medicus non curavit infirmum aliqua sua causa medici quod possit cogi ad restituendum.imo videtur cogi posse actio.prescriptis verbis.ad curandum & sic ad observantiam contractus, vel ad interesse cum in ob facti succedat obligatio ad interesse.l.si quis ab alio.§.finali.de re iudi. & l.finali.ff.si quis in ius vocat non ier. cum simil.huius timore cõtrarii dicas quod cum verbum, pecunia, large accipiatur pro omnibus rebus.l.pecunie verbum. de verborum signific.cum simil. ideo hic ponitur pecunia, pro alia specie,& sic iste infirmus non dedit pecuniam numeratã dicto medico sed aliam rem,& per consequens fuit contractus innominatus, scilicet do ut facias.ita videtur sentire glosella hic in princi.& ideo est locus condictioni ob causam,causa non secuta non per casum fortuitum sed aliter.sed cum sit maxima difficultas cognoscere contractum innominatum a contractu locationis et conductionis & intersit nostra ex pluribus causis habere notitiam propter multa que habent locum in contractibus innominatis que cessant in contractibus nominatis inter quos est contractus locationis: ut supra, Considera quod sepe ex vna parte venit res utenda,& ex alia pretium certum in pecunia numerata,& illa res est consueta locari sine dubio est locatio & conductio que omnia ad eius substantiam interveniant secundũ quod habetur institu loca.in princip.sepe autem,ex vna parte venit res seu aliquod factum, seu alique opere et ex alia parte venit alia res,vel aliud factum: ut do tibi librum ut vadas pro me Romam, vel promitto fodere vineam, ut des librum vel quid simil.facias & istud non habet dubium quod contractus innominatus sit. l.prima. §. si quis servum.ff.depositi. & l.naturalis. §.at cum do.de prescriptis verbis.Sepe ex vna parte venit factum, et ex alia venit pecunia numerata ut do tibi decem.ut pingas tale quid:ut manumittas servum tuum, vel vadas pro me Romam & huiusmodi,& tunc cõsidera: quia aut illud factum est solitum locari quo casu est locatio, aut non est solitum locari, & tunc est contractus innominatus:ut est text.in dicto.§.at cum do.Sed quomodo cognoscatur quando factum sit solitum locari vel non. vide per Bartol.plene in dicto.§.at cum do. Gloss. finalis tacite opponit contra hunc text.de.l.si pecuniam. in princip.ff.eodem. ubi quando causa non est secuta per causam contingentem in personam illius cui debebat impleri competit repetitio & sic videtur quod isti heredes dicti infirmi possint repetere a dicto medico datum.dicas,quicquid dicat gloss.secundum Bartolum, in dicta l.si pecuniam.in penultima columna.& hic,quod aut intentatur condictio ob causam,tanquam causa non sit secuta.& tunc non possit repeti datum cum satis videatur secuta cum non stet per illum qui debet operas, ita intelligatur hic,aut intentatur ex capite penitentie re integra:quia dictos heredes penitet contraxisse, & tedisse,& tunc repetatur datum ita intelligatur dicta.l. si pecuniam.quod est verum quando res erat integra ex parte medici recipientis:quia si incepit curare non haberet locum penitentia.dicta.l si pecuniam.sed bene habet locum penitentia,ex parte dantis,secundum doctores omnes ibi. Sequitur.l.advocationis.

SVMMARIVM.

1 ☞ Salarium advocato prestitum per hanc cõdictionem repeti potest,si per ipsum stat quo minus patrocinium prestet.

b ℂ Ad hãc.l.advocationis. vos habetis singularia dicta Bald.& videatis Phibi. & do. Rimi. hic. S. T.

ADvocationis. b Potest 1 salarium prestitum advocato per hanc conditionem repeti si per ipsum stat quo minus prestet patrocinium. hoc dicit. quod est verum sive nolit prestare patrocinium, & si stat per se.ita intelligatur hic sive; quia non possit propter iuris impossibilitatem quo casu etiam potest condici salarium prestitum.l.si militem.supra eodem, secundum Angel. secus autem quando non prestaret propter casum contingentem in sua persona:quia ab eo condici non posset.l.prima §.divus.de variis cognit. de quo dixi supra l.proxima.& an in princip. an in medio, an in fine debeatur salarium advocato,vide dicta in.l.vnica. supra, de suffragiis.Sequitur rub.de cõdic.ob turpem causam.

De cond

De condictione ob turpem causam. Rub.

SVMMARIVM.

1. Promissionum seu contractuum tres sunt species que videntur esse eedem.
2. Turpitudo tripliciter consideratur.

Continua rubricam, vt in gloss. que in quantum vult, quod condictio ob turpem causam oritur quando est facta so. ob causam turpem preteritam intellige tempore solutionis, non autem tempore promissionis, vt si promisi tibi decem, vt redderes meum librum quo reddito tibi solui, condictio ob turpem causam isto casu respicit preteritam causam inspecto tempore solutionis. Item futuram inspecto tempore promissionis secundum Baldum, vel secundum Bartol. & docto. in rubrica. ff. eodem. condictio ob turpem causam respicit preteritam causam, inspecto tempore repetitionis. Item futuram inspecto tempore dationis alias autem si intelligeretur gloss. hic, & in rubrica. ff. eo. & in. l. si plagij. de verborum obligationibus. vt iacet, scilicet quod competeret condictio ob turpem causam preteritam puta, vt si solui tibi decem: quia lenocinium fecisti, diceremus contra casum in. l. pen. ff. eodem. vbi tali casu non competit repetitio per rationem de qua hic per Bald. Pro intelligentia istius titul. & materie premitte quod † tres sunt species promissionum seu contractuum, que videntur esse eedem: quod est secus: nam quidam est contractus in quo deducitur quid turpe principaliter, & directo, vt si tu mihi promittis facere homicidium, adulterium, vel quid sim. quo casu promissio est ipso iure nulla, nec ex ea agi potest, & non sunt termini nostri, sed de hoc habetur per text. in. l. generaliter. & dicta. l. si plagij. de verb. obli. Quidam est contractus qui turpiter fit, vt si per dolum alterius quis contrahit promittendo, vendendo, vel aliter: quo casu contractus valet, & tenet, & ex eo agi potest: sed obstat exceptio doli. l. dolo. j. de inutil. stipulat. & ista similiter non est materia nostra. Quidam, & tertio, est contractus initus ex turpi causa, vt si tibi promitto, vel do decem, vt homicidium facias, vel vt mihi facias lenocinium, vel quid si. & iste contractus. an sit nullus ipso iure an vero teneat, sed obstet exceptio, fuerunt varie opi. de quibus in dicta. l. generaliter. & l. penult. ff. eodem. & de isto contractu inito ex turpi causa loquitur titulus noster, & ff. eo. & sciat † quod ista turpitudo potest considerari tripliciter: quia aliquando solum est ex parte dantis, vt quando quis dat, vel promittit meretrici publice: quo casu ipsa non est in turpitudine recipere pretium: licet sit in turpitudine exercere meretricium, vt. l. quarta. §. sed quod meretrici. ff. eodem. sed solum est turpitudo ex parte dantis, aliquando est turpitudo solum ex parte recipientis, vt quoties quis recipit aliquid pro eo, quod gratis facere debet, vt. l. tertia & quarta. & l. pe. j. eod. & l. i. in fine. & l. ij. in fine. & l. penult. &. ff. eod. Aliquando est turpitudo ex parte vtriusque, scilicet dantis & recipientis, vt in casu. l. ij. &. l. mercalem. j. eodem. & l. tertia. §. porro. & l. penu. ff. eodem. j. Et in his tribus an & quando sit locus repetitioni, vel exactio. j. patebit ex processu huius titu. & vide hic per Baldum an quod est contra bonos mores dicatur turpe, & qualis ludus sit licitus, vel non, & quale lucrum dicatur turpe, vel non ex talibus ludis, & multa circa hanc materiam vide hic per eum. sequitur Lex prima.

SVMMARIVM.

1. Probans cautionem ex turpi causa emanasse videtur probare pecuniam non fuisse numeratam, & per consequens probans vnum censetur aliud probare.
2. Quando alicui incumbit onus probandi aliquid, debet illud probare iudici, non autem parti.

Lex prima. h. dicit.

Qui † probat cautionem ex turpi causa emanasse, videtur probare pecuniam non fuisse numeratam. hoc dicit, secundum Baldum, secundum quem tene menti, quod qui probat vnum, censetur probare aliud quod ex probato sequitur per hunc text. vbi si confiteor habuisse a te decem mutuo simpliciter: tamen tacite fuit actum inter nos, vt faceres lenocinium mihi: si tu me conuenis ad illa decem, que probo confessus fuisse ex illa turpitudine videor probare te mihi non mutuasse, & sic succumbes: sic alias cui conceditur vnum, censetur concessum aliud sine quo concessum non posset explicari. l. secunda. de iurisdictione omnium iudicum. sicut alias prohibito vno censetur prohibitum omne id per quod peruenitur ad prohibitum. l. oratio. de sponsal. sicut alias qui vult antecedens, videtur velle consequens sine quo antecedens nullus esset effectus. l. qui annis. j. de fideicommiss. In text. ibi, ei qui super ea re &c. tene menti iuncta gloss. quod † quando alteri incumbit onus probandi aliquid, debet illud probare iudici, non autem parti, vt hic & l. non idcirco. supra, ex quibus causis maio. & l. procurator. supra, de edend. & l. quinquaginta. ff. de probatio. cum simil. & est ratio: quia cum fiat, vt iudex secundum probationem cognoscat veritatem, & secundum eam iudicet. l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. presid. ideo fiunt sibi non parti que semper negaret. l. inter stipul. §. primo. de verb. obligatio. & ideo emanauit practica, vt faciens positiones eas dirigat ad iudicem dicendo coram vobis &c. talis ad probationem suorum iurium ponit. j. scripta capitula &c. de quo vide per Specula. in titulo. de teste. §. iij. in princip. sed contra hunc tex. opponitur hoc modo illi qui dicit incumbit onus probandi, & sic actori petenti. l. ei qui. ff. de probatio. & l. actor. j. eodem titul. Alias reus absoluitur etiam si nihil probet. l. qui accusare. supra, de edend. sed hic dicitur contrarium, scilicet, quod conuentus debet probare pecuniam a se confessatam non fuisse sibi numeratam quod probat probando confessatam ex turpi causa, vt hic dicit text. gloss. magna hic. in principio. dat plures sol. quas vide, vel dic. secundum Baldum quod hic ideo probat reus propter presumptionem iuris quam habet contra se, scilicet, ex confessione sua in instrumento arg. ff. de probatio. l. ab ea parte. & l. fin. j. eodem titulo. Ex quo tene menti, quod presumptio iuris facit, vt onus probandi pertineat ad illum ad quem alias non pertinuisset. faciunt que habentur in. l. nec codicillos. j. de codicill. secundum Bartolum Salic. & Rapha. ibi. Rapha. autem dicit hic, quod regula. l. actor. habet locum quando quis petit aliquid aliqua alia de causa non autem ex cautione interposita in instrumento quod inde recidit prout dicebat Bartol. Et aduerte: quia si iste qui fuit confessus habuisse &c. noluerit probare confessionem emanatam ex turpi causa, debet probare pecuniam non numeratam & probabit per testes, qui interfuerunt in instrumento confessionis qui deponent quod nulla numeratio interuenit, & quod potuisset tunc interuenire quia ipsi non vidissent secundum Bald. hic de quo per Bartolum in. l. ij. ff. quemadmodum te. aper. & per Cyn. in. l. in exercendis. j. de fide instrum. & per Modern. in. l. nulla. & in. l. hoc iure. de verbor obligationibus. & per docto. in cap. cum Joan. heremita. de fid. instr. quod no. perpetuo pro probatione negatiue. in si. casibus. secundo opponitur contra hunc text. de. l. si ex cautione. j. de non nu pe. vbi creditor agens contra debitorem confitentem in instrumento debet probare fuisse factam numerationem, non autem ipse debitor confitens, vt hic dicitur: dicas quicquid dicat gloss. magna in si. secundum Bar. Bal. Raph. & doct. quod aut quis confitetur in instrumento spe future numerationis prout sunt termini tit. j. de non nu. pecu. & tunc. j. biennium agenti creditori incumbit onus probandi numerationem interuenisse, ita intelligatur contrarium: aut quis confitetur in instrumento habuisse mutuo &c. non spe future numerationis, sed alia ex causa turpi, & tunc debet probare reus conuentus non interuenisse numerationem: ita intelligatur hic. de quo tamen vide latius per doctor. post Bar. in. l. sub specie. ff. de postul. & vide etiam gloss.

Sup hac ru. de condi. ob tur. causam. videatis singulares deci. & vltra Mo. hic & ff. eo. Cy. hic. & Ang in ru. ff. eo. & limitate istu titulo. vt p Pau. de ca in. l. i. in. i. col. ff. eo. & egregie hoc declarat Fulgo. Rimi. & Flor. a. ac domi. Purpu. in. l. ex ea stipulatiõe ff. eo. & p declaratiõe. ti. & materie videatis Bal. & Pau. de ca. in. l. pen. ff. eo & videatis decisiões do. Frãci. in. c. pactũ de re. iuris in. vi. do. Federi. senẽsis in cõsi. xvij. & in cõsi. xxxij. Cal. in cõsi. x. sub tit. de vsu. & do. Alex. in cõsi. lxxx. in ij. vol. S. T.

Super hac.l.cum te.vltra Mo. cōcludatis q̄ meretrix accipiēdo pecuniā nō turpiter facit, vt dicūt Cy.& Bald. hic.Bal.Ang.& Pau.de ca.in.l.i omne datū.in.§.sed quod meretrici. vbi Mod. post do.Iaso ff. eod.titu.& ex suo questu licite & iuste eleemosinā facit,& decimā soluit, vt notat gl.& do.in.c.ex transmissa.de deci.et videatis textum in.c.sic non sunt.xxxij.que.iiij.& c. Imolās.c.nolite.&.c.eleemosina.xiiij.q.v.& san.tho.ij.secunde.q.xxxij.& an in foro cōsciētie ad restitutionē teneatur videatis san.tho.ij.secunde.q.lxij.arti.v.Innoc.& do.Panormi.in c.quia plerique.de immu.ecclesia.& quod meretrix testari valeat.decidit hic Cy.& bal.in.c.cū decorem.de vita & ho.cleri.Bal.per istum textū in.l.i.§.eo.ti.do.Panormi.& Mo.in di.c.quia plerique.& succedit meretrix ex testamento,& ab intestato, si sit proximior, vt cōcludit Ange.per illum textū in.§.i.qui.mo.na.effi.legi.& fortius eius descēdentes, vt hic dicunt Mo.& iste oēs sunt cōmunes opi.in prefatis articulis, vt dicūt Mo.in.d.§.sed quod meretrici.& limitationes & declarationes huius.l.videatis per Fulg.& do.Corne.hic.per Bal.in.c.cū decorē.preallegato.per Pau.de ca.in.d.§.sed quod meretrici.per do.Alexā.& do.Iaso.ibi per Bar.& Mo.post do.Iaso.l.i.ff.de ia.vi.tollen.per Alberi.Angel.Io.de imo.& do.Lud.roma.in.l.

magnam hic circa medium ibi,sed quare.ponentem rationem quare Imperator posuit hic istum reum confitentem debere duo probare.scilicet non fuisse numeratam pecuniam,& confessatum ex turpi causa: cum sufficiebat vnum pro victoria.sequitur Lex,cum te.

SVMMARIVM.

1 Solutum alicui ex turpi causa ex parte soluentis,& recipientis non repetitur.
2 Promissum meretrici an possit exigi.
3 An ad intentionem fundandam, vel coadiuuandam possit quis turpitudinem suam allegare.

CVm te. hoc dicit.

1 Quod † est solutū alicui ex turpi causa ex parte soluentis & recipientis, non repetitur, hoc dicit. Et est ratio: quia in pari causa turpitudinis potior est conditio possidentis, vt hic dicit text.in fine,& concordantes multe sunt in gloss.fi.in prin. Et intellige, quod ista mulier que recipit domum ex turpi causa: non erat publica meretrix, sed erat alia priuata ideo est turpitudo ex parte vtriusque: secus si fuisset soluta publice meretrici, que dicitur illa cuius turpitudo est venalis, vt not.in.l.que adulterio.ff.de adulter.& xxxij.q.iiij.c.meretrices.& xxxiiij.dist.vidua, nam ex parte talis meretricis non dicitur receptio turpis.vt est tex.in.l.iiij.§.sed quod.ff.e.vbi habetur quod licet meretrix turpiter faciat meretricari: tamen postquam meretricatur, non turpiter accepit.& ideo ab ea non repetetur, non per rationem huius tex.sed quia fuit solutum ex turpitudine sola dantis: quo casu non repetitur dicto.§.sed quod.imo plus si fuit aliquid promis-
2 sum per scholarem meretrici, poterit per meretricem exigi: cum non turpiter respectu sui fuit promissum, vt.s.secundum Bald.hic.& doct.in.d.§.sed quod.& Bar.in.l.affectionis.ff.de donatio.secus econtra: quia si per meretricem fuerit aliquid promissum scholari, illud exigi non posset cum fuit promissum ex turpi causa ex parte recipientis quo casu non est locus exactioni.l.ij.& iij.ff.eod.& est tex.decidens hanc causam in.l.fi.in fi.ff.de act.& oblig. Et in tantum licitum est lucrum meretricis publice, quod illud potest legare, & de eo testari.& in eleemosinas dare &c.secundum Baldum,& in.d.§.sed quod meretrici, quod non liceret si fuisset turpiter questum, prima que.prima.non est imputanda,de quo per glos.& docto.in cap.transmissa de decimis,& ideo ista meretrix priuata de qua hic cum turpiter acquisierit istam domū vel alia huiusmodi, nec de ea nec de aliis poterit testari nec relinquere ad pias causas per.s.dicta.secundū doc. Et licet ab ista muliere per soluentem non possit repeti per rationem de qua hic: tamen ab ea auferet fiscus secundum gloss.in.l.iij.ff.eo.& Bal.& docto hic per rationem: quia fiscus aufert turpiter quesita, vt est text.in.l.Lucius.ff.de iure fisci.secundum docto.in.d.l.iij.& ratio rationis est: quia nemo ex suo delicto, & turpitudine lucrari debet, vt est text.in.l.nemo ex suo.cum concor.ibi, in gloss.allegatis.de reg.iur. Gloss.fi.ibi,sed quid de pignore.querit vtrum pignus datum ob turpem promissionem ex parte vtriusque possit repeti, vel non: sicut nō potest repeti res principaliter soluta per hunc tex.& primo recitat opin.quorundam tenentium simpliciter, quod sic.postea ibi,sed certe considerat quod aut dominus pignoris agit ad illud rei vendi.& tunc possit repetere per rationem de qua in ea.aut agit act.pignoratitia, & tunc non possit.gloss.autem fi.in.l.ij.ff.eodē.tenet indistincte vtraque actio peti posse per rationem de qua in ea. Alteramon.tenent contra gloss.scilicet.quod nec rei vendi.nec pignoratitia peti possit per rationē: quia nemo potest allegare suam turpitudinem.l.transactione.cum si.allegatis ibi in gloss.C.de transact.sed agens allegaret suam turpitudinem saltem in replicando, vt si peterem rem meam existentem apud te, tu exciperes quod est tibi pignorata: ego replicarem, quod pignoraui ex turpi causa: ergo allegarem meam turpitudinem, quod non licet. Bar.autem dicit competere vtrunque remedium, & per consequens pignus possit peti, & rei vendic.& pignoratitia action.per rationem: quia regula dictans quem non posse allegare suam turpitudinem; habet locum
3 quando allegaret ad † fundandam suam intentionem: sed quando quis habet fundatam suam intentionem potest allegare ad eam coadiuuandam,suam turpitudinem.l.alias.ff.de iureiu.secundum eum,& Modern.in.d.l.ij. de quo ibi latius per eos ponentes aliud securius remedium petendi pignus de quo ibi vide: dicit tamen Raphael,quod securius est agere rei vendi.quam pignor.quia agens pigno.habet fundare suam intentionem in turpitudine, & non licet, vt supra.sequitur Lex, quod euitandi.

SVMMARIVM.

1 Quando turpitudo versatur ex parte recipientis, tantum datum repetitur, & turpitudo criminaliter punitur.
2 Minor xviij.annorum litie inhabilis dicitur.

QVod euitandi. h. d.

1 Quando † turpitudo versatur ex parte recipientis tantum, quod est datum repetitur, & turpitudo criminaliter punitur, hoc dicit, secundum Bartol. Et tene menti hunc text.quod quando est solutum ex turpi causa ex parte recipientis tantum, quod illud potest condici condictione ob turpem causam, vt hic & .ff.l.proxima.& l.penult.& fi.l.j.eo.sed videtur quod hic fuerit turpitudo ex parte vtriusque, scilicet, dantis, & recipientis.nam turpe est euitare militiam, vt est tex.in.l.qui cum vno.§.qui post.ff.de re militari.ergo non repetatur, vt.s.l.proxima.dicas quod iste qui dedit aliquid officiali, vt euitaret mili-
2 tiam ad quam vocabatur, erat inhabilis: quia † minor x.& viij.annorum quo tempore dicitur esse actus ad bellum, vt est gloss.sing.in cap.i.circa princip.de pace iuramento firmā.in vsi.feudo.secundum Ludo.in notabili centesimo uigesimo primo prout sunt in forma, & sic ipse non fuit in turpitudine,sed solum officialis qui sine aliquo pretio debebat illum inhabilē dimittere.merito repetatur: cum omnis ille turpiter recipiat,qui illud facere gratis debet.l.quarta.§.fina.& l.fin.in princip.ff.eo.& l.penult.& fi.j.eo.secus si iste soluens fuisset habilis: quia etiam fuisset ipse in turpidine.vt dicto.§.qui post.merito nō repeteret: quod no.ad istos qui sunt creati syndici ex forma statutorū, vt si dant aliquid illi ad quem spectat officium credidi ne scilicet syndici possunt repetere, vt s.per hos text.secundum Baldum. Et non solum iste officialis patietur damnum restitutionis, sed etiam punietur criminaliter a iudice coram quo agebatur ista ciuili actio.pena extraordinaria descendente ex crimine concussionis in quod crimen incidit iste officialis & omnes illi qui extorquēt illicite pecuniam a subdito, vt habetur in.l.i.iuncta gloss.ff.de concussio.& sic patet quod idem iudex potest cognoscere de causa ciuili, & criminali, vt hic patet.de qua habetur in.l.solemus.§.latrunculator.de iudi.quod intellige verū quando causa ciuilis,& criminalis descendunt ex eodem facto.de quo per Bar.in.l.interdum.§.qui furem.ff.de furt.& aliqualiter hic per Salicet.& per Bartolum late ponentem an, & quando possit causa ciuilis cumulari cum criminali,& econtra in l.ij.§.hoc edicto.ff.vi bonor.rapto.& per doctor.in.l.i.j.quando ciuilis actio.crimin.preiudi.sequitur Lex, quoties.

SVMMARIVM.

1 Datum ob turpem causam solum repetitur, non autem vsure.

QVoties

1 Solum † quod est datum ob turpem causam repetitur, non autem vsure.h.dicit.& est ratio: quia omnes condictiones sunt stricti iuris, vt patet in.§.actionum.institu.de actio.in quibus iudiciis non veniunt vsure etiam post litem contest.vt est glos.& ibi doct.

sibi dicit in.l.i.§.de condictione inde.per doct.in.l.indebiti.ff.eod.titu.⁊ in.l.cum fundus.ff.si cert.peta. sequitur Lex,mercalem.

SVMMARIVM.

1 ☞ Licet solutum ex turpi causa ex parte vtriusq; non repetatur:tamen promissuz ex tali turpitudine non exigitur.
2 Honeste quedam retinentur, que inhoneste petuntur.

MErcalem. Quedam honeste retinentur que nõ honeste petuntur. hoc dicit.vel sic,¶ Licet † solutum ex turpi causa ex parte vtriusque non repetatur: tamen promissum ex tali turpitudine non exigitur.hoc dicit. Et tene menti hunc tex.in prin. quod licet alias nihil sit tam peculiare in principe quaz humanitas.l.Imperialis.§.de nup.⁊.l.humanuz.§.de legibus.qua humanitate vsus fuit Imperator in.l.precibus. infra. de impuberum , ⁊ aliis substitut. in. l.vt responsum.§.de transact.vbi inepte, ⁊ generaliter interroganti respondet benigne Imperator:tamen hic superbe,⁊ vituperose respondet marito interroganti vtrũ possit exigere pecuniã sibi promissam ex lenocinio perpetrato in suam vxorem:dicas quod si interrogatur iuristator de re honesta ⁊ interrogatio est inepte concepta a persona que verisimiliter debet apte interrogare, vel a dante operã iuri,⁊ tunc respondetur acriter, ⁊ superbe,vt habetur in.l.Domitius labeo.ff.de test.si autẽ interrogatio est inepte concepta a muliere lotte milite,⁊ rustico,⁊ sim.⁊ tunc respondetur benigne,⁊ humaniter:ita intelligatur.d.l.vt reponsum.⁊.d.l.precibus. aut interrogatio sit de re,⁊ casu turpi,vt hic erat ab isto marito, ⁊ tunc quandocunque respondetur acriter,⁊superbe ita intelligatur hic,secundum Bartol.in.d.l.vt responsum ⁊ Bald.hic,quod not.Secundo tene menti hunc tex.ibi ⁊ confessionẽ lenocinii ⁊c.quod quis videtur confiteri illud quod proponit in libello,nam maritus iste petendo ab adultero promissa ob concessam libidinem sue vxoris dicit,⁊ confitetur se lenonem de quo tamẽ plenius habetur in.l.cum precuz,⁊ ibi per Bald.§.de liber.causa.sed dubitatur vtrum ex tali confessione lenocinii resultante propter dictam concessam libidinem possit maritus criminaliter per iudicem puniri Specul.in titulo de inquisitio.§.nunc videndum,versi.quid si actum.dicit, quod non poterit aliquo modo punire nec obstant iura dicentia contra confessum non esse opus alio processu,vt habetur in.l.nullum.§.de testib.in.l.interdum. §.i.ff.de fur.⁊.ff.de adulter.l.ii.iuncta.l.i.§.de cõfess.⁊.l. si debitori.ff.de iudic.quia illa iura loquuntur quando confessio emanauit super principali negotio:secus si fuit incidens confessio,vt hic fuit quo casu cum iudicium nõ fuerat intentatum ista de causa,vt criminaliter maritus puniretur non poterit ex sola confessione condemnari: hic secundum Baldum ex ista confessione possit iudex ex ea instructus criminaliter contra eum inquirere, quod tene menti perpetuo.Tertio tene mẽti textuz;ibi
2 quamuis enim.quod † quedam honeste retinentur,que non honeste petuntur, vt habetur in.l.prima.§.primo. ff.de variis ⁊ extraor.cog. ⁊ hic est textus notabilis,vbi marito ob lenociniũ a se commissum aliquid datum repeti non potest,sed sibi promissum exigere non potest,⁊ ratio quia licet promissum meretrici non dicatur turpe ⁊ ideo a promittẽte exigi possit.l.quarta.§.sed quod meretrici.ff.eodem.⁊ dixi in.l.secunda.supra,eodez.tamen promissum marito meretricis non dicitur turpe,sed nemo in exigendo potest allegare suam turpitudinem.l. transactione.supra ,de transact.⁊ in iuribus ibi allegatis in glo.⁊ in.l.secunda.supra eodem.merito ⁊c. Est. ⁊ alia ratio : quia iste maritus fuit in turpitudine, ille adulter fuit in turpitudine : sed in pari causa turpitudinis potior est conditio possidentis , vt dicta. l.secunda. cum similibus , ⁊ hic merito ⁊c. ⁊ non solum iste maritus exigere non potest sibi promissum obiecta sibi exceptione turpitudinis ,sed sibi non competit aliqua actio contra promittentem,vt hic dicit textus,ibi dene-gandas esse ⁊c.⁊ ideo exceptio sibi obiecta dicetur exceptio intentionis,⁊ facti , sed si agens haberet actio.que posset exceptione tolli , vel elidi : quia illa dicetur exceptio turis,vt est gloss.in.l.secunda. ver.intentione. ff.de exceptio.sequitur Lex,ob restituenda.

SVMMARIVM.

1 ☞ Recipiens pecuniam,vt faciat quod gratis facere debet turpiter recipit,⁊ restituere cogitur,⁊ subtrahens pecora si deinde a domino recipit pecuniam , vt illa restitueret tam pecora quam pecuniam cogitur restituere etiam si sunt perempta apud subtrahentem.
2 Inter abigeum,⁊ furem differentia.

OB restituenda. h. d.

1 Quis recipit pecuniam vt faciat quod gratis facere debet dicitur turpiter recipere,⁊ ideo cogitur restituere , ⁊ qui subtraxit pecora deinde a domino recipit pecuniam, vt illa restitueret tam pecora,quam pecuniam cogitur restituere etiam si sunt perempta apud subtrahentem. hoc dicit cum.l.sequenti.tene menti in.l.ob restituenda. quod si dominus rei subtracte soluit aliquid furi, vt rez subtractam reddat cum fur etiam sine aliquo restituere debebat tenetur condictione ob turpem causam ad restitutionez dicti soluti, vt hic est text.⁊ infra.l.proxima. ⁊ in.l.si ob turpem. ⁊.l.fina.ff.eodem.per que iura dicit Bald.quod isti predones , ⁊ mastalegones qui exigunt pecuniã maxime a rusticis,vt reddant boues , vel alias res subtractas ab eis quod cum turpiter faciant poterit hac condictione conueniri,quod not.tu contra istos officiales qui recipiunt aliquam paruam quantitatem ab aliquibus, vt restituatur pignus iniuste acceptum , vt possint postea illam repetere per hunc text.⁊ sim.quos intellige procedere nisi pecunia sit data furi,vel aliis sim. personis , vt restituant rem iniuste acceptam animo transigendi , nam tunc non posset repeti per text.in.l. post decisionem.§.de furt.secundum Baldum hic,quod not. ¶ Item tene menti text.in.l.fina.quod licet alias debitor speciei specie perempta ante moram liberetur. l.quod te.si certum petatur.⁊.l.si ex legati causa. cum simil. de verborum obligationibus .tamen fallit in fure quilibet sit debitor rei subtracte : tamen si illa res perit, ante quam repetatur a domino,⁊ sic fur antequaz constituatur in mora puta:quia alius eaz surripuit furi nihilominus fur tenetur domino,vt hic est tex.⁊ in.l.secunda. §.titu.⁊ in aliis iuribus allegatis hic in gloss.si.⁊ est ratio : quia statim quod fur surripit rem dicitur esse in mora,vt hic dicit tex.⁊ in.l.in re furtiua.ff.de condictione furt.⁊ habet statim contradictionem domini per ea que habentur in.l.qui vas.§.vetare. ff.de furt.quod est verum : nisi fur postquam subtraxit, obtulerit rem domino , ⁊ nolente eam recipere : quia tunc liberabitur si postea res pereat casu fortuito,vt habetur in dicta. l.si. infra titulo primo.a contrario sensu , ⁊ in.l.subtracto.§. de fur.¶ Item est veruz nisi illa obligatio fuerit nouata inter furem,⁊ dominum,vt habetur in. l.parui.ff.de condictio.furt. ¶ Item ⁊ tertio est verum nisi interuenerit stipulatio non animo nouãdi:quia re presente fur promisit domino stipulanti dictam rem sibi restitui.nã si postea ante moram pereat dicta res liberabitur fur: quia isto casu reducitur res ac si fur esset debitor per stipulat.⁊ non per furtum , vt habetur in.l.qui decem.§. idem responsum.ff.de solutioni.de quo per Baldum in dicta.l.subtracto.⁊ late per doctor.in dicta. l.parui. Et aduerte:quia iste qui pecora subtraxit prout in text.nostro non dicitur fur,sed dicitur abigeus quasi ante se du-
2 cens dicta animalia, ⁊ dicitur abigeus † qui decem pecora,vel plura,vel quinque porcos,vel plures, vel vnuz armentum puta equum , bouem , vel quid simil.in pascuis subtraxit : secus si pauciora pecora, vel pauciores porcos in pascuis subtraxit , vel alia armenta in pascuis nõ subtraxit,sed alibi: quia ille nõ dicetur abigeus vt est text.in.l.prima.⁊ fina.ff.de abig.⁊ interest nostra scire an sit fur, vel abigeus,qui subtraxit aliquid : quia

gnaliter de ver. obli.⁊ in materia videatis decisiones Dech. ⁊ do. Cagnoli in.l. nemo ex suo.de re. tur. S. T.

lefficio aut ex varijs figuris causarum postea ponit quo modo quis obligatur ex contractu vsque ad.l.ex maleficijs.ibi ponit quomodo quis obligetur ex maleficio vsque ad.§.si quis absentis.ibi vero incipit ponere quomodo quis obligetur ex varijs figuris causarum,vt perficiat declarare suam diuisionem ideo ponit de oblig. resultante ex quasi contractu, & postea ex quasi maleficio quasi velit iurisconsultus,quod iste sunt ille obliga.que descendunt ex varijs figu.causarum secundum Bartolum & Ange. istud etiam considerauit Iustinianus institu.de obliga. §.primo.cum non posuit obligat.resultantem ex varijs figuris causarum, & sic tertiam speciem prout fecit iurisconsultus in dicta.l.prima.in principio, considerans forte difficultatem vocabuli propter iuuenes audientes institutiones,sed tantum posuit post obligat.ex contractu,& ex maleficio,sed posuit oblig.ex quasi contractu, et ex quasi maleficio,quod idem est:quia ista sunt vocabula magis clara innuens Imperator, quod hoc modo debet intelligi obliga.descedens ex varijs figur.causarum, que ideo isto vocabulo nuncupatur:quia varijs modis, & varijs ex causis quis obligatur ex quasi contractu, & varijs ex causis, quis obligatur ex quasi maleficio, vt patet in titulo.de oblig.que ex quasi contractu, & de obl. que ex quasi delict.na.& in dicto.§.si quis absentis cum pluribus seq.quod nota. Et ideo recta ista ratione gloss. de qua,supra cum condictio furtiua non sit ex varijs figuris causarum,sed fit ex maleficio,vt.§.fina.institut.de oblig.que ex delict.na.& in.l.si ambo.ff.de compensat.& in.l.si mulier.§.hec actio.ff.rerum amotarum. secundum Bald.& Rapha.secundum quem ratio est:quia cum interfit reip.ne delicta remaneant impunita.l.si long.§.si filius.ff de iudic.& l.ita vulneratus.cum simil.ad legem Aquiliam.sed cum actio furti persequatur penam propter delictum qua soluta ab vno si alij liberarentur eorum delictum remaneret impunitum quo solutio vnius alios non liberat,sed cum condictio fur.persequatur rem, vt supra dixi, que non potest nisi semel solui ergo solutio vnius alios liberat.quod tene menti.

SVMMARIVM.

1 ☞ Periculum rei furtiue ad furem pertinet si eam domino non obtulit,& an teneatur fur reddens rem deterioratam.

ANte oblationem. Periculum 1 rei furtiue pertinet ad furem,si eam domino non obtulit.hoc dicit.de quo vide dicta in.l.fina.C.titu.primo. querit hic Bal. quid si fur obtulit rem furtiuam deterioratam an teneatur postea si illa res perijt. de quo hic per eum.de quo etiam latius in.l.eleganter.§.non solum.ff.de dolo.& per Bartolum.in.l.exhibitionis.C.ad exhiben.in quibus iuribus ponitur an, & quando.dominus recipiens rem suam deterioratam preiudicet sibi in estimatione deteriorationis.sequitur Rubrica,de condictione in lege.

De condictione ex lege, & sine causa, uel a iniusta causa.[a] *Rubrica.*

COntinua rubricam,vt in gloss.cum qua doctor.communiter transeunt licet Raphael impugnet eam ea ratione: quia condictio ex. l.& condictio sine non dicentur condictiones generales, sed speciales,quod tu intellige verum respectu condictionis in genere,sed respectu condictionis in specie condictio ex.l.est generalis,cum generaliter competat vbicunque. l.inducit aliqua ex causa obligationem.nec in ea exprimitur qua actione agatur contra talem obligatum ex.l.dispositione.vt est tex. in.l.vnica.ff.eo.quod est verum quando illa.l.inducens oblig.est ciuilis secundum Bar.ibi in summario,& in an tepe. col.& Bal.hic.exemplum lex dicit quod aduocatus potest agere contra clientulum pro salario. l.vnica.C.de suffra.vbi licet.l.dicat clientulum obligari: tamen non dicitur qua actione agat aduocatus contra eum ideo aget condictione ex illa.l.secundum gloss.ij.ibi in princi. Item l.dicit,quod venditor deceptus vltra dimidiam iusti precij potest rescindere venditionem,& sic inducit obli.qua emptor cogatur restituere rem:vt.l.ij.C.de rescind.ven. vbi non dicitur qua actione venditor agat ad restitutionem ideo aget ex condictione illius.l.secundum Bar.Bal. & doctor.ibi, & in.d.l.vnica.vbi ponunt multos casus in quibus agitur condictione ex illa.l.inducente obligationem.secus si esset.l.pretoria.quia si inducit obli.nec est cautum qua actio.agatur,agetur actione in factum.l.si.ff. de eo per quem factum est.& dixi in.l.i.C.de iureiurand. de qua tamen materia vide latius per Barto.quem sequuntur doc.in.d.l.vnica. Item condic.sine causa est specialis respectu condictionis in genere,vt est tex.hoc modo intellectus in.l.i.in prin.ff.de condictione sine causa. sed est generalis:quia concurrit cum condictione indebiti,vt illud quod indebite est solutum possit repeti etiam condictione sine causa, vt.d.l.i. Item cum condictione ob causam,vt datum ob causam causa non secuta repetatur etiam per condictionem sine causa:vt.d.l.i.ver.sed si ob causam. Item cum condictione ob turpem causam,& condictione generali de quo habetur in.l.perpetuo.de condictione ob turpem causam.ff.de quibus omnibus vide gloss. in. d. l. i.& isto modo intelligatur hec continuatio gloss.quod not.quia vltra docto.& scias quod condictio sine causa, habet locum non solum quando quis soluit, vel promisit sine causa,vt solutum, vel liberatio condici possit,sed etiam quando a prin.cum causa soluit,vel promisit:tamen illa causa non est secuta, vt est text.in.l.nobil.ff.eo.sequitur Lex prima.

SVMMARIVM.

1 ☞ Si fisci debitor ex primipilari causa non est soluendo potest conuenire fiscus debitorem dicti sui debitoris, si est soluendo condictione ex hac lege,etiam ante diem. & pulchre infertur etiam ex hoc.

LEx prima. h. dicit.[a] [b]Si debitori fisci ex causa primipilari 1 non est soluendo potest conuenire fiscus debitorem dicti sui debitoris; si est soluendo etiam ante diem condictione ex hac. l. hoc dicit. Tene menti hunc text.notabilem,quod licet alias debitor in diem ante diei euentum non possit compelli ad solutionem opposita exceptione,vt habetur in.l.eum qui. & l.qui hoc anno.de verborum obligationibus.& in. §. omnis cum seq.institut.eodem titu.& hic est tex.in prin. iuncta prima gloss.per rationem:quia ex debito in diem est orta oblig.& actio licet non exercitium actionis.l.cedere diem.de verbor.signifi.cum simi.& ideo text.in. l.prima.in fine.ff.quando dies vsufru.leg.ce.dicit quod ante diem male agitur, & non dicit nulliter agitur, & ideo est opus exceptione sine qua iudex posset ferre sententiam condemnatoriam contra debitorem in diem,vt not.per docto.in.l.lecta.si certum petatur.licet secus sit in debitore conditionali qui non potest ante condictionis euentum conueniri etiam si non opponatur exceptio: quia interim debitor non dicitur obligatus,& per consequens non est orta actio.d.l.cedere diem,sed sine actio.iudicium non subsistit.l.si pupilli.in.§.videamus.de nego. gestis. imo creditor agens contra debitorem in diem de iure antiquissimo admittebat causam.& sic cadebat iure suo, vt habetur in.§.si quis agens.institut.de actio.& hoc modo intelligitur opin.Azo.in.l.pecuniam.si certum petatur.superuenit postea constitutio Zenonis disponens, quod debitori in diem contra quem ante diem est actum duplicarentur induciae,vt habetur in. §.temporales.institu. de exceptio.exemplum,promisi.x.soluenda hinc ad mensem ago statim contra te duplicabitur dilatio,& sic habebis duos menses,vt ibi superuenit postea tertium, & sic

[a] ☞ Super hac ru. de con.ex.l. habetis singularia dicta Bal.do. Cornel. Plumbi. & do.Anto. de alexandris copiose, & per.v.col. S.T.

[b] ☞ Et super hac l.i. videatis Cy. do.Sali.& aduertatis ad egregia dicta do.Cornel. & videatis speculato.in ti.de obli. & solu. in.§. ceterum:& in ti.de feudis. in.§.v.& do. Soci. in cons. cl. in.i.vol. & videatis Bar. in.l.ij. in.§.multa.ff. de iure fis. & docto. post Cy. in. l. ij. C. qui si. vel pri ua. S. T.

nouum ius, scilicet, vt non solum duplicarentur induciæ, sed etiam actor agens ante diem condemnaretur in expensis tanquam temerarius litigator, vt in.§.hodie.institut.de except.& intellige, quod duplicantur induciæ illius temporis, quod restabat ante, quam ageretur, vt habetur per gloss.& Bart.ibi per illum text.in.l.aut damnum.§.quibus.ff.de penis.tamen fiscus contra debitorem in diem potest ante diem agere condictione ex hac.l.etiam si opponeretur exceptio, & nullam patitur penam, vt hic est tex.notabilis.& est ratio:quia sicut multa alia sunt specialia propter publicam necessitatem de quibus habet in ti.j.&.ff.de iure fis.&.j.de priuil.fis.ita etiam isto casu fit speciale, vt debitor ante diem exigatur imminente publica necessitate, vt hic.ensis.tex.per quem dicit Bald.quod licet publicani siue gabellarij habeant dilationem soluendi fisco:tamen si imminebit necessitas non obstante dilatione conuenientur. quod not.in pro emptoribus aque lacus qui debent soluere partem.j.tantum tempus, & partem.j.aliud tempus.& sic de singu. quod exigetur quandocunque in totum ratione dicta. Sed aduerte: quia isto casu talis debitor exactus ante tempus, vt.S.deducet interusurium medij temporis, id est, soluet tanto minus quantum fuisset lucratus communiter cum illa pecunia si eam tenuisset vsque ad tempus finitum. ita tenet glo.hic quam Bal.& doc.sequuntur arg.l.si constante.§.quoties.ff.solu.matrim.& ita intelligunt hanc.l.ex qua etiam tene menti aliud quod ad hoc, vt possit agi contra debitorem debitoris requiritur quod fiat discussio bonorum primi debitoris, & consito non habere alias res mobiles, vel immobiles deuenitur ad nomen debitoris, vt hic est tex.ibi exhaustum, & in.l.a diuo Pio.in.§.sic quoq;.ff.de re iudic.secus ante talem discussionem: quia Primo debent capi pro executione sententie mobilia, Secundo immobilia, Tertio his cessantibus nomina debitorum, vt habetur in.d.l.a diuo Pio.§.in venditione.de qua tamen materia latius ibi & in.d.§.sic quoque.sed videtur quod fiscus non teneatur agere via ordinaria, & sic condictione ex hac condictione.l.contra talem debitorem cum possit agere via executiua contra suos debitores, vt habetur per tex.in.l.missi opinatores.j.de exacto.tribu.lib.x.dicas quod illud habet locum quando agitur contra primum debitorem:secus quando agitur contra debitorem debitoris, vt hic:& est ratio:quia quandocunque agitur via executiua debet debitum esse liquidum, alias non posset agi:sed quando agitur contra debitorem debitoris non apparet de liquidatione ergo &c.secundum Bal.quod tu inducas ad instramenta confessionata que ex forma statutorum Italie habent executionem paratam, quod intelligantur habere executionem quando sunt liquida, & non aliter, vt per Bar.in.l.perinde.§.notandū.ff.ad.l.Aquil.& Bal.in.l.si in causam.j.de executio.rei iudi.& per Bar.& doc. maxime Moder.in.l.j.in pri.ff.de edendo.vbi videas plene de materia.sequitur Tex.dissolute.

SVMMARIVM.

1 Creditor cui est satisfactum, debitori instrumentum reddere tenetur.

2 Si reperitur instrumentum debiti penes debitorem cancellatum, an ex hoc liberetur debitor.

Dissolutæ. *Debitor liberat* solutione potest instrumentum debiti condicere condictione sine causa. hoc dicit, secundum Bal.vel sic, Creditor † cui est satisfactum tenetur reddere instrumentum debitori.h.d.secundum Bal.concordat.l.fi.j.de solutio.& l.qui tabulas.ff.de fur.que iura procedunt quando instrumentum erat creditoris: q: illud recollegit suis sumptibus, & sic creditor habebat dominiū ipsius:secus autem esset si instrumentum esset debitoris:q: licet illud possideret creditor:tamen nō ageret debitor condictione sine causa:q: nemo condicit rem suam &c.sed isto casu ageret rei vend.vt est tex.in.l.fi.S.ad exhiben.secundū gl.quā Bar.& doc.sequuntur.& aduerte:q: interest debitoris tenere apud se instrumentum debiti:quia resultat liberatio a debito, quando instrumentum redditur per creditorem debitori, vt est text.in.l.Labeo.ff de pact.vbi glo.
2 & doct.ponunt quid in dubio sit reperitur instrumentum debiti penes debitorem cancellatum, an videatur debitor liberatus a debito.de quo, vt ibi, & vide tex.not.in.l.chirographum.ff.de probatio.sed isto casu non poterit cogi creditor restituere instrumentum nisi debitor faciat aliud instrumentum continens so.legitime, & debite factam ad hoc, vt debitor non possit postea dicere, ego solui tibi indebitum secundum Cyn.& Bart.allegantem.l.qui tabulas.ff.de fur.quod no.succurritur etiam alio remedio debitori qui soluit debitum:quia potest cōtra creditorem cui soluit agere, & compellere eum ad faciendum instrumentum liberationis, vt est text.in.l iij.§.contrarium.ff.de contrario iudi.tutele.secundum Bal.hic.nam econuerso creditor potest compellere debitorem ad faciendum sibi fieri instrumentum crediti, vt habetur in.l.plures.j.de fide instrumen.de quo vide Bar.in.l.si finita.§.eleganter.de dam.infec.

Super hac.l. dissolute. vltra Mo. post domi, Corne.& do.Ripi.habetis notabiles declarationes & decisiones ac extēsiones do.Fely. in.c. accedens il primo.vt lite non cōte.do.Anto.de butr.& Mo. in.c. ecclesia.vt lite pendē. Bal.Jo. de imola, Cuma. Rom. & Mod.in.l.huiusmodi.in.§.si ita.de lega.i. bal. Fulg.& do.Sali. in.l.fi.j.eo.ti. nostro. Bald. in.l. eos.in.§. super his.j.de vsuris. Bald. in.l. nec ignorat.de fruc. & lit. expē. S.T.

SVMMARIVM.

1 Conuictus de propriate rei potest per ipsius dominum conueniri pro fructibus ex ipsa re perceptis, pro extantibus rei vendicatione, pro consumptis cōdictione sine causa conueniri potest.

1 Mala fide. Conuictus † de proprietate rei potest cōueniri per dominum rei, pro fructibus perceptis ex ipsa re, extantibus rei vendic.pro consumptis vero potest conueniri condictione sine causa. hoc dicit. Et male fidei possessor dicitur ille, qui scienter rem alienam emit a non domino, vt habetur in l.si fundum.S.de rei vendic. Item qui emit contra.l.dispositionem, & prohibitionem.l.quemadmodum in fi.j.de agri.& censi.li.xi.& in regula, qui contra iura.in.vi.et in.l.qui a quolibet.ff.de contrahen.empt.secundū Dy. in regula.§.in.vi. Et quia ista materia quando, & qualiter, & qua actione petantur fructus est ampla, & prolixa, & in ea habentur plures cōsiderationes, videlicet an ille qui recolligit fructus sit bone fidei, vel non. Item an fructus quos recollegit sint naturales, vt poma, & siml.an industriales, vt segetes, oliua, & sim.an ciuiles, vt pēsiones nauium, domorum, & sim. Item an petantur fructus extantes an etiam consumpti. Item an percepti an vero qui percipi potuerunt, & multa alia in hac materia occurrunt ideo de ea vide per glo.in.§.si quis a non domino.instit.de rerum diui.& per gloss.instit.de offic.iud.post prin.& per gloss.& latissime per Bar.in.l.ex diuerso.ff.de rei vend.& per gloss.Cyn.Bal.& doc.in.l.certum.S.eo.titu.& per docto.maxime Moder.in.l.si insulam.§.fructus.ff.sol.matr. Not.tamen ex gloss.i.quod possidere bona, vel mala fide est iuris: quia ex ea possessione resultat iuris ministeriū:quia si bona fide possidet prescribit rem:secus si mala, vt in regula, male fidei possessor in.vi.cum simlib.ac etiam resultat aliud iuris ministerium, vt in terminis text.nostri.cum si.& ideo cum sanctum sit neminem cogi respondere positioni iuris.l.que in iure consistunt.l.ornamentorum.ff.de auro & argen.legā.& no.in.l.ij.§.quod obseruari.S.de iur.cal.per rationem:q: ius est certum de se, vt.d.l.ornamentorum.& per consequens non est opus, vt certioretur per alium de quo in.d.§.quod obseruari.ideo positioni continenti verum quis possideat bona, vel mala fide per hanc gl.videatis secundum Bal.ponentem triplicem esse male fidei possessorem, scilicet improbum improbiorem, & improbissimum de quo hic per eum.que no.quia prosunt ad multa.sequitur Tex.si non est.

SVMMARIVM.

1 Infra tempus, infra quod exceptio non numerate pecunie opponi pōt liberatio promissionis condici pōt.

1 Si non est. Infra † tempus.j.quod potest opponi exceptio non nume.pec.potest condici liberatio promissionis.h.d.secundum Bar.Bal.& doct. Et sic creditor potest cōueniri per debitorem

bitorem confitentem se recipisse pecuniam, que non fuit sibi numerata, vt reddat sibi instrumentum cautionis si agit contra creditorem. §. biennium, vt hic est tex. qui videtur velle, quod actio personalis nõ durat. xxx. annis contra tex. in. l. §. §. de constitu. pecu. sed dicas quod isto casu condictio de qua hic imitatur naturaz exceptionis non nume. pecu. que excluditur biennio. l. in contractibus. §. de non nume. pecu. ergo etiam ista excluditur biennio secundum Bal. sed dubitatur vtrum in casu huius. l. creditor qui non numerauit cogatur restituere debitori confitenti instrumentum cautionis, quod recollegit suis sumptibus etiã si debitor non restituat dictos sumptus, dicas quod cuz dolose creditor recollegerit instrumẽtuz sciens se nõ numerasse prout tacite conuenit ideo restituet instrumentuz non refectis expensis per debitorem secundum doct. secus autem est in casu. l. dissoluete. §. eod. quia si re vera debitor fuisset obligatus, ⁊ postea soluisset creditori, ⁊ post solutionem vellet sibi restitui instrumentũ debiti tenetur restituere sumptus quos creditor fecit in recolligendo instrumẽto, secundũ Bal. quod not. ⁊ scias quod instrumentum crediti debet recolligi sumptibus creditoris, ⁊ sibi imputantur nisi precedat mora debitoris secundum docto. in. l. pretor. §. fin. ff. de edendo. sequitur Rubrica, de actionib. ⁊ oblig.

De actionibus & obligationibus[a]. Rub.

SVMMARIVM.

☞ Continuatio rubr. ⁊ quare coniunctim actionum ⁊ obligationum ponitur titulus, ⁊ quare de actionibus primum, post modum de obligationibus ponitur rubr.

Continua[1] rubricam, vt in gloss. sed dubitatur cum obligatio habeat sua dubia, ⁊ differat ab actione, ⁊ econtra quare hic, ⁊. ff. eod. fuerit rubricatum semel de actio. ⁊ oblig. ⁊ non de per se prout fecit Imperator institut. de oblig. ⁊ actio. dicas quod obligatio, ⁊ actio dicuntur, vt mater, ⁊ filia, cum ex ea nascat actio. l. licet. §. pa obligatio. ff. de procura. et est gloss. in rubrica. de act. institut. ⁊ in rubrica, de obli. nam primo est opus, vt mihi sis obligatus vno ex quatuor modis, de quibus instit. de oblig. §. fi. ad hoc, vt possim experiri actione contra te: sed certum est quod mater non est priusquaz sit filia: imo mater, ⁊ filia sunt simul tẽpore: qr mater dicitur respectu filie, ⁊ nunquã dicitur mater nisi postquam produxit filiam: sed cum produxit filiaz, incipit vocari mater tunc reperitur filia iam productã: ergo mater, ⁊ filia sunt simul tempore nec vna prior est altera, ⁊ pro hoc facit: quia mater, ⁊ filia sunt correlatiua, vt not. in. l. si liberi. §. fina. §. de inoffic. test. sed natura correlatiuorum est vt sint simul, ⁊ eodem tempore: nec vnum sit sine alio. l. i. §. de indic. vidui. imo remoto vno correlatiuorum tollitur, ⁊ aliud. l. si. de aceptilatio. merito dicamus, quod condecenter fuerit rubricatum, de actio. ⁊ obliga. simul cum obligatio non possit esse sine actione sicut mater non potest sine filia, ⁊ ista fuit ratio huius coniunctionis quam rationem Iustinianus voluit habere in consideratione in libro institutionum: quia posuit separatim istas rubricas cum post posuit separatum titul. de obli. ⁊ postea titulum de actio. ne grauaret mentes iuuenum tanta varietate rerum, ⁊ ne eueniret, quod ipse dixit inst. de iustitia ⁊ iure. §. i. quod euenisset si cumulasset pictas duas materias difficiles. de oblig. ⁊ actio. simul ideo separatim posuit, vt tyrones melius intelligerent, quod not. cum per diuisionem negotium melius intelligatur. vt. l. prima. in princip. ff. de exceptione doli ⁊ metus. sed stantibus predictis quod obligatio habeatur tanquam mater, ⁊ actio tanquam filia, vt supra ostensum est, ⁊ secundum ordinem nature primo sit mater, ⁊ postea filia, ⁊ l. imitetur naturam inquantum potest. l. adoptio. ff. de adoptio. ⁊ in. §. minorem. institut. eodem titulo, debuisset preponi obligatio, ⁊ postponi actio. ⁊ sic debuisset rubricari, de obligatio. ⁊ actio. ⁊ non econtra. Cyn. ⁊ Bal. dicunt quod hic est figura, que dicitur isteron proteron que est quoties preponitur, quod deberet postponi, vt illud apud Virgilium, moriamur, ⁊ in media arma ⁊c. tu dicas, quod cum actio sit causa mandandi executioni contractum cum per eam creditor consequatur suum, ⁊ sine ea obligat. esset inefficax: ideo est dignior actio. per ea que habentur in. l. secunda. §. post originem. ff. de iustitia ⁊ iure. coniuncta. l. fina. §. ad Sillenianum. sed digniora preponi debent. §. singulorum. institut. de rerum diuisione. ⁊ in. §. fina. de iure naturali, gent. ⁊ ciuili. ideo condecenter fuit preposita actio ipsi obligationi, ⁊ non econtra. cogita tamen. sequitur Lex prima.

SVMMARIVM.

1. ☞ Differentia est inter mandare actionem, ⁊ alium cedere actionem.
2. Mandatum directarum actionum ex causa emptionis ⁊ venditionis expirat morte mandantis sine herede, ⁊ vtiles sole in subsidium competunt.
3. Creditor retentam actionem mandans contra suuz debitorem soluenti pro ipso debitore tale mandatum finitur mandantis morte, sed in subsidium competit tali soluenti contra debitorem vtilis actio.
4. Cessionarius ante litem contestatam an teneatur instrumentum cessionis ostendere.

Lex prima. h. dicit.

[b] Pro intelligentia istius solennis, et difficilis. l. premitte, quod procurator in rem suam, id est, ⁊ vtilitatem suam potest agere cõtra debitorẽ cõtra quẽ dicto procuratori est mandata siue cessa actio duobus modis, scilicet actio. directa ⁊ actione vtili resultante ex obligatione contracta inter debitorem, ⁊ creditorem, nam tunc agit dictus procurator actio. directa quando agit nomine mandantis, ⁊ in conclusione petit debitorem condemnari sibi procuratorio nomine mandantis. ita probatur in. l. plene. famil. erciscun. ⁊ l. si quis in rem. ff. de procurat. ⁊ ibi per Bar. ⁊ in. l. qui stipendia. ⁊ ibi per eundem. §. eodem titulo.

¶ Item tunc demum agit actio. vtili. quando faciens mentionem de cessione in libello agit nomine suo, ⁊ petit in conclusione debitorez condemnari sibi nomine suo secundum gloss. ⁊ Bart. in dicta. l. si quis in rem. Secundo premitte secundum gloss. hic in verbo, mandatam. quod [1] est differentia mandare actio. ⁊ cedere actio. aliquem debitorem, sed tene tertiam differentiam secundum Bartol. Bald. ⁊ docto. scilicet, quod respectu illius qui cedit, vel mandat actio. non est differentia: quia quocunque verbo vtatur creditor directa actio remanet penes eum que ita est radicata in ossibus suis quod nõ possit euelli: vt. l. qui ergo. ⁊ casus. de peculio, ⁊ l. tertia. iuncta gloss. in princip. ff. pro so. sed respectu illius cui mandatur siue ceditur actio contra aliquem est differentia: quia qui mandat nec directã, nec vtilẽ transfert in mandatarium, sed solum exercitium directe actionis quam debet exercere mandatarius nomine ipsius mandantis ideo mandante cessante per mortem sine herede mandatum est inefficax, vt hic in. l. nostra. sed qui cedit actionem transfert vtilem actio. quam cessionarius exercet suo nomine secundum doctor. Et ideo est aduertendum quibus verbis quis fuerit constitutus procurator in rez suam an verbo cedo: an verbo mãdo: quia si est mandatarius, ⁊ format libellum contra debitorem mandatum agendo nomine suo proprio ad dandum sibi libellus esset ineptus, ⁊ per consequens succumberet.

¶ Item si cessionarius format libellum agendo nomine cedentis ad dandum, ⁊ soluendum cedenti etiam succuberet per supra dicta. secundum theoricam gloss. singul. institut. de obligat. in princip. ⁊ ideo propter istam dubitationem notarij in instrumentis apponunt illam clausulam, videlicet talis cessit, ⁊ concessit, transtulit atque mandauit omnem actio. quam habet contra talem ⁊c. quo casu cui est facta cessio potest qualitercunque agere, ⁊ nomine suo proprio, ⁊ nomine cedentis ac etiam

¶ Super ista ru. de actio. ⁊ oblig. videatis Cy. Iaco. bu. Sal. Pis bi. ⁊ considerate egregia dicta do. Comei hic ⁊ moder. in ru. ff. eod. do. Ias. ⁊ do. Gomesii in rubri. de actio. instit. ⁊ super. l. i. eiusdẽ tit. quicquid dixerit Cy. Bal. ⁊ Sal. hic Dy. Bart. ⁊ Mod. in. l. i. ff. e. ⁊ Mod. in. §. i. et in. §. rursus. de actio. dñi ego bononie cũ doctoribus collegij bononiẽsis publice disputãdo, inter ceteras cõclusiones meas ibidez impressas hanc dño adiuuãte intrepide sustinui nullã nisi nominalẽ dari differẽtiã inter directaz ⁊ vtilẽ inter nauiuam ⁊ datiuam actionez: ⁊ ita in puncto iuris, et quo ad eius apices etiam asserui repetendo. d. §. rursus. padue exclusis Mo. fabulis in locis superius citatis. ⁊ in l. pen. si quadrupan. fe. dica. ⁊ moder. in trac. actionum. in. xij. charta. S. T.

¶ Circa materiã huiusmodi. l. i. de actio. ⁊ obli. videatis decisiones optimas barto. in antepe. col. re. l. i. de sacr. eccle. do. Io. fa. hic Bar. in. l. §. ff. re pu. ial. fore. Dy. Bar. Raine. Alberici cuma. ⁊ do mi. Ioã. de imol. i. l. Caius. de vulga. ⁊ pupil. Bal. in. l. ij. §. de adoptio. Bal. in cõs. cxxvij. in. v. volu. Bal. in. l. conditio. i. §. si nu mos. ff. si cer. pe ta. Ang. in cons. cxxxvij. do. alex. in cõs. iij. in. vij. colũ. in secundo vol. Paul. de ca. in cõs. cccxxv. Roma. in. l. mortis causa. i. §. Titius. ff. de dona. causa mor. do. Soci. in cõs. cvij. i. v. col.

in.l.volu.et consil. clxxi.in.§.volu.et Mo. optime cumulatiu in tract. actionu in.v.vi. vij.et viij.charta. S. T.

1 ¶ Domini conclu datis post Plu bi.Rimi.et domi. Anto.de aletan. in hac.l.nominibus. quod nulla (nisi nominalis) dat differentia inter vtilem et directam natiuam et datiuam actionem in sufficienti partium enumeratione sumpto argumento. quia non differunt iste actiones inter se numeru non specie non qualitate non quantitate ergo ecdem:vt delegatio et fideicommissio dicitur et ita arguit Bart.in.l.i.post Dy.et Rav.ff.eo. in.i.no. subdens in §.quod cum iste actiones eiusdem sint effectus et virtutis faciat vnius expressione in libello altera expresse percipiuntur. et hanc opi. sequuntur hic Mo.do.Ias. a do.Hier.cagnolus in.§.omnium p illum text.l.§.de ori.iu.et hanc opi. tenuit et excellentissimus doc.do. Carolus ruinus in.§.sui solemni re pe.§.cato.in.xiij. char.multa allegando.et not.Mo. p ipsa iura.in.l. si seruus nauem in §.i.ff.de fur. et in §.si.de interdi.et p hac sententia quam semp legendo et disputando mihi placuit, et placet soleo allegare terribilem textum cui totus mundus nisi se re non.l.l.actio. de neg.gest. innato presertim tit.ff. de formu. et ipe. subla. ponderando vna cum mo.ibidem vltima vba. d.l. actio.ibi maxime cum vtraque et deuti lis et directa est 2 tantum in puncto iuris et quo ad eius apices et pariformiter inter natiuam et datiuam,vt vna essentia hec qua

concludere, vel cedenti soluere, quod tene menti. His premissis.l.nostra habet tres intellectus, quorum vnum ponit gloss.prima: alterum Azo in sententia: tertium ponit Bartol.quem Bald.et communiter doc.sequuntur. Et primus intellectus est, quod creditor puta Titius habens Caium debitorem mandauit actio. quam habebat contra dictum Caium Sempronio, et ille Sempronius dedit quandam pecunie quantitatem tanquam speciem dicto Titio deciditur hic quod dictus Sempronius non habet actionem contra dictum Caium mortuo sine herede dicto Titio: nisi in subsidium quo casu habet vtilem. et sic glossa intelligit istam.l. in contractu innominato, secundum quam non obstat verbum data in text.positum: quia exponitur tradita, nec obstat verbum, pecunie in tex.positum que videtur fecisse emptionem ex qua transfertur vtilis actio sine cessione.l.emptor. j.de heredit.vendit. et infra.l.proxima. cum simi.quia hic verbum, pecunie ponitur pro specie, et sic fuit data pecunia, vt species in quodam sacculo per istum Sempronium ex quo resultauit contractus innominatus.scilicet facio, vt facias, id est, trado, vt mandes actio, contra Caium, vel do istam pecuniam, vt facias etc. Et licet ista lectu.gloss.secundum docto.sit in se vera tamen non congruit huic litere: est tamen ex ea menti tenendum secundum Bartolum Baldum Salicet. Angelum et Rapha.quod ex contractu innominato non transfertur vtilis actio sine cessione: nisi in subsidium, scilicet, quando non reperitur ille qui debebat cedere actio.vt contingit in casu isto prout etiam habetur in.l. prima.§.si.ff.de instit.actio.et in.l.damni.§.si ff.de dam. infec.et in.l.secunda.j.de contrario iudic.tutele. et innuit gloss.fin.hic in verbo, minus.de quo dixi.in. l.si absentis.§.si certum petatur. et ideo iste Sempronius, cui fuit mandatum exercitium directe actionis per dictum Titium contra dictum Caium per verbum, mandatas. de quo in text.vt.§.dixi, ista actio debebat intentari, et super ea lis contestari contra dictum Caium nomine ipsius Titij ideo post mortem dicti Titij sine herede: quia deficit ista actio directa per quam rationem no.quod mandatum directe actionis expirat morte mandatis sine herede re integra, vt hic est text.cui non obstat. l.illam.j. de donatio.vbi non expirat mandatum morte mandantis: quia decessit cum herede cuius nomine potest exerceri actio directa, et ista est vera sol.secundum doc.licet hic gl. hic dicat aliter, vt in ea. Item deficit actio vtilis, que non competit sine cessione, vt.§.merito in subsidium datur dicto mandatario ex.l.dispositione alia actio vtilis per hunc text.et similes, et ista actio vtilis dicitur datiua: quia non habet materiam preexistentem, id est, obligationem vnde nascatur: quia nullum negotium est contractum inter mandatarium, et debitorem secundum doctrinam doct.in.l.iurisgent.in princip.de pact.sed quando actio habet preexistentem materiam vnde nascatur dicitur natiua, vt habetur ibi de quo dic, et dixi in.d.l.si absenti.sed licet actio vtilis non transeat in alium sine cessione, vt hic, et.l.possessio.§.et si possessio.ff.de acquir. possessione. et.l.Modestinus.de solut.per rationem: quia sicut ad translationem dominij requiritur traditio in rebus corporalibus.l.seruum.§.de rei vendicatio. et.l.traditionibus.de pact.ita ad translationem actionis, vel aliorum iurium idem operatur in rebus incorporalibus prout operatur traditio in rebus corporalibus, vt not. in.l.fina.infra, quando fiscus vel priuatus.tamen fallit ista regula in multis casibus in quibus actio vtilis transit in alienum sine alia cessione quos ponit hic gloss.magna post medium quas fallen.approbant docto.qui vlterius ponunt etiam plures in dicto.§.et si possessio.et in.l.certi condictio.§.si numos.si certum petatur.ponitur, et secunda lectu.hic per Azo, scilicet, vt actiones contra dictum Caium fuerint mandate dicto Sempronio per Titium ex causa emptionis, et venditionis, et sic quod dictus Sempronius emit dictas actiones, et secundum hanc lecturam hoc dicit, ¶ Mandatum † directarum actionum ex causa emptionis, et venditionis expirat morte mandantis sine herede, et vtiles sole competunt in subsidium. hoc dicit. Et quia ex contractu emptionis et venditionis actio vtilis competit sine cessione emptori: vt infra.l.proxima.cum similibus. hic vero dicitur quod petis in subsidium: ergo licet ista lectura sit vera

in se: tamen non conuenit huic litere eo maxime: quia non apparet, quod ista pecunia fuerit soluta ex causa pretij, sed apparet soluta ex causa debiti secundum Bartolum. Ponitur, et tertia lectura in ista.l.quam eligunt doctores ex glossella in verbo, debitorem secundum

3 quam hoc dicit, ¶ Quando † creditor mandat actionem quam habet contra suum debitorem soluenti pro ipso debitore tale mandatum finitur morte mandantis sed in subsidium competit tali soluenti actio vtilis contra debitorem. h.d. Et sic iste qui soluit creditori erat fideiussor, vel correus debitoris qui non potest repetere ab illo pro quo soluit nisi mandetur actio per creditorem sibi soluenti, et ideo si est mandata actio, que debet intentari nomine ipsius creditoris cum dicatur mandata directa actio si re integra, id est, adhuc mandatario, non contestante litem contra debitorem decessit mandans sine herede expirat dicta actio, cum non superest persona, cuius nomine exerceatur: ideo competit vtilis mandatario in subsidium quam exercebit suo nomine. secus autem esset si mandans decessisset postquam lis fuisset contracta cum illo debitore: quia non fuisset extinctum mandatum cum per litis contestationem fuerit effectus mandatarius dominus litis per ea, que habentur in. l. item quia.de pact. et in.l.nullam.supra, de procuratoribus secundum Baldum, et Angelum.sed aduerte: quia ad hoc, vt tali fideiussori soluenti possit cedi actio contra illum pro quo soluit requiritur, quod soluat eo animo, vt debitor non liberetur, sed per creditorem actio sibi cedatur alias cum facta sol.simpliciter debitor fit liberatus, et creditor eum amplius non habeat obligatum. institut.quibus modis tollitur obligatio.in princip.in tacta.l.soluendo.de nego.gest.non posset postea mandare actiones, quas non habet amplius propter sol.sibi factam, vt vult gloss.prima hic in princip.de quo tamen vide gloss.not.in.l.Papinianus.ff.mandat. Ultimo hic gloss.in verbo, minus.in fine dicit quod agens actio.vtili non potest dicere in libello debitorem sibi obligatum cum nulla obligatio est contracta inter ipsum cessionarium, et debitorem quam gloss.intellige veram secundum doct.in actione vtili competente ex cessione, sed in aliis vtilibus actio. vt in actione vtili.l.Aquilie.et in actio.vtili nego.gestorum, et si.cum in eis reperiatur preexistentia materie vnde nascatur dicta actio vtilis ex extensione iurisconsultorum: tamen agens poterit dicere in libello debitorem sibi obligatum.quod tene menti, vt scias formare libellum, et ne sit ineptus, et per consequens succi-

4 has secundum doctor. Postremo hic Bart.ponit an † cessionarius teneatur ante litem contesta.ostendere instrumentum cessionis. de quo etiam vide Bartol.in.l. qui stipendia.in fine, supra, de procurat. et in.l.prima.ff. de actionib. et obligat. et hic per Baldum ponentem latius materiam cessionis, et multas quest.pertinentes ad cessionem de qua etiam per eundem in.l.iij.infra, de nouatio. et in.l.per diuersas. et ab Anastasio.ff.mandat.

SUMMARIUM.

1 ¶ Maritus cui in dote fuit datum nomen debitoris habet vtilem actionem, sine alia cessione ad similitudinem emptoris nominis.

Nominibus. hoc. d.

1 Maritus † cui in dotem fuit datum nomen debitoris habet vtilem actio.sine alia cessione ad similitudinem emptoris nominis. h.d.tene menti quod sicut in decisione questionis non decisse expresse per causam.l.arguitur.de si. ad similia.l.non possunt.ff.de.l.l.ita eodem modo in contractibus arguitur de si.ad similia: vt.l.i.§ si quis serui. ff.depositi. et hic in tex.nostro, vbi disponitur in contractu dotis.s.vt maritus cui fuit datum in dotem nomen debitoris possit contra debitorem agere etiam sibi nulla facta cessione prout disponitur in contractu emptionis vbi emptor nominis potest contra debitorem emptum eodem modo agere, vt hic, et.l.emptor.et.l.ex nominis. j.de hereditat.vendit. et sic vides duos casus speciales, in quibus vtilis actio transit sine cessione: licet regulariter

titer sit secus: vt dixi supra. l. proxima. vbi gloss. posuit alios speciales casus, & est cõmunis opi. doc. licet Pe. & Cy. hic. teneãt nõ trãsire act. vtilẽ in aliquẽ, nisi manente cessione, & allegant quæ habẽtur in. l. qui tibi. J. de here. ven. tene tamẽ: vt. s. secundũ doc. Sed dubitatur an maritus cui fuit datum nomẽ in dotẽ teneatur illud exigere suis sumptibus, an vero sumptibus dotis: & sic eas minuant. & gl. in. l. j. in verb. non possunt. ff. de impens. tenet quod maritus debeat exigere suis sumptibus per rationẽ, q: videtur istud tacite conuentũ dato dicto nomine debitoris in dotẽ, & cum illa gl. videtur trãsire hic Bald. cum quadã tamen moderatione. s. quod fructus percepti ex dicto nomine debitoris cõpensantur cum dictis sumptibus, secus si fructus nõ sufficerent, & sic non correspõderent cum dictis sumptibus, q: illud plus posset repetere, & sic in eo pluri minueretur dos. Bart. in d. l. j. indistincte tenet contra. d. gl. s. quod dicta impensa in exigendo dictũ nomen debitoris minuat dotẽ, & sic non fiat expensis mariti exactio per rationẽ, q: expensa necessaria facta ad perpetuam vtilitatẽ rei dotalis minuit dotẽ. vt. d. l. j. sed ista expẽsa est huiusmodi. ergo &c. faciunt quæ habentur secundum eum, in. l. per diuersa. ff. mand. Sali. vero hic sequitur Bar. opi. cõtra opi. gl. & distinctionem Bal. per rationem Bar. & cum hac opi. cõmuniter transeunt Moderni in. d. l. j. quod tenementi. Et aduerte pro intelligentia istius tex. quia licet regulariter actio non transeat sine cessione, tamen si creditor delegat suum debitorẽ creditori suo potest ille cui est facta delegatio agere contra dictum debitorem sine alia cessione. & ista delegatio fit duobus modis. s. per stipulationem & litis contestat. vt hic in text. iuncta gl. ij. & iij. quod qualiter intelligatur, vide dicta in. l. si citra. ff. de condictione indebiti. ¶ Item aduerte, quod licet in maritum transeat actio dominis dati in dotem sine cessione, vt hic: tamen non transit in sponsum, cui non licet agere contra istum debitorem secundum gloss. in verbo, maritum. & est ratio, quia dos habet tacitam conditionem, si nuptiæ sequantur: vt habetur in. l. in rebus. §. si res. & in. l. stipulationem. & l. non enim. ff. de iure dot. cum simil. sed pendente conditione non oritur actio. l. cedere diem. de verb. sign. ideo sponsus non secuto adhuc matrimonio non habet actionem contra debitores datum in dotem. & hoc modo debet intelligi ista gloss. quæ postea quærit, vtrum sit eadem substantia vtilis & directe actionis, de quo per Barto. in. d. l. j. ff. eodem. & in. l. actio. ff. de negotijs gestis. & hic per doct. & s. l. proxima. dicentes, quod respectu exactionis & executionis eadem est substantia, quia sicut qui intentat directam consequitur quod ei debetur, ita & qui intentat vtilem, sed alio respectu est differentia, puta si vnus habet directam & alius habet vtilem: vt est proprietarius & emphyteo. vel similis. & tunc est diuersa substantia, vt per Bartol. latius in dictis iuribus. Gloss. an. quærit, quæ actio transeat in cessionarium facta cessione in casibus, in quibus actio vtilis transit sine alia cessione: vt in casibus huius. l. & simil. & respondet quod transit exercitium directe actionis per rationem, de qua in gloss. ex qua tenementi secundum Bal. licet. quod vbi fit cessio actionis per quã alias transiret vtilis, si actio non transiret sine cessione ibi transit exercitium directe actionis facta cessione in casibus, in quibus alias sine cessione transiret, & hoc: vt cessio aliquid operetur argumento eorum, quæ habentur in. l. si quando. de lega. j. seq. L. ob causam.

SVMMARIVM.

1 ☞ Coloni non possunt conueniri pro debitis dominorum, & in contractibus bona fides interuenire debet.
2 Quæ veniant in contractibus bonæ fidei & stricti iuris.

Ob causam. h. dicit.

a ¹ Coloni † non possunt conueniri pro debitis dominorum, & in contractibus bona fides debet interuenire. h. d. cum l. seq. Et sic ex. l. ob causam. habes quod vasalli non conueniuntur pro debitis dominorum, licet teneant bona ipsorum dominorum in feudum per hunc tex. secundum Bald. & sicut coloni non conueniuntur pro ipsis dominis: vt ita & domini non conueniuntur pro ipsis colonis, vt est text. in. l. nimis. J. eodem. sed aduerte, quia regula istius tex. limitatur, Primo quãdo dominus fuisset conuictus, quo casu posset fieri executio contra colonos vel conductores, si apud eos erat pensio nondum soluta domino secundum gloss. hic, per. l. §. cum. l. seq. J. quando fiscus vel priua. Item limitatur quando debitum domini concerneret rem locatam, quo casu colonus, inquilinus, & simil. possunt cogi soluere pensionem: vt est text. in. l. ædiles. ff. de via publ. secundum Bald. & ideo si strata publica prope domum conductam indiget refectione conductor cogetur soluere pensionem domino. licet ista impensa pertineat ad dominum domus: vt ibi secundum Bart. idem dicentem ibidem esse quod conductor cogitur soluere pro purgatione, siue refectione viæ prope dictam domum, etiam si habitet gratis quando est impensa momentanea: secus si ad perpetuam rei vtilitatem, quo casu cogitur soluere de pẽsione domus, per ea quæ habẽtur in. l. ij. §. j. ff. de impen. in rebus dotalib. factis. secundum Salic. Item limitatur regula tex. nostri, quando nomen coloni siue cõductoris fuisset hypothecatum creditori per dominum domus, eiusdem ipsius debitorem, quo casu poterit creditor conuenire & exigere dictum colonum: vt habetur in. l. si conuenit. ff. de pig. & in. l. nomen. J. quæ res pig. obl. possunt. ¶ Item tenementi in. l. bonam fidem, quod tam in contractu bonæ fidei, quam stricti iuris requiritur bona fides per hunc tex. indefinite loquentem. & l. bona fides. ff. depositi. quæ quidem bona fides debet interuenire tam in cõtrahendo quam in seruando promissa: prout latius declarat hic Bald. & Sali. & Bart. & doct. in. l. si quis cum aliter. de ver. obl. Et aduerte, quod cum in omnibus contractibus exigatur bona fides, vt dictis iuribus merito nõ dicuntur contractus bonæ fidei, eo quia in eis solum veniat bona fides, & non in contractibus stricti iuris, sed ideo dicuntur bonæ fidei. q: exuberãtior bona fides exigitur in eis quam in stricti iuris, & mala fides magis infecit dictos contractus quam stricti iuris, q: si nõ interuenit bona fides, sed dolus dans causam contractui: puta, q: nolebam vendere, & tu induxisti me dolo ad vendendum, tunc reddit contractum ipso iure nullũ. l. eleganter. in prin. de dolo. quod intellige verum si dolum passus vult quod contractus sit nullus, secus si vult quod sortiatur effectum, q: non esset nullus cõtractus secundum gl. ibi, secus si dolus sit incidens in contractu bonæ fidei: vt quia decepisti me in pretio vendendo tibi rem, quo casu tenet contractus: sed venit rescindendus per act. ex eo contractu. l. Julianus. §. si venditor. ff. de act. emp. & in. l. si quis affirmauerit. in prin. ff. de dolo. secundum gl. & Bar. in. d. l. eleganter. Item secus in contractibus stricti iuris, in quibus siue dolus det causam contractui, siue incidat in contractum cõtractus tenet, licet veniat rescindendus postea. l. dolo. J. de inutil. stip. & d. l. si quis cum aliter. vbi de materia. & hoc modo debet intelligi gl. hic. Item dicuntur † contractus bonæ fidei, q: in eis veniunt tacite multa ex bono & equo, licet non sint expressa, sed in cõtractibus, siue actionibus stricti iuris illud tantum venit quod stricte exigit natura actionis, & propterea appellatur stricti iuris: vt per gl. insti. de act. §. actionum. & in. c. cum venerabilis. extra, de excepc.

SVMMARIVM.

1 ☞ Voluntarium est cuique ab initio contrahere, sed ex post facto necessarium efficitur, adeo quod inuito aduersario ab obligatione contracta recedere non licet, & hoc quo pacto sit intelligendum pulchro modo declaratur, & pluribus fallentijs applicatur.

Sicut hoc dicit.

b ¹ Voluntarium † ab initio vnicuique est contrahere, sed ex post facto efficitur necessarium, quia non licet ab obligatione contracta inuito aduersario recedere. h. d. hæc. l. quæ ad hoc semper allegatur & diuiditur in duas partes. In prima ponitur dictum in genere. In secunda ibi, quapropter illud dictum trahit

---

tuor actionũ nomina cõprehendi ne includant extirpãdo huiuscemodi perniciosam indaginis differentiã, vt dicunt egregie nouissimi locis supe. citatis. & in. l. ex legato nominis. J. de lega. & in trac. actionum. in vltima char. S. T.

¶ Et de materia istius. l. nominibus. habetis pulchras doct. Bal. & Sali. in. l. per diuersas. J. manda. Pau. de cas. in. l. postulãte. l. ij. col. & do. Alex. in. §. & vlt. col. ad Trebel. do. Alexã. in cõs. xcv. in. iij. col. & in. l. si sic. in vlt. col. de leg. j. & etiã vltra Mo. hic videatis Socin. in cõs. cxxv. in. j. vol. & doct. præsertim Mo. in. l. sciẽdũ. de vb. oblig. S. T.

¶ Super hac. l. ob causam. videatis Bar. & alios in. l. ædiles. §. si videãt. in. iij. not. ff. de lo. publi. fru. Gloria. & Plobl. in. l. si pendente. in. §. si quid cloacarũ. de vsufru. et do. Jac. rebuffum in. l. in omnibus. J. de cursu publ. lib. xij. S. T.

¶ Super ista. l. sicut. videte Joã. fa. hic in suo breuiario. & Bar. in. l. si pecunia. de cõdic. ob cau. & videatis Bar. hic. l. elegantẽ in argumentum in. §. ciuis. l. Gallus. et do. Salic. hic, & gl. magistram in c. diuersis fallacijs de cleri. coniuga. S. T.

ad casum in specie. Et tene menti hunc text. ponentem duas regulas, Unam affirmatiuam, scilicet, quod nemo potest ad contrahendum cogi, & inuitus cõtrahere non compellitur, vt hic: & l.inuitum. j. de contrahenda emptio. & l.nec emere. j. de iure delibe. quod tamen limitatur pluribus modis in quibus quis cogitur vẽdere vel aliter contrahere: vt per docto. in dicta l.nec emere. & dici aliqualiter in. l. venditor. §. si constat. communia prediorum. Item ponit text. aliam regulam negatiuam, scilicet, quod postquam quis contraxit, & se obligatione ligauit, non potest ab illa obligatione discedere inuito aduersario, & sic quod ab initio fuit voluntarium ex post facto efficitur necessarium, vt hic: & l.in commodato. §. sicut. ff. commod. & in aliis iuribus allegatis hic, in glossa prima, in princip. faciunt que habentur in. l. ab emptione. ff. de pactis. que intellige procedere quando quis est obligatus ex contractu nominato, puta ex contractu emptionis, & simil. de quibus habetur in. l. iurisgentium. in princip. ff. de pactis. & ita hunc text. intelligunt gloss. hic, & doct. contra quem text. & doctorum intelligentiam faciunt, que habentur in. l. contractus. in fi. j. de fide instrumentorum. & instit. de contrab. emp. post princ. ver. ita tamen. vbi dicitur, quod si est perfectus contractus emptionis & venditionis, & data per emptorem arra, quod emptor amittit arram discedendo a contractu predicto inuito venditore, & venditor reddit arram duplicatam discedendo inuito emptore, ergo potest obligatus ex contractu nominato recedere ab obligatione alio inuito contra hunc textum, & simil. dicas salua veriori determinatione, quod interueniente arra in contractu emptio. videtur tacite actum inter partes: & vt possit recedi alio inuito, dummodo emptor recedens amittat arram, vel venditor discedens reddat duplicatam, secundum vnam opinionem gloss. in l. sepe. in princip. ff. de contrahen. emptione. & in dicto ver. ita tamen. quam sequitur Salic. in d. l. contractus: vel dicas secundum aliam opinionem gloss. in dictis iuribus, quod non solum venditor recedens a contractu venditionis reddit arram duplicem &c. sed etiam condemnatur ad interesse per emptorem, & in hac opin. fuit Bartol. in. l. i. §. vnde queritur. ff. de public. & in. l. predia. ff. de act. empt. & Bald. in d. l. contractus. & sic non obst. text. nostro vbi dicitur, quod non licet recedere ab obligatione contracta, supple quin condemnatur ad interesse per aliam partem volentem sibi seruari contractum, quod not. ¶ Item aduerte, quod iste text. & simil. non habent locum in cõtractibus innominatis, in quibus licitum est vni recedere a contractu, etiam aduersario inuito, dummodo res sit integra. vt l. ij. §. i. & l. si pecuniam. in princip. de condic. ob cau. & dicitur res integra, non solum quando non interuenit aliqua res, ex aliqua partium, vt si tibi promisi decem, vt ires Romã, & adhuc non dedi, & non iuisti Romam. vt. l. ex placito. j. de rerum permutat. sed etiam quando est impletus contractus ex parte illius, qui vult recedere a cõtractu: puta si soluit decem, & non est impletus ex parte alterius, quia non iuit Romam. quo casu dicitur res integra, vt qui soluit decem possit recedere: vt est tex. in d. l. si pecuniam secundum Bartol. & docto. ibi, secus si ille iuisset Romam, vel fecisset aliqua preparamenta: quia qui promisit vel soluit decem non posset penitere, & sic recedere: vt dictis iuribus. Et est ratio, quare in contractibus innominatis sit locus penitentie re integra, quia in talibus cõtractibus obligatio resultat secuto implemento: vt est tex. in d. l. ex placito. & in d. l. iurisgen. in princ. & antequã pars non adimpleat ex parte sua non habet aduersarium obligatũ, merito potest recedi ab illo contractu, ex quo adhuc non est orta obligatio, sed in contractibus nominatis incontinenti, quod quis consensit est obligatus, ideo non potest ab obligatione qua nexus est contradicente aduersario recedere, cum sit sibi ius quesitum. faciunt que habẽtur in. l. id quod nostrum. de reg. iur. & hanc rationẽ ponit Bar. hic, quem sequuntur doc. Sed licet regulariter in contractibus innominatis sit licitum vni aduersario inuito recedere ab obligatione re integra. hoc tamen limitatur quando quis est obligatus in contractu innominato trãsactionis. quo casu, licet transactio sit contractus innominatus, vt not. in. l. sub specie. j. de transact. etiam re integra non est locus penitentie: vt habetur in. l. quamuis. j. de transact. & est ratio: vt dicit Barto. ibi: ad hoc, vt sit litium finis, prout eandem rationem ponit in. l. si pro fundo. j. de transac. faciunt que habentur in. l. fi. in prin. ff. pro suo. Secundo limitatur secundũ Bal. quãdo quis esset obligatus ex contractu innominato occasione dotis, vt si tibi promisi decẽ, vt habeas pro dote futura. quo casu, licet sit contractus innominatus, tamen etiã re integra non est locus penitẽtie: vt est casus sing. in. l. si ego. §. i. ff. de iure dot. secundũ eum, secundũ quem ratio est propter speciale priuilegium dotis. Tertio limitatur vbicunque vertitur fauor pie cause. quo casu, licet sit contractus innominatus, tamen non est locus penitentie: vt habetur in l. si qui pro re. j. de dona. & ideo si promisi alicui decem, vt extraheret aliquem de carceribus, cum istud sit quid pium: vt notatur in. l. quamuis. solut. matrimo. non potero penitere, quod tene menti. ¶ Ultimo gloss. magna ibi. Item fallit in actione mandati. opponit contra hunc text. de pluribus iuribus, in quibus licet quis sit obligatus ex contractu nominato, tamen potest penitere, & sic recedere ab obligatione prout est in contractu manda. quod potest reuocari etiam altera parte inuita: vt est tex. in l. si mandauero. §. fi. ff. manda. & tamen contractus est nominatus. vt. d. l. iurisgentium. in princ. & prout est in contractu commodati societatis precarij & depositi, in quibus potest commodãs repetere commodatum, socius discedere a societate, precarium cõcedens reuocare possessionẽ, & deponens reuocare depositum, vt in iuribus allegatis in gloss. que soluit pluribus modis, cuius solutiones reprobat Bart. Bald. & doct. dicentes esse solutionem, vt quoties quis obligatur effectualiter, & obligatio est inita perpetua, tunc procedat regula text. nostri, & simil. scilicet, vt non possit recedi a dicta ob. altera parte inuita, sed quando est obligatio de se temporalis, & cõtractus ex quo nascitur obligatio tendit ad obligationem temporalem, vt est mandatũ commod. & simil. de quibus. s. in quibus quis nõ obligatur, vt perpetuo mandatarius sit: vt perpetuo teneat rem commodatam, vt perpetuo duret societas &c. sed tandiu quis habet ex illo contractu quandiu durat voluntas concedentis: vt in iuribus supra adductis in contrariũ, & tunc receditur ab illa obligatione, etiam altera parte inuita, quod no. seq. L. si in solutum.

Marginal note: ¶ Super hac l. si in solutum. cum sequenti, vsque ad l. si quidem, j. adu. uertatis ad dicta optima Salice. & ... Cornel. & videatis pulchras decis. do. Soci. in consil. clvij. in. iij. volu. in vlt. col. et consi. ccvj. incip. In presenti cõsultatione. in. ij. volu. S. T.

SVMMARIVM.

¶ 1 Is cui nomen debitoris in solutum datum vel venditum est, qui procurator in rem suam constitutus est pignora ipsius nominis vendicare potest, nisi ea possidentes a prioribus creditoribus emerint, vel lõgi temporis prescriptione muniti sint.

SI in solutum hoc.d.

Cui conceduntur actiones personales videntur concessa hypothecaria pro illo debito cum sua causa, vt qui creditor potior preferatur. h. d. cum. l. seq. secundum Bar. vel sic secundum Rep. h. 1 Is cui nomen debitoris in solutum datum vel venditũ est, qui procurator in rem suam constitutus est pignora ipsius nominis vendicare potest, nisi ea possidentes a prioribus creditoribus emerint, vel longi temporis prescriptione muniti sint. h. d. cum l. seq. Et tene menti, quod si alicui datur in solutum, siue venditur nomen debitoris, ex quo sint cesse actiones personales quibus manentibus possit agi contra ipsum debitorem videntur etiã cesse hypothecarie: & sic actiones reales, quibus possit agi act. hypothecaria contra possidentes bona obligata & hypothecata vigore illius debiti creditori danti postea in solutum, vel vendenti dictum nomen debitoris: vt hic est tex. & l. j. l. proxima. & est ratio, quia concesso principali: & sic act. personali concessum intelligitur accessorium, & sic hypotheca, per ea que habentur in. l. ad rem. & l. ad legatum. ff. de procur. & l. i. §. ff. de iurisdictione omnium iudicum. cum simi. merito intelligitur cõcessa hypotheca, quam habebat concedens super bonis sui debitoris. que quidẽ hypotheca nõ pot stare sine obl. principali sm Rep. & ideo nõ pot

cedi

edi hypothecaria sine actione principali, de quo hic per Bald. & latius per Bartol. & doct. in. l. si heres percunctatam. ff. ad Trebell. & in. l. fideiussor obligari. ff. de fideiusso. & vide per Specul. in titul. de cessione actionis. §. i. ver. sed quid si cessi. que omnia supradicta intelligit vera hic Imperator. & §. l. proxima. in fin. nisi illa bona obligata possideantur per aliquem, qui illa emit ab alio creditore in tempore priore, quam sic creditor dans in solutum vel vendens dictum debitoris nomen, quo casu non posset agi actione hypothecaria per istum emptorem nominis contra possidentes dicta bona: & est ratio, quia qui est prior creditor, ille est potior in iure. vt. l. qui prior. & l. qui balneum. ff. qui po. in pign. hab. & infra, eodem titu. quasi per totum, scilicet, vt possit consequi bona sibi obligata, & alijs vendere secundum doctrinam text. in. l. final. §. de iure dominij impe. & text. in. l. ij. infra, de pignor. vbi per Bartolum, ponentem qualiter possit vendi res pignorata vel hypothecata, de quo ibi per eum. ¶ Item intelligit vera Imperator predicta, nisi possidentes dicta bona sint muniti prescriptione longi temporis, per quam prescriptionem amittit creditor suam hypothecam: vt hic dicit text. in fine. pro cuius intelligentia aduerte, quia tunc demum prescribitur actioni hypothecarie spatio longi temp. id est decem, vel viginti annis, quando extraneus tenet bona obligata creditori, cum titulo, & bona fide. puta, quia ea bona a debitore emit, ignarus tamen de dicta obligatione. quo casu prescribit causa dicte hypothece, & sic creditor amittit dictam hypothecam: vt est text. in. l. i. & ij. §. l. aduersus credit. sed quando extraneus tenet bona obligata alteri sine titulo, ac etiam cum mala fide, tunc prescribitur hypothecarie spatio triginta annorum: vt est text. in. l. cum notissimi. in princi. infra, de prescript. triginta annorum. sed quando debitor, vel eius heres post dictam obligationem, tenet & possidet dicta bona obligata creditori, tunc demum prescribitur dicte hypothecarie spatio quadraginta annorum: vt est text. in dicta. l. cum notissimi. in princi. & §. i. prout tenet ibi gloss. quam sequuntur docto. de quo per Specul. in titulo, de actione, seu petitione. §. §. ver. ceterum. & in titul. de prescriptis verbis. sed de hypotheca, & per do. instieut. de action. §. item Seruiana. vbi de materia actionis hypothecarie. Querit glossa prima, in. l. si a creditore. quid si nomen debitoris sit datum pignori creditori, an videatur etiam data hypotheca quam habebat ille qui pignorat dictum nomen & respondet, quod sic per rationem de qua in ea cum qua Bald. & docto. transeunt. seq. L. si quidem.

SVMMARIVM.

1 ☞ Donatio perfecta non reuocatur morte donantis, sed mandatum ordinatum ad futuram donationem bene reuocatur morte mandantis, & heredes mutuatarij eo mortuo mutuum recipienti tenentur, nisi per mutuatarium delegatio, vel solutio facta fuerit.

S I quidem. [1] Donatio † perfecta non reuocatur morte donantis, sed mandatum ordinatum ad donationem de futuro bene reuocatur morte mandantis, & heredes mutuatarij tenentur mortuo eo mutuanti, nisi fuerit facta delegatio, vel solutio per mutuatarium. hoc dicit ista lex, que tria dicta ponit. Primo, quod si tibi donaui simpliciter, quod ista donatio non reuocatur, etiam si spes remunerationis deficiat. facit. l. si repetendi. supra, de condictio. ob causam. de quo vide dicta in. l. cum ancillam. supra, eodem titulo, ibi, & hanc tuam &c. quod si tu volens me remunerare ex donatione percepta mandes tuo procuratori, vt mihi solueret aliquid, & antequam mihi solueretur decessisti quod non possum petere a dicto procuratore: vt mihi soluat: ratio, quia istud fuit quoddam mandatum de mihi soluendo quod finitur morte mandantis. l. mandatum. §. mandat. & l. & quia. ff. de iurisdictione omnium iudicum. cum simil. ergo &c. de quo vide gloss. not. in. l. cum pater. §. Meuis. de lega. secundo. & latius per docto. maxime Modernos in. l. eius qui, in prouincia. ff. si certum petatur. sed contra hunc text. gloss. opponit de. l. illam. de donatio. vbi mandatum in rem suam non reuocatur morte, cuius contrarium hic dicitur. gloss. soluit quatuor modis. Prima solutio non est bona, quia legum correptio est euitanda. l. precipimus. de appell. & debemus niti, vt iura iuribus concordentur. l. i. supra, de inoffic. dotibus. & capitulo, cum expediat. de elect. in. vj. doc. tamen communiter tenent vltimam solutionem, scilicet, quod hic non fuit mandatum in rem suam, & sic quod iste, qui donauit, exigeret a procuratore donatarij. quo casu procederet contrarium: sed fuit simplex mandatum factum procuratori, vt solueret ei. quo casu reuocatur mandatum morte mandantis: vt hic & in iuribus supra allegatis. vide tamen omnino docto. in dicta. l. eius qui. Tertio ponit quia si quis non donauit, sed mutuauit, quo casu non finitur mutuatarij morte, sed repetitur a successoribus, nisi interuenerit ista, de quibus in text. seq. L. negantes.

SVMMARIVM.

1 ☞ Debitor negans debitum non est armata manu compellendus ad soluendum, sed est absoluendus actore debitum non probante, vel aliqua exceptione excluso, vel debitor est cõdemnandus, si conuincitur iudiciali post modum facta exactione.

N Egantes. hoc dicit. [1] Debitor † negans debitum non debet armata manu compelli ad soluendum, sed debet absolui, si actor non probat debitum, vel aliqua repellitur except. actor, vel debet condemnari si conuincitur, & postea iudicialiter exigitur. hoc dicit. tene menti hunc text. decidentem debitorem esse exigendum ordine iudiciario seruato, scilicet, Vt primo debitum probetur per creditorem. Secundo, vt postea debitor condemnetur. Tertio, vt postea fiat executio supple per iudicem: vt hic est text. quem intellige procedere secundum terminos. l. a diuo Pio. §. in venditione. de re iudic. scilicet, Vt primo ad instantiam creditoris capiantur bona mobilia debitoris, quibus non existentibus capiantur immobilia. Tertio capiantur nomina debitorum: vt ibi, iuncto. §. sic quoque. eadem. l. Quarto omnibus predictis non existentibus, vt persona debitoris in carcerem detrudatur, cum persona possit incarcerari pro debito. l. i. §. qui bonis cedere possunt. & sic non potest debitor incarcerari, nisi facta discussione bonorum debitoris: vt est gloss. no. in l. iij. §. tutores. ff. de suspect. tuto. quam Bartol. & doct. ibi sequuntur, quod intellige de iure communi, si autem ex forma statutorum, prout est communiter per Italiam debitor posset exigi realiter & personaliter, [a] tunc posset creditor eligere, quam viam sibi placeret, vel incipere a captura persone, vel ab alijs rebus debitoris: & si vna via sibi non prodesset, vel per eam creditori integre non esset satisfactum posset creditor ad aliam statim redire. vt. l. infra, proxima. & in. l. prima. §. quid ergo, si non respondeat. ff. de ventre inspici. vt dicit Bartol. in dicto. §. tutores. & in. l. consentaneum. quomo. & quando iud. & Angel. in repetitione. l. nemo carcerem. §. de exacto. tribu. in. ij. columm. lib. xi. quod tene menti, sed intellige dispositionem huius text. procedere quod quis non possit propria autoritate exigere debitorem, imo patitur penas de quibus in. l. extat. ff. quod met. cau. & l. si quis in tantam. §. vnde vi. quando datur creditori copia iudicis, per quem possit creditor iudicialiter contra debitorẽ experiri secus si nõ datur copia iudicis: puta, quia debitor aufugit, qr potest capi a creditore in itinere & ad iudicem duci: vt est tex. in. l. ait Pretor. §. si debitorem. ff. que in frau. cred. Item secus si creditor non potest iudicialiter exigere quod sibi debetur: puta, quia debitum probare non potest, vel propter potentiam debitoris, vel alia ex causa: quia tunc potest licite & impune auferre violenter & armata manu, vel furtiue dictum debitum: vt voluit Innocent. in cap. cum olim. de restit. spol. quem sequitur Ioan. andr.

[a] ¶ Super hac. l. si quidem. videatis vltra Mod. do. Riminal. in l. mandati. §. mãda. Lud. rom. in cõsi. ccij. do. Alexã. in cõsi. lxix. in penul. col. in. ij. volu. & magnũ in criminalib⁹ practica, do. Hypp. de marsil. in suo singu. xliij. inci. mãdatũ re integra. S. T.

in cap.i.de dolo ⁊ contuma.licet Imol.in.d.cap.ſi.cum olim.videatur istud intelligere in foro conscientie, non autem in foro iudiciali,videlicet,quod creditor auferendo rem a debitore pro eo quod sibi debetur,non delinquat,nec teneatur in foro conscientie. de quo tamen latius ibi per eos. Item secus quando debitor esset suspectus de fuga, quo casu proceditur contra eum armata manu non seruato ordine iudiciario:vt hic textus requirit, sed proceditur contra eum ad capturam persone secundum docto. in.l. si fideiussor. §.finali. qui satisda. cogantur. vbi Angel. ⁊ Ludouic. dicunt dictam suspitionem fuge probari per iuramentũ creditoris. ⁊ istud quotidie practicatur, maxime in istis molionibus, qui non possident immobilia, ⁊ creditores iurant eos suspectos ⁊ per consequens ad eorum instantiã proceditur per iudicem ad capturam persone, vt dent fideiussorem in desoluendo, quod not. Ultimo tene menti istum textum,quod actor qui agit, debet probare suam intentionem.l.qui accusare.C.de eden. l.actor. C.de probatio. ⁊.l.ei,qui dicit.ff.eo.tit. ⁊ si non probat absoluitur reus: vt hic dicit tex. Item etiã absoluitur quando actor probauit intentionem suam,⁊ reus probauit except.puta si probaui tibi mutuasse decem, ⁊ tu probasti reddidisse, vel aliter te esse liberatum. quo casu absolueris: vt hic dicit text. sed dubitatur quid si actor non probauit rem quam petebat rei vendicat.esse suam, sed reus probauit esse suam,an iudex non solum absoluet reum, sed etiam declarabit eum dominum dicte rei:⁊ videtur quod nõ: quia istud non fuit petitum,ergo sententia ferri nõ posset,cum debeat esse conformis petitioni.l.fi.de fideicom. lib.⁊.l.vt fundus.communi diuid.⁊ cap.licet Hell.de simonia.tamen contrarium determinat Spil. de cugno hic,per text.⁊ gloss. in.l.circa.C.de probatio. de quo per Cyn.in.l.actor.C.eod.tit.⁊ per Dyn.in regula, non debet aliquis.in.vi.seq.L.aduersus.

Super hac authentica, imo. vltra Mo. videatis Maria.soc.in ru.de dilat.quest. ii.Io. de imol.in c. cũ cõtingat.de iureiur.do.Panormi.in.c.ii. de pigno.⁊ l.e.odoardus.de solu.⁊ in cõs. xii. in.ii. vol. Fede.in cõs. lxxii.do. de Rota deci.cli.⁊.ccv.mama.soci.⁊ domi. Barba.in.c.si diligẽti.de foro cõpe.domi.Iaso.⁊ do.Gome. in.§. si.insti. de actio. ⁊ Mo. in tracta. de pignoribus.in que.lxxii.vsq; ad que.xcii.⁊ domi. Alex.in cõs.clxv. in.i.col.in.v.vol. vltra oẽs Mod. S. T.

SVMMARIVM.

☞ Creditor eligendo pignora,ac ea vendendo non sibi preiudicat, quin actione personali pro residuo debiti agere valeat, ⁊ dominus non exigitur pro mutuo facto suo colono, licet tempore mutui castaldus, siue factor ipsius domini presens fuerit.

ADuersus. Creditor † eligendo pignora, ac ea vendendo non sibi preiudicat, quin possit agere act.personali pro residuo debiti. hoc dicit primo. Et dominus non exigitur pro mutuo facto suo colono, licet tempore mutui castaldus, siue factor ipsius domini fuerit presens. hoc dicit secundo, cum.l. sequenti. Et circa.l.aduersus.vide dicta in.l. si pro mutua. in fine. C.si certum petatur. ⁊ doct. in.l.creditor. ff. eodem titulo.⁊ in aliis iuribus hic,in gloss.allegatis, vltra que dicas secundum Ange.hic, quod si creditor accepit tenutam bonorum sui creditoris, ⁊ sic elegit hypothecariam, non tamen prohibetur agere act. personali contra ipsum debitorem: vt incarceretur ex forma statuti, per hunc text.not.cui non obstat,que habentur in l.finali.C.de codicillis. ⁊ in.l. quod in heredem. §.eligere.ff.de tribu.⁊ in.l.nemo ex his.§.quoties. ff.de regul. iuris. vbi electa vna via agendi ex pluribus precluditur alia, dicas secundum Raphaelem, quod quando competunt alicui plures vie ordinarie non contrarie, sed se compatientes, tunc vna non tollitur per aliam electam,vt hic: sed quando competunt plures vie contrarie, ⁊ tunc secus ita procedant contraria, de quo latius vide per doctor. maxime dominum meum, in.d.l. finali. Secundo, tene menti text.in.l.nimia. quod sicut colonus non potest regulariter conueniri vel exigi pro debito domini.l.ob causas.C.eodem.ita econtra dominus non potest conueniri pro debito coloni. vt hic:⁊ ratio inducendi fuit,quia dominus ⁊ colonus sunt correlatiua, cum vnum dicatur respectu alterius: sed natura correlatiuorum est,vt statutum in vno dicatur,statutum in alio.l.fin.C.de indict.viduit.cum simil.ergo postquã fuit statutum colonum non teneri pro debito domini,vt si.necessario erat inducendum,idem econuerso per dictam rationem,⁊ ratio dubitandi erat isto casu,quia cum istud mutuum fuerit factum colono, presentibus actoribus, siue factoribus domini, videbatur propter hoc obligatus dominus,tamen secus est:vt hic in tex.⁊ ratio decidendi est,quia factum presente aliquo ⁊ nõ contradicente quod est in sui preiudicium non videtur approbatum, sed reprobatum:⁊ sic taciturnitas non habetur pro consensu. l.qui vas. §.vetare. ff.de furtis. ⁊.l.filius.§.inuitus.de procurat.cum simil.ergo ⁊c. sequitur Tex.ob es alienum.

SVMMARIVM.

1 ☞ Pro debito pecuniario liber homo seruus creditoris effici non compellitur: si autem creditor cogit debitorem effici suum seruum penis hic insertis punitur.

OB æs alienũ. * Pro debito † pecuniario liber homo seruus creditoris effici non compellitur: si autem creditor cogit debitorem effici suum seruũ punitur penis descriptis, in hac auth.h.d.cum ap.h. imo a debito.⁊ aduerte,qꝛ ista.l. potest secundũ gl.⁊ doc.intelligi duobus modis. Primo,quod loquatur in propria seruitute qua quis subiicitur dominio alterius:vt scilicet debitor non compellatur seruire suo creditori, ⁊ hanc intelligentiam communiter sequuntur doct. ⁊ ratio decidẽdi fuit,qꝛ cum libertas sit quid inestimabile. l. libertas. de reg.iur.⁊.l.fin.de his,qui deie.vel effud.⁊.l.ex hac.l. ff.si quadru.paupe.fec.dica. ac etiam libertas nõ bene vendatur pro toto auro. l.plane. la.§.de lega.i.merito pro debito pecuniario libertas dari non potest: vt sic debitor efficiatur seruus per hunc tex.vel etiã pro debito pecuniario debitor dare filiũ suum liberũ creditori,vt eius efficiatur seruus:prout intelligit gl. hic. Potest ⁊ secundo modo intelligi iste tex.secundũ gl.Bar. ⁊ doct.quod debitor non possit cõpelli ad seruiendum creditori.i.ad prestandũ aliquas operas:puta,vt stet pro famulo per vnum annũ,vel prestet alias operas similes;⁊ est ratio, qꝛ licet quis possit locare operas suas alicui. l.qui operas.ff.loca.l.cũ stipulatus sim mihi a Proculo.de ver. signific. tamen cum opere cõsistant in facto, per ea que habentur in.l.ii.§.Cato.eo.tit.⁊ quis nõ possit precise cõpelli ad factũ.l.si.si quis in ius voc. nõ ier.⁊.l. si quis ab alio.§.si.de re iudi.⁊.l.stip.non diuidũtur.§.Celsus. de ver.obl.imo liberatur promittens factũ soluẽdo interesse;vt ibi,⁊.l.i.ff.de act.emp. merito promittẽs seruire.i.operas prestare, non potest inuitus cogi ad illas prestandũ.ita intelligat hic,⁊ licet in se sit vera ista lect. tamẽ non congruit huic litere propter auth. hic positã. que imponit penas creditori cogenti aliquẽ debitorem sibi seruire,⁊ sic venit addictiue ad. l.C.merito secundũ eã debet intelligi.l.sed non reperitur iure cautũ, quod recipiens operas a debitore puniat. igitur ⁊c.⁊ aduerte,qꝛ talis creditor cogens debitorẽ effici suum seruum pro debito pecuniario patitur tres penas. Primo, qꝛ amittit ius quod habebat contra debitorẽ. Secũdo tantundẽ prestat debitori, siue suis parentibus,quod qualiter intelligat,vide hic in gl. Tertio punit pena corporali,supple secundum Bar.quã arbitrabit iudex per rationẽ,qꝛ quoties aliqd est statutũ non tamẽ declaratum remittit arbitrio iudicis:vt habet in.l.i.in fi.de iure delib.prout istas tres penas ponit tex.in hac auth.quam intellige secundũ Bal. pcedere,vt vna pena non tollat per aliã, qꝛ si soluit tantundẽ creditor nihilominus punietur pena corporali, quod not.⁊ licet quis non possit cogi seruire:vt hic dicit tex.tamen secundũ gl. liberatur per tex.in.l.fin.C.de cap.vbi redẽptus ab hostibus cogit seruire illi qui eum redemit per quinquenniũ. Itẽ limitatur secundum Bal.in feudatario,qui ex natura feudi cogitur seruire domino. Item limitatur quãdo quis efficitur seruus autoritate iudicis:puta,quia ad instantiã creditoris debitor est incarceratus,que incarceratio,licet sit quedam species seruitutis.l.ii. ff.de libe. ho.exist. tamen est permissa.l.i.C.qui bonis ced.poss.facta tamen prius discussione bonorũ:vt habetur in.l.ii.§. tutores.

iuncta

iuncta gloss. ff. de suspectis tutoribus, vel curatoribus. Item limitatur quando quis daretur in obstagium, quo casu est permissum secundum Baldum, per textum in capitul. ex rescripto. extra, de iureiuran. Gloss. fin. huius authentice, imo querit, qualiter intelligatur text. quod creditor tenetur dare tantundem detento, scilicet in seruitute, vel parentibus eius dic, vt in ea, ⁊ inquantum dicit quod tenentur parentibus extraneis heredibus, qui successerunt detento not. Bald. ⁊ Salic. quod pena quam petere poterat defunctus transmittitur ad heredes: vt eam petere possint, ⁊ ideo dicunt quod stante statuto, vt pars bonorum homicide applicetur filijs interfecti, quod si dicti filij in eorum vita non exegerit dictam penam poterunt eorum heredes, quanuis extranei petere per hanc glossam, que vltimo querit: vtrum possit renunciari istis legibus, scilicet quod debitor possit effici seruus ⁊ creditor, aliquas non patiatur, ⁊ respondet quod non, ex quo notat Bald. quod vbi est aliquid a iure prohibitum, illi partes non possunt renunciare per hanc glossam. de quo tamen per doctor. in. l. si quis in conscribendo. supra, de pactis. ⁊ pro hoc, ista glossa allegatur per Bartolum, ⁊ docto. in. l. alia. §. eleganter. solut. matrimonio. an possit renunciari per pactum, quod debitor non possit cedere bonis, ⁊ sic quod cogatur stare in carceribus. Item an valeat pactum, quod debitor non soluens infra tantum tempus incarceretur, de quibus omnibus ⁊ alijs vide per doc. in. d. §. eleganter. seq. L. eum cui.

SVMMARIVM.

1 Mutuo pecuniam accipiens est a creditore conueniendus, non autem vendens mutuario merces, qui mutuatarius dictam pecuniam soluit.

1 Eum cui. Qui accepit † pecuniam mutuo est a creditore conueniendus, non autem ille qui vendidit merces mutuatario qui soluit dictam pecuniam pro eis, hoc dicit. In textu ibi, cedisti. tene menti, quod mutuans non potest conuenire alium quam illum, cum quo contraxit: licet pecunia mutuata peruenerit ad manus alterius: vt hic est textus, ⁊ in. l. aduersus. §. si certum petatur. faciunt que habentur in l. si his. §. depositi. ⁊ in. l. is solio. ff. de condictione indebiti. ⁊ est ratio, quia actio personalis resultans ex contractu non competit, nisi contra obligatum, vel eius heredes. l. fina. §. finali. de contrahenda emptione. ff. non autem sequitur rem. ⁊ sic non competit contra singularem successorem. l. 1. §. si heres. ad Trebell. sed mutuum repetitur certi condictione speciali secundum veram opinionem, de qua in. l. certi condictio. in princi. si cert. peta. que condictio est actio personalis. §. sic itaque. de actio. ergo solum intentatur contra mutuatarium, non autem contra alium ad quem peruenit dicta pecunia per supradicta iura, que non solum habent locum in pecunia, sed etiam procedunt in alijs rebus venditis per aliquem: puta Titio, qui Titius postea alij vendidit, vel aliter tradidit, qui non potest conueniri per ipsum primum venditorem: vt ipse secundus emptor possessor dictarum rerū reddat dictas merces ex causa pretij sibi non soluti per primum emptorem secundum Bal. Salice. ⁊ doct. secundum quos istud est verum, quando primus creditor transtulit dominium rei in debitorem: vt hic fuit, sed si non transtulit dominium, tunc posset agere contra quencunque possidentem dictam rem: vt habetur in. l. procuratoris. §. sed si dedi. ff. de tribu. quod not. In tex. ibi, competenti debes act. tene menti. secundum Angel. quod agens debet proponere competentem, ⁊ aptam act. in libello, vt hic dicit text. ⁊ in. l. 1. §. de formu. ⁊ in. l. legis. §. si cum ea. §. de dotis promissio. ⁊ sic non procedit secundum eum dictum Innoc. in. c. examinata. de iudi. dicentis sufficere narrationē aptam ⁊ conclusionē, licet inepta inferatur actioni: quia imo actio debet esse apta per hunc tex. sed aduerte, quia doc. communiter omnes in. l. edita. §. de edendo. ⁊ in. l. 1. in princ. ff. eo. tit. sequuntur Innoc. per tex. in. c. dilecti. extra, de iudic. ⁊ sic cōtra Ang. quod tene menti, vt hodie sufficiat apta narratio ⁊ cōclusio, nec requiratur expressio actionis, vel si exprimitur nō vitiat si exprimatur inepta per predicta. seq. Lex, est in arbitrio.

SVMMARIVM.

1 Creditor habet facultatem agendi actione personali contra debitores obligatos, ⁊ actionem hypothecariam contra rerum possessores sibi per debitorē obligatarum, nisi sint muniti debitores lōgi temporis prescriptione, quod hodie est correctum, quia primo debet agi contra principalem debitorem, ⁊ alios accessorie obligatos, quam contra tertios pignorū possessores agatur.

a 1 Est in arbitrio. a Creditor † habet facultatē agendi actione personali contra debitores obligatos ⁊ act. hypothecariam contra possessores rerum sibi per debitorē obligatarum. nisi sint muniti prescriptione longi temporis, quod hodie est correctum: quia primo debet agi contra principalem debitorē, ⁊ alios obligatos accessorie, quam agatur contra tertios pignorū possessores. h. d. cū auth. sed hodie. tene menti. quod de isto iure antiquo poterat creditor agere ad consequendum suū contra vtrūquenque. s. debitorem obligatū ⁊ possessores pignorum, ⁊ sic agere act. psonali, ⁊ hypothecaria eas cumulando quod erat verū secundum Bal. ⁊ Raph. quando intentabatur cōtra diuersos: vt erat in casu nostro, quia tunc erat permissum, vt hic: ⁊ in iuribus allegatis in gl. in verbo, pignora. quod intellige verum quando obligatio bonorum fuit expressa, sed si fuit tacita: tunc etiā de isto iure creditor nō poterit agere contra possessorē bonorū creditoris sibi tacite obligatorū, nisi facta excussione, ⁊ reperto debitore principali qui nō esset soluēdo: vt est tex. in. l. mechis. ff. de iure fisci. vbi fiscus non agit cōtra possessores bonorum sibi tacite obligatorū ac alienatorū per suum debitorem, nisi debitor non sit soluendo secundum Bar. ibi, ⁊ gl. Bal. ⁊ doc. hic. hodie autem istud est correctum per auth. hic positam. ⁊ auth. hoc si debitor. §. de pigno. vbi non licet agere act. hypothecaria quando potest agi act. personali contra debitorem qui sit soluendo, quod est verum quādo agitur contra diuersos. s. debitorem principalē ⁊ alium possessorem bonorū obligatorū, secus si ageretur act. personali, ⁊ hypothecaria contra debitorē solum qui isto casu licet, nec requiritur alia excussio: vt est text. in auth. de fideiusso. §. neque. secundum doct. quod not. sed licet hodie non possit creditor agere contra tertios possessores act. hypothecaria, nisi facta prius excussione, vt. §. limitatur tamen pluribus modis quos ponunt gl. ⁊ doc. in. d. auth. hoc si debitor. ⁊ maxime quādo principalis debitor, licet sit soluēdo, tamē nō potest cōueniri aliqua ex causa: prout tenuit gl. ⁊ doc. in d. auth. hoc si debitor. sed dubitatur qualiter fiat excussio, ⁊ probetur debitorem principalē non esse soluendo, dicas pluribus modis quos ponūt hic Bal. ⁊ docto. ⁊ Bar. in. l. stipulatio. §. habet. ff. de no. ope. nun. ⁊ Bar. ⁊ doc. in. l. a diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. inter quos ponūtur duo magis practicabiles. Primo, quod creditor faciat citari ipsum possessorē pignorū, ⁊ deinde faciat sibi statui terminū per iudicem: vt ostendat si sunt aliqua bona debitoris principalis, que possint sine cōtrouersia possideri: nam incontinēti elapso termino, ⁊ nihil docto per dictū possessorē poterit statim creditor agere hypothecaria cōtra dictum possessorē secundū Ang. in l. decē. de ver. ⁊. l. si vacātia. §. de bo. vacā. lib. xi. ⁊ in. d. §. in vēditione. per gl. ibi, que istud in veritate non dicit secundum doc. qui ponunt alium modū ⁊ securiorē. s. quod iudex mittat nuntiū ad videndū ⁊ sciendum, vtrum sint aliqua bona talis debitoris, quo discusso adhibebitur fides tali nuntio, per ea que habentur in. l. magis puto. §. ne passim. ff. de rebus eo. ⁊ in. l. ij. §. quando fiscus, vel priua. ⁊ in. l. presenti. in ver. adijcientes. §. de his, qui ad eccles. confug. ⁊ habetur per Spec. in tit. de primo ⁊ secundo decreto. §. sequitur. ver. nuntius, ⁊ verb. verum, ⁊ hanc practicam seruat consuetudo, ideo eam nota. Gloss. in authentica, sed hodie. opponit de. §. ad hoc. in authentico, de litigio. vbi deciditur quod creditor

a Super ista. l. est in arbitrio. videatis Barto. ⁊ Ro. in authentica. hoc si debitor. §. de pign. Pau. de ca. in cōs. clxxij. ⁊ do. Frāci. Areti. in cōs. xxxij. in vlt. col. S. T.

Super ista authentica, sed hodie. vltra Ro. videatis Pau. de ca. in cōs. clxxij. incl. ad primum quesitū. ⁊ videatis Iaco. de bel. ⁊ Ang. in corpore. do. Sali. hic. ⁊ do. Sali. in authentica, presente. de fideiusso. S. T.

Potest agere contra principalem debitorem, & contra pignorum possessorem non facta alia excussione. glo. solvit pluribus modis hic, & in. dicta authent. hoc si debitor, tandem in solutione ibi finali dicit, quod ideo creditor agit contra possessorē rei sibi obligate, quia debitor vendidit dictam rem dicto possessori post litem contesta, cum dicto debitore per dictum creditorem. ita intelligatur. d. §. ad hoc. secus si non fuisset lis contestata: quia tunc secus ita procedat hic, & hanc solu. sequitur Bart. in. l. distractis. ff. de pigno. & Salice. hic subdens, quod etiam creditor potest agere contra tertium possessorem rei sibi obligate, quādo debitor vendidit rem obligatam, lite non contestata contra eum per creditorem cum pacto, quod pretium solveretur creditori, cui pacto emptor consensit: nam si postea non est sibi satisfactum de dicto pretio, poterit agere contra dictum emptorem possessorem nulla facta excussione principalis debitoris. & hoc idem tenuit glos. in so. penultima. in. d. auth. hoc si debitor. seq. Rubr. ut actiones, & ab her. &c.

Ut actiones, & ab hæredibus, & contra hæredes incipiant. Rubrica.

SUMMARIUM.

1 Continuatio ru. & tituli incipientes per, ut: & per, ne: possunt uti textus allegari: secus si ru. incipiat per, an: vel, ubi: vel, quando: vel, si quod: & similes.

Continua rubricam, 1 ut in gl. & adverte, quod cum ista rub. loquatur dispositive & perfecte. prout sunt omnes rubr. incipientes per, ut: ut hic, & in rubr. ff. ut nemo invitus. & in rub. ut intra cert. temp. & simi. & etiam ru. incipien. per, ne: ut in rub. ff. ne fili. pro pat. & in ru. ff. ne fideius. dot. den. & simil. possunt allegari pro tex. secundum Bald. in rubr. ff. an servus ex suo facto &c. faciunt que habentur in rub. ff. si quis testam. liber esse iussus fue. secus si rub. inciperent per, an: vel, ubi: vel, quando: vel, si quod: & similes. que cum non loquantur dispositive, nec perfecte, non possent allegari, nec facerent fidem. de qua tamen materia habetur per Imol. in rub. de ver. & per doc. in rubr. ff. si cer. pet. & per aliquos in rub. ff. de eo per quē factum fuerit. seq. Lex, cum stipulationes.

SUMMARIUM.

1 Licet olim obligationes & actiones ex cōtractibus & ultimis voluntatibus non possent incipere ab heredibus & contra heredes, hodie tamen regula antiqua sublata possunt, & ex natura dictionis, alius, similitudo inducitur, & proprie & improprie contractus assumitur, & magis improprie.

Cum stipulationes. [1] Licet † olim obligationes & actiones descendentes ex cōtractibus & ultimis voluntatibus non possent incipere ab heredibus & contra heredes, hodie tamen possunt illa regula antiqua sublata. h. d. Dividitur secundum Cyn. & Bal. in tres partes. In prima ponitur causa presentis sancionis. In secunda ibi, nos autem ponitur ipsa sancio. sive statutum. In tertia ponitur ratio ipsius statuti. ¶ In tex. ibi, & alios contractus tene menti. iuncta gl. j. quod cum ex natura dictionis, alius, sit similitudinem inducere: ut dicit gl. j. xxvi. distinctione. in canone, deinde. & not. Dominicus de sancto Geminiano. in. c. i. in fi. de excessib. prelat. quod stipulatio dicatur esse contractus, prout etiam probatur in. l. si donationis. ff. quod

1 ¶ Super ista. l. cū stipulationes. a videatis pulchra: dicta Bal. Sali. & do. Cornel. & videatis do. Alex. in cōsi. lxxviij. in iiij. vol. do. Soci. late in cōsi. cxxxvij. do. Alexā. in consil. lxxxi. in. j. vol. domi. Soci. & Mo. in. l. Paulus. de re. dubijs. S. T.

metus causa, cui videtur obstare tex. in. l. Labeo. §. contractum. de verb. sig. ubi dicitur quod contractus tunc est quando reperitur ultro citroque obligatorius. i. ex utraque parte contrahentium oritur obligatio, ut est in emptione & vēditione, ubi emptor obligatur ad pretiū. l. Julianus. §. offerri. de act. empt. & venditor obligatur ad rem tradendam: ut habetur in. l. i. ff. eo. tit. & in simil. contractibus dic, quod ibi loquitur de contractu proprio, hic autem stipulatio dicitur contractus improprie, cum ex una parte tantum veniat obligatio. s. ex parte promittentis, prout est etiam contractus mutui qui improprie dicitur contractus eo, quia recipiēs tantū obligatur & non ambo contrahentes. l. ij. ff. si cert. pet. prout etiam est in cōtractu donationis, cum tantū donator obligetur ad tradendū: ut not. in. l. cōtractus. ff. de fide instr. potest & tertio modo dici contractus magis improprie, quando ex neutra parte venit obligatio, sed potius dissolvitur obligatio: ut est contractus transactionis facte nudo pacto, ex qua non agitur ante implementū: ut per Bar. & doc. in. l. sive apud acta. ff. de transac. & ut est etiā contractus acceptilationis que est liberatio a debito. ut in. §. item propter. instit. quib. mod. tolli. ob. que omnia no. propter statuta, que debēt proprie & stricte intelligi maxime in materia exorbitanti. l. si vero. §. de viro. solu. mat. cum simi. quia si in eis sit mentio de contractibus, debent intelligi de proprijs. i. de illis qui sunt obligatorij ex utraque parte contrahentium secundum Bal. in. l. contractus. preallegata. ¶ In tex. ibi, nos autem. tene menti, quod cū de iure antiquo nō poterāt incipere obligationes & actiones ab heredibus, nec cōtra heredes, & si contrahentes contrariū disponebāt nō valebat, & ideo si quis legasset alicui: ut deberetur legatū post mortē legatarij non valebat legatū: quia nō poterat incipere ipsa actio ab ipso herede, cum ex voluntate testantis non incepit ab ipso legatario: ut habetur in. §. post mortē. instit. de lega. Item si quis stipulatus esset aliquid sibi dari post mortem promittentis, vel stipulantis non valebat stipulatio: ut habetur in. §. item post mortē. instit. de inutil. stip. & in. l. scrupulosam. ff. de cōtrah. & commit. stip. quod quidem etiam de iure antiquo limitabatur in stipulatione conditionali: ut vult hic gl. in verb. antiquitas. & ideo si stipulatus fuissem aliquid mihi dari, si navis ex Asia venerit vel sub alia conditione, & existebat cōditio post mortē meā, vel promissoris poterat heres exigere & conveniri, & sic incipiebat actio ab heredibus & cōtra heredes: ut est tex. in. §. ex conditionali. instit. de ver. ob. ista autem scrupulositas fuit correcta per Justinianum in dictis iuribus, & sic quod legata collata post mortem legatarij, vel stipulationes collate post contrahentiū mortem valerent & sortirentur effectum: ut ibi, & quia non sufficiebat istud esse correctū & inductum, nisi etiam corrigeretur ratio propter quam fuit a prin. inductum, ideo hic Justinianus illam rationē corrigit & inducit, quod etiam obligatio & actio hodie possint incipere ab heredibus & cōtra heredes, ex quo not. hic Salic. quod non sufficit aliquid corrigi, nisi corrigatur eius ratio, nec sufficit tollere materiatum: nisi tollatur materia, nec sufficit tollere causatum vel productum: nisi tollatur causa vel producibile per hunc text. sed videtur quod vigore legati collati post mortem legatarij non possit incipere actio in persona heredis, si non incepit in persona legatarij cum legatum cuius dies non cessit, ut posset exigi in vita legatarij non transmittitur ad heredes: ut est tex. in. l. unica. §. sin autem sub conditione. infra, de caducis tollendis. ergo isto casu actio non incipit ab herede contra hunc text. dicas secundum Bartolum hic, quod contrarium loquitur, quando non apparet de mente testantis, & sic non exprimitur per testatorem: ut legatū transeat ad heredem, sed quando exprimitur: ut in casu nostro, scilicet quando testator legavit post mortem legatarij est secus: ita intelligitur iste tex. secundum eum. Ultimo, gloss. fin. faciens differentiam inter legatum & stipul. quo ad inceptionem obligationis & actionis ab heredibus & contra heredes, tene menti, quod obligatio & actio est orta debito contracto in diem, etiam antequam dies veniat: prout in hac opi. fuerunt communiter gl. licet aliqui dixerint contrarium, de quo tamen hic per Cyn. & Bald. dicentes pro & contra, & per Bartol. in. l. ita stipulatus. in illa. q. quando committatur stipulatio in diem

in dictum. ff. de verb. obl. & per Modernos. in l. certi condictio. in prin. ff. si cer. pet. per quos etiam vide de vltima quest. posita hic, in gl. in l. si quis in conscribendo. C. de pac. seq. Rub. ne vxor pro marito, &c.

Ne uxor pro marito, uel maritus pro uxore, uel mater pro filio cōueniatur[a]. Rub.

C Ontinua rubricam, vt in gl. Et de prima parte Rub. loquitur. l. i. & ij. De secunda loquitur. l. iij. De tertia loquitur. l. iiij. sequitur Tex. prima, & secunda.

S V M M A R I V M.

1 ¶ Vxor ex contractu sui mariti conueniri non potest etiam si pro marito fideiubeat, cum iuuetur beneficio Velleiani, & authentice, si qua mulier. C. ad Velleia. & §. illud vero. vt nulli iudicum. & res sue per fiscū occupari non possunt propter culpam vel debitum mariti, dummodo se illarum rerum dominam probet.

L Ex prima. h. dicit.

1 Vxor † non potest conueniri ex cōtractu sui mariti, etiā si pro marito fideiubeat, cum iuuetur beneficio Velleiani. h. d. primo. & res sue non possunt occupari per fiscum propter culpam vel debitum mariti, dummodo probet se dominam illarum rerum. h. d. secundo, cum. l. seq. Tene menti text. in hac. l. i. quod vxor, vt non teneatur ex contractu mariti non debet discutere, an contractus valeat, vel ne: quia siue valeat, siue non. non tenetur, nec est obligata ex illo contractu, vt hic. Ex quo no. Bal. quod coram iudice non est disputandum de re impertinenti & superuacua, & ratio dubitādi erat in hoc text. quod cum vxor dicatur vna caro & vnus sanguis. vt cap. Martinus. de cogn. spirit. & dicitur socia diuine & humane domus. l. aduersus. C. de crimine expil. hered. & etiā sequitur forum viri. l. exigere. ff. de iudi. & l. cum quedā puella. ff. de iurisdic. om. iudi. & vxor dignitatem, priuilegium & honorem recipit a viro. l. femine. ff. de senato. & l. fi. C. de agentibus in rebus. lib. xij. & l. medicos. & l. fi. C. de professo. & medicis. & corruscat radijs mariti, vt est text. in authen. de consulibus. §. si vero. ideo videbatur quod si recipit tot beneficia a viro, quod etiam deberet sentire onera: & sic vt teneretur ex contractu sui mariti, per ea que habentur in. l. secundū naturam, de reg. iur. & in. l. si quis dolus. §. i. ff. si quis omissa causa test. tamen secus est: vt hic est text. notab. Secundo tene menti text. in secunda parte, quod vxor intercedens & fideiubēs pro viro habet except. Velleiani. s. vt non possit conueniri vigore dicte fideiussionis: vt hic dicit tex. & quasi per totū. §. i. ff. ad Velleia. que quidē exceptio habet locū quando mulier intercesserit regulariter pro quocūque. Fallit in casibus positis per tex. gl. & doct. in. l. fi. C. ad Velleia. hodie vero de iure nouissimo propter nouam constitutionem vxor intercedens pro viro nō obligatur ipso iure: vt est tex. in auth. si qua mulier. C. ad Vell. & in auth. vt nulli iudicum. §. illud vero. secundum gl. hic, per quā dicunt Bald. & doct. quod si vxor intercedens pro viro alicui renuntiauit iuramento beneficio Velleiani, quod potest secundum gloss. in d. l. fi. per. l. fi. §. pen. ff. eod. tit. tamen si non renuntiauit beneficio noue constitutionis, que reddit eam totam ipso iure: vt. d. non poterit etiam conueniri per eum cui intercessit & fideiussit secundum Bal. & doc. hic, quibus adde tu, quod ista de causa notarij periti apponunt in instrumentis, in quibus mulieres fideiubent pro marito, vel alijs se obligant: quod talis renuntiauit beneficio Velleia. & noue constitutionis, & omni alij legū beneficio: quod tene menti. Tertio tene menti tect. in. l. ob maritorum. secundum Raph. quod quemadmodum vxor non potest molestari propter contractum mariti: vt. d. l. proxima. ita non potest molestari propter delictū vel culpā mariti, propter quam veniebant occupanda & capienda eius bona, vt non occupentur per fiscum bona ipsius vxoris: vt hic est text. & in. l. res vxoris. C. de don. inter virum. vbi ponitur ratio. s. ne vxor astringatur infortunio alieni criminis. & in. l. i. C. ad legem Iuliā de vi. quod tamen limitatur secundum gl. hic, quam sequuntur docto. quando fiscus occuparet bona ipsius vxoris propter administrationem dignitatis primipilaris, ex qua suus maritus remansit debitor: quo casu licet fisco occupare bona vxoris, facta prius discussione, & sic non superexistentibus alijs bonis mariti: vt est tex. in. l. satis notum. C. in quibus cau. pig. tacit. contra. vbi dicit Bartol. esse speciale: sed aduerte, quia isto casu licet fisco occupare bona vxoris, scilicet dotalia: alia autem bona, scilicet paraphernalia: vt sunt illa que habet vxor, & non sunt dotalia: sed sunt tradita marito administranda per vxorem, in quibus dicitur maritus legitimus procurator vxoris sine mandato: vt est text. in. l. fin. C. de pactis conuen. vel alia bona que non dicuntur dotalia vel paraphernalia, sed dicuntur extra dotem: vt sunt bona que habet ipsa vxor, & ea administrat per seipsam, non autem per maritum, in quibus maritus non dicitur legitimus procurator: vt habetur in. l. maritus. C. de procuratoribus. vbi Bartol. considerat istas tres species bonorum vxoris: nam non poterit ista bona occupare fiscus etiam in supradicto casu: vt est text. in. l. i. C. de priuilegio fisci. Quarto tene menti hunc textum in fin. quod vxor probando se dominam rei potest impedire executionem fiendam super dicta re ad instantiam creditoris sui mariti, & sic est opus quod vxor probet dominium rei, quod intelligit verum gloss. in verbo, occupate. quando ipsa non possideret dictam rem, sed si possideret, non esset opus probare se dominam, sed sufficeret probare possessionē secundum hanc glossam, quam Bartol. & docto. hic. & in. l. a diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudica. sequuntur. quod non solum habet locum in istis terminis, sed quādocunque quis vult prohibere, ne occupetur res pro executione sententie, quod si dicta res reperitur penes condemnatum, & tertius dicit esse suam: & per consequens prohibere executionem, debet probare se dominam dicte rei: secus si reperitur res penes tertium, quia tunc non incumbit sibi onus probandi se dominam per predicta secundum docto. ibi, sed dubitatur, si sunt res in domo, in qua maritus & vxor habitant, & creditor vult eas capere pro executione sententie late contra maritū antequā sumantur, mariti an vero vxoris, dicas secundum Bal. quod presumit in dubio mariti ꝓpter ipsius preeminentiā, per ea que habētur in. l. a. ff. rer. amo. supple tu, & per ea que habētur in. l. quintus. ff. de don. inter virū. & in. l. etiā. C. eo. tit. vbi in dubio quicquid habet vxor, presumitur habere ex bonis viri, vt euitetur suspitio turpis questus, vt ibi: & ideo vxor volens prohibere executionem debet probare se dominā: vt est tex. sed eum in. l. si ego. §. dotis. de iure do. quod intellige, nisi ex qualitate rerum aliud presumeretur, puta si essent res tantum pertinentes ad mulieres, & quibus sole mulieres vtuntur: nam tunc non esset opus probare se dominam, quia ex hoc presumeret domina. vt not. in. l. pe. de con. instit. & in. l. i. ff. fam. ercis. secundū Bal. & de ista materia vide latius per doc. in. d. §. si super rebus. seq. L. cum te.

S V M M A R I V M.

1 ¶ Vxor pro debito mariti grauari non potest, etiā in non dotalibus rebus, sicut mater non grauatur pro debito filij, & maritus pro debito vxoris, nisi pro ea fideiusserit, & mater soluens partem debiti filij sui, non propterea cogitur soluere residuum, & qui pro debito vnius alium grauat propria authoritate punitur grauans in quadruplo, & a iure suo cadit.

C Vm te. hoc dicit.

b 1 [b] Vxor † non potest grauari pro debito mariti etiam in rebus non dotalibus sicut mater non grauatur pro debito

---

a ¶ Super ista rubrica ne vxor pro marito. vltra Mo. habetis egregias decisio. Anto. de bu. in cōsi. lxi. do. Alexā. in. xiij. in. ix. col. in. i. vol. do. Feli. in. c. cognoscentes an. i. col. de consti. & limitate. primā partem tl. per textū. l. pen. C. qui. ca. pig. ta. cōtra. S. T.

b ¶ Super ista authentica. sed omni no. Mo. post Bal. tractāt represaliarum materiā. vos vltra eos & vltra Mod. in ru. so. ma. & in ru. de lega. i. videatis pulchras & notabiles decisi. do. Bal. hic. Andre. de isernia. & Bal. i. c. i. de mi. va. qui contu. est. Bal. in authētica. habi. C. ne fi. in iij. & iiij. col. Bal. in. l. ex hoc iure. que. xxij. & xxiiij. Angan cōsi. xvij. Anchar. in cōsi. cclxxxiij. & in. c. i. in. vi. que. extra de iniur. & damno dato. & in. c. i. de iniuri. in. vi. Dy. & do. Fran. in. c. nō debet. de re. iuris in vi. do. Soci. in cōsi. cexxxiiij. ij. volu. & Mod. in tracta. represalium presertim longobardorū. vltra Bar. in tracta. represa. Cy. & Ang. in di. authentica habita. S. T.

¶ Et in represaliū materiā videatis Io. de lignano in tracta. represa. Rom. i. l. si finita. in. §. si de vectigalibus. de damno. inf. & in cōs. cxiij. Albe. in tra. statuto. in. i. parte. quest. iij. Bal. i. c. i. de fo. fi. & Bal. in authētica ōēs peregrini. C. commu. de succe. S. T.

a ¶ Super cōtinuatione istius ru. vltra Phil. & do. Anto. de ale. ac Floria. videatis Bal. & sali. & limitate. hūc ti. ne filius pro patre. singulariter & egregie per do. Alex. in. l. quāuis. in princi. solu. ma. & in cō. xxiij. in. i. col. in. i. vol. & do. Bar. vero. in. c. leo. & aliū modum faciendi vt filius teneatur pro patre ponit do. Bart. vero. in cau. cclxvi. & an valeat statutū q filius teneatur pro patre & econuerso videatis do. Alexā in consi. cxij. in viij. col. in. i. vol. do. Curti. feni. in consi. xcij. in vlt. col. domi. Phili. deci in. c. ij. in. ij. col. de cōstitutio. & vbi lex obligat patrem pro filio semper intelligitur q fecerit hoc eū pro quo obligatur. & idē in ceteris personis. vt decidit domi. Frāci. Areti. in cōsi. xc. & d. Soci. in. l. modestinus. in. i. no. ff. de exceptio. & generaliter de materia cōctarū partium ru. nostre, videatis vltra Mod. hic egregias & cōmunes decl. bar. in cōsi. cviij. & in. l. sicibus. de pec. lega. & in. l. iure potestatum l. de fabri. li. xi. Bald. in. l. i. l. de omni agro de. li. x. & vtrobiq do. Alex. in addi tioni. Bart. in. l. bis penis. l. de agri. & cēsi. cuma. in consi. cel. in. ij. dubio. Barto. & Mod. in. l. i. de inter. & relega. ff. do Alex. in. l. se pe. in. iij. col. de re iudi. Joan. de ana. in cōsi. lxvij. Feli. in. c. ius generale. in penul. & vlti. col. i. distin. do. Jaso. in. l. de quibus. in. xv. co. cū duabus sequē ti ff. de legi. & do. Jaso. late. in. l. si quis. in. ij. legia. l. de inoffi. testa. & do. Bar. Soci. per duas chartas in l. filiusfamilias. de verbo. obligatio. S. T.

b ¶ Super hac. l. i. videatis Bal. & do. Ripaz post alios in. l. his solis. in re. l. de reuo. dona. Roma. in fin. vers. Bal. & Roma. in. l. si filio. la secunda so. mat. Bal. & Sal. hic, Albe. in tra. sta. in prima par. q. lvij. & q. lxi. Sali. in. l. si filius. l. eo. Jo. de imo. in. l. Lucius. in. ij. dānatur. de leg. iij. in. l. ex facto. in. ij. si quis. ad Treb. & in consi. lxxxj. do. Soc. in cons. cclxxxiij. in. ij. vol. & cclxxj. eo. vol. & consi. xxxj. in. i. vol. S. T.

filij. & maritus pro debito vxoris, nisi pro ea fideiusserit. h. d. primo. Et mater soluens partem debiti sui filij non propterea cogitur soluere residuum. h. d. secundo, cum. l. sequ. Et qui pro debito vnius propria autoritate alium grauat, punitur grauans in quadruplo, & cadit a iure suo. h. d. tertio. cum authen. & ideo. & tene menti tex. ibi. sed ad sustentandam eam iuncto ibi. onerum municipalium quod cum maritus teneatur alere vxorem suam: vt habetur in. l. quod in vxorem. vbi de materia. ff. de negotijs gestis. per rationem vltra rationem coniunctionis, quia quoties quis habet vsum opera, & commoditatem rei animate, tenetur ad alimenta dicte rei: vt habetur in. l. in rebus. ij. possunt. ff. commod. sed marito vxor prestat operas ei lucrando, per ea que habentur in. l. sicut iuncta gloss. de oper. libe. ergo &c. ideo si pater vxoris sue alimentauit dando sibi aliqua predia, ex quibus se sustentauit vxor, quod tenetur maritus, & obligatur ad onera municipalia propter illa predia, & sic ad collectas & tributa. ita intelligo hunc text. vltra doct. scilicet quod vxor non teneatur pro illis oneribus municipalibus spectantibus ad maritum, & sic dicta bona data vxori per patrem illa de causa, vel pro alio debito non possunt occupari sicut bona dotalia. vt ff. l. proxima. & sic scias quod ad maritum spectat solutio collectarum & tributorum pro bonis dotalibus. vt est text. in. l. neque. ff. de impensis in rebus do. factis. & ibi per Bartolum, & etiam pro alijs bonis vxoris, si maritus ex eis percepit fructus. vt hic est text. sicut tale onus regulariter spectat ad illum, qui colligit fructus rei. vt est text. in. l. hactenus. & in. l. si pendentes. ij. si quid cloacarij. de vsufr. vbi vsufructuarius tenetur ad so. collectarum pro predio, in quo habet vsumfructum non autem proprietarius, quod idem est in vsuario: vt teneatur ad collectas rei in quo habet vsum, & etiam ad refectionem expensarū dicte rei non autem proprietarius, quod intellige procedere quando vsuarius solum participat, sed proprietarius & vsuarius participant: quia forte domus erat ampla, tunc ista onera pertinent ad proprietarium: vt habetur in. l. si domus. ff. de vsu & ha. de quo vide Ludouic. in notabili cclxi. & intellige quod collecta & alia onera realia pertinent ad vsufructuariū, quando fructus excedunt dicta onera si sint onera que equiualerent, vel excederēt perceptionem fructuum: tunc ad proprietarium spectarent dicta onera. vt est glo. in. d. ij. si quid cloacarij. & ibi Flor. & in l. qui concubinam. ij. qui ortos. de lega. tertio. quas sequitur Bartol. in. l. penult. eod. tit. ¶ Item tene menti tex. ibi, cum neque. quod cum maritus & vxor sint correlatiua, vt de se patet, cum vnus dicatur respectu alterius, & fuerit statutum maritum non conueniri pro debito vxoris. vt. l. Lucius. ff. ad municipa. secundum gl. hic fuit cōdecens, quod etiam statueretur idem in vxore: vt hic fecit Imperator, scilicet, quod etiam neq ipsa conueniretur pro debito mariti. sed aduerte, quia est statutum, quod mulieres intercedentes pro maritis suis, vel quibuscunque alijs iuuentur exceptione. l. i. ff. cum similibus. & tamen non est statutum econuerso quod maritus fideiubens pro vxore iuuetur etiam exceptione, imo effectualiter obligatur. vt hic dicit text. in fin. ergo est contra regulam correlatiuorum, vt statutum in vno censeatur statutum in alio. l. fin. l. de indict. viduitate. dicas quod dicta regula procedit, vbi est eadem ratio in vtroque: sed eadem ratio est in marito, quod non conueniatur pro debito vxoris, que est in vxore, ne conueniatur pro debito mariti. quam ponit hic text. in fin merito &c. sed quo ad fideiubendum non est eadem ratio, quia fragilitas sexus fuit causa inducendi tale beneficium mulieribus intercedentibus, que facilliter rogantibus fideiussio[illegible] bentur in. l. prima. ff. ad [illegible]n annuebant. per ea que habentur in. l. prima. ff. ad [illegible] Velleia. que fragilitas cessat in viris, ergo aliud est statu[illegible]t. vt hic. ¶ Item tene menti text. in. l. fin. quod solue[illegible]s partem debiti pro alio, vel soluens vnum debitum [illegible] alio, pro quo obligatus nō erat, non cogitur soluer[illegible] residuum vel alia debita, quod est verum quando solue[illegible]s nullo modo erat obligatus ad soluendum illud debit[illegible]m, prout hic: secus si erat obligatus, saltem naturalit[illegible]r, prout est heres obligatus naturaliter integra lega[illegible] soluere ex voluntate testatoris, licet non ciuiliter q[illegible]ndo potest detrahi falcidiam: vt habetur in. l. i. l. ad le[illegible]gem falcid. quia tunc soluendo vni legatum integru[illegible]m cogitur soluere alijs, & sic nō potest detrahere falcidi[illegible]am in alijs legatis, vt est tex. in authen. sed cum testator[illegible] l. ad legem falcid. ita intelligatur hic gloss. que in fi[illegible] opponit. de. l. i. l. de fideicom. vbi quis soluendo parte[illegible]m illius ad quod non erat obligatus, cogitur soluere r[illegible]esiduum: dicas quod ibi ideo est fauore alimentorum. prout ibi gloss. & doct. tenent, de qua tamen materia vide latius per docto. in. l. si certum annis. ff. de pac. & in. l. Lucius. ij. testator. de lega. ij. Vltimo vide authenticam, & omnino. in qua ponuntur pene quas patitur exigens vnum pro alio, de iure communi non esse permissas represalias, nisi ratione denegate iustitie. l. nullus. iuncta gloss. ff. de Judeis. quam materiam ponit Bartol per plures questiones, in suo tracta. represaliarum. & ponit Cyn. & Angel. in authentica, habita. infra, titulo primo. & Bald. hic. sequitur Rubrica, ne filius pro patre, vel pater pro filio &c.

Ne filius pro patre, vel pater pro filio emancipato, vel libertus pro patrono conueniatur [a]. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 ¶ Ex contractu mutui per filiū celebrato pater non tenetur, nisi filius sui iussu contraxerit, vel nisi filius peculium habeat, quo casu pater de peculio: tenetur. & ideo pater extra istos casus pro filio ad soluendum inductus repetit, & filius, vt filius non conuenitur propter debitum patris, vel officium male administratum, sicut pater non conuenitur propter officium decurionatus male per filium administratum, & filius patre viuente non est obligatus pro debito ipsius: & libertus, vel seruus non tenentur pro contractu ipsius patroni vel domini.

Lex prima. h. dicit.

b [b] Non 1 tenetur pater ex cōtractu mutui celebrato per filium emancipatum, nec etiam in potestate, nisi contraxerit eius iussu, vel nisi filius habeat peculium, quo casu pater tenetur de peculio: & ideo pater inductus ad soluendum extra istos casus pro filio repetit. h. d. primo. Et contra filius, vt filius non conuenitur propter debitum patris, vel officium male administratum. h. d. secundo. Sicut pater non conuenitur propter officium decurionatus per filiū male administratum. h. d. tertio. l. filius. Et filius non est obligatus ex debito patris viuente ipso patre. h. d. quarto. l. patris. Et libertus vel seruus non tenentur ex contractu patroni vel domini. h. d. quinto. l. finalis. Et tene menti plura ex istis. ll. & primo ex. l. prima. quod licet pater dicatur esse eadem persona cum filio. l. fi. l. de impuberum. & dicatur eadem vox patris & filij: vt insti. de inutili stip. ij. ei. qui. tamen pater non potest conueniri ex cōtractu filij emancipati, q pater & filius emācipatus non dicitur eadē persona. vt est gl. in. l. ij. l. qui etate. lib. xi. & in. l. si mater. ij. si quis hominem. ff. de execu. rei iud. nec etiam potest conueniri ex contractu filij in potestate. vt hic dicit tex. q quod sint pater & filius eadē persona, est ex quadam iuris fictione, que pro aliquibus causis fuit inducta. de quo per doc. in. d. l. fi. non autem habet locum isto casu per rationem, de qua in. l. ij. in fi. ff. tit. j. quod verū est: nisi filius habeat

habeat peculium, quo casu pater conuenitur ex contractu filij vsq; ad quantitatē peculij: vt instit. quod cum eo post prin. ⁊. l. 1. ⁊. ij. ⁊. l. nulla. ff. eo. ti. ⁊ hic est tex. ibi, duntaxat de peculio. ¶ Item est verum, nisi filius contraxerit ex iussu patris, quo casu tenetur pater, vt hic: ⁊. l. si. ⁊ quasi per totū. ff. quod iussu. ⁊ in. l. si ex cōtractu. ff. quod cum eo. ¶ Item secus nisi quod peruenit ex cōtractu filij sit versum in vtilitatē patris, quo casu tenetur pater insolidum act. de in rem verso: vt hic dicit glosella. ⁊ est tex. in. l. 1. ⁊ quasi per totum. ff. de in rem verso. ¶ Item tene menti tex. in fi. quod si ille qui non tenebatur soluere pro alio fuit coactus soluere, ⁊ sic pecunia fuit sibi extorta, quod potest repetere ab extorquente supple per condictionem indeb. secundum gl. fin. sed videtur quod etiam patiatur alias penas quas ponit tex. in. l. extat ff. quod metus causa. ⁊ in. l. si quis in tantam. ff. vnde vi. ⁊ in auth. ⁊ omnino. C. tit. 1. dicas secundum quod intelligit gl. in verb. extorta. quā sequunter doct. quod iste pater non fuit coactus soluere per vim, sed blandicijs ⁊ suasionibus, quo casu non loquuntur contraria: sed istum text. et cuius intelligentia tene menti secundum Bald. quod licet soluens scienter illud quod soluere nō tenebatur, non repetat. l. i. ⁊. l. is qui sciens. de condict. indeb. ⁊ in. l. cuius per errorem. de reg. iur. tamen inductus persuasionibus ⁊ blanditijs alterius ad soluendū, licet sciat se soluere indebitū, tamen repetit: vt hic est tex. cum isto casu dicatur soluere per errorem secundum Bal. de quo vide dicta in. l. i. C. de condic. indeb. ¶ Item tene menti tex. in. l. ij. quod filius. vt filius non potest conueniri nec molestari pro mala administratione facta per patrem: vt est text. hic. quem gl. intelligit, siue pater viuat, siue sit mortuus: sed bene eo mortuo potest cōueniri, vt heres: si filius immiscuit se hereditati paterne secundum hanc gl. quam Bal. ⁊ doc. sequuntur dicentes quod creditor patris agens post eius mortem contra filium male agit, nisi dicat ⁊ probet eum heredem cum teneatur eo, quia heres non eo, quia filius cum actio personalis transeat contra heredem, non contra filium. vt. ff. de hered. actio. per totum. ⁊ in. l. 1. si cert. pet. C. cum non sequatur hodie filius est, ergo heres: vt videtur velle ista gl. de quo vide per Bar. in. l. necessarijs. de acquir. hered. ⁊ in. l. si cum dotem. §. transigre. sol. mat. quod no. in practica. Et aduerte, quod etiam pater non tenetur, nec conuenitur ex officio male gesto per filium. etiam si fuit officiem decurionatus, si pater electioni contradixit: vt dicit tex. hic, in. l. filius. secus autem si non contraxit expresse vel tacite, quia teneretur: vt tenet gl. per text. in. l. quoties. ad municip. supple tu, ⁊ in. l. i. ff. quod cum eo. ¶ Item tene menti tex. in. l. patris. quod non solū filius non tenetur ex officio male gesto per patrem, vt. C. l. ij. sed etiam non tenetur ex contractu inito per patrem: vt hic est tex. quē procedere intelligas nisi pater contraxerit, ⁊ se obligauerit alicui propter alimenta pro filijs, puta accipiendo mutuo frumentū, ex quo aluit filios, quo casu filij tenentur, ⁊ possunt conueniri pro illo debito, etiam si non sint heredes patris: vt est gl. Bart. ⁊ doct. in. l. is solis. ff. de condic. indeb. seq. Auth. habita.

SVMMARIVM.

1. ¶ Scholares ad legitima studia accedentes possunt stare ⁊ ire libere ⁊ secure, vna cum eorum nuncijs ⁊ famulis cum bene meriti sint, ⁊ ex quorum scientia mundus illuminatur, ideo non debent pati aliquam iniuriā, sed premia recipiant ⁊ contra faciens, ⁊ iudex contra facientem punire recusans penis hic descriptis puniuntur, ⁊ habent scholares electionem, an velint conueniri sub eorum domino, vel magistro, vel ab episcopo loci, vbi degunt in studio, ⁊ trahens scholares ad alios iudices punitur pena hic descripta.
2. Scholares non peregrinantes, an gaudeāt priuilegijs in hac authentica, habita. situatis.
3. Saluo conducto concesso alicui de veniendo, ⁊ stando, intelligitur etiam de recedendo.
4. Scholares non possunt capi pro represalijs concessis contra ciuitatem, vnde sunt oriundi, siue permaneant in studio, siue recedant.
5. Statutū dictās quod scholares pro ciuibus habeātur, an eos ab huiusmodi authentice priuilegijs, excludat?

Authentica, habita.[a]

[a] ¶ Super ista authenti. habita ne filius pro patre. digna, vt literis aureis scribi debeat: vt iure merito hic exordit: Salic. ⁊ in ea, vltra Mod. re. cōsiderate dicta bal. Sali. ⁊ do. Corn. doct. in. c. tua. de cleri. nō resi. bar. in. l. si. de colle. illi. Bart. in. l. si. ff. de agē. in re. lib. rij. Jo. and. Butri. do. Card. Zabarel. d. Panor. in. c. si diligēti. de foro cōpetē. Barto. ⁊ Bal. in pe mio. ffor. in. §. hoc aūt. Ber. in l. si. de cōstit. princip. Ange. in. l. si vacātia. de bo. vacan. do. Barba. do. Feli. ⁊ Mod. in. c. significasti. de offic. delega. S. T.

[a] Scholares [1] † accedentes ad studia legitima possunt ire, ⁊ stare libere. ⁊ secure, vna cum eorum nuntijs ⁊ famulis, cum bene meriti sint ⁊ ex scientia quorum mundus illuminatur, ideo non debent pati aliquam iniuriam. sed premia promereātur, ⁊ ideo non debēt offendi, nec pro alio grauari, quamuis sit de eadem prouincia ⁊ cōtra faciens. ⁊ iudex contra facientem punire recusans, punitur penis hic descriptis, habent etiam electionē scholares, vtrū velint conueniri sub eorum domino, vel magistro, an sub episcopo loci, vbi degunt in studio, ⁊ trahēs scholares ad alios iudices, quam hic descriptos puniuntur pena hic descripta, scilicet in amissione cause. ⁊ istā auth. iubet Imperator situari sub hoc tit. ne filius pro patre. h. d. hec auth. quam totam. diuide in tres partes. In prima ponitur huius constitutionis ratio siue causa. In secunda ibi, hac igitur ponitur ipsa constitutio. In tertia ibi, hāc auth. ponitur qualiter ista auth. situetur. in hoc titu. ¶ In tex. ibi, examinatione tene menti, quod licet alias soli principi competat condere. ll. vt habetur in. l. non ambigitur. de. ll. ⁊. l. i. de constitu. princ. ⁊ instit. de iure naturali. §. sed quod principi. tamen princeps bene facit: vt. ll. condat cum consilio suorum curialium, vt episcoporum, abbatum, ⁊ simil. de quibus hic ad hoc, vt maiori cum maturitate. ll. condantur, vt fecit Imperator hic: ⁊ habetur in. l. humanum. C. de. ll. ⁊ in l. i. ff. de pred. curialiū. li. x. Ex quo infert hic Bal. quod cum clerici possint dare consiliū principi in. ll. condendis, si postea per accidens ex tali. l. sequatur modos alicuius non propterea efficiūtur irregulares prout alias fierent: vt habetur in cap. sententiā sanguinis. extra, ne cler. vel mon. ⁊ est ratio, quia tali casu clerici facile. l. permittente, quod factum non meretur penam. vt. l. Gracchus. ff. de adult. ¶ In tex. ibi, peregrinantur ianecto ibi veniant, ⁊ iuncto ibi cum amore scientie facti exules. tene menti, quod cum ratio. l. limitet dictum legis, etiā militat. l. quod dictum. de pact. cum simil. ⁊ ratio huius. l. inducentis ista priuilegia scholaribus sit propter peregrinationem ⁊ exilium, ac etiam absentiam ab eorum ciuitatibus: vt hic videtur quod duntaxat habeat locum in scholaribus euntibus ad externa studia studendi causa, ⁊ sic non habeat locum in scholaribus ciuibus oriundis ex illa ciuitate vbi studēt, vt sunt Perusini secundum Bald. quod etiam tenuit Joan. andr. in addit. Spec. in tit. de reo. §. i. ver. sed quid si scholaris Angel. autem videtur tenere contrariū, ⁊ quod imo istis priuilegijs gaudeant etiam [2] † scholares non peregrinantes, ⁊ mouetur ipse primo, quia hic Imperator loquitur generaliter, ⁊ per cōsequens debet generaliter intelligi. l. i. §. sed generaliter. de lega. prestan. ¶ Item, quia ratio finalis qua mouetur Imperator ad hanc constitutionem fuit, quia propter scientiā illuminatur totus mundus: ac etiam, quia per eam instruitur vita subiectorum ad obediendum Deo, sed certum est quod ita illuminatur mundus, ⁊ instruitur vita subiectorum scientia ciuium scholarium sicut forensium, ergo etiam in eis habeat locum ista auth. faciunt que habentur in. c. de diuersis. per gl. de priuil. in. vi. vbi dicit quod eodem modo gaudēt priuilegijs studij scholares oriundi, vbi student prout alij. ⁊ hanc dicit Ang. fuisse causam finalem huius constitutionis non illam quod peregrinentur ⁊ exules fiant ⁊c. sed fuisse causam impulsiuam. ⁊ ista opin. Ang. videtur benignior, cogita tamen. ¶ In textu ibi, maxime. tene menti, quod cum ista dictio. maxime, includat idem ius in casu cōtrario casui, qui exprimitur: vt habetur in. l. i. §. vel maxime. ff. de collat. bono. ⁊ in. l. qui se patris. ff. vnde liber. cum simil. iste priuilegia habeant non solum scholares iuri incumbentes, sed etiam quicunq; dantes operam alijs scientijs: vt sunt Logici, ⁊ Philosophi, ⁊ simil. profitentes bonas artes. de quibus in. l. i. l. de varijs cog. secundum gloss. ⁊ doc. hic, secus in scholaribus incumbentibus in arte non bona, vt in nigromantia, quia in eis non habet locum ista auth. secundum Bal. hic, ad hoc. l. quanquam. C. de hereticis. ¶ In text. ibi, veniat. tene menti quod scholares securi in locis studiorum stare debent, nec possent vel debent aliquo modo

molestari, nec in rebus, nec in persona. & non solus ipsi: sed eorum nuntij, famuli, & similes: vt hic dicit text. ibi, quam eorum nuntij. & non solum nuntij sed etiā patres scholarium debēt esse securi prout eorum filij: vt habetur per glo. in. l. ij. §. legatis. ff. de iudi. & tenent hic doc. & non solum patres. sed etiam valigia equus, & similia scholarium debent esse secura, nec aliquo modo molestari, & non solum possunt ire & stare: sed etiam recedere securi. prout tenet hic Bartol. Bald. Angel. Raph. &

3 doct. & hoc, quia † saluo condocto concesso alicui de veniendo & stando. intelligitur etiam de recedendo: vt tenet gloss. & Bald. in. l. vtimur. ff. de sepulc. viola. & facit gloss. in. l. desertorem. §. ad diem. de re milit. sed dubitatur qualiter probari possit quē ire & recedere causa studiorum. dicit hic Bartol. ex coniecturis, vt si portabat libros. vel alias erat solitus stare in studio, vel alia simili causa per ea que habentur in. l. non omnis. §. a barbaris. ff. de re milit. & in. l. si fugitiui. J. de seruis fug. secundū eum. ¶ In tex. ibi, exules. tene menti. quod scholares forenses, & sic studentes in externis studijs dicuntur esse exules: vt hic in tex. quem intellige procedere improprie. proprie autem dicuntur exules qui absunt ab eorum ciuitatibus propter delictum, qui hodie appellantur banniti, & sine licentia reuerti non possunt: vt patet in. l. capitalium. §. exulibus. ff. de penis. & de isto exule loquitur text. in. l. Papinianus exuli. ff. de mino quod not. pro statuto faciente mentionem de exulibus, vt non intelligatur in absente causa studiorum, cum debeat intelligi statutum proprie per iura vulgaria. ¶ In textu ibi, a vilissimis personis. tene menti. quod iniuria eo est magis grauis & atrox quo est facta a viliori persona, & sic magis grauatur iniuriari a personis vilissimis, quam ab alijs; vt hic in tex. sicut dicitur etiam grauior que fit a coniunctis & a fratribus. quam ab alijs: vt habetur in l. cum oportet. in princip. J. de bonis que libe. quod not. pro estimatione quantitatis iniurie, secundū quod habetur institu. de iniurijs. §. pena. sed aduerte, quia licet scholares non debeant iniuriari: vt ibi, ab iniuria &c. & ibi corporales iniurias, & ibi iniurias inferre presumāt, tamen intellige nisi ex causa iniurietur: puta, quia ipse prouocat: nam tunc sibi imputare debet, vt hic a contrario sensu, ibi sine causa perferunt: & est ratio, quia damnum quod quis sui culpa fecit sibi imputari debet: vt habetur in regula, damnū. in. vi. & in. l. i. §. cum arietes. ff. si quadru. pau. fec. dica. & est alia ratio secundum Bald. quia culpa, siue reatus omnem honorem siue priuilegium excludit, dicit text. in. l. i. C. vbi senatores. vel clari. & per hunc text. decidentem scholares non debere pati iniuriam determinant Cyn. Bald. Ang. & docto.

4 quod † scholares non possint capi pro represalijs concessis contra ciuitatem, vnde sunt oriundi, siue sint in studio, siue vadant, siue recedant. & ista de causa ista authent. fuit situata in isto titu. vbi ponitur, an vna persona possit molestari, conueniri, vel exigi pro alia, & maxime istud probatur ibi ex peruersa consuetudine. quod tene menti. ¶ In textu ibi, scituris. tene menti. quod violatores huius constitutionis, & sic exigentes scholares propter delictum sue ciuitatis, vel alterius prouincie, vel aliter eos iniuriantes puniuntur tribus penis, scilicet in quadruplū eius quod damnificauerunt scholares. Secundo, efficiuntur infames. Tertio, si quam habebant dignitatem amittunt: vt hic est text. per quem dicunt docto. quod cum scholares non teneantur soluere gabellam pro libris suis & alijs sibi opportunis: vt hic in gloss. per rationes de quibus in ea. ideo si publicani extorserunt gabellam a scholari contra hanc constitutionem puniuntur istis penis, de quibus hic in tex. quem Raph. dicit hodie non seruari, cum scholares soluant gabellas. sicut alij & aliquando maiores, & istas penas similiter patitur iudex qui non tuetur scholares, vt non exigantur & iniurientur: vt dicit text. ibi, locorum rectoribus &c. ¶ In textu ibi, verumtamen. tene mēti quod scholaris habet suos proprios iudices coram quibus conueniatur, scilicet suum preceptorem & episcopum loci, supple secundum gloss. hic, in verbo, dedimus. & in §. penultimo. in proemio digestorum. & potestatem loci, vbi degit in studio in cuius locum hodie subrogatus est rector vniuersitatis secundum Specul. in tit. de reo. §. i. ver. item quid si. & per Bartolum, & Angelum hic, & habet electionem coram vno illorum trium iudicum conueniatur: vt hic dicit text. scilicet, vel coram suo domino, vel episcopo loci simple, vel coram rectore. quod tamen intellige verum quando causa est ciuilis: secus si criminalis cui fuit renunciatum per scholares Bononienses secundum gloss. in verbo, item. sed aduerte, quia docto. communiter tenent. quod ista authentica habeat locum non solum in causa ciuili, sed etiam criminali: quia illa renunciatio scholarium Bononiensium nō potuit preiudicare alijs studijs, nec etiam alijs scholaribus eiusdem studij, nisi fuerit renunciatum: vt per collegium, vel vniuersitatem, quia potuit tunc singuli preiudicari secundum Cynum, Angelum, & Raph. ac lem. Bald. tamen dicit quod priuilegijs istius authentice gaudent scholares preter renunciantes in causa criminali leui, non autem in atroci, & graui. & ita videntur tenere Cyn. Raph. & docto. quod tu declara, quia in atrocibus in quibus venit imponenda sanguinis pena episcopus iudex esse non potest. vt capitulo. sententiam sanguinis. ne cleric. vel mona. ergo ista electio iudicum non potest habere locum in tali causa, prout videtur sentire Salice. sed dubitatur vtrum scholaris conuentus coram vno ex suis docto. possit alterum eligere. Bald. dicit quod si vnus est principalior altero illum debet habere, alias erit locus gratificationi, per ea que habentur in. l. si quis seruum. §. si inter duos. de lega. secundo. que omnia habent locum in scholari laico clericus autem non habet istam electionem, cum tantum conueniatur sub iudice ecclesiastico & non seculari. vt in capitulo. si diligenti. de foro competenti. Et scias quod

5 † priuilegia istius authentice non perdit scholaris per statutum dictans, prout est in hac ciuitate quod scholares habeantur pro ciuibus secundum Bartolum. in. l. tertia. §. si emancipatus filius. ff. de contr. tabul. & potest esse ratio, quia inductum in fauorem non debet retorqueri in odium. l. quod fauore. C. de legibus. & inductum in maius priuilegium non debet illud diminuere. argumento. l. falsa. §. i. de conditionibus & demonstrationibus. & cum conceditur alicui aliquod priuilegium intelligitur, ita concedi quod ille cui conceditur contra se non vtatur, per ea que habentur in. l. in fraudem. §. neque. ff. de iure fisci. ergo &c. Gloss. in verbo. actione. Primo declarat generaliter cui sit electio in contractibus in quibus venit aliquid alternatiue, an debitoris, an vero creditoris, & quid in iudicijs, de quo vide latius per gloss. & docto. in. l. Lucius. ff. de legatis secundo. & per docto. in. l. plane. §. penultimo. de lega. i. & per doct. maxime Moder. in. l. cum quidam. J. de verborum significatione. Postea in fine querit gloss. vtrum scholaris post electionem factam de vno iudice possit variare, & sic eligere alium, & determinat quod ante litem contestatam potest per. l. si conuenerit. ff. de iurisdictione omnium iudicum. & l. si cum dotem. §. eo autem tempore. solut. matrimo. sed aduerte, quia cum iudicium non debeat esse elusorium. l. si Pretor. in princip. de iudic. iuncta. l. ij. eodem titulo. per consequens doct. communiter dicunt, quod si permitteretur scholari modo eligere vnum iudicem modo alium, iudicium esset elusorium. & sic actor frustraretur, & nunquam perueniret ad optatum finem, sicut alias habetur in. l. non vtique. de eo quod certo loco. cum reorum sit fugere & iudicium differre. l. inter stipul. §. i. de verborum obligationibus. ideo dicunt quod post primam electionem non potest amplius variare. quam opin. fortifica tu. per textum, in authentica, offeratur. supra, de litis contestatione. vbi potest quis recusare iudicem, nisi sit is quem petierit alio recusato. & respondent docto. ad dictam. l. si conuenerit. quia ibi loquitur in actore qui verisimiliter non faciet iudicium elusorium, imo cito contestabitur litem ad hoc: vt sibi satisfiat. argumento eorum, que habentur in. l. cum de indebito. de probationibus. vel ibi loquitur quando est electus iudex non suus, hic secus cum elegit vnum ex suis iudicibus, & etiam loquitur in reo. ¶ Item respondet ad dictum. §. eo autem tempore. quia ibi permittitur variatio, quia illa nemini nocebat: hic sic secundum Baldum, Angelum, & Raphae. tu autem dicas quod posset scholaris variare, & sic alium eligere ex causa nouiter emergente, per ea que habentur in. l. non distinguemus. §. i. de arbitr. & l. si quis testibus.

testibus. ff. de testi. Gloss. finalis primo querit, utrum actor vocans scholarem, non suo iudice omittat causam ipso iure, an vero requiratur sententia, et dicit requiri sententiam. vide de hoc gloss. et Ange. post Bart. in. l. in criminali. allegata in gloss. Secundo querit, a quo iudice condemnabitur vocans in amissione cause, dic ut in ea. Et qua tene menti, quod iudex declinatus iusta ex causa a reo condemnat actorem ad petitionem rei in expensis propter vocationem temerariam secundum Cynum. faciunt que habentur in capitul. statutum. de rescript. in. vi. Ultimo gloss. querit, utrum scholaris possit appellare, si ille iudex dixit se competentem, et respondet, quod sic. ex quo tene menti perpetuo, quod licet alias a sententia interlocutoria non possit regulariter appellari de iure civili. l. ante sententiam. ff. quorum appellationes non recipiuntur. et in. l. ff. C. de episcop. audientia. licet sit secus de iure canonico, de quo potest appellari a quocunque gravamine illato in iudicio et extra. ut capitul. super eo. de appellationibus. et in capitulo primo. eodem titul. in. vi. et ratio est quare ab interlocutoria, de iure civili non appellatur, et de iure canonico sic, quia ius civile consideravit expeditionem cause, ut citius deveniretur ad diffinitivam, et ideo introduxit: ut infra triennium expediretur, alias periret instantia. l. properandum. in princ. C. de iudic. ad quam expeditionem non posset perveniri, si posset appellari ab omni interlocutoria merito &c. Ius autem cano. non curavit istam expeditionem, imo disposuit causam durare perpetuo: ut habetur in capitulo, venerabilis. de iudic. merito de illo iure potest appellari regulariter ab omni interlocutoria, cum cesset supradicta ratio. ita videtur tenere Bald. in. l. finali. ff. de sententiis ex pericu. re. tamen a sententia qua iudex se dicit iudicem competentem, licet sit interlocutoria secundum Bartolum, in l. ff. ff. de appell. recip. potest appellari de iure civili per hanc gloss. no. que ad hoc semper allegatur pro qua est text. in capitul. significantibus. de offic. delega. et non solum quando iudex dicit se iudicem competentem, sed etiam si dicit incompetentem potest appellari: ut dicit Bald. in. d. l. ff. et Bartol. in. d. l. ff. de appellationibus recipiend. et est ratio, quia etiam de iure civili appellatur ab interlocutoria, ubi non speratur sequi post illam aliam sententiam diffinitivam, quod est quando dicit se incompetentem. ergo &c. ita habetur in. l. ait Pretor. §. permittitur. ff. de mino. et ubi non reperitur gravamen illatum per interlocutoriam per obtentum sententie diffinitive, quod est quando dicit se competentem. ergo &c. ita habetur in. d. l. ff. de appell. recipien. ubi si iudex pronuntiat quem esse torquendum ab illa pronuntiatio. licet sit interlocutoria, de iure civili potest appellari: ut ibi est text. et ibi per Bart. Cetera circa plures questiones spectantes ad scholares, vide latius hic per Bal. seq. Rub. an servus pro suo facto post &c.

An servus pro suo facto post manumissionem teneatur[a]. *Rubrica.*

SUMMARIUM.

1 ☞ Continuatio rubrice, et an mutuans statum post obligationem possit conveniri ex contractu ante gesto.

Quia dictũ est supra titulis proximis, qualiter unus non tenetur ex contractu alterius, et quia aliquando contingit quod unus contrahens. mutat statum post obligationem contractam, quo mutato censetur alius homo: ut habetur in. l. qui res. §. aream. de solut. merito ad videndum, an talis qui mutat statum post obligationem possit conveniri ex contractu ante gesto ponitur hic, hec rubrica, sequitur Lex prima.

SUMMARIUM.

1 ☞ Statu liber non potest conveniri post ademptam libertatem ex contractu celebrato a se tempore quo erat statuliber. et hoc pluribus declarationibus et fallentiis illustratur, et quis dicatur statuliber declaratur.

2 An effectus clericus post delictum per iudicem laicum puniri possit.

Lex prima. h. dicit.

c 1 SI adulta.h.d. c Pro ea parte pro qua creditor succedit debitori cōfundif actio, t nō in totū nisi institutio fiat animo compensandi

fuit extincta ob. & actio. si debitor defunctus, nō prohibuit amplius petere secus si prohibuisset: q: tunc cēsetur institutio facta in illa tertia animo compensandi, vt hic in tex. per quem dicit Bal. quod si pater reliquit filie aliquam pecunie quantitatē, & prohibuit eam plus petere posse de suis bonis. quod istud relictum videtur factum animo compensandi cum legitima debita dicte filie, nec poterit propter hoc rumpere testamentū tanquam preterita prout, alias posset quando non fuit honorata tit. institutionis, vt habetur in auth. vt cum. de appell. cog. §. aliud quoq. C. secundum eum quem sequitur hic Raph. & in. l. i. s verbis. in prin. ff. de hered. instit. licet ibi, Imol. & Salic. & multi alij teneant contrariū, sed aduerte quod debitor in dubio non videtur relinquere creditori animo compēsandi, vt hic, & in iuribus allegatis in d. l. i. §. eo. quando volūtarie reliquit secus si iuris necessitate, vt quando pater legat filie quam de necessitate iuris tenetur dotare. l. fi. §. de dotis promiss. & l. qui filios. ff. de ritu nupt. & l. obligamur. §. lege. ff. de actio. & oblig. nam tunc censetur relictum factum animo compensandi cum illa dote, vt dixit Bar. in. l. si cum dotem §. si pater. ff. sol. ma. & doct. in auth. preterea. §. vnde vir, & vxor. & in. l. si compensandi. §. de hered. instit. & ideo vxor simpliciter legās aliquid marito censetur legare animo cōpensandi cum illa parte quam ex forma statuti lucratur vir vxore precedēte in matrimonio sine liberis, vt tenet Bartol. & doc. latius in. d. §. si pater. Ultimo tene menti tex. ibi postulata separatione iuncta gloss. quod creditor hereditarius potest implorare officium iudicis, vt separētur bona defuncti, cuius ipse erat creditor, a bonis heredis, vt hic, & l. i. & quasi per totum. ff. de separatio. & vtilitas istius separationis est, vt creditores heredis non mittantur in posse. bonorum defuncti, nec ea bona occupent, sed tantum bona ipsius heredis, sed creditores defuncti bene mittantur in poss. dictorum bonorum. quod est notabile maxime quando bona heredis non sufficerent suis ferme creditoribus, sed bene sufficerent creditoribus bona defuncti secundum Specula. in titu. de eo qui mitti. in poss. causa rei seruan. versic. porro. vbi ponit quando locum non habeat separatio, nec possit peti prout etiam ponit gloss. hic, & per eundem Spec in tit. de primo. & secundo decreto. §. ij. iuxta princ. vbi similiter ponit quomodo libellus concipiatur in petenda separatio. sequitur Lex, creditores,

SVMMARIVM.

1 ☞ Creditor hereditarius non agit actione personali contra legatarios sed contra heredes.

CReditores. h. dicit.

1 Creditor † hereditarius non agit actio. personali contra legatarios, sed contra heredes. h. d. hypothecaria autem agit contra legatarios, si res legata erat sibi obligata, vt hic in glo. de quo tamen vide dicta circa hanc materiam in l. heredes. §. eo. Et an legatarij dicantur creditores hereditarij vide hic gloss. i. & latius per doc. in. l. i. ff. si certum petatur. sequitur Rubrica, ex delictis defuncto.

Ex delictis defunctorum inquantum heredes conueniantur. Rubrica.

tem contesta. non competunt nisi quatenus ad eos peruenit. h. d. Et in ista. l. quāuis parua ponuntur tres regule. Prima quod actio ex delicto post litem cōtest. cum delinquente competit contra eius successores vniuersales insolidū. concordat. ff. de actio. & obl. l. omnes. & l. constitutionibus. l. nō solet. & l. omnes. ff. de reg. ior. & inst. de perpe. temp. actio. circa prin. qd est verū quando agitur ciuiliter. s. ad penam applicandam parti, vt actio. furti, vi bon. rape. iniuriarum. & si. secus si criminaliter ad penam applicandam fisco. quo casu nunquam transit ad heredes, vt habetur in. l. ex iudicium. de accusa. & l. fina. §. si reus vel accus. mor. fuerit secundum Bartol. Bald. & doc. hic. Item intellige verum quando lis fuit valide, & iuridice cōtestata: secus si nulliter: quia tunc nihil operatur, vt habetur per gloss. in authentica offeratur. §. de litis contest. secundum Bald. & est ratio quare per litis cont. actio ex delicto transit contra heredes que alias nō transisset: q: per litis cont. inter delinquentem, & passum delictū factū quasi contrahit, vt habetur in. l. iij. §. idem scribit. ff. de pec. sed actio descēdens ex cōtractu, vel quasi transit contra heredes. vt. §. tit. pxi. per totū ita eodem modo transeat ex delicto super quo fuit lis contest. & sic quasi cōtractū inter partes secūdū Raph. qd nota. Secunda regula est q lite nō contest. de delicto actio ex eo descendens non competit contra heredes, & est ratio secundū Raph. q: crimen extinguit morte delinquentis merito extinguat pena que pro delicto imponenda erat vt habetur in. l. i. §. & iij. si reus vel accu. mor. fuerit. & in l. heredem. in prin. ff. de cal. cum cesset ratio. §. posita. & sic perpetuationis per litis contest. & non est conueniēs quod heres teneatur ex dolo siue delicto defuncti, & sic puniatur qui non deliquit cum pena debeat sequi suos autores l. sancimus. §. de penis. & alijs non debet damnari ex dolo alterius, vt habetur in. l. electio. §. neq. heredi. ff. de noxa. & habetur in. l. non debet. ff. de reg. iuris. quod est verum nisi ex illo delicto, vel dolo suo aliquod transiuit ad ipsum heredem, vel aliquid aliud ad eum peruenerit, vt hic est tex. notabilis per rationem de qua in eo in fi. faciunt que habentur in. l. quesitum. §. fi. ff. de prec. Tertia regula est que elicitur ex isto tex. negatiue a cōtrario sensu quod heres non tenet ex delicto defuncti si lis non fuit contestata cum defuncto, nec aliquid ad heredem peruenit. qd est verum secundū iura ciuilia secundū vero iura canonica est secus: q: heres delinquentis tenet etiā si nō sit contestata lis, vel aliquid ad heredē nō peruenerit, vt in. c. fi. de sepult. & in. c. mulieris de rapto. & in. c. tua. de vsur. & xvi. q. vi. si episcopus. secūdū cōmuniter hic docto. dicentes heredē vsurarij teneri ad vsuras restituendas etiā si non sit lis contest. cum vsurario, vel vsure peruenerit ad dictū heredē qd no. Gl. magna pro intelligentia istius tex. & materie an, & quando actio penalis, vel ex cōtractu cōpetat heredi. vel contra heredē considerat q multotiens actio descēdit ex delictis priuatis, vel quasi vt sunt omnia delicta que ponūtur in nono lib. ff. noui. & instit. de oblig. que ex delic. nascuntur, cum quatuor titu. sequentibus, & dicuntur priuata: quia tantum actiones ex eis descendentes competūt illis quorum interesse, & sic non omnes possunt eas exercere, vt habetur post gloss. per Barto. in. l. i. ff. de priua. delict. & in his glo. considerat duas regulas. prima qualiter dicte actiones competant heredibus actiue, & sic eas possint intentare, & ab ista regula ponit limitationes. secunda qualiter nō cōpetant dicte actiones contra heredes, & ab ista regula ponit limitationes, & sic ista prima

2 ☞ Super ista. l. vnica. ex delictis defunctorum in quan. here. cōueniam. ponderate optima et egregia dicta Bald. Salic. & do. Cor. & videatis etiam Jo. fab. hic, & bartol. magistraliter loquentem in. l. fi. de pri. deli. & ibidem do. Alex. in apostil. Angel. in cōsi. ccccxiij. Inno. & do. Panor. in. c. fin. de sepul. Spe. in tit. de interro. in iudi. fa. in. §. nunc de in

di.& do.Com.et videatis Mod. hic.& Mo.in ru bri.ff.eo.& Mod. in trac.de consti. pecu. S. T.

C

bricam: quia .S. titulis proximis dictum est qualiter quis conuenitur pro debito, vel de licto alterius tanquam heres actio. personali: verum, quia sepe quis conuenitur pro debito alterius nō tanquam heres, sed ex obligatione qua se obnoxium fecit promittēdo siue pro debito suo, vel pro debito alterius, vt cōtingit quando quis se constituit soluturum aliquid alieni, ideo ad hoc videndum ponitur hic hec rubrica. Et scias pro intelligentia quod constitutum dicitur quando quis promisit pacto nudo aliquid quod promittēs, vel alius debebat ex qua promissione oritur actio, que dicitur de constit. pecunia, vt in. §. de constituta. instit. de actio. & in l. ij. §. j. J. eo. & l. j. ff. eo. Et sicut est casus iste specialis, scilicet, quod ex pacto nudo oriatur actio prout, & multi alij ponuntur in. d. §. de constituta. licet regula sit in contrarium. l. iurisgen. §. igitur nuda. ff. de pact. & l. legem. S. eo. titu. & est ratio quare ex constituto inito pacto nudo oriatur actio vltra eam quam ponit glo. in. d. §. de constituta. quia facilius potest aliquid reformari, quam de nouo fieri per ea que habentur in. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. secundum Bal. in. l. ij. J. eo. tu dicas quod cum duo vincula ligant magis quam vnum, vt in auth. itaque. J. communia. de succes. cum sim. ideo cum constitutum fiat super eo quod alias erat debitum siue ciuiliter & naturaliter, siue naturaliter tantum: non autem super eo, quod est ciuiliter tantum, vt habetur in. d. §. de constituta. & ibi glo. & in. l. i. §. debitum. & l. iij. §. si is qui. ff. eo. & not. J. l. j. non autem super eo quod est indebitum: vt. J. l. secunda. ver. ita tamen merito ex eo quamuis inito pacto nudo oriatur actio licet simpliciter quis a princi. se obligando, & promittendo pacto nudo non obligetur efficaciter, & ex tali oblig. non oriatur actio, vt. d. iuribus. hinc est quod cum integrum legatum debeatur naturaliter ex voluntate defuncti per ea que habentur in. l. i. J. ad legem Falcid. licet non ciuiliter si venit detrahenda Falcid. ex eo ideo si heres promittit pacto nudo soluere integrum legatū, quod poterat defalcari ex eo pacto oritur actio, vt cogatur integrum soluere, vt est tex. in. l. fin. J. ad legem Falcid. vbi dominus meus ponit talem regulam quod vbicunque pactum nudum interponitur super alias debito naturaliter ex eo oritur actio. faciunt que habentur in. l. legitimam. ff. de pact. quod nota, pro fundamento huius materie. si autem quis promitteret per stipu. soluere aliquid quod ipse, vel alius debebat siue naturaliter, siue ciuiliter, siue naturaliter, & ciuiliter simul non conueniretur actio. de constituta pecunia: quia iste non est cōstitutor, sed est fideiussor qui debet promittere per stipul. l. Blanditus. J. de fideiusso. & l. quinta. §. satis acceptio. de verbo. obligat. sed conueniretur actio. ex stipulatu, si quod promisit erat incertum: si autem certum conueniretur certi condictione speciali, vt est tex. in titu. de ver. in prin. ideo caue qualiter agas contra promittentem pro suo debito, vel alterius. vt si promisit pacto nudo agas tanquam contra constitutorem si per stip. tanquam contra fideiuss. actionibus congruis. quod tene menti. sed dubitatur quare non posset deduci in constitutum illud quod erat ciuiliter tantum debitum puta si sum confessus in instrumento habuisse, & recepisse. x. &c. spe future numerationis: licet non habuerim tamen sum obligatus. J. biennium ciuiliter tantum. non autem naturaliter cum non interuenit aliquis actus naturalis

b ℭ Super ista authentica, si quando vltra Mod. post do. Com. videatis Bald. et Sali. & Cuma. in consi. xl. in. i. col. Bart. in. l. Cōpetit. §. in summa. quod vi aut clam. Bal. in. l. licet. ff. nau. cap. & stabu. Roma. in consil. cxxxvi. do. alex. & domi. Rimi. ac Mod. in. l. si. ff. si cer. pet. do. Alex. i. l. stipulatio ista in. §. si quis ita. de verbo. oblig. Mod. post Alber. Bal. & Sali. in. l. quoties. & in l. in illa. §. j. ff. eo. S. T.

nuda tamē ista obligatio naturalis est efficacior, & potentior quam ciuilis cum taliter obligatus soluens non repetat licet ciuiliter sic. l. naturaliter. & ibi doctor. de condictione inde. Item oblig. naturalis est potens ad compensandum non autem ciuilis, vt habetur in. l. etiam. ff. de compensa. ergo efficacius operetur quam ipsa ciuilis cogita tamen. sequitur Lex prima.

SVMMARIVM.

1 ☞ Actio de constituta pecunia competit tam contra promittentem se soluturum alienum debitum quam cōtra eius heredes (perpetuo).

LEx prima. h. dicit.

1 Actio † de constitu. pecunia competit tam contra promittentem se soluturum alienum debitum, quam contra eius heredes perpetuo. hoc dicit. & tu vltra dicta. S. in rubrica. tene menti, quod actio personalis prout est ista. de cōstituta pecunia, non solum competit contra constituentem, vt possit cogi ad soluendum, sed etiam contra suos heredes vniuersales etiam si de eis nulla sit facta mētio. vt hic est tex. & habetur in. l. stipulat. ista. §. si quis ita. de verbo. oblig. quod est verum quando sumus in materia transibili ad heredes prout est communiter in actione descendente ex contractu. vt. S. in titu. de heredi. actio. & in glo. magna circa medium. S. ex delictis defuncto. secus si non esset transmissibilis, vt in terminis dicti. §. si quis ita. & text. instit. de perpe. & tempo. actio. circa prin. de quo latius per docto. in dicto. §. si quis ita. sicut etiam econtra actio competens defuncto competit etiam suis heredibus, vt tacite videatur acquisita actio ipsis, vt habetur in. l. si pactum. ff. de probatio.

SVMMARIVM.

1 ☞ Constituens se soluturum simpliciter sine alterius persone adiectione insolidum obligatur: secus si cum adiectione alterius persone, & copulatiue: quia tunc solū pro parte tenetur, sed si disiunctiue insolidum tenetur, & constitutum impersonaliter factum obligationem vitiat.

AVthentica, si quando.

b 1 do.[b] Constituēs † se soluturum simpliciter sine adiectione alterius persone insolidum obligatur: secus si cum adiectione alterius persone, & copulatiue: quia solum tenetur pro parte: sed si disiunctiue tenetur insolidū, & cōstitutū impersonaliter factū vitiat ob. h. d. ista authē. que est secundum doc. not. ℭ In tex. ibi, spopōderit merito ibi, satisfaciam & ibi pmisit tene mēti secūdū Rap h. q nō solū quis pōt cōstitutū inire per verbum, cōstituo. vt. S. l. prima. & l. i. & quasi per totū. ff. eo. sed etiā per verbū, spōdeo, satisfacio &c. vt hic est tex. sicut stipulatio potest hodie cōcipi quibuscūque verbis lz olim minime, cū responsio fieri deberet p idem verbū, p qd fuit facta interrogatio. vt insti. de ver. §. i. & ideo si Titius dicat, pmitto tibi. x. q tibi debeo, vel Seius debet quāuis sit pactū nudū tamē interpositū super alio debito dicet constitutū, & ex eo oriet actio de cōstitu. pecu. vt in. §. de cōstituta. inst. de act. ℭ In tex. ibi. satisfiet a me, & ab illo. &c. tene mēti, quod de natura copulatiue posite inter personas grauatas est actione actum

ri.insti.de inutili stipul. ⁊ in l.stipulatio ista §.alteri.de ver.obl.⁊.ff.eo.l.eum qui.§.Iulianus.ita econtrouerso non pōt quis stipulando,vel constituendo aliū obligare vt hic,⁊.d.l.eum qui.§.sed ⁊ si quis,⁊ insti.de inuti.stip. §.si quis aliū.⁊ in.l.stipulatio ista.in prin.de ver.ob.per rationem,quam ibi ponunt doc. Ultimo tene menti tex. in fi.quod impersonalitas vitiat contractū,⁊ oblig.quod tamen intellige procedere quādo impersonalitas est ex parte pmittētis ita intelligit hic:secus si esset ex parte stipulātis:qr non vitiaret contractū:ita habet in.l.stipulatio ista.§.si quis ita.de ver.⁊ est ratio:qr tūc subintelligit persona stipulātis.vt ibi,⁊ ideo si pmitto.x.nec addo cui.intelligit stipulāti secundū doc.⁊ ibi,⁊ hic. Itē intellige impersonalitatē vitiari quādo circa verbū obligatiuū siue dispositiuū,vt hic fuit.s.quādo quis dicit alicui satisfiet soluetur,vel qd si.nec addit per quē,sed si esset impersonalitas circa verbū executiuū,⁊ personalitas circa verbū obligatiuū non vitiaret, vt habet in.l.i.§.si. ff.si cer.pet. Et ideo si dico promitto tibi.x.que dabunt, vel promitto.vel quod satisfiet,vel si.modo tunc intelligitur quod satisfiet per promissorē,⁊ dabitur per promissorem.vt ibi de quo ibi latius per doc.⁊ per eosdē in.d. §.si quis ita. In vltimis autē volūtatibus nunq̄ impersonalitas vitiat secundū Bal.hic per tex.in.l.si seruus. §.Margaritā.ff.de leg.i.de quo per Bart.in.l.si ita stipulatus.§.Grisogonus.de ver.obl.

SUMMARIUM.

1 ☞ In hac.l.corriguntur per imperatorem quedam iuris antiqui vitia circa constitute materiam,⁊ receptitia actio hac.l.etiā summouetur,vna cū aliis antiqui iuris erroribus hac cōstitutione per Iustinianū sublatis.

Eceptitia,hoc dicit.

1 In † hac.l.Imperator corrigit quedam vitia,que erant, de iure antiquo circa materiam constituti ac etiam tollit actio.receptitiam que de iure antiquo habebat locū quando quis pro se,vel pro alio promittebat aliquid qd non consistebat in pondere numero,vel mensura:ac etiā in tali promissione requirebat certa verborū solennitas ⁊ forma ac etiam habebat locū quando talis promissio erat interposita super nō debito,vt in hac.l.in prin.⁊.§. item tamen. Item Imperator corrigit ius antiquū disponens tunc demum esse constitutū,⁊ ex eo oriri actionem quando quis constituebat se soluturū rem que cōsistebat in pondere numero,vel mensura.qd.hodie est secus cū omnes res siue mobiles siue immobiles possint constitui, ⁊ sic ampliat materiam constituti, vt ibi hac apertissima. Item de iure antiquo actio,de constituta pecunia non erat semper perpetua quod hic corrigitur, vt sit perpetua,⁊ sic duret.xxx.annis, vt ibi, ⁊ neque sit. Item de iure antiquo erat dubium an posset deduci in constitutum debitum conditionale, vel in diem quod hodie declaratur quod sic,vt ibi, ⁊ liceat. Item quod vt actio de cōstituta trāseat in heredes,⁊ cōtra heredes disponit,vt ibi,sed heredibus. Item disponit tunc demū fieri constitutum,⁊ naturale quando fit super debito:licet aliud esset in actio.receptitia,que propter multa inconueniētia que ex inde emanabant corrigitur, vt ibi

omnes actiones personales durare.xxx.annis,vt ibi, et hic dicit text.quas intellige procedere quando tales actiones sunt rei psecutorie. Fallit in aliquibus casibus de quibus hic per gl.in verbo.xxx.secus si sunt penales qr sunt penales, pretorie finiuntur anno;vt habet insti. de perp.⁊ tempor.actio.post prin.⁊ in. l.in honorariis, ff.de actio.⁊ obli.cum sim.⁊ est ratio:qr officiū pretoris nō durabat nisi anno,vt in dicta.l.in honorariis.⁊.§.l. institut.post principiū. Et dicuntur actiones rei persecutorie:vt dicta.l.in honorariis.penales vero sunt quibus penam ex aliquo facto prosequimur,⁊ ideo statuta vel bannita penalia aliquorum officialium quorum officium est.vi. mensium , vel annale non durat nisi prout durat eius officium.de quo per Bart.in.l.fina.ff.de penis.⁊ per doctor.in.c.si.de constit ⁊ per doctor.in.c.a nobis.de sententia excommun.⁊ dicit Bart.in.l.secunda.§.fina.ff.pro empto.quod statuta commitis,vel marchionis inducētia aliquas penas equiparantur edictis pretorum penalibus, vt scilicet, dictas penas quis non exigat vltra annum. Bald. tamen hic dicit oppositum, scilicet, quod statutum commitis in suo commitatu potius assimilatur principi , quam pretori merito suum statutum potius dicatur ius ciuile,quam pretorium.de quo latius per docto.in rub.l.qui admitti. ¶ In tex.ibi ⁊ licet tene menti quod per hanc nouam decisionē debitum qualitercunq̄ sit potest constitui qualitercunque scilicet pure in diem , ⁊ sub conditione.sed aduerte secūdum gloss.hic quod debitum sub conditione non poterit constitui pure , vt statim exigi possit per text.in.l.id quod.ff.eod.⁊ potest forte esse ratio: quia debitum conditionale non dicitur debitum : quia ex eo non est orta obligatio.l.cedere diem.de verb.sig.⁊.l.creditor. ff.eo.ti. ergo non potest constitui pure tanquam super non debito. ¶ In tex.ibi,priuilegiis.tene menti quod si in constituto interponitur stipulatio , ⁊ sic inducitur nouum priuilegium non propterea alia priuilegia que de se habent constitutum summouentur.⁊ sic nouum priuilegiū non tollit vetus.de quo vide dicta in authētica habita. C.ne filius pro patre.⁊ vide Bar.in.l.iii.§.si emancipatus.ff.de contrahēd.que autem sint priuilegia constituti vide hic in gl.in verbo, defraudata. ¶ In text.ibi, sed etiam omnes res exigi.tene menti iuncta gloss.in verbo,appellatione.quod verbum , pecunia.accipitur stricte pro pecunia numerata : large pro his que cōsistunt in pondere,numero,vel mensura : ⁊ largissime pro omnibus rebus,vt hic est text.⁊ in.l pecunie.de verborum significatione.⁊ est ratio : quia subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur.l.si eum.§.qui iniuriarum.si quis cau.sed omnes res possunt reduci ad pecuniam ⁊ sic subrogari; ergo ⁊c.vt hic ibi in pecuniā conuerti faciunt que habentur in.l.prima.ff.de contrahenda emptione.sicut alias dicitur quod per pecuniā omnia estimantur:vt.l.si ita fi.dciussorem.ff.de fideiusso. ⁊ alias dicitur qui pecuniam habet omnia, ⁊ vitam habet,vt in.l.aduocati.supra,de aduocat.diuerso.iudicior. ⁊ alias dicitur quod sine pecunia vnunquodque fragile est,vt habetur in.l.cornus.de legatis tertio. que not.ad intelligentiam quare verbum, pecunie sit generale.
¶ In text.ibi,sed vana nominum vocabula iuncta glo. super hoc verbo,quod quando constat de sensu,⁊ intellectu alicuius non debemus curare vanam vocabuli interpretationem que debet pertinacibus relinqui , vt hic iuncta hac gl.secundū doc. ¶ In tex.ibi,is vero tene menti quod si aliqui artifices mercatores, vel si.faciunt

a ¶ Super ista.l. receptitia.videatis Bal.Salic.⁊ doc.Cornea.Roma.in singu.ccc.vi.do Alex.in.l. quidā.ff.eo.⁊ do. Io.bap.de cacia. in repet.l.omnes populi.in.ii.col. de iust.⁊ iu. S. T.
¶ Et super hac l.receptitia.pōderate dicta Cyn.⁊ Iac.but. etiā videatis do. Soci. in cōsi.cclxxxviii. in.ii.vol.Roma. in sing.cccvi.do. Car.zaba.⁊ moder. post do.Io. de anania in.c. ad apostolicam. extra de accusa.⁊ plene per do. Felī.in cap. ecclesia sancte Marie.in xxxii.col.vbi moder.reassumunt de constitutio.in anti. S. T.

bri.de pbatio.vl tra do. Purpu. z Mo. infinitas Rote decif. allegantes videatis Bal.z Salice.ac Pau.de ca. z cõsiderate optima dicta do.Cornel z videatis domi. meũ do. Augus. berorum optime z diffuse loquẽtẽ, in rub.extra eod. tit.z Mo.in tracta. pbationum. S. T.

¶ Et super ista rub.vltra Mod. hic,z in rub.ff.et extra eo.ti.videatis pulchras decis. Pau.de cast. in cõs.vij.in fi.i. dubij,z in consil. 1 clvij.in.i.col.z in cõs.cl. v. in vlt. dub. z videatis Mod.in rub.de proba.in.vi. do. 1 Alex.l cõs.lxxvi. in.ij.vol.z consil. clv.eo.vol.domi. Alex.in cõs.xcv. in.iiij. vol. z obseruetis repe.solennem do.Lanfrã.de oriano.in c.quoniã contra. de pbatio.in anti. S. T.

¶ Et super hoc titu.de pbatio.videatis Petrum de ancha.in cõs. cccxxvi. S. T.

verum etiam sine alia superioris cõfirmatione cum censeatur a iure communi confirmatum, vt probabitur in auth.de fideiuss.§.fi.z hic videtur tex.dicẽs omnia predicta debere seruari circa materiaz constituti nisi aliqui negotiatores inter se aliud statuerint puta,vt valeat cõstitutum super non debito,vel non possit constitui talis z talis obligatio, vel quid sim.cum illud seruabitur per hunc text.quem tu intellige verum , quando illa negotiatio siue societas esset licita:secus si illicita:vt.ff.de colleg.illicitis.l.vltima.quod tamen Bartol.z alij in.l.fin. ff.de iurisdic.omnium iud.tenent tale ordinamentuz sine superioris confirmatione non tenere.de quo latius ibi per docto.sed dubitatur an tale statutuz seu ordinamentum debeat seruari inter ipsos statuentes in alia curia quam ipsorum,vt mercatores huius ciuitatis seruent statutum per eos factum quando legitigãt coram potestate,vel in alia curia vide hic gl.fi,z post eaz Bal. z per doctor.latius in.d.l.fin.z qui dicantur artifices,z mercatores,z negotiatores vide Bart.z Moder.in.l.si non sortem.§.libertus.de condictione indeb.z eundem Bartol.in.l.legatis.in prin.de lega.iij.z Bal.in rubrica.ff.eo.sequitur Lex diui.

SVMMARIVM.

¶ Beneficium diuisionis ex epistola diui Adriani introductum sicut inter fideiussores, z mandatores habet locum ita inter plures constitutores:quia est eadem ratio,merito idem ius.

Diui.h.d. Beneficium † diuisionis ex epistola diui Adriani introductum sicut inter fideiusso.z mandatores habet locum,ita inter plures constitutores : quia est eadez ratio merito idem ius.hoc dicit. ¶ Et aduerte pro intelligentia text,z terminorum, quod si plures mandant aliquid,vel pro alio fideiubent puta soluere decem mero iure sunt obligati insolidum: sed diuus Adrian.fecit constitutionem,z epistolam,vt scilicet, possit peti diuisio actionis per vnumquenque fideiussorem, z mandatorem,qua diuisione petita non poterit exigi insolidum, sed pro parte prout erant proprie,vt est tex.in.§.si plures.institu.de fideiuss.z in.l.ij. in fi.j.eo.ti.z in.l.inter fideiussores.z.l.si plures.ff.eo.titulo.cum sim.quod beneficium diui Adriani fuit extensum per iurisconsultos ad plures tutores, z curatores qui mero iure obligati insolidum possunt petere dictam diuisionem,quando omnes sunt soluendo sicut in fideiuss.z mandatoribus statutum erat:vt.l.j.§.nunc tractemus.ff.de tutelis,z ra.distra.de quo per docto. in.l.j.ff. de neg.gest.quod etiam beneficium est per Justinianus extensum ad plures constitutores,vt non teneantur,nisi pro parte,vt hic est text.notabilis. Ex quo tene menti, quod cum equiparati erant fideiusso.z constitutores in iure : quia vnusquisque intercedit, vt creditor cautior reddatur,vt insti.de fideiusso.in princip.merito non inconuenit:vt.l.inducens aliquod beneficium pro vno extendatur etiam ad alium sibi equiparatum. de quo per Bald.in.l.si quis seruo.j.de fur.Est z secundum beneficium introductum in fauorem obligati pro alio quod dicitur noue constitutionis,qua cauetur,vt fideiussor nõ exigat priusquã principalis,si principalis est presens,z soluendo,vt est tex.in aut.presente. j.de fideiuss.qđ non erat de iur.fforuz z.C.vt.j.e.ti.l.iure nostro.z.l.nõ recte, imo poterat exigi fideiussor dimisso reo pricipali,vt ibi. Est z tertiuz beneficiuz introductũ in fauorem plurium obligatorum quod dicitur de duobus reis quo cauetur, vt duo,vel plures principaliter insolidum obligati non teneantur insolidum,sed pro parte si omnes sunt soluẽdo,z presentes , vt est text.in authen. hoc ita.j.de duob. reis.qđ nõ erat de iure.fforum z.C.imo insolidũ conueniebantur.ff.de duob.reis.l.ij.z.j.eo.titu.l.i.z instit.eod. titu.§.ex huiusmodi.Est z quartum beneficiuz quod dicitur cedendarum actionum quo cauetur,vt exacto fideiussore,vel vno ex duobus reis insolidum cedatur actio

non erit locus epistole diui Adriani cui est renuntiatũ per plures fideiuss.mandatores,z constitutores, Item non erit locus beneficio noue constitutionis , vt principalis exigatur ante,nec beneficiuz.de duo.reis,nec cedandarum actionum secundum gloss.z doct.in.d.auth. hoc ita.z ideo notarij instrumentis apponunt quod tales renuntiauerunt epistole diui Adriani,beneficio noue constitutionis,de dubus reis.z cedandarum actionuz,vt euitentur.ff.dicta.quod tene menti.

a *De probationibus*[a]. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 ¶ Continuatio rub.Primo ponitur, Secundo probationis definitio,Tertio decem species probationis ponuntur.

GLo.continuat 1 † bene rubricam,z bene,secundum doc.sed postea ponendo diffinitionez probationis,vt sit rei dubie per iuramenta ostensio : ideo bene dicit secundum Bal.per plures rationes; z maxime, quia quod apparet iudici per facti euidentiam est probatio,vt habetur in.l.si nuntiatione.§.fi.ff.finium regũdorum.z.l.minor vigintiquinq3 an.ex aspectu.ff.de minor.z quod est notorium dicitur etiam probatio,vt habetur in.l.ciues,z incole.j.de appell.sed iste species probationum non sunt rei dubie imo clare : ergo diffinitio gloss.non est bona suppleta cum diffitio debeat conuerti cuz suo diffinito, z debeat esse generalis.l.omnis diffinitio iuncta gloss.ff.de reg.iuris.z.l.1.§.dolum.ff.de dolo.ideo ipse sic diffinit,Probatio est fides veri legitimis modis,z temporalibus facta cause cognitori.Sali.autez dicit gloss.diffinitionem posse procedere non obstantibus obiectionibus Bal.quia cum probatio debeat fieri iudici,z non parti.l.quinquagima.ff.eo.cum simi.ibi in gloss.allegatis. per rationem,quam posui in. l. j.supra, de condictione ob turpem causam.ideo licet sit aliquid notorium de se.vel possit apparere per inspectionem, z sic euidentiaz facti ab ipso iudice,z sic esse res certissima tamen ante quam videat ipse iudex,vel allegatur iudici illud notorium est res dubia que efficitur clara per probationem,id est,per inspectionem, z allegationez secundum eum.pro Bal.tamen facit.c.forus.§.causa.de ver. signifi.vbi dicitur quod causa deciditur argumentis , z probationibus. Quot autem sint species probationum dicas.x.esse prima p testes,secũda per instrumẽta,tertia per iuramentum,quarta per notorietatem,quinta per inspectionem oculorum iudicis,sexta per famam. septima per vnum testem,z famam,vel per vnum testem , z iuramentuz quo casu dicitur probatio mista.octaua per rem iudicatam,nona per confessionem aduersarij,decima per quedam ar.allegationes seu iudicia,vel presumptiones,quo casu dicitur extraordinaria. de prima specie probationũ.s.per testes habetur.j.tit.i.de secunda.j. tit.ij.de tertia in tit.j.ff.de reb.cre.de quarta in.c.vestra extra.de coha.cler.et mulierũ.de quinta in.l.si.in ruptione.§.ad officium.ff.fin.regun.de septima in.l.de minore.§.tormenta.ff.de quest.z ibi per Bart.de septima in l.admonendi.ff.de iuretur.de octaua. j.de re iud.de nona.j.de cõfess.de decima per Bar.in.l.j.ff.de quest.z hic per Paul.de cast.de quibus omnibus vide latius per cano.in rubrica extra eo.z Salic.post Bal.hic ponentes qui effectus resultent ex probationibus,de quibus hic per eum.sequitur Lex,vt creditor.

SVMMARIVM.

1 ¶ Debitor dicens pecuniam soluisse debet probare solut

1 # V T creditor.
cens pecuniam soluisse debet probare solutionem sicut creditor numerationem. h. d. tene menti text. notabilem qui ad hoc semper allegatur, quod qui proponit aliquid in iudicio quod est fundamentum sue intentionis quod negat, vel dubitat pars aduersa esse verum, siue sit actor agendo, siue reus excipiendo debet illud probare: vt hic est tex. iuncta glo. ii. ⁊ iiii. quas no. facientes equiparationem inter negare ⁊ dubitare facit que dixi in. l. i. h. C. de condictio. indeb. ⁊ ideo actor dicens numerasse pecuniam puta Titio qui negat vel dubitat, an fuerit sibi numerata debet probare actor numerationem, ita reus affirmans soluisse debet probare solutionem per hunc text. ⁊ iura allegata in gl. ii. per rationem de quibus in glo. fi. ⁊ etiam per rationem: qr reus in exceptionibus suis dicitur actor: vt habetur in. l. i. ff. de exceptio. Sed contra hunc tex. ⁊ predicta opponitur, et videtur quod actor, ⁊ non reus debeat probare intantũ quod actore nõ probante, etiam si reus nihil pbet, debet absolui per iura vulga. Solue quod exceptio per reum potest opponi duobus modis. Primo simpliciter puta nego te mihi mutuasse, cõmodasse ⁊ simi. modo ⁊ isto casu debet probari actor, ⁊ nõ reus ita intelligatur contrarium. ⁊ l. actor. C. eo. Secundo non simpliciter puta tibi solui, restitui vel simil. modo. ⁊ tunc debet probare reus suam excep. scilicet. soluisse, ⁊c. ita intelligatur iste text. quem limita duobus modis. Primo secundum gloss. fi. in fi. scilicet, quando reperiretur instrumentum debiti cancellatum penes debitorem: quia sine alia probatione solutionis per reum excipientem pbatur solu. vt habetur in. l. si chirographum. ff. eo. de quo latius habetur in l. Labeo. ff. de pac. Secundo quãdo reperiretur facta solu. tribus proximis annis de annuo canone p re emphyteutica, liuellaria, vel simil. causa. qr si emphyteuta. liuellarius vel similis conuenitur pro aliis annis, ⁊ ipse excipit soluisse presumitur solu. facta. ita habetur in. l. pe. C. de apo. publicis. lib. x. ⁊ est gloss. magna in. l. ii. C. de iure

2 emphyteu. sed dubitatur † vtrum conuentus opponens exceptionem solutionis agenti videatur per hoc confiteri debitum precessisse, ⁊ sic pecuniam numeratam in tantum, quod si nõ probat solu. succumbat tãquam probata numeratione per illaz tacitam confessionem. hanc quest. mouet hic Cy. ⁊ Dy. in regula, exceptione. in. vi. ⁊ videtur inclinare, quod videatur confiteri in hac eadem opi. videtur gl. in. l. ii. C. cõmo. vbi dicit quod si cõuẽtus rei vendi. ad rem excipit quod agens sibi donauit dictaz rem debet pbare donationẽ, alias succũbet. Bar. autez in. l. nõ vtique. ff. de excep. videtur sentire contrarium, scilicet, quod non videatur excipiens se soluisse cõfiteri debituz. Primo, per ea que habentur in. l. cũ de indebito. ff. eo. Secundo, qr actus agentium nõ debent operari vltra eorum intentionem. i. non omnis. si certum peta. sed reus non excipit, vt pbet intentionẽ actoris: sed vt eum excludet ergo ⁊c. in hac etiã opi. fuit Bal. in. l. exceptionem. C. eod. de quo per eos in. d. iuribus. i. noleun ista de causa cautela ⁊ practica, vt cõuentus excipiat preponendo negationẽ dicendo, nego numerationẽ, sed si numerasti solui: vt habetur per gl. no. in. l. si quid. C. de except. de quo vide latius per aliquos doc. in. l. si quid. C. de transactio. faciunt que tradit Bar. in. d. l. cũ de indebito. ff. e.

SVMMARIVM.

1 ☞ Agens rei vendicatione debet probare se dominũ alias reus absoluitur, ⁊ dominus esse presumitur ⁊ hoc declarando etiam ampliatur.

P Ossessiones. hoc. d.

b 1 [b]Agens † rei vendi. debet pbare se dominum alias reus absoluitur ⁊ dominus esse presumitur. h. d. quod non probat se dominũ: vt hic, ⁊ l. fi. C. de rei vendi. cum si. allegatis in gl. in verbo pertinere. sed etiam in agente vtili rei vendi. vt est emphyteuta feudat. ⁊ similes habẽtes vtile dominiuz: vt habetur in. l. i. ff. de si ager vec. vel emphy. pe. vt absoluatur conuentus tali agente nõ probante vtile dominium, quod etiã habet locum in agente publici. ⁊ sic in eo qui dicitur dominus mẽte titulo, bona fide, ⁊ traditione facta a non domino de re a cuius possessione cecidit prout sunt termini de quibus in ti. de publi. vt si nõ pbat dictũ quasi dominium, quod fuit adeptus per supradicta reus absoluatur: vt omnia ista probãtur. in iuribus allegatis in. d. glosse. ⁊ habetur in. §. cõmodũ. insti. de interdic. ¶ In text. ibi, dominium remaneat apud eum. tene menti, quod si actor nõ pbat de suo dominio nõ solum absoluitur reus, sed ex tali sentẽtia absolutoria efficitur dominus rei petite. Sed cõtra hũc tex. opponitur hoc modo, omnes modi acquirẽdi dominiũ ponitur. instit. de re. diuisi. §. singulorũ. cum sequẽtibus. ⁊ in. l. traditionibus. iunctis ibi dictis per doc. C. de fac. ⁊ in. l. adeo. ff. de acquir. rerum do. ⁊ per Spec. in titu. de actione seu petitione. §. ii. ver. si autẽ. inter quos modos nõ reperitur iste, vt acquiratur dominium per absolutoriam, si actor nec reus aliquid pbauerunt condictio ⁊c. huius timore contrarii glo. si. intelligit hunc tex. tribus modis. Primo secunduz Jo. vt ponatur dominiũ pro poss. sicut econuerso possessio ponitur pro dominio in. l. interdum. ff. de verb. sig. ⁊ ratio est: qr vnum verbũ improprietatur ⁊ p alio accipitur vt euitetur absurditas: vt habetur in. l. si vno. ff. loca. Secũdo modo intelligit hũc tex. secundum Placen. pprie: vt dominiuz presumatur ex possessione. ista opi. reprehenditur per doct. cum ex possessione non presumatur dominium quando deducitur in iudicium principaliter per viã petitionis, siue actionis tunc est opus, quod dominium pbetur per veras pbationes: vt habetur in l. indicia. C. de rei vendi et in. d. l. si in rem. ⁊ in. l. ita vt si fur. C. commo. ⁊ hic in casu nostro, secus si dominiũ deducitur in iudicium per viaz petitionis: in consequentiã: qr tunc ex poss. presumeretur dominiũ: vt habetur in. l. i. ff. fami. ercis. ⁊ in. l. sicuti. §. sed si queratur. ff. si seruitus vendi. ⁊ ideo si ago cõfessoria contracte dicẽs deberi seruitutem a fundo tuo fundo meo, qua nõ possem agere nisi essem dominus fundi cui dico deberi seruitutem: vt habetur in. l. ii. §. hec autez actio. ff. si seruitus vẽdi. ⁊ per consequens deduco in cõsequentiam dominium in iudicium. pbato quod possideo illum fundum presumor dominus: vt tenet gloss. Bar. ⁊ Flo. ⁊ ibi dixi in. d. §. sed si queratur. Item secus si dominium deducitur per viam contradictionis. siue exceptionis in iudiciũ summarium: qr ex poss. presumitur dominiũ: vt habetur in. l. ob maritorũ. iuncta glo ne vxor p ma. ⁊ in. l. a diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudi. ⁊ ideo si lata sentẽtia in fauorẽ Titii sit ipsius executio per iudicẽ in bonis, si tertius cõparet, ⁊ dicit aliqua ex dictis bonis ad se pertinere iure dominii, ⁊ probato qualiter possidet dicta bona impedietur executio: qr presumitur dominos ex illa poss. qr dominiũ fuit deductuz per viã cõdictionis in isto iudicio summario: vt pbatur in dictis iuribus, nõ autẽ esset sic quãdo dominiũ deduceretur per viã contradictionis in iudicio ordinario: qr tunc ex poss. nõ presumeretur dominiũ: vt habetur in. l. preses. C. ad. l. Flaui. de plagiariis, ⁊ ideo si ago contra te actio. publi. dicens fundum quẽ ibi possides ad me spectare iure quasi dominii cũ eum omnium bona fide pirta a Titio, qui mihi tradidit eũ, ⁊ ipsum nõ vsu cepei im si tu replicas quod est tuus, ⁊ in eo habes dominiũ, erit opus quod probes ipsum dominium, nec sufficiet pbare poss. sed si pbes dominium obtinebis contra agentez publi. vt habetur in. l. pen. ff. de publi. ita dixit Barto. ⁊ latius in. l. quidã in suo. ff. de cõdi. insti. ⁊ Bal. in. l. indicia. C. de rei vendi. tene menti: quia sunt vtilia. Tertio modo intelligit glos. quod dominiũ remanet apud reuz conuentũ quando ipse pbauit de suo dominio, ⁊ sic pbauit se dominum cum tunc iudex potest declarare ipsum

Bal. ⁊ Sali. hic do. Jo. de imo. in 9si. cxvi. do. Soci. in 9s. lxv. in. ii. vol. ⁊ in 9s. xxiiii. in. i. volu. S. T.

b ¶ Super. l. possessiones. videatis Bal. ⁊ Bal. in. l. i. de cõdi. indeb. Bar. in 9si. i. Roma. in cõsil. clxvi. Pet. de ancha in. c. significasti. de adul. S. T.

¶ Domini communis opi. est qđ cõuẽtus excipiẽs de solutione debiti eũ necessario fatetur, ⁊ pbatur incõuincibili ratione: qr quẽadmodum data priuatione necessario pbatur habitus, ita pariformiter data solutione de necessitate pbatur obligatio euz solutio tendat ad exclusionem debiti: vt hic dicũt M. o. in ii. colũ. ⁊ bene, ⁊ Mod. in trac. solutionũ. in. i. col. S. T.

¶ Considerate quod quẽadmodũ data priuatione essentialiter, ⁊ necessario in genere datur habitus, ita in specie, cũ solutio sit debiti priuatio, data solutione necessario obligationem ⁊ debitũ precessisse presupponitur, ⁊ ista valẽt pro firmo fundamento cõis opi. doct. post gloss. ⁊ Cyn. vt dicunt Mo. hic ⁊ bene. S. T.

¶ Super quest. Cyn. hic, fortius 9cludendũ est, qđ nedũ exceptione solutionis obligatio ⁊ debitũ fatetur ad excludendas iuris dilationes verumetiaz, nulla realiter precedẽte obligatione istorũ verborũ potentia inducit preambula obligatio, que cũ non

ptura non poſt biēnq lapſuȝ, ſed ſtico ioitur eſſe cui, quēadmodū etiā non exiſtens (babitus) virtu te priuatiōis ta cite aſſerit, phy loſophica ⁊ legali admiſſa cōſide ratiōe, ⁊ huiōi in criminalib⁹ pce dit, cōtrario non pbato. tū exoidi narie iudicis ar bitrio punieť ex tali tacita cōfeſ ſione delicti, ⁊ ac cuſator ſi non ha buerit iuſtā cau ſam pſequēdi, et pariformiter iu dicantis arbitrio punieť ciuiliter temerarie indebi tū petēs. ⁊ in hāc ſpeculatiuā conſi deratiōe deue nerā antequā vi derē Mo. i repe. l. ſi is qui pro em ptore. in. xxiij. q. de vſuca. ⁊ Mo. ſa tract. ſolutio ni. arti. iiij. ⁊ lex. que omnia nota te in pācto iuris ⁊ ſ practica S. T.

a ℭ Super hac. l. ex perſona. conſi derate dicta bal. ⁊ Salic. ⁊ videa tis Bal. in. l. non ignorabit. ℭ. ad exhi. ⁊ Bal. in. l. ij. col. ſi vendi. pi gno. aga Bal. in l. ij. in fin. ſ. qū p uo non eſt nece. Sali. in. l. ſi mino rem. ℭ. de reſtit. in integ. Paul. de ca. in. l. certiſſi mum. in. §. condi ctionem. ff. de te ſti. Ioā. de imol. in. l. decē. de ver bo. obli. ⁊ do. So ci. in cōſ. lxxix. in ſe. col. in. j. volu. S. T.

b ℭ Super hac. l. pprietatis. ad ei⁹ ſingularem decla ratione habetis vltra Mod. egre gi⁹ deci. Bald. in cōſ. lxxiij. ⁊ cō ſil. cccxluij. ⁊ cōſi. cccxxvi. cū duob⁹ ſequētibus in iij. vol. do. Anto. de bu. in. c. veniēs. ii primo. de teſti. Bar. Ang. ⁊ do. Alexā. in. l. i. ff. p ſuo. do. de Ro. in

ſed ⁊ ſi poſſeſſori. vbi per doc. ff. de iureiuran. ⁊ per doc. cano. in. c. ex conqueſtione. de reſtit. ſpoli. ⁊ per Bald. in l. eum Papinia. j. de ſententijs. quod eſt veruȝ quando reus petit in ſuis exceptionibus ſe declarari dominum, alias licet probauerit de ſuo dominio, tamen non poſſet ferri ſententia declaratoria dominij cum iudex nihil pe tenti, nihil impartiatur. l. iij. §. hoc autē. de dam. infec. ⁊ etiam quia ſententia debet eſſe conformis petitioni. l. fin. ff. de fideicō. liber. ⁊ l. vt fundus communi diuidū. et c. licet. De elec. de ſimonia. ℭ Ultimo induxit iſte text. per Bal. in accuſatus de percuſſione cum ſanguine, ſed nō pbatur niſi de percuſſione debeat abſolui, an vero con demnari ſolum de percuſſione, de qua hic vide per eum allegantem pro ⁊ contra, ⁊ quid ſeruatur de conſuetu dine. Lex ex perſona. hoc dicit.

SVMMARIVM.

☞ Collega pro alio collega, cōueniri nō poteſt ſi pbat quod depoſiti officij tempore ille collega erat ſoluendo.

EX perſona.

[a] Collega † nō poteſt conueniri pro alio collega ſi pbat quod tempore depoſiti officij ille collega erat ſoluendo. h. d. ⁊ vt intelligas hunc tex. ſcias, quod quādo ſunt plures adminiſtrantes aliquod officium ſiue publica autori tate ⁊ vtilitate: vt eſt adminiſtratio rerū pertinentium ad rem publicaȝ ſiue publicum autoritate ⁊ vtilitate pri uatum: vt eſt adminiſtratio tutele omnes pꝛimā admi niſtratione tenentur pro parte. quando omnes ſunt ſol uendo tēpore depoſiti officij, ſed quando nō eſſent ſoluē do illo tēpore qui eſt ſoluēdo tenetur inſolidum: vt. l. ho na. §. i. ff. de iure fiſci. ⁊ in. l. i. §. nunc tractemus. ff. de tu telis. ⁊ ibi per Barto ⁊ per doctor. in. l. i. ℭ. de neg. geſt. ⁊ ideo ſi vnus ex collegis adminiſtrantibus cōuenitur in ſolidum: vt nō exigatur niſi p parte eſt opus, quod pro bet collegā fuiſſe ſoluēdo tempore depoſiti officij: vt p bat hic tex. ibi. oſtenderis ⁊ eſt ratio ſecundum gl. fin. qꝛ ex preſenti preſumimus in preteritum, id eſt, quis preſu mitur fuiſſe olim prout eſt hodie. ſed ſi hodie collega nō eſt ſoluendo prout erat in caſu noſtro preſumitur non fuiſſe ſoluendo tempore depoſiti officij merito incumbit onus probandi illi qui in ſolidum conuenitur cum ha beat preſuppoſitionem iuris cōtra ſe. facit que haben tur in. l. ſi qui. j. de adulter. quod qualiter intelligatur et limitetur, vide hic latius per Bal. ⁊ per Salice. in. d. l. ſi qui. aliam ratione ponit hic Ang. quare incumbit onus pbandi illi conuento inſolidum, vel eius heredibus col legam fuiſſe ſoluendo ⁊c. qꝛ quoties diuitie ſunt funda mentū intentionis allegātis eas tunc ille debet probare ita pbatur. hic vbi fundamentū intentionis iſtorū here dum erāt diuitie collega merito eas probare debet ſicut etiā dicitur de paupertate in. l. ſi vero. § qui p rei qua litate. ff. qui ſatiſda. cog. vbi doc. ponunt qualiter proben tur paupertas ⁊ diuitie dic vt ibi. ad intelligentiam au tem gloſſ. i. vide per Barto. in. l. i. §. nunc tractemus. ff. de tutelis.

SVMMARIVM.

☞ Per inſtrumēta ⁊ alias legitimas pbationes do minium probari poteſt, ⁊ dominium dicitur etiam reſpe ctu proprietatis, vel vſufructus tantum.

PRoprietatis. h. dicit.

